Kl. 2. d.
100

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 49
Número: 116

UNIVERSIDAD DE GRANADA
DEPARTAMENTO DE H.ª DEL DERECHO

R. 100

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

BENE FICIENTIA

GRATITUDO

TRACTATVS
SEV
TERTIA PARS

# DE PRIVILEGIIS.

## Miſerabilium perſonarū.

Materiam præcipue legis vnicæ, C. quando Imperator inter pupillos & viduas & alias miſerabiles perſonas cognoſcat, ſummo diſcuſam ſtudio continens.

*Altiora appetentibus, & remisſiora deſiderantibus inseruiens Theoricis subtilis, Practicis neceſsarius, bonarum literarum Sectatoribus accomodatus Omnibus vtilis.*

Precellentisſimo Domino DON GARZIÆ de AVELLANEDA & ARO, Comiti de Caſtrillo, Comendatario Operariæ Calatrauæ a Conſiliis Status, Belli, Iuſtitiæ, & Cameræ MAXIMI PHILIPPI IIII. Indiarū digniſſimo Præſidi, a Cubiculis eius, ciuitatis Alhamæ cuſtodiæ Præfecto. &c.

## DICATVS.

Auctore D. GABRIELE Aluarez de VELASCO. V. I. P. in Valliſoletana Cancellaria & Regiis Conuentibus aduocato. &c. Olim, nunc Sanctæ Fidei noui Granatenſis Regni Audientiæ Regiæ Senatore.

*Matriti, apud Viduam Ildefonsi Martini. anno. 1636.*

Franciscus Nauarrus f.

*Sumptibus Dominici de Palacios Bibliopolæ*

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

1119 14439
...nda
Fa... ho
... Derecho
N
1921
...
Número

R. 46.411

# TRACTATVS
SEV
## TERTIA PARS
# DE PRIVILEGIIS
## MISERABILIVM
### PERSONARVM.

MATERIAM PRÆCIPVE LEGIS vnicæ, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, & alias Miſerabiles perſonas cognoſcat, ſummo diſcuſſam ſtudio continens.

*ALTIORA APPETENTIBVS, ET REMISSIORA deſiderantibus inſeruiens Theoricis ſubtilis, practicis neceſſarius, bonarum literarum Sectatoribus accommodatus omnibus vtilis.*

PRAECELLENTISSIMO DOMINO *DON GARCIÆ* de *AVELLANEDA*, & *HARO*, Comiti de Caſtrillo, Comendatario Operariæ Calatrauæ, à Conſiliis Status, Belli, Iuſtitiæ, & Cameræ *MAXIMI PHILIPPI IV.* Indiarum digniſſimo Præſidi, à Cubiculis eius, Ciuitatis Alhamæ cuſtodiæ Præfecto.

*DICATVS.*

*Auctore* D. GABRIELE ALVAREZ *de* VELASCO V. I. P. *in Valliſoletana Cancellaria, & Regiis Conuentibus Aduocato, & c. olim, nunc Sanctæ Fidei noui Granatenſis Regni Audientiæ Regiæ Senatore.*

94(09)=71

---

CVM PRIVILEGIO,

Matriti, *Apud viduam Ildephonſi Martin, Anno Domini M. DC. XXXVI.*

Sumptibus Dominici de Palacios Bibliopolæ.

FACULTAD DE ... BIBLIOTECA GRANADA

# EXCELLENTISSIMO DOMINO DON GARCIÆ DE AVELLANEDA, ET HARO, COMITI DE Caſtrillo, Comendatario operariæ Calatrauæ, à Conſiliis Status, Belli, Iuſtitiæ, & Cameræ, Maximi Philippi IIII. Indiarum digniſsimo Præſidi, à Cubiculis eius, Ciuitatis Alhamæ cuſtodiæ Præfecto, &c.

ERGO Ventura aliquando Miſeris fauſta dies, qua TE (Excellētiſsime Domine) SERVATORE, maximè beatorum non æquata modo, ſed ſuperata, ad miſerorum inuidiam vſque, conditio extaret. Præclariſsimum nominis TVI inclitum ornamentum, Attauorū ſtemmata condecorans. Neque enim ſic Regum, qua nobilitaris Origo, altiſsimi ſanguinis decus, præuetuſtæ Familiæ amplitudo, egregia Maiorum tuorum pace, belloque facta, ac memoranda facinora, per omnium Dignitatum gradus decurrentia, Famæ reſonanti tubæ cōmendata, conſecrataque Æternitati, per tot Magnates certatim excitata, & in dies reddita celebriora; quemadmodum hoc vnum ad Magnitudinis apicem, ad Potentiæ cacumen, imò ſupra humanam conditionem vehit.

*Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis,*
*Conuenit & tanto, quantus es ipſe viro.*
*Fortunam decet hoc iſtam, quæ maxima cùm ſit;*
*Eſſe poteſt animo vix tamen æqua tuo.*
*Hoc nitor iſte tui generis deſiderat, hoc eſt*
*A Superis ortæ nobilitatis opus.*

*Ouid. de Pon̄to lib. 2. elegia 9.*

Fortunatum namque ex miſero, ex infœlici reddere fęlicem; Cœleſtem redolet naturam, & Deificam ſimilitudinem præſtat. Quā tot in Miſeros à TE beneficia collata, quæque tota die impendis, oſtentant. Quorum miſera conditio TIBI pro interceſſore, ac ſuffragio eſt, & pro fauore, carere fauore. Apud quem veluti

*Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus*
*Dona valent: emitur ſola Virtute Poteſtas.*
*Non obrruta Virtus*
*Paupertate latet: lectos ex omnibus oris*
*Euchis, & nunquam meriti cunabula quæris,*
*Et qualis, non vnde fatus.*

*Claudian. in laud. Stilicō. panegyr. 2.*

Quo ſit, vt agant gratias, qui impetrauerunt; non audeant queri, quibus negatum eſt. Neque

*Idem.*

*Plorauere ſuis non reſpondere fauorem*
*Speratum meritis.*

Sed de mercede ſecuri TE DISPENSATORE fauoris inopes, ad ſtudia, laboreſque ſubeundos contentione mutua excitantur, lætique conclamant:

*Idem in Manlij Conſulatu.*

*Creſcite Virtutes, fœcundaque floreat ætas,*
*Ingeniis patuit campus, certuſque merenti*
*Stat fauor, ornatur propriis Induſtria donis.*
*Surgite ſopitæ, quas obruit ambitus Artes.*

Fœlix Hiſpania, Indica ditio fœlix, quæ TE MODERATOREM, non ſine numine, ſortita eſt, validiſsimum miſerorum Præſidium, Literarum Alumnum, atque Parentẽ, earum ab incunabulis acerrimum Cultorem, in ſumma potentia benignum, in excelſo faſtigio humanum.

*Idem ibi.*

*Nec quæ commitatur honores*
*Auſa tuam leuiter tentare ſuperbia mentem;*
*Frons priuata manet, rigidi ſed plena pudoris*
*Elucet Grauitas, faſto iocunda modeſto.*

In quo Maieſtatem, ac Manſuetudinem, Abſtinentiam, & Integritatem laudare, cæterarum iniuria Virtutum fuerit.

*Idẽ in laudes Stilicon panegyr. 1.*

*In te mixta fluunt, & quæ diuiſſa beatos*
*Efficiunt, collectatenes.*

Me quoque terque quaterque beatum, qui tantum laborum, ac ſtudiorum meorum Dominum, ſumque MECENATEM adeptus. Cuius Patrocinio, & periculoſi maris liuidum ſpumantis virum, Librum hunc procellas euaſiſſe mihi ſpondeo: & fœlicitatis portũ feſſam noſtram appuliſſe carinam lætor. Quo modo licet, beneficium rependo, obſequio lubens, & perpetua, quam TIBI gratus offero, addicti on.

*Licenciatus D. Gabriel Aluarez de Velaſco.*

IHS

# EXCELLENTISSIMI DOMINI D.GARCIAE DE AVELLANEDA ET HARO, COMITIS DE CASTRILLO,

Comendatarii Operariæ Calatrauæ, à Conſiliis Status, Belli, Iuſtitiæ, & Cameræ Maximi PHILIPPI QVARTI, Indiarum Regii Conſeſſus dignißimi Moderatoris, à Cubiculis eius, Ciuitatis Alhamæ cuſtodiæ Præfecti, &c.

## PATROCINIO

*LICENCIATVS PAVLVS DE VICTORIA apud Regia Conſilia cauſarum Patronus, LICENC. D. GABRIELIS ALVAREZ DE VELASCO, noui Orbis Regii Granatenſis Prætorii Senatoris Amicus, eius voluntati parens LIBRVM offert, addicit, conſecrat.*

REDIT hic de *Miſerabiliũ Perſonarũ Priuilegiis* Liber (EXCELLENTISSIME DOMINE HEROS CLARISSIME cuius laudes maiorũ egregia facinora prædicant, propria facta alunt, præſtantiſsimæ animi dotes augẽt, poſteritas cũ admiratione audiet) ad tuas munificas manus nõ vt gratias Auctoris Vicarius pro tot tãtisq; beneficiis impenſis referat, ſed velut æs alienum creditori ſoluendum imò vt res vero domino reſtituenda. Quodcũque enim in eo vtile, magnum, eximiumque repererit excuſio tuæ humanitatis piiſsimis officiis acceptũ ferri debet. Priores ingrati labores ILLIVS fuerant, præmiis virtutũ ſtimulis fraudati. Hærebat, & mœrebat, imò iacebat inter miſeros, contraxerat enim illorum aſsiduitate ærumnarum, non bonorum ſocietatem, ſoluerat calamum Muſarum alumnum, remiſſerat pauperum beneficam curam. Sed cum tua præcipua gloria non fortunæ munus, ſed ingentis virtutis quæſtus (qua viros eruditos non in apparatu, ſed in amicitia habes) læſſam eius ſpem repulſam ſæpè paſſam foueret, atque aduerſæ viciſsitudinem fortunæ ſponderet, vt aliquod tanto Principe dignũ nouum opus, non luxatum, ſed omnium rectè locatum conſenſu offerre poſſet: illius iniuriis ſuperatis emerſit validior, & arma iam depoſita, pro Miſerabilibus fœliciter reuocauit. Ergo tuo patrocinio hoc IEROCINIVM ſtructum eſt, & tibi conſecratum non dominum ſortitur Te, ſed iure habet. Hunc Tibi grati animi abſentis Amici indicem conſignamus. Non declinat nomen, ſed nouum contrahit, & dum gratias impares agit altera obligatione huius Operis tutelæ Tuæ acceſsione adſtringitur. Exequutus es EXCELLENTISSIME DOMINE munia tua: impleuiſti illius fidem, multorum vota, & ius omnibus reddidiſti cum eius ſtudia probaſti, & honoribus affeciſti, ac de omnibus benemeritus tam integrum, vt vix deſideratum beneficium nõ precibus (quæ maximi precii vicem referunt) emptum, non mora dantis exêſum, & extenuatum DIGNO præſtitiſti. Accipe libenter hunc AVCTORIS fœtum vt ſoles, foue vt viuat, viue felicißime, ita vt Neſtoris ſuperes annos Deo charus, Regi gratus, omnibus vtilis.

## D. GABRIELEM ALVAREZ DE VELASCO.

### Regium in Sanctæ Fidei Indico Conventu Senatorem de pereleganti Libro de Privilegiis Miſerabilium Perſonarum in tertiam Eius Operis ſub acutam diſcuſsionem alloquitur.

## *D. ANTONIVS CABREROS AVENDAÑO.*

DIFFVNDIT Labor Imperium SAPIENTIS, ô ERVDITE GABRIEL! extendit ſolertior cura laudabiles mores, coronat magnam mentem actio ſtudioſa, & ſub ingenti ſudore excreſcunt ſpecimina virtutis, proles Ingenii tam lætior, quàm vberior apparet, & demonſtratur; ſcitè *Leo Magnus Dulciùs munera GRATIÆ DIVINÆ proueniunt, quoties non ſine magnis SVDORIBVS adquiruntur*; & rectus Animus copiâ, & vbertate completur eximiarum virtutum, quarum dulcis, & amœna viriditas nec æſtiuo cynocaumate, nec asperâ hyemis pruinâ defloreſcit. En prolem, ſeu fœtum Laboris! cuius aculeata dicta tantum Parentem agnoſcunt, nam ferbet opus ad Critolai libram appenſum, & ad Cleantis lucernam elaboratum. Iam ſpecialia Miſerabilium indulta ſub catenatis vnitatis monilibus refulgent. O miram ſtrigam! quam tantus SPVDASTES concinnauit, comto penicillo poliuit, elegantiquè cirrauit calamiſtro. Sub ſecundis menſis bellaria proponit, dulcia obſonia nouus ſympoſiaſtes adducit, volupe iactat, ſuauiter ſonat, grandia ſynodia componit abſque ſynchiſi, variarum rerum ſinathræſmum producit, ornat Legem verè Auream, quâ Magnitudo Romanæ Pietatis, & gloria monſtratur, imponit acuta hyponemmata, & vernantis Eruditionis floſculis adſcititiam reddit. O perennē ADFECTVS cantilenam! quam deuotiori Genio decantat, admirabiliori Matheſi delineat, incredibili doctrinâ roborat, & concinnâ dexteritate conſcribit. *Te per ea, quæ loqutus es, cognouimus, cognouimus verò non ex eo, quòd nota quædam corporis tui menti noſtræ impreſſa ſit, ſed quòd interioris hominis tui pulcritudinem, veluti ex variegata ſermonum pictura, cognouimus.* Æternam feres facem, & ad vltimos Poli Meatus ſplendenti candore beabis: es enim *probitate morum, ingenii elegātia, operum varietate, & ob omnia felicitatis, naturæquè dona, ad hoc vnica, ſingulariquè doctrina monſtrabilis.* Rectè proclamabis.

*S. Leo epiſt. 63.*

*S. Baſil. epiſt. 49.*

*Plin. lib. 6. ep. 21. Sidon. lib. 3. ep. 7. & lib. 4. ep. 3.*

*Horat. lib. 1. od. 1.*

*Me doctarum hederæ præmia frontium*
*Diis miſcent Superis; Me Gelidum nemus*
*Nimpharumquè leues cum ſatyris chori*
*Secernunt populo.*

*Hippocr. de Arte.*

Opus exaſciatum eſt, quod vel nouitate (*ſcientia votum, ac opus eſt inuenire aliquid eorum, quæ nondùm inuenta ſunt, ſimiliter, & ſemiperfecta ad finem perducere, & abſoluere*) ipsâ commendatum Omnibus, quibus mamilla ritè ſubſilit ſiniſtra, ſic eſt: Corcalis datum eſt, placiturum nullus dubito; ſiue copioſam in ſtricto materiei aridæ, circumſcriptoquè arvo meſſem ſpectent, ſiue decumanum

num in re crepera, edolatumquè iudicium curioſiùs examinent, ſiue ſcriptionis vtilitati propriùs adhæreant, & multa intueantur, quæ Lethen ſcire oporteret, ſcilicet, tam illa diu delituerant, & deliteſcerent fortaſsis longùm, ni indagatrici induſtriâ in Studioſorum doctrinam, & Doctorum approbationem enuclearentur.

*Omni nobilior Luſtro tibi gloria ſoli* — Claud. in Paneg. Prob.
*Contigit, exactum numquam memorata per Æuum.*

Cunctis in ſeculis Miſerabilium Clades anguſtior, & deteſtabilior fuit, ſed nunc, & Auguſtior, & amanda cognoſcitur, cùm nouis ornetur privilegiis, honeſtetur gratiis, fulciatur faboribus. *Ariſtides* eloquentium Sophiſtarum (Ariſtid. to. 1. orat. 1.) vnus ingenio ad vnguem expolito aiebat, Iouem ad homines miſiſſe PVDOREM, ET DICEN ſalutares veluti Genios, qui hominum curam agerens, & eorum vitam ſingulari prouiſione tuerentur. Hinc illud in hymno magnificum *aſtitit à dextris pauperis.* (Pſ. 108. v. 31.) Pictura Dauidico ſtylo digna, facit pauperem tutò, & beatè gradientem, aſtare à dextris Deum, vt Hyperaſpitem, fidum armigerum, fortiſsimum, inuictumquè Lateronem, qui oppoſito ſcuto amoris, prouidentiæquè ſuæ defendat pauperem: vel aſtare à dextris, felix augurium, omen ſalutare, certum auſpicium ſequturæ felicitatis, qui pede dextro, vt alexicacus quidam Hercules, & ſoſpitator accedat, vel aſtare à dextris, vt qui manus habet aureas plenas Hyacinthis, in dexteram inopis dona ſua, & copiæ cornu iniiciat; vel denique à dextris, vt pauper per ſe nudus, ſpoliatus, & egens, qui imbecillitate ſuâ corruat, impoſitâ velut in humeros manu illo ipſo nitatur, qui portat Orbem. Aureum certè illud Iuris effatum eſt de Epiſcopis, *quorum verus cultus eſt, adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate* (l. 1. C. de Epiſ. Audient.) Bonis auibus, & Patronus diceris, & meherclè ſub Miſerabilibus magnus Fabitor, Aurariusquè; nec minus expoſcebat Literarum vigor, & ſcribendi fulcrum; quarè tot inſignibus cohoneſtatus nouus hominum præſcriberis Genius, & Hyperaſpites, quem olim, & Regia celebrarunt Fora, Eruditorũ Corona recepit, & nuperâ luce veneratur Sanctæ Fidei Conſeſſus Iudicem ſub tantis laboribus præclarum. *Æquum eſt, vt vnicuique proficiat labor ſuus, & ſicut laborando agnouit incommoda, ita perfectis rebus conſequatur augmenta.* (Caſſiod. lib. 2. var. epiſt. 33.) Regia mens Te Ambroſium circumit ſub mira eudoxia

*Publica ſed numquam tanto ſe gratia fudit* — Claud. lib. 3. Stylic.
*Aſſenſu.*

*Cùm tuos libros ſtudioſiùs legerim, ſentio orationem meam illorum tactu quaſi colorari, cùm multa benè dicta, reſponſa*què ſint; (Cic. 2. de orat.) verè *felix*, & *ſapiens* es: (Quinct. lib. 6. c. 4. Iuu. ſat. 5.) prome celeriter,

*Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.* — Mart. lib. 5.

*Neque debet operibus* tuis pergraphicis *obeſſe quòd viuis.* (epiſt. 13. Plin. Iun.) Liceat Te iis verſibus affari:

*Ede tuos tandem populo, vir Magne, libellos,* — Mart. lib. 1. epig. 26.
*Et cultum docto pectore profer opus.*
*Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis Arces;*
*Nec ſileant noſtri, prætereantque ſenes.*
*Ante fores ſtantem dubitas admittere famam?*
*Teque piget curæ præmia ferre tuæ?*
*Poſt Te victuræ, per Te quoque viuere Chartæ*
*Incipiant, cineri gloria ſera venit.*

Analecta colligo Encomiaſtes, ad Cenſoris tabellam ſiſto ex indulgentia Tua demandatam, mihiquè iniunctam. *Benè, pulcrè, feſtivè, decenter* excurrit oratio,

oratio,& literoſior Eruditio. *Opus grandiuſculum eſt, nec habeo adhuc, quod de eo in alterutram partem dicam. Certè induſtria & elegantia in eo concinnando ſic apparent, vt alii omnes ad hanc accurationem, & lucem luſcitioſi videantur.* Et vt paucis finiam, irrequieta ſtudia mulcent, & docent, alliciunt, & premunt. *Veritatis ſimplex oratio eſt*, cuius ipſus & amator ſum. O miram periergiam! abſtruſiſsima quæque luculenter exaras, & in ſcœnæ ſipario adpendis: *Doctoris officium eſt myſticis obſcurata ſenſibus, lucido adſtruere, & demonſtrare ſermone.* Summâ meâ voluptate, imò admiratione perlegebam: *Eſt enim opus pulcrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, figuratum ſpatioſſum etiam, & magna cum tua laude diffuſum. Hæc ego amicus, ſed non vt amicus, boni, peritique iudices omnes dicent, quo ſin hoc avo optem tibi magis, quam præſtem.* Ex Muſæo noſtro die vigeſsimaquarta Iunii anno milleſsimo ſexcenteſsimo trigeſsimo ſexto.

*Herald. ad Mart. li. 2. ep. 2. D. Laur. Ramir. lib. 1. epig. 4.*
*Iuſt. Li. cēt. ad Ital. & Hiſp. ep. 80.*
*Id. cēt. 3. miſ. ep. 81*
*Senec. ep. 49.*
*Chryſol. ſerm. 52.*
*Plin. 4. ep. 20.*
*Iuſt. Lip. cēt. 4. Miſcell. ep. 52.*

APRO-

## *Aprouacion del Licenciado Don Franciſco de Victoria, Auogado de los Reales Conſejos.*

HE viſto (por mandado del ſeñor D. Lorenço de Iturriçaga, Vicario General deſta villa de Madrid) el libro cuyo titulo es *De Priuilegiis Miſerabiliũ Perſonarũ*, q̃ cõpuſo el Licẽcia do D. Gabriel Aluarez de Velaſco, Abogado dela Chancilleria de Valladolid, y de los Reales Conſejos; es obra digna de ſu Autor, y que excede a todo encarecimiento; no contiene coſa que ofenda a nueſtra ſanta Fè y Religion Catolica y buenas coſtumbres. Las doctrinas ſon ſeguras, ciertas, y acreditadas, no ſolo con la elecciõ de ſu ingenio, que baſtara para ſu eſtimacion, ſino a fuerça de examen y diſcurſos legales, ajuſtados a la inteligencia verdadera del Derecho, que es coſa que en eſtos tiempos ſe vſa poco. Eſta materia es vtil, ſu conocimiento muy neceſſario, el Autor muy docto; ha cumplido con ſus obligaciones, puedeſele dar la licencia que pide para la impreſsion, y gracias en nombre de la Iuriſprudencia, de que en beneficio de los que la profeſſan ſe aya adelantado con eminencia, y grandes ventajas a los que han eſcrito, dexando tanto reſeruado por conquiſtar para quien tan bien ha empleado ſu cuidado. En Madrid a veinte y ocho de Iunio de mil ſeiſcientos y treinta y cinco.

*Licenciado Don Franciſco de Victoria.*

---

## *Aprouacion del Doctor Duarte Blandon, Auogado de los Reales Conſejos.*

POR mandado de V. A. he viſto el libro intitulado *De Priuilegiis Miſerabilium Perſonarum*, Autor el Licenciado Don Gabriel Aluarez de Velaſco, en el qual no hallo coſa que ofenda nueſtra ſanta Fè Catolica, buenas coſtumbres, ni el bien publico; antes materia de vtilidad comũ; porque ſiendo el ſujeto del tratado vna parte de Derecho muy practicable, la explica methodicamente, illuſtrandola con erudicion varia en las quæſtiones que diſputa, mucho ingenio en la diſpoſicion, y prudente juizio en la eleccion de las reſoluciones; por lo qual me parece muy digno de imprimirſe, y que V. A. puede darle la licencia que pretende. En Madrid el primero de Agoſto de 1635.

*Doctor Duarte Blandon.*

ERRA-

# ERRATA.

FOl.1.num.4.lin.4.vi,lege via,ibi.n.7.vtque ſummariæ, lege vt ſummariæ, ibi.n.50.lin.2.cuuſis,lege cauſis.Fol.3.n.7.lin.2.vtque ſummariæ, leg. vt ſummariæ.Fol.4.col.1.lin.2.in fin.agant,leg.agat. Fol.6. B. n.61.lin.2. eſſet, leg.eſſe,ibi.n.68.lin.6.contendi,leg.cōtendit.Fol.9.n.3.lin.1. Miſerabi, leg. Miſerabili.Fol.14.n.23.lin.pen.captiuici,leg.captiui. Fol.13.B.n.15.lin.5. Miſeria,leg.Miſera.Fol.21.n.8.lin.2. in primaque, lege in prima. Fol. 27.n. 56.lin.2.aliter,leg.alter. Fol.30. n. 77. lin.9.inquiens,leg.inquit. Fol.44.in princ.lin.3.quāuis,leg.quo minus. Fol.46.n.9. lin.12.laceat,leg.laciat. Fol. 41.n.247.lin.6.alii,leg.alios, ibi. n. 251.lin.2.addet, leg. addat. Fol.48.n.5. lin.3.Nouar.leg.Nauar. Fol.51.n. 30.lin. pen.debeule, leg.debenle. Fol.52. lin.22.& 56.leg.& 156.dicta.Eod.fol.n.48.lin.3.50.leg.150. Fol.55.n.73. lin.2.iuditio,leg.iudicio.Fol.56.n.1.lin.28.affirmans, leg. affirmantem. Fol. 57.n.7.lin.10.augmentum, leg. argumentum. Eod. fol.n.10. lin.6. nos, leg. non,ibid.n.11.lin.18.omittemus,leg.omittimus.Fol.58.n. 27. lin. fin. habet, leg.habes.Fol.68.n.12.lin.8.hic,leg.his,ibid.n.17.lin.12.potuit, leg. paruit, ibid.lin.16.coguntur,leg.reguntur.Fol.71.n.45.lin.15.adminiſtratio,leg.adminiſtratione.Fol.75.n.96.lin.18.at,leg.aut.Fol.82.n.192.lin.3.Triphomani,leg.Triphoniani.Fol.86.n. 266. ſtatim in princip. exucutio,leg.executio. Fol.86.n.276.lin.1.promitentē,leg.promittentem.Fol.87.n.279.lin.8.alienate,leg alienare,n.284.lin.3.fideiuſſoribus,leg.fideiuſsionibus, n. 293.viſiſitudine,leg.vicißitudine.Fol.90.quæſt.8.n.353.lin 2.Impeaator,leg. Imperator,n.359.lin.5.de re iudic.leg.de ſententia,& re iudicata. Fol.92.n. 402. lin.3.multarunt,leg.mulctarunt. Fol. 94. n. 448. lin.11. Ferrar. leg. Ferrar. quæſt.9.in ſummariis.Fol.96.n.87. lin.4. guuntur,leg. guntur. Fol.75.n.99. lin.3.fundus,leg.fundi.Fol.78.n.134.lin.12.qui,leg.quia. Fol.92.n.402.lin. 3.multarunt,leg.mulctarunt.Fol.134.n.10.lin.21. fortuno copulet, leg. fortuna copulati ſumus. Fol. 135. n. 17. lin.3.mercatiles,leg. mercantiles. Fol. 175.col.2.lin.14.conciliis,leg.conſiliis.

Librum hunc vidi,& cum ſuo Archetypo contuli, quod Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Senatus approbauit, nomine inſcriptum *De Priuilegiis Miſerabilium Perſonarum*, demptiſque his mendis ſuo exemplari reſpondet. Datum Matriti die ſexto menſis Iunii, Anni 1636.

*Licenc. Franciſcus Murcia de la Llana.*

*Suma*

## *Suma del Priuilegio.*

TIene priuilegio el Licenciado Don Grabiel Aluarez de Velaſco por tiempo de diez años, para poder imprimir vn libro intitulado, *De Priuilegiis Miſerabilium Perſonarum*, y no otra perſona ſin ſu licencia, como conſta del original, que eſtà refrendado de Franciſco Gomez de Laſprilla, Secretario de ſu Mageſtad, y deſpachado en el oficio de Don Fernando de Vallejo, Secretario de ſu Mageſtad, y ſu Eſcriuano de Camara, ſu fecha en Madrid a 17. de Agoſto 1635.

---

## Suma de la Taſſa.

E*Stà taſſado eſte libro intitulado*, De Priuilegiis Miſerabilium Perſonarum, *por los Señores del Conſejo a cinco marauedis cada pliego, como conſta de la fè que dio Don Fernando de Vallejo, Secretario de ſu Mageſtad, y ſu Eſcriuano de Camara, ſu fecha en Madrid a 20. de Iunio de 1636.*

¶ Tiene ciento y catorce pliegos, que a cinco marauedis cada vno monta diez y ſiete reales menos ocho marauedis.

LECTO:

# LECTORI.

CVR tam longas trahamus inter Miſerabiles moras; & ex epiſtola, quam tibi in prima De Priuilegiis Pauperum parte conſcripſimus, deduces: & præſentis inſuper laboris huius quoq; rationem proœmium demonſtrabit. Pietatem conciliat Pietas. Tuam vſque adhuc experti loquimur; quam & in futurum ſperamus. Sat tibi ignoſcendi cauſas in fœcunditas præſtaret ingenii; quin eidem abſentiæ pericula, & prælo accreſcerent damna. Cui cũ tractatũ hunc daremus, à Catholico, inuictiſsimoque Rege noſtro Maximo Philippo IV. in Senatorum Ordinẽ (munificentia ſua) noui Granatenſis Regni ſumus cooptati. Vtrumque tibi pro interceſſore ſit, dolorẽque expoſiti fœtus, benignitate mitiga, humanitate compenſa. Cumque Typographi deſidiam incuſare, ſine crimine, poſsis: abſentem ne rodas.

VALE.

*Licenc. D. Gabriel*
*Aluarez de Velaſco.*

PROOE.

# PROOEMII SVMMARIVM.

1 TRACTATVS Huius conſcribendi ratio, diſcriminiſque ab altero de priuilegiis pauperum, & miſerabilium perſonarum ab Auctore iam in lucem edito. & num. 12.

Error communis maiori animaduerſione dignus, cauendumque ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregẽ. ibi.

Error, aut confuſio circa legem vnicam C. quando Imper. inter pupill. & vid. vnde præcipuè deuenerit? ibi. & num. ſeqq.

2 Relatiuum Alius, alia, aliud, cuius naturæ?

3 Diuerſa ratio, diuerſum ius poſtulat ſtatuendum.

4 Perſonæ miſerabiles quæ dicantur? Et an omnes fori priuilegio gaudeant? & ſeqq.

Labori cum parcitur, recta ſæpè via perditur. ibi.

5 Miſerabilium diuerſæ ſpecies numerantur.

6 Miſeri à lege vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. nominati, ad eiuſque priuilegium vocati, non etiam ad alia ſæpè miſerabilium priuilegia admittuntur.

Si diuites ſint, gratis ab Aduocatis, aut Procuratoribus iuuari neceſſario non debent. ibi.

7 Neque eorum cauſæ ſummariæ dicuntur, neque vtque ſummariæ tractantur.

8 Neq; legatum Miſerabilibus factũ conſequuntur; nec prædictis diuitibus factũ pium dicitur, nec ſi pro dote, alimentis, aut pro anima relinquatur eiſdem.

9 Reſcriptum contra Miſerabilem impetratum, miſeriæ qualitate non expreſſa, ſurreptitium, & inutile redditur.

10 Qualitas, quæ ad reſcripti conceſſionem difficiliorem Principem reddere poteſt, exprimi in ſupplicatione neceſſariò debet.

11 Franciſcus Carraſcus in tract. de caſibus Curiæ reprehenditur.

12 Ioan. Maria Nouar. in tract. de priuilegiis miſerabilium perſonarum, carpitur. & ſeqq. & num. 85.

13 Factum à maiori Vniuerſitatis parte, an in Miſerabilium perſonarum teneat præiudicium? & num. ſeqq.

14 Minor pars, maiori, potiorique ratione nixa, maior reputatur.

15 Generalis, aut etiam ſpecialis renuntiatio, an legata Miſeris facta comprehendat? & num. 16. 17. & 18.

16 Beneficium alicui miſerationis, ac pietatis intuitu conceſſum, per verba generalia non tollitur.

17 Miſerabilis, an priuilegio pietatis intuitu conceſſo à lege, valeat renuntiare?

18 Facilius admittitur renuntiatio Hominis, quàm legis priuilegii.

19 Confeſſio extraiudicialis, an Miſerabilium fauore probet?

20 An poſt litem conteſtatam, exceptiones dilatorias opponere Miſerabiles poſſint?

21 Miſerabilium, & piæ cauſæ fauore, an enunciatiua verba diſponant, & probent?

 22 Falſi

# Prooemium.

22 *Falſi pœna an Miſerabiles puniantur?*

23 *Iure ſibi ceſſo oneroſa, vel lucratiua cauſa, agere, & Principem habere primum iudicem, num Miſerabilis poſſit?*

24 *Ceſſio Miſerabilibus facta, ſimulata non præſumitur. Et an id ſpeciale, vel regulare ſit?*

25 *Primum teſtamentum ſolemne, an per ſecundum minus ſolemne, in quo Miſerabiles perſonæ inſtitutæ ſunt, vel pia cauſa, tollatur?*

26 *Legatum Miſerabilibus, aut piæ cauſæ factum, an diminutionem prorata non patiatur, licèt patrimonii vires non ſufficiant?*

27 *Donatio Miſerabilibus, aut piæ cauſæ facta, latè interpretanda.*

28 *Miſerabilium, & piæ cauſæ gratia, an donatio præſumatur, vel in eorum præiudicio non præſumatur? & numero ſequenti.*

30 *An in facultatiuis præſcriptio, & obligatio Miſerabilium fauore inducatur? & tribus num. ſeqq.*

31 *In facultatiuis nulla regulariter præſcriptio currit.*

32 *Tempus non eſt inducendæ obligationis modus, neque piæ quidem cauſæ, aut alimentorum fauore, ni aliquis, etiam inualidus, obligationis titulus adſit.*

33 *Piæ cauſæ quilibet ſtipulari poteſt: quod hodie regulare eſt.*

34 *Legata Miſerabilibus facta, etiam non adita hæreditate debentur.*

35 *Miſerabilium, vt Eccleſiæ fauore, an inſtrumenta nouiter reperta (eorum etiā negligentia data) poſt concluſionem in cauſa produci valeant?*

36 *Sententia contra Miſerabiles perſonas lata, an vt contra Eccleſiam, repertorum de nouo inſtrumentorum prætextu, retractari poſſit?*

37 *Mobilium legatum Miſerabilibus factum, an adquiſita poſt teſtamentum comprehendat?*

38 *Legis taxatiuè loquentis, an Eccleſiæ, & Miſerabilium fauore extenſio fiat?*

39 *Donatio Miſerabilibus facta, cum pacto præſtandi alimenta donanti, ſi non præſtentur, non reuocatur. Et an id ſpeciali fauore, vel natura pacti (quòd magis in modum, quàm reſolutionem ſonet) eueniat?*

40 *Miſerabilium, vt Eccleſiæ, Aduocata fœmina eſſe poteſt.*

41 *A domo conducta, an Miſerabiles expelli poſſint, ſi tantum quantum alii offerunt, præſtent?*

42 *Miſerabilium gratia, an executionis ordo præuerti poſſit?*

43 *Perſonæ Miſerabiles legatariæ, an propria auctoritate capere legata poſſint?*

44 *De legatis Miſerabilibus factis, an non detrahatur Falcidia?*

45 *Monitoria reuelationis, an et ſi res de qua agitur non exprimatur, Miſerabilibus concedantur?*

46 *Duabus ſententiis, altera pro Miſerabilibus, aduerſus eos altera; an quæ Miſerabilibus fauet, attendatur? Et quid in Fiſco? ibid.*

47 *In duarum opinionum conflictu, quæ Miſerabilibus fauet, in dubio tenenda.*

48 *Duobus teſtamentis eodem die confectis, quod Miſeris fauet, priùs celebratum præſumitur.*

49 *Actore Miſerabili non probante, an reus ſit abſoluendus?*

*Ex ſpeciali ad generalem caſum non licet arguere.*

50 *In criminalibus Miſerabilium perſonarum cauſis, an per inquiſitionem officio ſuo procedere iudex poſſit? Et an id iā regulare ius, conſuetudoque effecerit? ibi.*

51 *Ad honorabile officium promotus, an Eccleſiæ, Miſerabiliumvè fauore, ad vile ſubeundum cogi poſſit?*

52 *Pauperibus relicta pro malè ablatis, reuocari non poſſunt. Et quod ſi ſolum Miſeris abſque alia adiectione relinquātur? ibid.*

*Legata pia, an eiſdem coniecturis reuocata, quibus alia cenſeantur? ibid.*

53 *Legatum Miſeris relictum, an alienatione, etiam poſt teſtamentum facta, debeatur? aut videatur reuocatum?*

54 *Legata Miſerabilibus facta, ſi cancellata reperiātur, nec teſtatoris voluntate deleta cōſtet, an vt Eccleſiæ debeantur?*

55 Æqui-

55 Æquitas non ſcripta, Miſerabilium, & piæ cauſæ fauore, an ſcripto rigori præferatur?

56 In cauſis piis ius Canonicum attenditur, neque in eis inſtantia perit. Et an idem in Miſerabilium cauſis?

57 Legatum indebitum, Miſerabilibus ſolutum, an vt pium, non repetatur?

58 Mandatum, Miſerabilium gratia, an morte mandantis expiret?

59 Miſerabiles an eligendi melioris facultatem habeant?

60 Prælegata an veniant in fideicommiſſi reſtitutione, quando Hoſpitale, vel Miſerabiles perſonæ ſunt ſubſtitutæ?

61 Bona adminiſtratoris Hoſpitalis malè adminiſtrantis, tacitè eidem ſunt obligata.

62 Pro Miſerabilibus, an fideiubere fœminæ poſſint?

63 Teſtamentum imperfectum, non voluntatis, ſed ſolemnitatis ratione, an Miſerabilium fauore ſuſtineatur?

64 Executor teſtamenti Miſerabilium, vel cauſæ piæ commodum continentis, ſi executoris munus ſubire recuſet, an mortaliter peccet?

Executoris teſtamenti munus voluntarium eſt. ibi.

65 Teſtamẽti executor, an vt in propria cauſa, pro Miſerabilibus munus ſuum alteri committere poſſit?

66 Executor teſtamenti, in quo Miſerabiles perſonæ legatariæ relictæ ſunt, an hæreditate non adita, bona hæreditaria alienare, diſpenſareque poßit?

67 Teſtamentum, in quo Miſerabiles perſonæ inſtitutæ ſunt, an præſumptionibus, aut etiam nutu teſtatoris firmum ſit?

68 Teſtium rogitus, an in teſtamento in quo Miſeri inſtituti ſunt, deſideretur? Quidque regulariter hodie? ibid. remiſſiuè.

69 An coram Parocho, & duobus teſtibus huiuſmodi teſtamentum ſubſiſtat?

70 Legatum rei alienæ, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter Miſerabilibus factum, an valeat?

71 Donatio Miſerabilibus facta, an inſinuatione egeat?

72 Exemptus, iudicemque Conſeruatorem habens, aduerſus Miſerabiles exemptione vti non poteſt.

73 Miſerabiles an à domo conducta, domini ſuperueniente neceſſitate, expelli poſſint?

74 Teſtes etiam non periti inſtrumenti deperditi tenorem, fauore Fiſci, probant. Et an Miſerabilium gratia? ibid.

75 Gratia, ſeu beneplacitum publicam vtilitatem reſpiciens, ſicut morte concedentis non expirat: an ita quoque ſi Miſerabilium commodum tangat?

76 Teſtium reprobatio, an in Miſerabiliũ cauſis locum habeat?

In iudiciis ſummariis, an teſtium reprobationi ſit locus? ibidem.

77 In Miſerabilium cauſis, an concluſio deſideretur?

78 Dos Miſerabilibus perſonis data, ab eo, qui dotem conſtituere tenebatur, an incongrua, earum fauore cenſeatur?

79 Sententia in fauorem tutorum, vel adminiſtratorum rerum Miſerabiliũ prolata, an executioni mandetur, ſi tutor, vel adminiſtrator rationes non reddiderit?

80 Executor teſtamenti, in quo Miſerabiles ſunt inſtituti, an inuentarium conficere debeat?

81 Monachi, aut Religioſi clauſtrales, an Miſerabilium fauore, vel regulariter etiam, Superiorum licentia, teſtamentorum executores eſſe poſſint?

82 Et quid circa Fratres Minores de Obſeruantia? Quidque ſi teſtator præcipiat, vt executores teſtamenti ſui, pecuniam inter pauperes per Fratres Minores, vel de eorum conſilio eligendos, diſtribuant: an pauperum electionem Minores tunc facere poſſint? & num. 83.

84 Tutor qui aliquid ab ſponſo, vel eius patre accepit, vt illi pupillam nuptui traderet, an ſi acceptum Miſeris reſtituat, liberetur?

Ad reſtitutionẽ obligatus, ſi dominus ignoretur, pauperibus erogãdo, liberatur. ibi.

86 Scriptores ampliùs ratione niti, quàm opinionibus debent. Non enim quòd multorum, ideo melior ſententia eſt.

# PROOEMIVM.

QVAMVIS *De pri-
uilegiis pauperum* in
tractatu, *Miſerabi-*
1 *lium* † quoque *per-
ſonarum* titulum ad-
iecerimus: de pau-
perum tantum priuilegiis (vt de miſe-
rabilioribus, in quibus dicta, aliis etiam
conueniunt) non de cæteris (quemad-
modum ibidem in procemio notamus)
ſigillatim agere decreuimus, præſtiti-
muſque pariter. Separatim enim *Miſe-
rabilium* priuilegia (& materiam præci-
pue *legis vnicæ, C. quando Imperator in-
ter pupill. & vid.*) pertractare nobis
cordi inerat. Cui & inferiùs ſubiicien-
dus caſus deſiderio calcaria addidit.
Confuſe namque, & abſque aliqua di-
ſtinctione, eius *Miſerabilibus* Doctores
commodant priuilegium. In ipſorumq;
numero infinitos prope congerunt,
quorum tamen multi, nec dictæ legis,
nec pleraque ex priuilegiis, quæ grega-
tim *Miſerabilibus* tribuunt, competunt.
Qui non tam dictæ legis generalibus
verbis, quàm Doctorum incuria, com-
munis factus eſt error. Maiori ideo ani-
maduerſione dignus. *Nil enim* (vt per-
belle *Senec. de vita beata, cap. 1.*) *magis
præſtandum eſt, quàm ne pecorum ritu ſe-
quamur antecedentium gregem; pergentes,
non qua eundum eſt; ſed qua itur.* Inſuper
addens: *Verſatque nos, & præcipitat tra-
ditus per manus error; alieniſque perimus
exemplis. Sanabimur, ſi modò ſeparemur
à cetu.* Huic (nos à cetu ſeparantes) oc-
currere curabimus. Quem illi recuſa-
runt, ſuſtinentes laborem. Ex eo enim,
quòd pupillis, viduis, diuturnoque
morbo fatigatis indulſerit Imperator,
vt cum primum habere poſsint iudi-
cem; aduerſarioſque in primæ cauſæ
cognitione ad Curiam trahendi, & ne
ab aliis ipſi trahantur, poteſtatem fe-
cerit: huncque fauorem aliis etiam
fortunæ iniuria *Miſerabilibus* porrexe-
rit: non ſolum ſimiles nominatis (vt re-
2 latiui *Alii* † in præfata lege adiecti, eſt
natura, veluti 1. *part. de priuileg. pauper.
quæſt. 7. num. 14. & quæſt. 9. num. 22.*
notamus). Sed longe diſsimiles inter
*Miſerabiles* (& numero, & auctoritate
validiſsimi) Doctores recenſent; om-
nibuſque æqualiter & prædictæ legis,
& cætera omnia priuilegia concedunt:
cum tamen diuerſa inter eoſdem ſit ra-
3 tio: quæ diuerſum, † per conſequens,
ius poſtulat ſtatuendum, ex *l. Duobus,
25. de teſtament. tutel. & l. Tais, 25. D.
de mort. cauſ. donat.* Miſerabiliumque
numerum (præteriam relatos) ex pere-
4 grinis, † ruſticis, pauperibus, minori-
bus, captiuis, Eccleſia, Eccleſiaſticis
perſonis, his ſeruientibus, ciuitate, me-
retrice, ſcholaribus, publice pœniten-
tibus, expoſitis, ſenibus, cæcis, carce-
ratis, nouiter ad Fidem conuerſis, Cru-
ce ſignatis, Virgine, Cælibe nupta in-
utilem maritum habente, milite, pro-
digo, aliiſque in diſcurſu adducendis,
iuris monarchæ componunt. *Innocenc.
in cap. Significantibus, de offic. & poteſt.
iudic. deleg. numer. 1. & ſeqq. Anton. de
Butr. num. 22. Imol. num. 19. vſque ad
23. Specul. in tit. de inſtrum. edit. § Nunc
vero aliqua, num. 62. Syलueſt. in ſumm.
verb. Miſerabiles perſonæ, Petr. Rebuf. ad
conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſional.
art. 3. gloſ. vlt. Ioſeph. Maſcard. de probat.
concl. 1065. Menoch. de arbitrar. lib. 2.
cent. 1. caſu 66. Marcheſ. de commiſ. auoc.
cauſar. part. 2. § 2. num. 1. & ſeqq. &
num. 27. 28. & 29. Ricci. collect. 2720.
par. 7. Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. par. 4.
quæſt. 18. art. 4. nu. 18. Antonin. Theſaur.
deciſ. 177. num. 1. & ſeqq. & ibidem eius
Additionator, lit. A. Cardi. Tuſch. practic.
concluſ. lit. M. concl. 273. Thom. Acti. de
infirmitate, 1. p. cap. 13. num. 5. & ſeq.*
Quorum plerique, *Miſerabilium* ſimul
priuilegia recenſendo, abſque aliqua
diſtinctione relatis commodant. Vt
cum de *Miſerabili*, vel eius in ſpecie
priuilegio quæritur, deciditurvè: de
om-

omnibus actum velint. Mirabile quidem, inter tot tantoſque eximios Doctores hanc ex profeſſo materiam tractantes, nullum (quē viderim, vidi autē relatos omnes) in tam aperto *Miſerabilium* diſcrimine differentiam aliquam conſtituiſſe, aut deſideraſſe: ſed eis, eorumque fauoribus glomeratim congeſtis; eiſdem gaudere indiſtinctè firmaſſe: profuſi ſermonis velamine, difficiliorem prouinciam, prolixioremq; laborem recuſantes. Quibus illud *Lucretii de rer. natur. lib.* 1. conuenit.

*Ardua dū metuunt, amittunt vera viarum.*

Senſit hoc vitium, & in *Petro Rebuffo* (quē recentiores ſequuti ſunt) *Proſper. Carauita* damnauit in *ritib. magnæ Cur. ritu* 219. *num.* 6. non tamen emendauit. Veritatem inquirendi, anſam præbet, quam non inquirit. Viam à longe indicat: gradum tamen ab ea reuocat. Ait enim: *Quia multæ ſunt perſonæ, quas Rebuf. inter miſerabiles poſuit; quibus hoc priuilegium electionis non tribuitur; etſi aliàs alio reſpectu eſſent miſerabiles.* Nec longè ab eodem, eruditiſsimus D. Præſes *Couar.* abeſſe videtur. Qui *practicar. cap.* 6. generalē proponēs diſputandam quæſtionem: *De his qui pro iure exigendo, poſſunt alios ad curiam Regis vocare, quoad primam cauſarum cognitionem*: pupillis, & viduis à lege noſtra vnica; pauperibuſque à *lege Regia.* 5. *tit.* 3. *p.* 3. ab eademque lege vnica virtualiter comprehenſis (vt ponderat) relatis: etſi *Miſerabilibus* hoc fori competere priuilegium *num.* 1. dicat: non de aliis quæſiuit, aut egit.

*Miſerabilium* namque diuerſæ ſunt
5 ſpecies. † Quidam enim, actu ſimul & habitu; habitu quidam tantum. Strictè, & verè alii; quidam interpretatiuè; largè, & impropriè. Alii natura; ab accidenti alii. Fortunæ iniuria; propria ve culpa. Quidam abſolutè, & ſimpliciter: alii, quoad quid, & aliquo reſpectu *Miſerabiles* exiſtunt. Quibus miſeræ conditionis diuerſitas, diuerſum quoq; ius tribuit; vt in huius tractatus progreſſu (cum de minore, Vniuerſitate, Eccleſia, ruſtico, mercatore, ſimilibuſque agimus) apparebit.

Ex *Miſerabiliumque* diuerſitate, plures quoque differentiæ deſcendunt. Iidem namque ipſi ab eadem lege noſtra vnica nominati, ad eiuſque priuilegium vocati, vidua, pupillus, diuturno-
6 que morbo fatigati: † non etiam ad alia ſæpè *Miſerabiles* iudicantur, neque Miſerabilium priuilegiis gaudent. Non enim ſi diuites ſint, gratis ab Aduocatis, Procuratoribuſvè iuuandi neceſſario ſunt; nec ab ſportularum iudicum ſolutione excuſantur, vt notāt *Proſper. Carauit. in ritib. mag. Cur. ritu* 19. *num.* 11. *Vincent. de Frāch. deciſ.* 100. *num.* 20. *Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt.* 2. *p. cap.* 2. *num.* 98. *Adrian. Neguſan. reſponſ. quæſt.* 186 *num.* 2. *& quæſt.* 251. *nu.* 30. *& ſeqq. Iacob. Cancer. variar. reſolut. tom.* 2. *cap.* 2. *numer.* 6. ita Cataloniæ praxi ſeruatum aſſerens. Firmantque dicta à *Nobis de priuil. pauper.* 1. *part. quæſt.* 28. *num.* 41. *& ſeqq.*

Neque eorundem cauſæ (ſi pariter
7 diuites ſint) † ſummariæ dicuntur, vtque ſummariæ tractantur, teſte, defenſoreque *Maranta in praxi iudic.* 4. *part. diſt.* 9. *num.* 79. antiquioris impreſsionis; recentioris autem, *num.* 195. quem *dict.* 1. *part. quæſt.* 55. *num.* 10. Nos quoque adducimus. Vbi pariter Miſerabilium cauſas ſummarias eſſe, ſummariè que tractandas, multorum auctoritate oſtendimus.

Non item vidua, pupillus, orphanus, infirmus, & ſimiles diuites, legatum
8 *Miſerabilibus* † factum, conſequentur; neque his relictum, pium dici, firmat ſcientiſsimus *Andr. Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. in præfat. num.* 12. quem ſequitur *Monet. de commutat. cap.* 4. *num.* 35. Imò nec ſi pro dote, alimentis, aut etiā anima relinquatur eiſdem, vt de *priuil. pauper.* 1. *part. quæſt.* 52. *num.* 17. 18. *&* 19. oſtendimus.

Denique (vt alia in præſenti faciamus omiſſa, in diſcurſu videnda) ſi contra *Miſerabilem* quis reſcriptum impetret; nec miſeriam ſpecialiter, qua la-

9 boret, in ſupplicatione declaret; † ſur-
reptitium inutileque reddi ( ex *Cardin.
conſ.136.num.10.Archidiac. in cap. Licèt
nos,8.diſt.* & *Innocent.in dict.cap.Significantibus, de offic. delegat.* cùm *Felino ibi
num.6.*) aſſerunt *Marqueſ. de commiſſ.
auoc.cauſar.par.2.§.2.num.4.* & *Cardin.
Dominic.Tuſch.practic.cõcluſ.dict.lit.M.
concl.274.num.1. Neuizan.in ſylu.nupt.
lib.6.n.37.inter communes opiniones,lib.5.*

Miſeriæ namque ſpecifica qualitas,
maiorque, vel minor *Miſeri* infœlici-
10 tas, faciliorem, † difficilemve ad con-
ceſsionem Principem reddere poteſt:
cuius ad reſcripti valorem ſpecificam
declarationem omnino requiri, cùm
prope infinitis (qui Nos ab aliorum al-
legatione excuſat) tradit (eruditiſsimus
pariter, & in relatione fideliſsimus)
*Pat. Sanchez de matrim.lib. 8. diſput.21.
num.10.*

An prædicta, hac in materia ſcribẽ-
tium (æquè *Miſerabilium* priuilegia om
nibus indiſtinctè donantium, nouiſsi-
11 meque *Franciſci Carraſci*, † à quo No-
bis leuamen policebamur, in libello de
caſibus Curiæ, qui ad manus noſtras
cum vltimã penè huic imponeremus,
peruenit) deſidiam meritò incuſſent;
cum inſcitiam nequeant: aliorum re-
linquimus iudicio. Tritam enim viam
ambulauit & ipſe, priorum veſtigiis,
ſectæque inhærendo, à *num.50.* cum ali-
quibus ſequentibus *Miſerabilium* col-
lectione facta (cœtui ſe reliquorum in-
uoluens) *Miſeros* dictæ legis vnicæ, fo-
rique priuilegio indiſtinctè, ſineque al-
tiori indagine gaudere affirmans.

Neque abſimile, quod cum *Ioanne
12 Maria Nouario* † Nobis accidit. Poſt-
quam enim *de priuilegiis pauperum*, &
*Miſerabilium perſonarum* primam, & ſe-
cundam perfeceramus, præloque de-
deramus partem; cum de *Miſerabilium*
priuilegiis librum edidiſſe Fama tulit.
Quæ & mihi nonnullam, & Librario
(cuius ſumptibus noſter in lucem tunc
prodierat) maiorem curam ingeſsit.
Nec quidem immeritò, cum & copio-
ſus, & acceptus *Nouarius* ſuis priori-
bus extaret ſcriptis: poſterioribuſque
potiori commendatione, acceptioneq;
dignum reddendum ratio poſtularet.
Solicitudinem libri carentia auxit, cõ-
iecturiſque præbuit locum. De quibus,
cum inter doctiſsimum (mihique pari-
ter arctiſsima amicitia iunctum, Rega-
lium Supremorum Senatuum diſer-
tiſsimum Aulicum, omniumque bona-
rum artium acerrimum cultorem) me-
que, inter alia, ſermo incideret: & an à
*Nouario* ego: an à me ille, in *Miſerabi-
lium* priuilegiis decerpendis, diſcede-
ret: an differentem, eandemve elegiſ-
ſet viam: Diuerſam, illud mihi ſua-
debat; quòd Pauperum præcipuè (tan-
quam maximè miſerorum, in eiſque
dicta, in aliis quoque *Miſerabilibus*
prolata cenſerentur) priuilegia re-
cenſerim: Nouarium autem, *Miſe-
rabilium* omnium ſigillatim fauores
proſequuturum, videbatur mihi. Ani-
mo ceſsit vtilitate, & pulcritudi-
ne labor; ac mihi quòd illac non per-
gerem, increpaui. Ea imaginatio-
nis, mentiſque conceptus, vis! quem
enim in ea modum formaueram *No-
uarium* ſequutum, adeò mihi perſua-
debat: vt nullum penè dubitationi lo-
cum faceret. Nec ideo minor viden-
di librum cupiditas inſtabat. Quem
cum anxiè perquiſiiſſem; apud dig-
niſsimum tandem Italiæ tunc Regen-
tem (Iuriſprudentiæ Antiſtitem, ani-
mi dotibus non minus quàm ſanguine
clarum, virtutumque ſplendore ful-
gentem, ad Supremum iam meritò Se-
natum euectum) D. Ioannem Baptiſtã
Valençuela Velazquez; non tamen
quem finxeram, ac deſiderabam, in-
ueni. Paruum quidem libellum; ſed
(ſi ita dicere fas eſt, contemptu, & in-
iuria procul) vtilitate minorem. Nihil
enim aliud quã à *Tiraquello de pia cauſa*
dicta tranſcribere, *Miſerabilibus* cõmo-
dãdo, effecit. Si quid ab eo nõ deſũpſit;
à *Marco Antonio Genuenſe in practicabili-
bus Eccleſiaſticis* (à pia cauſa, Fiſco, Re
publica, Minoribus, ſimilibuſque, Ec-
cleſiæ priuilegia, operioſius licet, ac
ſub-

ſubtiliori calamo formante) mutuatus eſt. Gratias vterque Tiraquello agant, cuius labor, eorum fuit ocium, cuius fatigatio, requies. Quorum Nos vitium effugere cupientes, ab ipſis dicta, periciſsimoque *Surdo de alimentis* (quæ Miſerabilibus conueniebant, vt tranſcriptionis notam vitemus) omiſſa data opera fecimus. Quemadmodum & in 1.*p. de priuil.pauper.prælud.n.*3. aduertimus. Etſi quandoque in eos incidere ſit omninò neceſſe. Quod enim ſemel aut bis aptè, ac decorè; ſæpè, ineptè; ſemper, fit verecundè. Quid autē ineptius? Quid indecentius, quàm ſemel, & iterum *Miſerabilium* priuilegia ex piæ cauſæ ſimilitudine petere? Integrumque hoc modo librum componere? Nec legis, nec Doctoris ſpecifica adſertionis ſuæ auctoritate nixus? Quodque breui quidem pagina comprehendere (dicta æquiparatione præhabita) poſſet: ad libri vſque volumen protendere? Effingendo quæſtiones, quibus ſi conuenirent ſcripta; vtilitatem præ ſe ferrent; mererent laudem, maximumque honorem Auctori compararent: Sed aut eis non reſpōdent, aut formatum ſpeciale nullo, aut leui quidem argumento (modo iam dicto) probat: diſsimilibus verbis, eadem tamen ſubſtantia priuilegia componens. Si pleraque, & præcipua adiecerimus; veritas libro carentibus apparebit. Quæ, vt & liuoris nota longè abſit; & noſtrum quiſque opus hac ratione non carpat; ab eo nec Nos mutuaſſe quidquam, & difficiliorem, longeque diſsimilem prouinciam aggreſſos pateat: breuiter (nec enim ad latā impugnationem noſtra ſe conuertit oratio) compendii loco, curſimque nectemus.

Igitur priuilegio 2. regulæ *legis Quod maior, D. ad municip.* Miſerabilium fauorem pro limitatione adducit. Vt licèt à maiori Vniuerſitatis, vel Conci-
13 lii parte † factum teneat: non quidem, ſi in *Miſerabilium* præiudicium vertatur. Neminem firmantem profert, in caſuſque tantum contingentia ſe ita conſultum reſpondiſſe, ait. Quia cum in quadam Neapolitani Regni ciuitate, foret per maiorem ciuium partem concluſum, vt pro egenis, infirmis, *Miſerabilibuſque* fieret Hoſpitale: aduerſus maiorem contradicentem, poſſe fieri obtinuit. Ea ratione, quòd in minore parte aderat maior pietas, ma-
14 iorque per conſequens ratio, † minorque tunc pars, maior reputetur, ex *Gloſ. in cap.* 1. *§. Quod circa, verb. Rationabiliter, de his, quæ fiunt à maior. parte capituli.* Quam quidem deciſionem nō Miſerabilium ſpecialis fauor; ſed generalis ratio introduxit. Quæ vbi potior, ſaniuſvè iudicium adfuerit, prçualebit ex tex. *in cap.* 1. 2. *& per tot. de his quæ fiunt à maior. part. capit.* expreſſoq; de iure Regio, in *l.* 10. *titul.* 14. *part.* 1. cum multis aliis, quos in id conciuis noſter congerit *Ioan. Garcia de nobilit. gloſ.* 3. *§.* 2. *num.* 20. totum ius in hoc cōcordare affirmans. Illudque in *Nouarii* caſu extitiſſe, ſatis quod addit ipſe, mōſtrat: In ciuitate nempè opulenta Hoſpitale non eſſe.

Ita ſimiliter priuilegio tertio, *Miſerabilium* fauore generalem, aut etiam
15 ſpecialem renuntiationem † legata *Miſerabilibus* facta non comprehendere; ſine aliqua lege, vel Auctore firmat; ſed ſic pariter conſultum reſpondiſſe. Ex eo quòd beneficium alicui conceſ-
16 ſum miſerationis, & pietatis gratia, † per verba generalia non tollatur, ex traditis ab *ipſo in praxi, quæſt.* 46. *num.* 20. *cum ſeqq. ſect.* 2. Quæ quidem ratio priorem nequaquam deciſionem comprobat, differentia ex facto hominis, vel legis (quæ illius confirmatione deducitur) exiſtente. Aliud eſt enim *Miſerum* ipſum ſpecialiter fauori ſuo renuntiare: aliud in ſpecie conceſſum à lege, per alterius generalem diſpoſitionem non tolli, neque ea *Miſeros* comprehendi, vt infrà *quæſt.* 3. *num.* 26. notamus. Inductione verò conceſſa: eadem ipſa difficultas manet. Cum ad generalem tantum renuntiationem; non etiam ad ſpecialem ratio trahi valeat;

nec confirmationem ſuam ( qualem-
qualem)ad ſpecialem renuntiationem;
ſed generalem referat ipſe.

Poſſe autem *Miſerabilem* priuilegio
17 eidem pietatis intuitu à lege conceſſo†
renuntiare(poſt multa hinc inde) ipſe-
met *Nouarius in praxi.ſect.2. quæſt.9. à*
*num.5.cum ſeqq.*concludit,*Noſque dict.*
*quæſt. 3.num.27.* aduertimus. Fortius
ergo hominis(& ſic legato) poterit re-
18 nuntiare fauori : cuius facilius † quàm
à lege trahentis originem admittitur
renuntiatio, *Sigiſmund. Scaccia* teſte, *de*
*appellat.quæſt.7.num.*115.

Confeſsionem extraiudicialem,Mi-
19 ſerabilium † fauore probare (nemine
pariter in ſpecie firmante adducto,piæ
cauſæ ſimilitudine) *priuilegio* compro-
bat *octauo.*

Ad Mulieris quoque, & Minoris ſi-
militudinem(ex *l. De die, §.Si ſeruus,* &
ibidem Doctoribus, *D. qui ſatiſd.cog.*)
20 etiam poſt litem conteſtatam † exce-
ptiones dilatorias opponere Miſerabi-
lem poſſe;*priuilegio* 9. tantũmodo pro-
fert.Qua de re *Nos infr.q.8.n.*173.

Eodem etiam modo(piç cauſæ inſtar,
nemineque in ſpecie citato) *priuilegio*
13. Miſerabilium fauore enuntiatiua
21 verba † diſponere, & probare aſſerit.
Quã in pia cauſa aſſertionẽ firmarunt
(quos non adducit) *Maſcard.de probat.*
*concl.*388.*num.*3.*concl.*622.*num.*41.*&*
*concluſ.*1176.*num.* 58. *Nicol. Genua de*
*verbis enuntiatiu.lib.*2.*quæſt.*23.*num.*1.
*& ſeqq.*ex *text.*præcipuè in *c.fin.de ſuc-*
*ceſ.ab inteſt.*in verbis illis:*Aſſeruit ſe,&c.*

22 Falſi pœna Miſerabiles † non puni-
ri,ad illius Regni pragmaticam notari
dicit *priuilegio* 15. & ratione, & aucto-
ritate omninò deſtitutus.Nulla quippe
(generaliter etiam, uat indiſtinctè, vt
ipſe loquitur)fulciri legitima poſsit.

Ex iure ſibi oneroſa, vel lucratiua
23 cauſa ceſſo,Miſerabilem agere † poſſe,
aduerſus Regni illius conſtitutionem
(etſi iure communi, vtroque in caſu id
regulare ſit, *l. Per diuerſas*, 22.*l. Ab*
*Anaſtaſio*,23 .*C.mandati*) *priuilegio* 16.
affirmat. Fortius autem *Nos* infrà *q.*3.
*nu.*16.poſſe Miſerabilem ex iure ceſſo
Principem primum habere iudicem,
quamuis id cedenti ius non compete-
ret,oſtendimus.

Ceſsionem deinde Miſerabilibus
24 factam, † ſimulatam non præſumi;*pri-*
*uilegio* 17. tradit. Quod ſpecialem ne-
quaquam fauorem conſtituit;ſed com-
mune eſt omnibus. Cũ ſimulationem,
dolum,aut fraudem præſumi,leges ve-
tent: quas adducimus in *Axiomatib.no-*
*ſtris lit. D.num.* 177. Nec gratuitam,
aut etiam oneroſam ceſsionem (certis
caſibus exceptis ) ſimulationis vitio
damnant, *dict. leg. Per diuerſas*, *l. Ab*
*Anaſtaſio*,aut Regia 64.*tit.*18.*part.*3.
Ceſsionemque regulariter non præſu-
mi ſimulatam, ab allegante ideo ſimu-
lationem probãdam;aduertunt *Roland.*
*à Vall.conſ.*6.*num.*28. *& ſeq.lib.* 3. *Hip-*
*pol. Bonacoſ.in tract. de præſumpt. lit. S.*
*Iacob. Menoch.eod.tract.lib.*3.*præſumpt.*
125.*num.*2.

*Priuilegio* 21. primum teſtamen-
25 tum ſolemne, † per ſecundum minus
ſolemne, in quo Miſerabiles perſonæ
inſtitutæ fuere,tolli contendit. Nil ta-
men in confirmationem adducit:ſed in
qualibet pia cauſa id obſeruari ſolitũ,
ex *Tiraquel. de pia cauſa, priuileg.* 2. *in*
*princip. & priuilegio* 53. necnon *Couar.*
*de teſtam.part.*2.*num.*1.*ad med.* Cuius &
allegatio vitioſa eſt,non enim ibi,ſed in
2.*p.rubricæ, num.*3. impreſsionum for-
ſan diuerſitas, errori cauſam præſtitit.

Legatum Miſerabilibus factum, di-
26 minutionem † pro rata non pati, licèt
patrimonii vires non ſufficiant; ex aliis
cauſis piis *vigeſimoſecũdo priuilegio* pro-
bat. Quod ( licèt ab eo non adductus )
*Tiraq*.*priuileg.*72. tradit, inferiuſque
*Nos q.8.n.*288.*& ſeqq.* prçcipuè *n.*290.

Donationem etiam Miſerabilibus
27 factam † interpretandam late ( piæ
cauſæ ſimilitudine cùm ſolo *Genuenſe*
de Eccleſia loquente *in practicabilib.*
*Eccleſiaſticis,quæſt.*2.*priuil.* 23.) prodit.

Pariter atque *priuilegio* 30. Miſera-
28 bilium gratia † donationem præſumi.
Qua de re *Nos de priuileg.pauper.*1.*part.*
*quæſt.*

*quæſt*.21.*numer*.8. Quod ſi à ſimilibus
argumentum petamus ; è conuerſo,
etiam in caſibus,qui donationis præ-
ſumptionem inducunt, aduerſus eos
29 deficere † nec in eorum præiudicium
donationem præſumi, ex dictis in Ec-
cleſia,*quæſtion*.8.*numero* 187.apparet.
30 In facultatiuis, † præſcriptionem,
& obligationem Miſerabilium fauore
induci (ex *Rota*, & *Gabriele*, apud quos
non inueni) *priuilegio* 24. prodit.
Cum in his nulla regulariter præſcri-
31 ptio † currat, *l*. 2. *§*. *Deinde Mar-
cellus*, *&* *l*. *Si eo fundo*, *D*. *de aqua plu-
uia arcend*. *Stephan*. *Gratian*. *diſcept*. *fo-
renſ*.*cap*.745.*num*.83.*tom*.4. Addoque
id probantia iura *l*. *Proculus*, 26. *D*. *de
damn*.*infect*. *&* *in l*. *Qui iure familiarita-
tis*, 41.*D*.*de a quir*.*poſſ*. pleniſsimeque
tradentem nouiſsimè *Caſtill*. *de tertiis
debitis Regib*. *Hiſpan*. *cap*.32. *à num*.1.
*vſque ad* 14.

Ex limitatione (quam non probat
*Nouarius*) inferens ; eum qui quolibet
anno, per multos,pauperibus quotidie
aliqua erogabat ; pro futuris præſta-
tionibus compellendum. Quod mihi
abſurdum, omninoque iuri repugnans
32 videtur : ni aliquem, † aut etiam inua-
lidum (quod Miſerabiliũ, cauſæq; piæ
priuilegium eſt) pauperes titulum obli-
gationis allegent, iuxta notata infrà
*quæſt*.8.*num*.320. Quæ & *Antonii Ga-
brielis* opinioni (pro limitatione hac
non fideliter à *Nouario* adducti, eam
tamen firmantis *commun*. *concluſ*. *lib*.5.
*concluſ*.10.*num*.12. Abbatis auctorita-
te comprobatę in *cap*.*Suam*,29.*num*.8.
*de ſimon*.)ſatisfaciunt.

Cum aliter,tempus non ſit inducendi
obligationem modus, vt in *axiomatib*.
*noſtris*,*lit*.*T* *num*.34. diximus,nec Mi-
ſerabilium, cauſæque piæ quidem fa-
uore,vt in alimentorum ſpecie, *Surdus*
(quem pro ſe *Nouarius* allegat inepte)
*de aliment*.*tit*.8.*priuileg*.22.*num*.1.2.*&
ſeqq*. tradit; in qualibet etiam cauſa pia
*num*.3. procedere affirmans. Condu-
cuntque dicta in 1.*de priuileg*.*paup*.*par-
te*,*quæſt*.34.*num*.3.

33 Stipulari pro miſerabilibus † quem-
libet poſſe, piæ cauſæ æquiparatione
(cui id *Tiraq*.conceſſum oſtẽdit,*priuil*.
115.& infrà *Nos* Eccleſiæ comproba-
mus, *q*.8.*n*.378. Idq; omnibus pariter
hodie commune factum eſſe, ibidem)
*Nouar*.*priuileg*.25.tradit.

Ex eademq; cõparatione, legata Mi-
34 ſerabilibus † etiã non adita hæreditate
deberi(& *Tiraq*.*priuil*.33.multiſq; aliis
id in pia cauſa firmantibus) ipſe quoq;
*priuileg*.26.firmat.

Miſerabiliũ pariter fauore, poſſe in-
35 ſtrumẽta † nouiter reperta,poſt cõclu-
ſionẽ etiã in cauſa, eorũq; negligentia
data,produci(ad Eccleſiæ æquiparatio
nem, cũ *Marco Antonio Genuenſe*, de ea
loquente,*in practicab*. *Eccleſiaſt*.*q*.231.
cui etiam infrà *Nos* id datũ *q*.8.*n*.167.
oſtendimus)ille *prileg*.27.notat.

Ita ſimiliter Eccleſiæ priuilegiũ,quod
36 latã contra eam ſententiã, † repertorũ
de nouo inſtrumẽtorũ prætextu retra-
ctat.(Qua de re eiuſq; intellectu *Nos d*.
*q*.8.*n*.164.165.*&* 166.)Miſerabilibus
*Nouar*.ſimpliciter *priuil*.cõmodat 28.

Mobiliumq; legatum perſonis Miſe-
37 rabilibus factũ, † adquiſita poſt teſta-
mentũ cõprehendere (conſueto ſolum
argumento, à cauſa pia ſimilitudinem
petens,in qua,in Eccleſiaq; id *Nos* pro-
cedere repetita *q*.8.*nu*.159.dicimus)
*priuileg*.29.probat.

Eadẽ itẽ Eccleſiæ ſimilitudine (quæ
38 legis taxatiuè loquẽtis,† extẽſioni locũ
facit,vt *q*.8.*n*.282.ſcribimus) ſpeciale
idẽ Miſerabilibus tribuit *priuileg*.36.

Donationẽ Miſerabilibus factã, cum
39 pacto pręſtandi alimenta † donãti:ſi nõ
præſtẽtur; non reuocari, *priuil*.39.de-
terminat.Quod & *Nos* in Eccleſia tra-
dimus,*d*.*q*.8.*n*.249. Cuius hoc in caſu
ſimilitudine *Nouarius* (vt aſſolet) non
vſus, inermem, auxilioq; deſtitutã de-
terminationẽ ſuã omnino relinquit.Ex
eo enim illã cõfirmat, quod pactũ hoc,
magis in modũ,quã reſolutionẽ ſonet,
ex *Gratian*. *diſcept*.44.*n*.10. *&* *ſeqq*. &
*Tuſch*.*practic*. *concluſ*.*lit*.*D*.*concluſ*.643.
Id ergo pacti natura,nõ ſpeciali fauore

ea ratione accidere nemo non videt.
Ad Eccleſiæ ſimilitudinem *priuil.* 41.
40 reddit, cuius procuratricem, † & aduocatam fœminam eſſe poſſe, *Ge-
nuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt.* docet. *q.*
346. *&* 436. Quod & Miſerabilibus,
ſuo more, ibi *Nouarius* tribuit.
Eadem quoque ſimilitudine, à con-
41 ducta domo † tempore locationis fi-
nito, ſi quantum alii offerant, ſoluant,
Miſerabiles expelli nō poſſe (quemad-
modum neque Eccleſia, vt notamus,
*dict. quæſt.* 8. *num.* 331.) ipſe *priuil.* 42.
profitetur.
Eodemque propoſito retento, Miſe-
42 rabilium gratia, executionis ordinem †
neceſſariô ſeruandum non eſſe (vt in
Eccleſia Doctores obſeruant, *Noſque
dict. quæſt.* 8. *num.* 267.) ille *priuilegio ſe-
quenti,* 43. nempè, ſcribit.
Ad piæ cauſæ inſtar, poſſe perſonas
43 Miſerabiles legatarias † propria cape-
re auctoritate legata, *priuileg.* 45. tra-
dit, & in pia cauſa *Tiraquel. priuileg.* 26.
*&* 45. & poſt eum *Farin. de furt. quæſt.*
175. *num.* 336.
Ad eandem pariter ſimilitudinē, ſe-
44 quenti *priuilegio* 46. de legatis † Miſe-
rabilibus factis Falcidiam non detrahi
(*Tiraquelli* auctoritate, *dict. priuil.* 26.)
confirmat.
Ipſaque ratione, monitoria reuela-
45 tionis † (etſi res de qua agitur non ex-
primatur, vt piæ cauſæ) miſerabilibus
concedi poſſe (in idem ſæpè recidens)
*priuilegio* 49. ait.
Duabus ſententiis cōtrariis exiſten-
46 tibus, altera † pro Miſerabilibus; ad-
uerſus eos altera; eam quæ Miſerabili-
bus fauet (Fiſci adinſtar) attendendam
*priuileg.* 53. docet. Qua in re ſuppoſitū
ſi non falſum, maximè dubium, con-
trouerſumque extat: An nempè Fiſcus
(à cuius ſimilitudine ad Miſeros deſ-
cendit) hoc vtatur fauore, vt apud *Fa-
rinacium*, & ab eo citatos *fragmentor.
crimin. lit. F. num.* 192. & 193. vide re
licet.
In duarum autem opinionum con-
47 flictu, † eam quæ Miſerabilibus fauet,
tenendam; in dubioque pro eis iudican-
dum; *de priuileg. pauper.* 1. *p. q.* 55. *n.* 18.
aduertimus. Idemque *Nouar. priuileg.*
99.
Non abſimile, de duobus inſtrumen-
48 tis eadem die † confectis, quorum,
Miſerabilium priùs celebratum præ-
ſumi, & *Nouar. priuileg.* 54. profert, &
ex dictis à *Nobis dict.* 1. *par. q.* 28. *n.* 37.
robur capit.
Reum præterea, etſi actor non pro-
49 bet, non eſſe abſoluendum, † ſi actor
perſona Miſerabilis ſit, *priuilegio* 56.
contendit *Speculatoris* auctoritate, *in
titul. de probationibus*, §. 1. incipit
*Probare, numero* 13. Cuius aſſertio ge-
neralem *Nouarii* non confirmat. Eius
in id proferantur verba: *Quintum eſt
actoris priuilegium: Nam qui repetit
tanquam indebitum, quod iam ſoluit,
regulariter debet probare indebitum.
Tamen ſi repetens ſit priuilegiata perſona
puta pupillus, vel Minor, vel Miles, vel
Agricola, reus debet probare ſe debitum
recepiſſe.* Quæ inepte aſſertioni ſuæ
*Nouarius* commodat; cum ex ſpeciali
ad generalem caſum non liceat ar-
guere, ex §. *Planè, inſtit. de iure natur.
gent. & ciuil.* Specialiter autem, præ-
cipuaque ignorantiæ, & ſimplicitatis
ratione in præſenti reus onere proba-
tionis, debitum recepiſſe grauatur;
aduertenterque ideo *Speculator* igna-
ras ſolum perſonas (quarum ſimpli-
citati ius ſuccurrit) numerauit; ad
alias etiam Miſerabiles ſagaces id non
porrecturus: inaduertenter vero *No-
uarius*, qui ad omnes id extendit.
Cum non tam miſera conditio, quàm
vel naturalis, vel præſumpta ignoran-
tia illud ius Pupillo, Minori, Militi,
vel Ruſtico concedat; quod diuturno
etiam morbo laboranti, ſagaci Se-
ni, Aduocato Pauperi, aliiſvè ex
Miſerabilium turba denegaret. Cuius
quidem lapſum profuſa (vt diximus)
Miſerabilium prolatio velat: dete-
gunt verô quæ in huius *procemii* initio
notamus, *à num.* præſertim *tertio cum
ſequentib.* Ne in impugnationibus di-
laba-

labamur, longioremque (aduerſus deſiderata) protrahamus ſermonem.

50 Per inquiſitionem † officio ſuo in *Miſerabilium* criminalibus cauſis procedere iudicem poſſe (ex *l. Ne quidquã, §. Aduocatus, & §. fin. D. de offic. Proconſ.*) tradit *priuileg.* 59. Quod & ius non ſolum Canonicum, ſed etiam Ciuile, & vniuerſalis conſuetudo (de qua & *Farinac.* plurimique ab eo relati teſtantur, *quæſtion.* 1. *numer.* 10.) ordinarium, non ſpeciale, aut extraordinarium reddidit, in quibuslibet que iam cauſis ad inquiſitionem iudicibus procedendi facultatem tribuit, vt (præter relatos) aduertit *Paz in praxi*, 5. *part. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. experimur in foro, oſtenduntque Regia iura (quæ nec ipſe adducit) *in l.* 8. *titul.* 2. *lib.* 1. *l.* 21. *titul.* 9. *lib.* 3. *& l.* 2. *titul.* 19. *libr.* 8. *nouæ Reg. collection.*

Ad tritam *priuilegio ſequenti* (60. nempè) viam reuertitur, Eccleſiæque ſimilitudine repetita, eius cauſa conceſ-
51 ſum, vt ad honorabile officium † promotus, ad vile deinde ſubeundum cogi poſſit (tradente *Genuenſe in practic. Eccleſiaſt. quæſt.* 327. contra textus prohibitionem, in *l.* 2. *C. quemadmodum ciuil. mun. indic. lib.* 10. in *l. Vniuerſos*, 15. *C. de Decur. eod. lib.* Doctorumq; commune placitum *ibid.* & *Vueſembech. conſ.* 40. *numero* 61. *& ſequenti,*) ad Miſerabiles ſimpliciter trahit.

Sic, quod *Vincent. Carot. deciſ.* 7. *numero* 13. (ab ipſo nõ fideliter relatus) tra-
52 dit: animæ fauore † legatum pro incertis malè ablatis, pauperibus relictũ, reuocari nõ poſſe; ad Miſerabilibus legatum factum, indiſtinctè refert. Quod nemo vſquam (ne Eccleſiæ quidem, alimentorum, libertatis, pauperumq; ſolum, non malè ablatorum contemplatione, alteriusve cuiuſuis piæ cauſæ) dixit, ne dubitabit quidem. Cum teſtantium voluntates vſque ad poſtremum vitæ exitum ambulatoriæ ſint, liberaque antecedentium reuocatione quauis in cauſa pro libito poteſtate fruantur, ex *l.* 3. *§. fin. & l.* 4. *D. de adimend. legat. l. Cùm hic ſtatus*, 33. *§. Ait oratio, & §. ſequenti, D. de donat. inter vir. & vxorem, l. Fideicommiſſum*, 27. *C. de fideicommiſſ.* adductiſque à *Petro Surdo de alim. titul.* 8. *priuileg.* 20. *numero* 1. *& ſequentib.* In eo autem ſolum dubitatio verti ſolet (cum deteſtantium expreſſa voluntate, & reuocatione non apparet, ſed coniecturæ adſunt, quæ legatorum reuocationem regulariter inducunt) an pia quoque ex eiſdem reuocata cenſeantur? Quam non mediocrem facit, text. in *l. Verum eſt*, 58. *D. de manumiſ. teſtam.* & alii adducti à *Surd. d. priuileg.* 8. *n.* 2. *&* 3. De quibus & *Nos quæſt.* 8. *num.* 219. 220. *&* 221. *& num.* 424. *& quæſt.* 16. *num.* 71. & proximè duobus *numeris ſeqq.* Ineptè igitur caſum illum ſpecialiſsimum, ad Miſerabilium turbam (diuites etiam, vt ſuprà oſtendimus, & *quæſt.* 3. latius apparet, comprehendentem) porrigit. Cuius quidem reſolutio, nec miſerrimis quidem, ſed animæ tantum præcipuo fauori (ſpeciali ratione, aliis non conuenienté) competit.

Piæ item cauſæ comparatione, Mi-
53 ſerabilibus legatum † relictum alienatione poſt teſtamentum facta, deberi *priuileg.* 68. deducit ex *Tiraq. de piæ cauſa priuileg.* 41. falſo allegato *Maſcardo, concl.* 1281. *numero* 113. qui potius *concluſ.* 1281. *num.* 102. *&* 115. *verſ. Sed nõ recederem, & duobus ſeqq.* fauore quoque piæ cauſæ legatum factum, alienatione volũtaria reuocatum videri, eleganter defendit. Qua de re etiam *Nos infrà quæſt.* 8. *num.* 221.

Eadem ſimiliter piæ cauſæ ſimilitudine, *priuileg.* 69. legata Miſerabilibus
54 facta ſi cancellata † reperiantur, nec teſtatoris voluntate deleta conſtet, deberi affirmat, quem Eccleſiæ fauorem, *dict. quæſt.* 8. *num.* 424. aſsignamus.

Repetito etiam argumento, vt piæ cauſæ intuitu, æquitas † non ſcripta
55 ſcripto rigori præferatur (quemadmodum *dict. quæſt.* 8. *numero* 407. aduertimus) ita & Miſerabilium gratia, *priuileg.* 75. tradit.

Eodem, *priuileg*. 76. vt in piis cauſis, 56 in Miſerabilium, ius † Canonicũ attendi (vt & *Nos de priuileg. pauper*. 1. *p. quæſt*. 52. *num*. 40. ſcripſimus) in eiſque inſtantiam ideo non perimi; cum iure Canonico non pereat; notat.

*Priuilegio* 97. (propoſito, ſuo retento) 57 legatum indebitum † Miſerabilibus ſolutum, vt pium non repeti, cum *Tiraq. de pia cauſ. priuileg*. 119. profert. Dicimuſque in Eccleſia infra *dict. q*. 8. *num*. 361.

58 Mandatum † præterea morte mandantis (vt piæ cauſæ) Miſerabiliũ gratia non expirare (ex *Tiraq. de pia cauſ. priuileg*. 82.) ipſe *priuileg*. 98. ſcribit.

59 Eligendi meliora † (ex eadem ipſa piæ cauſæ ſimilitudine) facultatem Miſerabilibus tribuit *priuileg*. 100. Nos Eccleſiæ, *quæſt*. 8. *num*. 148. tribuimus.

In idem ſæpè reſidens (piæ cauſæ 60 inſtar) in fideicommiſsi reſtitutione † prælegata venire, quando Hoſpitale, & inde Miſerabiles perſonæ ſubſtitutæ ſunt (ex *Tiraq. de pia cauſ. priuil*. 62. & *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib*. 6. *tit*. 3. *num*. 39.) ille *priuileg*. 104. ait; & Nos in Eccleſia, *dict. q*. 8. *num*. 385.

Sic & pauperum Hoſpitalis (ad Eccleſiæ inſtar cuius nunc omnino ſimili- 61 tudo conuenit) adminiſtratoris † malè gerentis bona eſſet tacite obligata; *priuileg*. 105. ſcribit. Cum bona pauperum bona reputentur Eccleſiæ, eiſdem fauoribus gaudeant: Eccleſiæque Hoſpitale comparetur. Vtrumq; Nos *de priuileg. pauper*. 1. *p. q*. 52. *nu*. 23. & *p*. 2. *q*. 58. *numer*. 20. Prædictumque Eccleſiæ priuilegium (minori comparatæ) aſsignat, cum multis, *Eſcobar de ratiocin. c*. 39. *n*. 13. Illatiueque Hoſpitali, *nu*. 14. & *Nos q*. 8. *n*. 36.

62 Poſſe mulieres pro Miſerabilibus † fideiubere (piæ cauſæ ſimilitudine retenta, cui hoc dedimus *d. q*. 8. *n*. 171.) ille *priuileg*. 110. tradit.

Ita pariter, teſtamentum imperfe- 63 ctum, † non voluntatis, ſed ſolemnitatis ratione Miſerabilium, vt piæ cauſæ fauore, ſuſtineri (*Tiraquello de pia cauſ. priuileg*. 7. *Riccio collect*. 330. & aliis in pia cauſa ſimpliciter loquentibus, adductis) probat.

Eidem ſimilitudinis argumento inſtans, Miſerabilium commodum teſta- 64 mento cōtinēte, † cuius executor munus ſubire recuſat (quantumuis munus huiuſmodi aliàs voluntariũ ſit; *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap*. 329. *nu*. 21.) mortaliter peccare (ex *gloſ. in cap. Sicut*, 11. *quæſt*. 1. *Felin. in cap. Paſtoralis*, *n*. 6. *de offic. delegat. Spin. de teſtam. gloſ*. 28. *nu*. 47. de cauſa pia nominatim agentibus) *priuileg*. 113. ſcribit. Etſi neque ad pias cauſas præcisè hoc munus ſubire quis compellatur, firmet, cũ multis, *Gutier. de tutel*. 3. *part. cap*. 45. *num*. 12. *verſicul. Secundo*.

Poſſeque teſtamenti executorem (aſſueto modo) vt propria cauſa, pro Mi- 65 ſerabilibus alteri † munus ſuum committere (vt in illa tradit *Tiraq. priuileg*. 37.) ille *priuileg*. 123. profitetur.

Executorē quoq; teſtamenti, in quo 66 Miſerabiles † perſonæ legatariæ relictæ ſunt, etiam hæreditate non adita (vnico argumento ſuo nixus, à pia cauſa petito) bona hæreditaria alienare, diſpenſareq; poſſe (ex *cap. Cùm tibi, de teſtam*. & *l. Si ita ſcripſero, de condit. & demonſtrat*.) *priuileg*. 118. comprobat.

Teſtamentum item, in quo Miſerabiles perſonæ inſtitutæ ſunt, ſolis præ- 67 ſumptionibus, † imò teſtatoris nutu firmum eſſe (non alio quàm fundamento ſolito, ex *Tiraquel. priuileg*. 8. & *in l. Si vnquam, verb. Donatione, numero* 266. *C. de reuoc. donat*. & *Couarru. in dict. capit. Cùm tibi, numero* 6. *de teſtament*.) *priuileg*. 119. aſſerit.

Teſtium rogitum in teſtamento, in 68 quo inſtituti † Miſerabiles ſunt, neceſſarium non eſſe (inſtituto ſuo inhærens, piæ cauſæ ſimilitudine, cui id *Achil. de Graſ. deciſion*. 1. *de teſtament*. & *Gamma deciſion*. 81. *numer*. 3. arrogant) *priuileg*. 124. contendit, hodieque regulariter neceſſarium nō eſſe *quæſt*. 17. *num*. 121. infrà notamus.

Co-

69 Coramque Parocho † & duobus te-
ſtibus huiuſmodi teſtamentum ( vt in
pia cauſa ) ſubſiſtere, *priuileg*.126. ob-
ſeruat. Cui Nos inferius aſſertioni *q*.8.
*num*.340. ſpecialius addimus.
70 Legatum deinde rei alienæ, † ſiue
ſcienter, ſiue ignoranter Miſerabilibus
factum ( vt cum cauſæ piæ ſit ) valere,
*priuileg*.130. refert ex *Tiraq. de pia cauſ.*
*priuileg*.66.
71 Donationemq; † Miſerabilibus ( vt
piæ cauſæ ) factam, inſinuatione non
egere ( etſi per ambages ) *priuileg*.129.
deducit. Diximuſque in Eccleſia *dict.*
*quæſt*.8. *num*.87.
Vnũ illud *priuil*.70. aptè Miſerabilibus
cõmodat, quod & *Nos de priuileg. paup.*
1.*p*.*q*.47.*n*.12. cõmodamus exemptũ,
72 † iudicemq; Conſeruatorem habentẽ,
exemptionis priuilegio aduerſus Mi-
ſerabiles perſonas vti nõ poſſe, nec co-
ram Conſeruatore ( eis inuitis ) ſed corã
ſuo iudice conueniendos.
Ab aliis item priuilegiatis Miſera-
bilium priuilegia ad libitũ petit, ſineq;
adiutore componit. Vt ab ſcholaribus;
73 quorum fauorem, ne à domo locata †
( etiam domini ſuperueniente neceſsi-
tate ) expelli poſsint; ad Miſerabiles
*priuileg*.93. transfert.
74 A Fiſco, vt ſicut in eius cauſa inſtru-
menti deperditi † tenorem teſtes etiã
non periti probant; *l*.2.*§*. *Diuus*, *D. de*
*iure Fiſci*; ſic & in Miſerabilium cauſa,
*priuileg*.106. æquiparatione non firma-
ta, firmauimus autẽ *Nos* cũ pauperibus
eam *de priuileg. pauper*. 1.*p*. *in ſpecialib.*
*extra quæſtiones poſt finalem, num*.7.
75 A publico itẽ fauore, † vt ſicut gra-
tia, ſeu beneplacitum publicã vtilitatẽ
reſpiciens, morte cõcedentis nõ expi-
rat ( ex *Menoch. de arbitr. q*.65. *Farin*. 1.
*p. fragment. crim. lit. B. n*.99. ) ſic nec Mi-
ſerabilium fauorem continens, nemine
ad id in ſpecie adducto.
76 Teſtium reprobationem † in Miſe-
rabiliũ cauſis locũ non habere, *priuileg*.
121. probat ex eo, quòd in iudiciis ſum
mariis huiuſmodi reprobatio non fiat:
duas licet contrarias rationis huius re-
ferat opiniones. Id quod etſi iudiciis
ſummariis datum *Farin. q*. 62. *nu*.193.
dicat: ipſe tamen idem, *à num*.201. tot
aſſertioni huic limitationes aſsignat:
vt nullum pœnæ fauori locũ relinquat:
generaliter *nu*.207. ſtatuens: calumnia
ceſſante, in ſummariis teſtium concedi
repulſam, ex *Bart. in extrauag. Ad repri-*
*mend. verb. Et figura iudicii, n*.9. *Afflict.*
*deciſ*.351.*n*.3. *&* 9. *& ibid. Cæſar. Vrſil.*
*in addit. n*.1. *&* 3. *in fin. Menoch. de arbit.*
*lib*.1.*q*.32.*n*.9. Prætерquam quòd, idem
hoc, quod cætera ab ipſo Miſerabilium
fauore ſpecialia tradita, vitiũ patitur:
quippe quod non niſi ad Miſerabiles
pauperes referri poteſt; quorũ ſolum,
non aliorum autẽ Miſerabilium ſum-
marias cauſas eſſe, vtq; ſummarias tra-
ctandas, & *de priuileg. pauper*. 1.*p*.*q*.52.
*num*.10. *ſuprà num*.7. aduertimus; & in
foro experimur.
Eidem autem incautus, pertinaciter
tamen argumento inſiſtens; vt in ſum-
mariis, in Miſerabilium cauſis conclu-
77 ſionem † non deſiderari, *priuileg*.125.
tradit. Quem proxima annotatio dam-
nat. Cui ob illud ſaltẽ gratulamur, quòd
ſimilitudinẽ hanc latius ( ſuo more au-
ctoritate etiam deficiente ) nõ eſt pro-
ſequutus.
Ad auctoritatem quoque propriam,
vel contingentẽ caſum ( eo pro aucto-
ritate vſus vbi cõparatio defecit ) con-
uertitur. Dotemq; Miſerabilibus per-
ſonis datã ab eo, qui dotẽ cõſtituere te-
nebatur; earũ fauore congruã † nõ cẽ-
78 ſeri ( allegando nihil, ſed ſic anno 1622.
reſponſum vidiſſe ) *priuileg*.109. ait. Ad
laxiorẽ, tritamq; viã ſe conferens; quæ
nempè dos congrua dicatur, latè exa-
minans.
Idem *priuileg*.67. vitiũ contrahit, ſen-
tentiam in tutorum, vel adminiſtratorũ
rerũ Miſerabilium vtilitatẽ prolatam,
eorũ fauore executioni † nõ mandari,
79 ſi tutores, vel adminiſtratores rationes
non reddiderint, relato nemine, etſi ita
in caſus cõtingentia deciſum teſtetur,
ex doctrina in ſimili data à *Socin. & De-*
*cio*, citatis ab *Anna. ſingul*.214.

Eo;

BIBLIOTECA GRANADA

Eodem pariter modo, nec ratione, nec Doctore firmante, ſed tantum ſic conſuluiſſe dicens, *priuileg.* 117. ait:
80 Executorem † teſtamenti, in quo ſunt Miſerabiles inſtituti, eorum fauore, inuentarium facere debere.

Monachos itẽ, ſeu Religioſos clau-
81 ſtrales † teſtamenti in Miſerabilium fauorem conditi, Superiorum licentia executores eſſe poſſe, *priuileg.* 112. affirmat, ex *text. in cap.* 2. *de teſtamen. lib.* 6. Quod quidem in quibuslibet vltimis voluntatibus, aut teſtamentis *text.* ipſe indiſtinctè concedit, & *text. in Clement.* 1. *eod. tit.* deque Regio iure in *l.* 2. *titul.* 10. *part.* 6. *verſ. E ſi tales omes*, & ibidem notat *Gregor. Lopez, gloſ.* 4. *verb. Fruyles*, vt in legali deciſione expreſſa alios omittamus, quos (præter ordinarios) *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. cap.* 2. *num.* 1. *&* 2. refert. Quibus autem hoc Religioſis munus interdictum eſt, Mi-
82 noribus † nempè de obſeruantia Fratribus, nec de volũtate Superioris Miſerabilium quoq; fauore, illud exercere licet, decernente, non obſcure, *text. in Clement. Exiui, §. Verum etiam, de verbor. ſignificat.* & notante *Gloſſa marginali in dict. cap.* 2. *de teſtament. lib.* 6. multiſq; relatis ab *Auguſtino Barboſ. in dict. Clement. Exiui, num.* 23. *P.* præſertim *Thoma Sanchez, in præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *numer.* 24. *& ſequentibus*, ampliante *num.* 27. etiamſi executio, bonorumque diſtributio inter ipſoſmet Fratres Minores, Monialesvè Sanctæ Claræ, eiſdem ſubiectas, ſit facienda. Quamuis teſtatore præcipiente, vt executores teſtamenti ſui, pecuniam inter pauperes, per Fratres Minores,
83 vel eorum conſilio eligendos, † diſtribuant; electionem pauperum facere Minores poſſe; ex *Couarru. Queſad. Menoch. Ceuall. Pariſ. Gratian. Sanch. Emman. Roder. Molin.* multiſque aliis, rationibuſque adductis, concludat idemmet *Barboſ. in collect. ad dict. cap.* 2. *n.* 9. Quod mihi probat apertè *text. in dict. §. Verum etiam, ad fin. verſicul. Verumtamen.*

Non quidem abſimile, quod *priuilegio* 120. tradit: Tutorem ſcilicet, qui
84 aliquid ab ſponſo †, vel eius patre accepit, vt illi pupillam nuptui traderet; ſi illud Miſerabilibus reſtituat, liberari, puella ſaltem, quæ damnum eſt paſſa, deficiente: cum pauperibus erogandum, aut reſtituendum id non ſit, cuius certus eſt dominus. Quem enim fauorem ex hoc *Nouarius* deducat, nec attentè quidem perſpicienti liquebit. Siquidem exiſtente puella, eidem ſatiſfaciendum, & ius poſtulet, & ipſe dicat: ea verò, vel cui reſtitutio, ſatiſfactiove facienda eſt, non extante, reſtituere, vel ſatiſfacere obligatum, vt ignorato domino, damnumvè paſſo, pauperibus erogando liberari, regulare eſt, ex traditis à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 8. *nu.* 10. & *part.* 2. *quæſt.* 62. *num.* 19.

85 Hæc ferè omnia, † præcipuaque Nouarii *Miſerabilium* priuilegia. Quorum relatio diuerſam omnino vtriuſq; prouinciam; longe noſtram difficiliorem; nilque ab eo (nec minimũ quidẽ) mutuaſſe, monſtrabit: à malignantium liberabit morſu: & ipſius incuriam, & infructuoſum damnabit ſudorem: veramque de illo, quam in principio tulimus ſententiam, reddet: Tritam nempè viam ambulaſſe, aliorum veſtigia ſequutum, *Miſerorum* turbæ priuilegia ſine diſcrimine commodantẽ; cũ tamen nullum ferè (vt relata monſtrãt) niſi pauperibus cõueniat: antiquis tenebris materiam inuolutam reliquiſſe, ſparſiſſeque nouiter denſiores, nulla inter Miſeros diſtinctione facta, à cauſa pia præcipuè deducto argumento, quod neque in Miſeris ab ipſa *lege* noſtra *vnica* nominatis ſæpè vigere, iam *ſuprà num.* 5. *& ſequentibus*, præcipuè *num.* 7. *& ſequenti* notamus: alienis vigiliis laudem, alienis laboribus quæſiuiſſe requiem. Quibus vbi quoquomodo non eſt vſus; deſtitutus reperitur omnino. Et cum proprias ad ſpeciale manus tendit: vel regulare profert, vel ſuæ ſimplici aſſertioni, ex vrbanitate,

credendum relinquit. Scuerum me forſan, rigidumque cenſorem aliquis iudicabit. Cuius (quantumuis naſi adunci, ſuperioribus perlectis) intrepide (exculpationis ſecurus) iudiciũ ſubeo. Aliquam forte Nobis priora noſtra ſcripta (ni proprius decipiat amor, votumque commune) & fiduciam, & ab ea nota immunitatem præſtabunt; pariter & præſentia, quoad quæſtionum, quas diſputandas proponimus, materiam: etſi qualibet terminata, in priuilegiis verè, largè, aliquovê reſpectu aſsignandis, aliorum morem ſequi ſit neceſſum. In quibus nec diſputatio decerct; nec ad eam vita quidem longiſsima ſufficeret. Cum vniuſcuiuſque ex Miſerabilium vulgari numero, ſi ad eum pertinentia omnia ſigillatim diſcuterentur, integrum (nec mediocre) volumen confici poſſet, multique fecere diuerſa. Quorum & Nobis debitores ſtudioſi erunt. Omnia namque ad hæc ſpectatia (compendioſa licet via) complectimur. Ideo neque ſingula in controuerſiã trahimus; neque diſputationem omittimus, vbi res inſtitutumque *legis* noſtræ *vnicæ C. quando Imper. inter pupill. & vid.* poſtulat. Cuius exactè (vſqueadhuc Doctorum incuria in tenebris iacentem, ad lucem reuocatam) materiam proſequimur. Non tam aliorũ opinionibus †, quàm
86 ratione nixi, priſtinum noſtrorum ſcriptorum morem ſeruantes. Non quòd ſingularitatem amemus; ſed ne aliorum iudicio, à noſtro deuio mancipati videamur. *Multum magnorum virorum iudicio credo; aliquid & meo vindico.* Senecam ſequutus *epiſtol.* 45. eiuſque conſilii memores, *epiſtol.* 33. *Hoc Zeno dixit* (ille ait) *tu quid? Hæc Cleanthes, tu quid? Quouſque ſub alio moueris? Et impera, & dic quod memoriæ tradatur: aliquid & de tuo profer.*

*Quid ergo* (vt cum eodem ibidem loquar) *non ibo per priorum veſtigia? ego verò vtar via veteri: ſed ſi priorem inuenero, hanc muniam. Qui ante nos iſta mouerunt, non domini noſtri, ſed Duces ſunt.* Et epiſtol. 80. *Non ergo ſequor priores? facio; ſed permitto mihi inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non ſeruio illis, ſed aſſentior.* Non enim quòd multorum, ideo ſententia melior, iuxta iam *ſupr. numer.* 1. dicta. *Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi turba eſt.* Verba ſunt ipſiuſmet, *de vita eat. cap.* 2. Eiuſdem placiti *de ſinib. bonor. & malor. lib.* 2. *Cicero* exiſtens ait: *Sed tamen non grauiſſimum eſt teſtimonium multitudinis. In omni enim arte, vel ſtudio, vel quauis ſcientia, vel in ipſa virtute, optimum quidque rariſſimum eſt.*

At vero *& refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus*; vt eiuſdem *Ciceronis Tuſculan. qq. lib.* 2. verbis vtamur.

# DE SIGNIFICATIONE NOMINVM

## MISER, MISERABILIS, ET MISERANDVS: ET AN, ET QVATENVS DIFFERANT?

### *SVMMARIVM.*

1 *VBI Diuerſa nomen de quo agitur, ſignificatione fungitur, conſimile vè habet; ea in primis inueſtiganda eſt, diffinitioni anteponenda, & conſtituenda diuiſio.*

2 *Nomina Miſer, Miſerabilis, & Miſerandus, an eandem ſignificationem habeant? promiſcuumvè vſum? & num. ſeqq.*

3 *Miſerabilis vox etiam inanimatis conuenit.*

*Acridophagorum vitæ, mortiſque miſerandæ genus. ibid. remiſ.*

4 *Vrbes ſunt humanarum cladium concepta miſeranda.*

5 *Nihil tam firmum, quod contradictore, tam certum (in hominum determinationibus) quod dubio careat: nec quidquam tam dubium, quod diligens non patefaciat indagatio.*

7 *Dictio, ſiue copula* Et, *inter diuerſa poni ſolet. Fallit quandoque. num. 14,*

8 *Diuerſitas nominis diuerſam ſignificationem oſtendit.*

9 *Apii filiæ facetum, & petulans pariter dictum.*

10 *Miſeria quid ſit?*

11 *Nomen ſæpè vnum pro alio (ex laxiori ſaltem ſignificatione) & apud probatos Auctores, Iuriſperitos, & legum Cōditores ſumitur. & num. ſeq.*

13 *Diuerſa nomina non ſemper diuerſitatem rei ſignificant.*

## QVÆSTIO I.

VBI Diuerſa nomen de quo agitur, ſignificatione fungitur, conſimileve habet; eius in primis ſignificationem
1 † inquirendam, *in prima de priuileg. pauper. part. quæſt. 1. num. 1. & 2.* notamus; diuiſionem conſtituendam, anteponendamque diffinitioni (vt expeditior dicendis ſit locus) *Ariſtot. libr. de cœl.* docet. Cui & *Auſon. in exhortat. ſtud. pueril. ad nepotem*, conuenit, inquiens:

> *..........Diſtinctio ſenſum*
> *Auget.*

Oſtenditque *Vlplan. in l. 1. D. de reb. credit. & Gloſ. marginalis ibid.* & multis confirmat *Crauet. de antiquit. tempor. in procem. Iacob. Menoch. in procem. de arbit. iudic. quæſt. num. 13.* latiuſque *Ioann. Borcholt. in conſuetud. feudor. cap. 4. n. 1.* quibus Nos obſequentes, monſtratum arripimus iter.

Horum igitur nominum eandem ſi-
2 gnificationem eſſe; † omnimodæ infœ-

licitatis cumulum,& congeriem denotantem, eſſeque illorum promiſcuum vſum: ſequentia probant teſtimonia.

De primo (*Miſero* nempè) *Pſalmiſta Pſalm.* 37.(poſt multa flebilia)dicentis: *Miſer factus ſum.* D. Auguſt. in ſoliloq. ſuis cap. 6. *Seruus eram, & ſeruitutem amabam: Cæcus eram, & cæcitatem deſiderabam: Vinctus eram, & vincula non horrebam: Amarum dulce, & dulce amarum credebam:* Miſer *eram, nec cognoſcebam.* Valer. Maxim. *lib.* 7. *de vafrè dictis, aut factis cap.* 5. ex externis: *Hærebat* Miſera *in maxima pariter & pecuniæ, & defenſionis penuria: iamquè de laqueo, & ſuſpendio cogitabat.* Boet. de conſol. lib. 1. *Cum te, inquit, mœſtum, lacrymantemque vidiſſem: illico* Miſerum, *exulemque cognoui.* Franciſc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortun. lib. 2. dialog. 111 *An non te mortalem, an non aſſidue fatiſcentem, an non peccatorem, an nō mille caſſibus expoſitum, an non morti obnoxium incertæ, an non denique te* Miſerum *meminiſti?* Accedant & ex Poëtis *Papin. Stat. Thebaid. lib.* 11.

*Stabat in Argolicæ ferrato margine turris*
*Egregius lituo dextri Mauortis Enipeus*
*Hortator, ſed tunc* Miſeris *dabat vtile ſignum,*
*Suadebatque fugam.*

Plautus in *Aulular. actu* 2. *ſcen.* 1.

St. *Nam cur me* Miſeram *verberas?*
En. *Vt Miſera ſis.*

Ouid. Triſt. lib. 5. eleg. 7.

*Sum* Miſer: *hæc breuis eſt noſtrorum ſumma malorum.*

Aliarum in id remiſsio ſuppleat, ad noſtra *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 52. *num.* 31. *&* 32.

3 De ſecundo † (Miſerabi *nempè*) *Iudicum, cap.* 5. de Siſara à Iael. clauo perforato, ac perempto: *Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus eſt: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis, &* Miſerabilis. Quam etiam inanimatis (non ineleganter) vocem commodant *Liui. prim. ab Vrbe condit. Euentus tamen belli* (ait) *Miſerabilem dimicationem fecit.* Et iterum: *Voces etiam* Miſerabiles *exaudiebantur.* Ouid. itē, *de conſol. ad Liuiam.*

*Vrbs gemit, & vultum* Miſerabilis *induit vnum.*

Romanæ eloquentiæ parens Cicer. (cuius retulit ſententiam *Gellius, noct. Atticar. lib.* 10. hunc in modum (vtraque ſimul voce ſine diſcrimine vſus) *Cædebatur, inquit, virgis, in medio fori Meſſanæ, ciuis Romanus. Cū interea nullus gemitus, nulla vox* Miſeri, *inter dolorem, crepitumque plagarum audiebatur, niſi hæc: Ciuis Romanus ſum.* Et poſt pauca, eandem ex Cicerone relationem proſequens: *Huccine tandem hæc omnia reciderunt, vt Ciuis Roman. in Po. Ro. in oppido fœderatorum, ab eo qui beneficio Po. Ro. faceis, ac ſecures haberet, deligatus in foro, virgis cæderetur?* Et ibi: *Sic te acerba illius imploratio, & vox* Miſerabilis *non leniebat? &c.* Comitatur (magnæ quoque auctoritatis, & in dicendo elegantiæ) *Diodor. Sicul. rerum antiquar. lib.* 4. *cap.* 3. *pag. mihi* 225. Archidophagorum vitæ, mortiſque miſerandæ genus enarrans: *Finis eorum* (ait) *non ſolum* Miſerabilis *eſt: ſed etiam incredibilis.* Pauciſque interiectis: *Hoc pacto, ſiue cibi, ſiue aeris cauſa,* Miſeri *ſortiuntur vitæ finem.* D. quoq; *Hieronym.* (horum etſi tempore, non cultu, elegantiaque poſterior) epiſtol. ad Aſſellam: *Tu* (inquit) *tales* Miſeros *arbitraris: Nos te* Miſerabiliorē *putamus.*

4 Eandem cū præcedentibus Tertiū † (*Miſerandus* ſcilicet) nomen induere videtur naturam, ex Ouid. iterum *de conſolat. ad Liuiam.*

*At* Miſeranda *parens ſuprema neque oſcula fixit.*

Et poſt multa, ibid.

*Et cuicunque* Miſeranda *ero?*

Et *Metamorfoſ. lib.* 4.

*Noſtra nocens anima eſt: ego te* Miſeranda *peremi.*

Claudian. in Ruffin. lib. 2.

*Iam plaga Pannoniæ,* Miſerandaque *mœnia Tracum, &c.*

Valer. Maxim. lib. 7. titul. 2. cap. 8. *Qua conſolatione monſtrauit* (ait) *vrbes eſſe humanarū cladiū concepta* Miſeranda.

Mi-

His forſan, aſſertioni propoſitæ, eiuſque comprobationi (& infęlicitatis nempè congeriem, ea nomina denotare; & illorum promiſcuum eſſe vſum) contentus acquieuiſſet alius.

*Nunc age, dicta meo dulci quæſita labore*
*Percipe.*

Vt cum *Lucretio rerum naturalium lib. 2.*
5 loquar. Quid enim tam firmũ † quod contradictore, tam certum (in hominũ determinationibus) quod dubio careat? Quidvè tam dubium, quod diligens non patefaciat indagatio?

Illa ergo mihi inter *Miſerum*, & *Mi-*
6 *ſerabilem* diſcrimen † obtulit. Nec à prophanis tantum; ſed à Sacræ paginæ irrefragabili teſtimonio, *Apocalyp. cap. 3. Vtinã frigidus eſſes, aut calidus; ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: Et neſcis, quia tu es* Miſer, & Miſe-
7 rabilis. Ex copulæ, *Et*, natura, † inter diuerſa apponi ſolita, iuxta tradita per *Nos de priuileg. pauper. 1. p. q. 1. num. 17.* Diuerſitateque nominis, diuerſam ſi-
8 gnificationem † oſtendente. Si enim idem forent, cur diuerſis appellarentur nominibus? vt *Conſtant.* arguit in *l. Si idem, 7. C. de codicill.* & *Nos in axiomatib. lit. D. num. 176.* A Diuo quoque *Bernardo*, ita *in ſuis meditationib. cap. 7.* dicente: *Ego autem*, Miſer, & Miſerabilis, *citius curro ad lectionem, quàm ad orationem.* Et cap. 17. O Miſer, & Miſerabilis *homo quis te liberauit à vinculo improperii huius?*

Hæc, inter *Miſerum*, & *Miſerabilem* differentiam eſſe prædicant: eam tamẽ non apertè deſignant. Vtrumque autẽ fęliciter *Ouid.* ex quo inter pręfata nomina diſcrimen, diſcriminis ratio, & vtriuſque vocis natura colligitur. Vt
9 *Miſer* ſit, † qui nec infœlicitatis conſolatorem, aut condolentem habeat; *Miſerabilis* habeat, ſitque miſericordia dignus. Sic enim ait in Ibim:

*Siſque* Miſer *ſemper: nec ſis* Miſerabilis *vlli.*

Et Metamorf. lib. 8.

*Moliturque genus pœnæ* Miſerabile, *Sinon*
*Ille ſuis eſſet nulli* Miſerabilis *actis.*

Quo quidem *Miſeri* verbo, Appii filia, à turba (eius non compatiente, arctè preſſa, è ludorum ſpectatione exiens, huc atque illuc iactata) vſa eſt, eiusvè caſus relator *Gellius, noct. Atticar. lib. 10. cap. 6.* Quem pulcra hac narratione deſcribit: *Appii namque, illius Cæci filia, à ludis, quos ſpectauerat, exiens, turba vndique confluentis, fluctuantiſque populi iactata eſt: Atque inde egreſſa, cum ſe malè habitam diceret: quid enim in me tunc factum eſſet, inquit, quantoque arctius, preſſuſque conflictaſſem, ſi P. Claudius frater meus nauali prælio claſſem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidiſſet? Certè quidem maiore tunc copia populi oppreſſa intercidiſſem. Sed vtinam, inquit, reuiuiſcat frater, aliamque claſſem in Siciliam ducat, atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me malè nunc* Miſeram *conuexauit.*

Contra verò, miſeratione dignos, quorumque infœlicitate ad compaſſionem Imperator motus eſt in *dict. l.* Noſtra *vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* (non caſu quidem) *Miſerabiles* nominauit. Et ita *Miſerabilis* nomen *Ambroſ. Calepin.* explicauit, in *Dictionar.* ſuo, eodem illo verbo.

10 *Miſeriam* † ideo (cui *Miſer*, quàm *Miſerabilis* vicinior) *D. Auguſt.* lib. diffinition. *Copiam* (dixit) *tribulationis, & inopiam conſolationis, quando multifariè quis patitur, & à nemine releuatur.*

11 *Miſerandus*, † nomen ex his cum *Miſerabili* conuenire deducitur, futurique in dus natura; vt *Miſerandum*, miſeratione dignum vertamus, quemadmodũ & *amandum*, amore, & *legendum*, lectu dignum præ ſe ferat: à *Miſero* (iuxta notata) differens, *Miſerabili*que adhærens. Quo ſępè verbo eo ſenſu Scriptores vtuntur. *Ouidio* contentus ero, humani generis extinctionem deflentem Pyrrhã alloquentem Deucalionem, ſic *Metamorf. lib. 1.* inducente:

*Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes,*



UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

*Nunc animus miſeranda foret?*

Ea tamen diſcriminis, differentiæque inter prædicta nomina ratio, licèt ſum-
12 mo † (vt aiunt) iure, ſtrictaque ſignificatione ſubſiſtat: laxiori verò, vſuque communi corruit, vnumque pro alio ſæpè ſumi, & apud probatiſsimos Auctores ſuprà vidimus: & apud Iuris interpretes, fieri frequenter ſolere, in *prima de priuil. paup. p. q. 1. num. 19. & ſeqq.* latè comprobamus, huius pariter inueſtigationis effectum tradentes.

13 Neque diuerſa nomina † rei ſemper diuerſitatem ſignificare, perpetuũ eſt; ſed ſynonyma, proque eodem ſæpè apponi, oſtendunt *Nicola. Tertius in c. 2. in fin. de verbor. ſignific. lib. 6.* & Bonifac. Octau. in *cap. Ab eo, 31. de elect. eod. lib.* pro eodem *Euidens*, *Notorium*, & *Manifeſtum* ponentes.

14 Neque ſemper ideo dictionem, *Et*, † inter diuerſa conſtitui, diuerſitatemvè inducere, *d. q. 1. n. 18.* (ſimili obiectioni reſpondentes) notamus.

Quæ & Nos à promiſcuo horum nominum vſu (ſic enim in diſcurſu vtemur) excuſant.

## MISERABILIS VNDE,
### Et quis dicatur?

## *SVMMARIVM.*

1 Miſerabilis, *quaſi miſeriæ habilis dicitur. Et an* Miſerabilis *naturæ Etymon id conueniat. num. ſeq.*

*Natura neminem non Miſeriæ habilem fecit. Et qui hominem,* Miſerabilem *conſequenter dicit. ibid. d. n. 1. ſeq. & 9.*

2 *Potentia actui proxima non ſolum pro actu habetur; ſed notabiliùs, magiſq; attenditur.*

3 *Aliæ* Miſerabilis *etymologiæ, & denominationes.*

4 Miſerabilis *diffinitio.*

5 Homo *apud Iuriſtas locum generis tenet: apud* Dialecticos, *ſpeciem conſtituit.*

6 *Definitio bona quibus conſtare debeat.*

7 *Quis* Miſerabilis *dicatur, Iudicantis arbitrio relinquitur.*

8 *Iudex hac in re coarctare arbitrium ſuũ ad legum menſuram debet, non ad humanæ miſeræ conditionis latitudinem illud protrahere. ſeqq. & fin.*

9 *Omnis Homo, conditione humana attenta miſer eſt. Hominiſque deſcribitur natura, & num. 22.*

10 *Peccatum* Miſeros *facit. Et quemadmodum ſine peccato nullus; ſic* Miſeri *omnes. & num. ſeq.*

12 *Mundana fœlicitas* Miſeriã *non tollit. Nemo enim malus fœlix.*

13 *Superuum* Miſerum *eſſe demonſtratur, & nõ niſi* Miſerũ, *aut ſtultum ſuperuire.*

14 *Auarum, & cupidum.*

15 *Luxurioſum, luxuriæq; vitiũ Miſerũ.*

16 *Iracundum.*

*Ira furor breuis eſt. ibid.*

17 *Guloſum pariter* Miſerũ *eſſe oſtẽditur.*

18 *Inuidum quoque.*

19 *Otioſum, & pigrum.*

20 *Occupatum, & ſolicitum.*

21 *Ingratus non inter* Miſeros *inferiorem tenet locum.*

23 Miſer *eſt pauper. Et diues. & nu. ſeq.*

25 *Coniugatus, à coniugiovè continens: nubens, & non nubens* Miſeriam *patiuntur.*

26 *Qui liberos habet; & qui non habet.*

27 *Qui amicos habet; & qui non habet. & ſeq.*

29 *Qui timet: & qui timetur. & n. ſeq.*

31 *Qui patitur, & qui committit furtum.*

32 *Deformis, & pulcer.*

33 *Qui ſpe ſuſtinetur: & qui ſpe cadit. & num. ſeq.*

35 *Qui ſeruitium obſequiumque præſtat: & cui præſtatur.*

36 *Bonus, & malus* Miſeriam *patiuntur. Imò boni ſæpè maioribus* Miſeriis *præmuntur, vt illis virtus perficiatur, quia vt ignis aurum;* Miſeria *fortes viros probat.*

37 *Humana fœlicitas* Miſeria *eſt. Et quãto quiſque fœlicior; tãto* Miſerior. *Metuendumque ne parum* Miſeri *ſimus.*

38 Miſeria *ideo fœlicior eſt, quòd infœlicitatis timore vacat.*

39 Miſeros, *& triſtes, quàm gaudentes, & plaudentes eſſe præſtat.*

QVÆ-

[library stamp]

# QVÆSTIO II.

HVIVS Nominis ſignificatione, natura, & vi cognita, aliorumque ſimilium differentia (ſi quæ eſt) conſtituta: eius continuò inueſtigandam originem, rectus poſtulat ſcribendi ordo, vt in *prima de priuileg. pauper. p. q.* 1. *in princip.* notamus.

Etſi igitur plures denominationes præſto ſint; an ſatis congruant, non ſatis adhuc compertum. Quæ enim nomini ex Latinitate; non ſenſui, & ſignificationi: quæ ſenſui; non ſatis nomini conueniunt.

1 *Miſerabilem* † ergo (Diui *Iſidori* auctoritate) quaſi *Miſeriæ habilem* dicunt *Petr. Rebuf. de ſentent. prouiſ. art.* 3. *gloſ. vlt. nu.* 5. & *Sigiſm. Scacc. de appellation. quæſt.* 7. *num.* 138.

Affine certe nomini etymon; à natura vero, *Miſerabiliſque* ſignificatione diſtans. Quem enim mortalium *Miſeriæ habilem* Natura non fecit? *Iob* 5. dicente: *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volandum.* Apparebitque inferiùs latius. *Miſerabilis* autem nomen, paſsionem in actu (quæ ad Miſerationem mouet) non in habitu, aptitudine, aut potentia ſolum monſtrat, vt præcedēti quęſtione notata indicant. Niſi (cum nomē hoc ſoli Homini propriè, aliisvè cum relatione ad ipſum, cōpetat: quiq; Hominem, dicit; & *Miſerabilem* conſequenter dicat:) *Miſerabilis* prolatione, & *Miſeriæ habilem*; & illius actu patientem intelligamus, ex viciſitudine, aut potius inſeparabilitate humanæ conditionis cum *Miſeria* Naturæ.

2 Cum & potentia actui proxima † (vt in *prima de priuileg. pauper. p. quæſt.* 4. §. 2. *num.* 129. *& ſeqq.* aduertimus) non modo pro actu habeatur: ſed notabilius, magiſque attēdatur. Quique ideo *Miſeriæ habilem* dicat; *Hominem*: qui *Hominem*; Miſeriis (cum *Iob* 14.) repletum proferat. Sed hæc ſophiſticè, & per illationem potius, quàm denominationis vi deducuntur.

3 Aliam † ex Diuo etiam *Iſidoro etymologiam* retulimus *d.* 1. *p. quæſt.* 52. *nu.* 31. dici *Miſerabilem*, quòd *amiſſerit fœlicitatem.* Proximior hæc denominationi, & ſenſui; à nominis deductione remotior. Cuius ſi vicinitatem attendamus; non procul diſtaret, ſi *Miſeria plenum* verteremus. Sed non vltima Miſeria, eiuſque plenitudo, vt *Miſerabilis* quis dicatur, deſideranda eſt. *Miſerabilem* alii *Miſeratione dignum* firmant cum *Archidiac.* à verbo imperſonali *Miſeret* (dignum Miſeratione denotante) *in cap. Tanta, num.* 3. *diſt.* 86. eius denominationem deducētes. Quo vſus eſt verbo *Cornel. Tacit.* hiſto. lib. 4. *Veſter me pudet* (inquit) *Miſeretque.*

Quæ quidem nominis etymologia, diffinitionis vices ſuſtinet. Aptè enim

4 diffiniri † *Miſerabilem* poſſe arbitror; vt ſit *Homo Miſeratione dignus*, vel cuius natura mouemur ad Miſerendum. Quæ quidem diffinitio (noſtratum more) genere conſtat, & differentia. Noſtratum (id eſt Iuriſtarum) dixi: quia

5 ſecundum eos, *Homo*, † locum generis tenet; cùm ſecundum Dialecticos, ſpeciem conſtituat. *Gloſ. in l.* 2. §. 1. *verb. Increditum, verſ. Et nota quod genus, D. ſi cert. pet. Bart. in l. Mæuius,* 68. §. *Duobus, in princip. D. de leg at.* 2. *Syluest. Aldobrand.* ſiuè *Franciſc. Cornel.* (ſi eius illa annotatio eſt) *in* §. *Plebs autem, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. poſt Accurſii gloſam primam* in excuſis cum horum annotationibus, anno 1618. *Ioan. Parlad. different.* 31. *num.* 1. *Franciſc. Sarmient. ſelectar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. vbi differentiæ iſtius iuridicam rationem reddit, *Senecæ* quoque auctoritatem adducēs, noſtratum morem, non Dialecticorum, hac in re ſequentem, *Ioan. Neuiz. in ſyl. nupt. lib.* 1. *num.* 221.

Cum ſuo deinde diffinitio aſsignata conuertitur diffinito. Omnem eius ſubſtantiam comprehendit: nec aliis

6 à diffinitis competit. Quæ optimam, † & perfectam diffinitionem conſtituūt, vt *prima de priuileg. pauper. p. q.* 4. *n.* 3. 6. & 8. longius proſequimur.

Generica igitur, & lata nominis hu-
ius, *Miſerabilis*, natura (etymologiam,
ſiue diffinitionem appelles, cum omnẽ
infœlicitatem vndequaq; venientem,
infortunii omne genus, ſingulaſque
ſpecies contineat) effecit; vt certis fi-
nibus præfiniri nequeat; alio ſiquidem
reſpectu *Miſerabilis*; alio idem ipſe fœ-
lix reputari valeat. Quod in cauſa fuit,
7 vt ad iudicantis arbitrium † Doctores
recurrerint, qui negotii, perſonęq; attẽ-
ta qualitate, Miſerabilem dicat, aut ne-
get. vt *de priuileg. pauper. dict. quæſt.* 4.
*num.* 77. diximus; ibidemq; relatis nunc
addimus ſic tenentes *Didac. Perez in l.*
13. *tit.* 3. *lib.* 2. *Ordinam. Ioan. Mar. No-
uar. in praxi elect. & variat. for. ſect.* 1. *q.*
4. *num.* 2. *& ſect.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 7. & *in
deciſionib. eiuſdem, deciſ.* 1. *in addit. num.*
4. *Neuizan. in ſylu. nupt. lib.* 6. *num.* 36.
*ad fin. inter commun. opin. lib.* 5. *Cabed. de-
ciſ.* 54. *num.* 8. *& arreſt.* 32. *part.* 1. *Petr.
Barboſ. in l.* 1. *part.* 1. *numer.* 50. *D. ſolut.
matrim. Bobadill. in politic. lib.* 3. *cap.* 14.
*numero* 75. *Ioan. à Caſtill. controuerſ. lib.*
3. *cap.* 25. *numero* 18. *Alexand. Trentac.
variar. reſolut. lib.* 2. *titul. de citat. reſolut.*
2. *num.* 25. *Proſper. Farinac. deciſ. nouiſſ.*
862. *numero* 10. *Sigiſmund. Scacc. de ap-
pellat. quæſt.* 7. *numer.* 138. *Marcheſan. de
commiſſion. tit. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2.
§. 2. *num.* 165.

Quamuis autẽ in omnibus quidem,
animi ſui motum à legibus inſtruere
Iudex ad rectum iudicium proferen-
dum, debeat: hac in re, materiaq; præ-
cipuè. Non enim extendere in immen-
8 ſum † (prout humana miſera ſe exten-
dit conditio) arbitrium ſum valet; ſed
ad legum metas, intraque earum ter-
minos illud continere. *Miſerabilis*
namque (ſi conditionem attendamus
9 humanam) omnis Homo † exiſtit. *Eccle-
ſiaſtico cap.* 40. dicente: *Occupatio magna
creata eſt omnibus hominibus, & iugum
graue ſuper filios Adam, à die exitus de
ventre matris eorum, vſque in diem ſepul-
turæ omnium.* Iob 5. cuius ſupr. *numer.* 1.
meminimus, & *cap.* 7. *Militia eſt vita ho-
minis ſuper terram; & ſicut dies mercena-
rii, dies eius.* cap. 14. *Homo natus de mu-
liere, breui viuens tempore, repletur multis
miſeriis.* Et cap. 25. *Homo putredo, & fi-
lius hominis, vermis.* Pulcre Hominem
deſcribens Pontifex Maximus *Inno-
cent. Tert.* de vilitate condit. human.
lib. 1. *Formatus eſt* (ait) *Homo de luto, de
puluere, & cinere; quodcumque eſt, viliſſi-
mo, & ſpurciſſimo ſpermate, conceptus in
fœtore luxuriæ: quodque deterius eſt, in la-
be peccati: natus ad laborem, timorem, do-
lorem;* Miſerrimus *ad mortem. Agit pra-
ua, quibus offendit Deum; offendit proxi-
mum; offendit ſe ipſum. Agit turpia, quibus
polluit famam, polluit perſonam; polluit
conſcientiam. Agit vana, quibus negligit
ſana, negligit vtilia, negligit neceſſaria.* Me-
rito inde idem ipſe ibi flebiliter pro-
rumpit: *Quis ergo det oculis meis fontem
lacrymarum, vt defleam* Miſerabilem *hu-
manæ conditionis ingreſſum; culpabilem hu-
manæ conuerſationis progreſſum; damnabi-
lem humanæ diſſolutionis egreſſum? Conſi-
derauerim igitur cum lacrymis, de quo fa-
ctus eſt Homo; quid faciat Homo: quid fa-
cturus ſit Homo. Sanè formatus eſt Ho-
mo de terra, conceptus in culpa; natus ad pœ-
nam. Agit praua, quæ non licent, turpia,
quæ non decent; vana quæ non expediunt.*
Et D. Auguſtin. in ſoliloq. ſuis capit. 2.
*Quid ſum ego, qui loquor tecum? Væh mihi
Domine, parce mihi Domine. Ego cadauer
putridum, eſca vermium, vas fœtidum,
cibus ignium. Quid ſum ego qui loquor te-
cum? Væh mihi Domine, parce mihi Domi-
ne. Infœlix ego homo. Homo, inquam, na-
tus de muliere, breui viuens tempore, reple-
tus multis Miſeriis. Homo, inquam, vani-
tati ſimilis factus, comparatus iumentis in-
ſipientibus, & iam ſimilis factus illis. Quid
iterum ego? Abyſſus tenebroſa, terra miſe-
ra, filius iræ, vas aptum in contumeliam;
genitus per immunditiam; viuens in* Miſe-
ria, *moriturus in anguſtia. Heu* Miſer,
*quid ſum? Heu, quid futurus ſum? Vas ſter-
quilinii, concha putredinis, plenus fœtore,
& horrore; cæcus, pauper, nudus; pluri-
mis neceſſitatibus ſubditus; & ignorans in-
troitum, & exitum meum:* Miſer, *& mor-
talis, cuius dies ſicut vmbra prætereunt: eu-*

ius

ius vita, ſicut vmbra lunatica euaneſcit: ſicut flos in arbore creſcit, & ſtatim marceſſit; nunc floret, & ſtatim aret. Vita inquam mea, vita fragilis, vita caduca: Vita, quæ quanto magis creſcit; tanto magis decreſcit; quanto magis procedit; tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax, & vmbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, ſtatim triſtor. Nunc vigeo; iam infirmor. Nunc viuo, ſtatim morior. Nunc fœlix appareo; ſemper Miſer. D. item Bernard. meditat. cap. 2. Secundùm exteriorem hominem (ait) de parentibus illis venio, qui me ante fecerunt damnatum; quàm natum. Peccatores peccatorem in peccato ſuo genuerunt, & de peccato nutriuerunt. Miſeri Miſerum in hanc lucis Miſeriam induxerunt. Nihil ex eis habeo niſi Miſeriam. Similiter D. Petr. Chryſolog. ſermon. 17. Quid agit, quid patitur fragilitas humana, talibus, & tantis ſubiecta Miſeriis? Et ſermon. 45. in Pſalm. 6. ſup. verb. Illud: Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ait: Quid infirmius Homine, quem ſenſus fallit; ignorantia decipit; circumuenit iudicium; pompa lædit; tempus deſerit; mutat ætas; hebetat infantia; iuuentus præcipitat; ſenectus frangit? Neque in humanæ conditionis deſcribenda Miſeria, diſſentiunt ethnici. Inter quos *Apuleius*, in libello, quem *de Deo Socratis* inſcripſit, ſic eam, Hominemque format: *Igitur Homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus, & anxiis mentibus, brutis, & obnoxiis corporibus, diſſimillimis moribus, ſimilibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci ſpe, caſſo labore, fortuna caduca, ſingillatim mortales, cuncti tamen vniuerſo genere perpetui, viciſſim ſufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt.* Suaque ſolita elegantia *Senec. de conſolat. ad Marciam*: *Quid eſt Homo? Inuecillum corpus, & fragile, nudum, ſuapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem Fortunæ contumeliam proiectum: cùm benè lacertos exercuit, cuiuslibet feræ pabulum, cuiuſlibet victima: ex infirmis, fluidiſque contextum; & lineamentis exterioribus nitidum; frigoris, æſtus, laboris impatiens; ipſo rurſus ſitu, & otio iturus in tabiem: alimenta metuens ſua, quorum modo inopia, modo copia rumpitur: anxiæ ſolicitæque tutelæ; precarii ſpiritus, & malè hærentis.* Et continuò ferè: *Odor illi, ſaporque, & laſſitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & ſine quibus viuere non poteſt, mortifera ſunt. Quocunque ſe mouet, infirmitatis ſuæ ſtatim conſcium: non omne cœlum ferens; aquarum nouitatibus, flatuque non familiaris auræ, & tenuiſſimis cauſis, atque offenſionibus morbidum, putre, caſſum: à fletu vitam auſpicatum.* Optimo ergo iure, alter *Senec. in Hercul. furent. actu* 2.

*Quemcumque* Miſerum *videris, Hominem credas.*

Exclamantque meritò *Lucret. de rer. natura lib. 2. in princ.*

O Miſeras *Hominum mentes! ò pectora cæca!*
*Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis*
*Degitur hoc æui, quodcumque eſt.*

Et lib. 5.

*O genus infœlix Hominum!*

Cornel. Gall.

*O quam dura premit* Miſeros *conditio vitæ!*

Vt enim Georg. lib. 3. Virgil.

*Optima quæque dies* Miſeris *mortalibus æui*
*Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus,*
*Et labor, &c.*

Iuuen. ſatyr. 9.

*Feſtinat enim decurrere velox*
*Floſculus, anguſtæ* Miſeræque *breuiſſima vitæ*
*Portio.*

Vnde coactus eſt dicere *Herodotus lib. 1. Omnino calamitoſa res eſt Homo.* Et Cicer. 1. Tuſcul. *Nemo non Miſer.* Et *definib. bonor. & malor. lib. 1.* repetit.

*Nemo igitur eſt non Miſer.* Quinimò nil miſerius Homine, ex *Homero* tradit *Franciſc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortun. dialog.* 111. verſum eius referens:

*Nil* Miſerius *terra nutrit Homine.*

Cui adhæret *Simon Nanquer.* infrà cum de ſuperbis agimus, referendus. Non mirum ideo, ſi ad vitæ malorum eiuſq; miſeræ conditionis repræſentationem, ab *Hegeſia* factam, tot tantiſque voluntariæ mortis appetendæ, cupiditas ſit illata; vt à Ptolemeo Rege vlterius ea de re agere, prohibitus ſit, auctore *Valer. Max. lib* 8. *cap.*

10 Qua quidem, vel peccatum ſolum † Miſera conditione genus humanum afficeret. Quemadmodum enim ſine peccato nullus: ſic *Miſeri* omnes. Primum conſtat *Eccleſiaſt. cap. 7. Non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Pſalm. 13. *Non eſt qui faciat bonum; non eſt vſque ad vnum.* Eſdr. lib. 4. cap. 8. *Quid eſt enim Homo, vt ei indigneris? aut genus corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo? In veritate enim nemo de genitis eſt, qui non impie geſſit; & de confitentibus, qui non deliquit.* B. Ioann. Apoſtol. epiſtol. 1. capit. 1. ad fin. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Et iterum: *Si dixerimus, quoniam non peccauimus; mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.* Paul. ad Roman. capit. 3. *Quoniam non eſt iuſtus quiſquam.* Diu. Iacob. epiſtol. Catholic. capit. 3. *In multis enim offendimus omnes. Septies enim* (vt Sapiens Prouerb. capit. 24. ait) *cadet iuſtus.* Vndè, *Non peccare ſolius Dei eſt.* dixit text. in *capit. Inter hæc,* 34. *de pœnit. diſtin.* 3. Et Diu. Hieronym. in epiſt. ad Ocean. *Res penè contra naturam eſt, vt ſine peccato aliquis ſit.* Vt enim & *Horat. ſermon. libro 1. ſatyr.* 3.

*Nam vitiis nemo ſine naſcitur.*

Eleganter inde *Senec.* (cuius Diu. Auguſtin. epiſtol. ad Macedon. ſententiam probat) *Omnes odit, qui malos odit.* Et de Clement. libro primo, capit. 6. *Peccauimus omnes: alii grauia, alii leuiora, alii ex deſtinato, alii forte impulſi, aut aliena nequitia ablati; alii in bonis conſiliis parum fortiter ſtetimus, & innocentiam inuiti, ac retinentes perdidimus. Nec delinquimus tantum; ſed vſque ad extremum æui delinquimus. Etiamſi quis tam benè purgauit animum, vt nihil obturbare eum amplius poſſit, ac fallere; ad innocentiam tamen peccando peruenit.* Alter quoque *Senec.* controuerſiar. lib. 2. controuerſ. 4. *Nemo ſine vitio eſt.*

11 Secundum † (peccatum nempè *Miſeros* facere) confirmat *Sapiens, Prouerb. cap.* 14. *ad fin.* inquiens: *Miſeros autem facit populos peccatum.* Dolenterque *Auguſtin.* in ſoliloq. ſuis, cap. 4. *Væh mihi* Miſero *toties occæcato, quia Tu lux, & ego ſine te. Væh mihi* Miſero *toties vulnerato, quia Tu ſalus, & ego ſine Te. Væh mihi* Miſero, *toties infatuato, quia Tu es veritas, & ego ſine Te. Væh mihi* Miſero *toties aberrato, quia Tu Via, & ego ſine Te. Væh mihi* Miſero *toties anihilato, quia Tu es Verbum per quod facta ſunt omnia, & ego ſine Te.* Et capit. 6. *Cæcus eram, & cæcitatem deſiderabam; vinctus eram, & vincula non horrebam: amarum dulce, & dulce amarum credebam:* Miſer *eram, nec cognoſcebam. Et hoc quia ſine Verbo eram, ſine quo factum eſt nihil, per quod omnia conſeruantur, ſine quo omnia annihilantur.* Et in Manuali, cap. 4. *Væh* Miſeræ *animæ meæ, quæ Chriſtum non quærit, nec amat, arida manet, & Miſera.* Et de verbis Domini: *Qui nequiter vult viuere, nonnè tanto* Miſerior *eſſe conuincitur; quanto facilius mala eius voluntas impletur?* Et *de Eccleſ. dogmatib. capit.* 53. relatus in *capit. Quotidie,* 13. in ordine, *de Conſecr. diſtin.* 2. ibi: *Ambo honorificantes Saluatorem, diuerſo, & quaſi contrario modo: ambo peccatis Miſeri.* Diu. Gregor. ſuper Ezechiel. *Peccantes quoſque nunc conſideremus amplius*

Mi-

miſeros; *quando eos conſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos.* Diu. Hieronym. in epiſtol. ad Gaudent. *Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes, vt cum ipſe non pecces, aliis peccare videaris, vt exemplo ſis* Miſeris, *qui nominis tui auctoritate delinquant?* Diu. Ambroſ. (cuius in *capit. In fælicibus,* 37. *de pœnit. diſtinct.* 39. refertur auctoritas) *Filia Babylonis* Miſera. Miſera *vtique quia Babylonis filia eſt, quæ Dei filia eſſe deſinit.* Quod & nouit Cicero *Tuſc. lib.* 5. *Potes igitur, aut qui malè viuat, non eum miſerum dicere? aut quem benè fateare; eum negare beate viuere?* Et ibidem: *Ita prorſus exiſtimo: bonos beatos, improbos miſeros.* Et iterum: *Quid cum fatentur ſatis magnam vim eſſe in vitiis ad miſeram vitam: nonnè fatendum eſt, eandem vim in virtute eſſe ad beatam vitam?*

12 Neque humanam fœlicitatem † (ſi fœlicitas nominari poteſt) cum improbitate iunctam, fœlicitatem non modò non eſſe; ſed miſerrimam conditionem inducere; *Cicero* quoque profeſſus eſt eodem *Tuſculanor. lib.* 5. dicens: *An dubitas, quin præſtans valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimiſque ſenſibus, adde etiam, ſi libet, pernicitatem, & velocitatem, diuitias, honores, imperia, opes, gloriam; ſi fuerit is qui hæc habet, iniuſtus, intemperans, tumidus, &c. Dubitabis ne eum Miſerum dicere?* Et epiſtol. 7. familiar. Caio Mario. *Ita viuere vt non ſit viuendum,* miſerrimum *eſt.* Malumque apparenter fœlicem; Miſerum verè eſſe, *Iuuen. ſatyr.* 4. monſtrat:

*Quid refert igitur quantis iumenta fatiget*
*Porticibus, quanta nemorum vectetur in vmbra,*
*Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?*
*Nemo malus fœlix.*

Cum ergo ſine peccato nullus: ſic (ex eo quoque capite) *miſeri* omnes. Suppetuntque reliquæ humanæ conditionis mille ad Miſeriam cauſæ, malorumque ſpecies mille. Siquidem (vt *de remed. Amor. libro ſecundo.* Ouid. ait:

*Omnibus illa Deus plusvè, minusvè dedit.*

Et ne generalitas aſſertionis fidem extenuet; & ad ſingula vitia, & fœlicitates quoque apparentes deſcendere, & vtrorumque Miſeriam (curſim ſaltem) oſtendere libet. Vtque per ordinem exequamur: Superbum † non modò *Miſerum*; ſed *Miſeriam* ipſam eſſe, firmauit *Auguſtin. de catechiz. rudib.* inquiens: *Magna eſt* Miſeria *ſuperbus homo.* Et non niſi *Miſerum*, aut ſtultum ſuperbire; probat eleganter *Franciſc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortun.* dialog. 110. *Quod ad præſens malum attinet* (ait) *vnum illud adiecerim: Superbiam eſſe ægritudinem* Miſerorum, *ac ſtultorum. Tales enim ſunt haud dubie, qui ſuperbiunt; neque enim aliter ſuperuebirent. Neque verò ſine cauſa in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Omnes inſipientes, & infœlices ſupra modum animæ ſuæ ſuperbiunt.* Vt enim *Simon Naquer.* 13

*Quid iuuat ò Homines tanto turgeſcere faſtu?*

Et tibi:

O Miſer! *interius ſecreta mente reuoluas,*
*Carne quid humana vilius eſſe poteſt?*

Et iterum ibi:

*Inſpice quàm fragilis, quàm pauper, quàmque miſellus*
*Viuas.*

In idem *Senec. Tragic. in Hercul. Oetæ. actu* 2.

*Vrit* Miſerum *gloriæ pectus.*

Auarum, aut cupidum † *Miſerum* eſſe; quam de Auaritia deſcriptionem *Valer. Maxim.* facit, *lib.* 9. *cap.* 4. *in princip.* ſatis oſtendit. *Protrahatur etiam* (ait) *Auaritia, latentium in-*

*indagatrix lucrorum , manifeſtæ prædæ auidiſſima vorago : nec habendi fructu fœlix ; & cupiditate quærendi , Miſerrima.* Senec. etiam in prouerb. ait : *Auarus ipſe* Miſeriæ *ſuæ cauſa eſt.* Conſentitque *Horat. lib.* 1. Sermon. *ſatyr.* 1. de auaro loquens:

*Quid facias illi?* Miſerum *iubeas eſſe libenter.*

Et de arte Poet.

*Quærit , & inuentis* Miſer *abſtinet.*

Iuuenal. ſatyr. 14.

*Tanta parta malis , cura maiore , metuque*
*Seruantur* : Miſera *eſt magni cuſtodia cenſus.*

*Franciſc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortunæ* dialog. 26. *Sed Auaritia nihil vnquam ieiunius , nihilque Miſerius.* Vtroſque , auaros ſcilicèt , & cupidos cõplexus eſt (*Miſeros* dicẽs) *Lucret. de rer. natur. lib.* 3.

*Denique Auaritia , & honorum cæca Cupido.*
*Quæ* Miſeros *homines cogunt tranſcendere fines*
*Iuris , &c.*

Horat. dicto ſermonum libro primo ſatyr. 4.

*Aut ob Auaritiam , aut* Miſera *Ambitione laborat.*

Et ſatyr. 6.

*Hæc eſt*
*Vita ſolutorum* Miſera *Ambitione.*

*Miſeram* auri famem *Egeſip.* dixit, *lib.* 5. *excidii Hieroſolymitani.* Miſerrimamque Ambitionem *Cicer. Officior.* 1. *Miſerrima* ( inquiens ) *eſt omnino Ambitio. Tolle Cupiditatem* ( Petrarch. ait, de remed. vtriuſq; fortun. lib. 2. dialog. 54.) *nauigationem ipſam , aut certè periculum nauigandi magna ex parte ſuſtuleris. Illa non in nauem ſolum ; ſed in ſcopulos , & in mortem cogit* Miſeros.

15 De Luxuria, † Luxuriæque vitio, ſic Diu. *Auguſt.* de ſingular. Clericorum : *Quantos Leones domuit vna Infirmitas delicata , id eſt Luxuria? Quæ cum ſit vilis , &* Miſeria ; *de magnis efficit prædam.* Tibul. *lib.* 2. *eleg.* 1. de Amore loquens:

*Ah* Miſeri , *quos hic grauiter Deus vrget!*

Aliis circa id hìc omiſsis, quæſtione finali referendis,

16 De Iracundo, † *Terent. in Adelph.*

*Ah me* Miſerũ ! *vix ſum compos animi,*
*Ita ardeo iracundia.*

Lucan. de bello ciuil. lib. 2.

*O rabies* Miſeranda *ducis !*

Papin. Stac. Thebaid. lib. 11.

*Sic pater infrendens ,* Miſeraque *exæſtuat Ira.*

Comprobantque hæc eadem à Nobis *quæſtione* 19. dicenda. Siquidem, vt *Horat.* ait, & *Senec. de Ira lib.* 1. *in princip.* firmat:

*Ira furor breuis eſt.*

17 De Guloſo, † ſic *Stat. lib.* 4. *ſylua. pagin. mihi* 72.

*Ah* Miſeri, *quos noſſe iuuat, quod Phaſidis ales*
*Diſtet ab iberna Rodopes grue , quis magis anſer*
*Exta ferat : cur Tuſchus æper , generoſior Vmbro:*
*Lubrica quare cubent conchilia molius alga.*

18 De inuido † *Plaut. in Truculent. actu* 4. *ſcen.* 2.

*Nam inuidere alii benè eſſe; tibi malè eſſe,* Miſeria *eſt*

Et in captiui, actu 3. ſcen. 4.

*Eſt* Miſerorum, *vt malè volentes ſint, atque inuideant bonis.*

*Franciſc. Petrarch de remed. vtriuſq; fortun. lib.* 2. *dialog.* 106. *Sed an non ſatis eſt, propriis malis angi, quæ tam multa ſunt: niſi & aliena vos crucient , vndique Miſeri?* Iterumque ib. *Ex omnibus vitiis nullum pigrius inuidia , altos in animos non aſcendit: nullum quoque* Miſerius.

19 De otioſo, † & pigro, in *Prouerb. ſuis Senec. Nil agere ſemper , infœlici eſt optimum.* Et epiſtol. 72. *Pigro ſupplicii loco labor eſt ; delicatis ,* Miſeria *eſt.* Et ſiquidem ( vt ipſe idem *de benefic. lib.* inquit ) *Pigritia eſt nutrix egeſtatis:*

Satis

ſatis eius Miſeram conditionem eſſe apparet. Sed non ab illationibus confirmatio ex inſtituto noſtro petenda: ſi enim id pateretur; quodlibet horum, librum, aut longum tractatum poſtularet.

20 Occupatorum, † & ſolicitorum *Miſeram* conditionem *Eccleſiaſtici nu. 9.* relata verba oſtendunt, & *Senec. de breuit. vitæ. c. 9. Non dubium eſt ergo* (inquit) *quin prima quæq; optima dies fugiat mortalibus* Miſeris, *id eſt occupatis*, & c. 19. *Omnium quidem occupatorum* Miſera *conditio eſt.* & epiſt. 99. *Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante Miſerias, Miſer.*

Non item inferiorem inter *Miſeros*
21 ingratus † tenet locum. *Plauto in Epidic. act. 1 ſcen. 2.* dicente:

*Herclè* Miſerum *eſt, ingratum eſſe hominem.*

Nec modò qui manifeſtis peccatis, vitiiſq; laborant, ſed (vt iam diximus) cæ-
22 teri † omnes *Miſeri* ſunt. Dictiſq; in id *Innocent.* addendus, *de vilitate human. cōditionis, d. lib. 1. c. 10. Nō eſt quiſquam ſine labore ſub Sole; non eſt ſine defectu ſub Luna; non eſt ſine vanitate ſub tēpore.* & cap. 13. *O quanta mortales angit anxietas, affligit cura, ſolicitudo moleſtat, metus exterret, tremor concutit, horror abducit, dolor affligit, conturbat triſtitia, contriſtat turbatio! Pauper & diues, ſeruus & dominus, coniugatus & continens. Denique bonus, & malus, omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur.* Quodque ille collectiuè, etſi breuiter Nos ſigillatim perſequemur.

Miſerum (à quo ille incipit) pauperē
23 † eſſe, & in *prima, de priuil. paup. p. q. 35. n. 13. q. 52. num. 14.* & in præſenti ſæpè oſtendimus. Nunc *Plautum* addimus in *Dramat.* ſeu *captiuici, act. 3. ſcen. 1. in princip.*

Miſer *eſt homo qui ipſe ſibi quod edat quærit:*
*Sed ille eſt* Miſerior, *qui ægrè quærit, & nil inuenit:*
*Ille miſerrimus eſt, qui cum eſſe cupit, quod edat non habet.*

Et *Iuſtini.* Hiſtorici verba id ipſum teſtantia *lib. 11.* quæ ſunt: *Inſignis præter cæteros fuit Abortomius, Rex ab Alexandro Sidoniæ conſtitutus. Quem Alexander (cum operam oblocare ad puteos exauriendos, hortoſque irrigandos, ſolitus eſſet,* Miſere *vitam exhibentem) Regem fecerat.*

24 Diuites pariter *Miſeros* † eſſe. 1. *par. de priuileg. pauper. dict. quæſt. 52. nu. 37.* comprobamus: ibique ſimiliter dictis, Diui *Iacobi* validum addimus teſtimonium in *epiſtol. Catholic. capit. 5. Agite nunc diuites* (ait) *plorate vlulantes in* Miſeriis *veſtris.* Miſeraſque diuitias vocauit *Horatius ſermon. lib. 2. ſaty. 8.* Deque pauperis, & diuitis ſpeciatim *Miſeria*, idem ipſe *Innocent. dict, lib. 1. cap. 14.* egit. Quibus eloquentiæ parētis *Tullii* nouiter *Tuſcul. 5.* ſententia accedat: *Non ſunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe Miſerrimum.*

25 Coniugatum, † à coniugiovè continentem, nubentemque, & non nubētem *Miſeriam* pati, *Socrates* monſtrauit. *Qui ab adoleſcentulo quodam conſultus vxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret? reſpondit: Vtrùm eorum feciſſet, acturum pœnitentiam. Hic te, inquit, ſolicitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet: Illic perpetua ſolicitudo, contextus querelarum, dotis exprobatio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubceſſor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus. Non paſſus eſt iuuenem in contextu rerum aſperarum, quaſi latæ materiæ facere delectum.* Vt *Valer. Maxim.* prodit, *lib. 7. titul. 2. capit. 7.* Confert & D. Auguſtin. confeſ. lib. 6. cap. 11. *Putabam enim* (ait) *me* Miſerum *fore nimis, ſi fœminæ priuarer amplexibus.* Boet. de conſolat. libro 2. proſ. 4. *Ille vtroque circumfluus, vitam cœlibem deflet: ille nuptiis fœlix; orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi.* Alia in id *Innocent.* ipſe *dict. lib. 1. cap. 16. De miſeria continentis, & coniugati.*

26 Et qui liberos habet, † & qui non habet. Ad longum firmat *Petrarc. de remed. vtriuſque fortun. lib.* 1. *dialog.* 70. Gaud. *Pater filiorum ſum bonorum.* Ratio. *Quanto meliores filii, tanto periculoſior conditio tua eſt. Neſcis quam dolendi materiam gignendo quæſieris? quos adi tus lacrymis in tuam domum pateſeceris? quantum in te ius morti præbueris? O matres* Miſeræ, *ait Horatius. O patres* Miſeri *dico ego.* Et poſt alia: Gaud. *Votiua Fœlix, lætuſque ſum ſobole.* Ratio. *Fœlicitas anxia, ſolicitum gaudium, & ſæpè mœſtum gaudium, fœlicitas* Miſera. *Boet.* quoque proximè relato loco: *Alius prole lætatus, filii, filiavè delictis mœſtus illacrymat.*

27 Qui amicos habet, † *D. Auguſtin. confeſ. lib.* 4. *cap.* 6. Miſer, *eram &* Miſer *eſt omnis amicus vinctus amicitia rerum mortalium; & dilaniatur cum eas amittit; & tunc ſentit* Miſeriam *qua* Miſer *eſt, & antequam amittat eas.* Et ibidem: *Iam* Miſer *eram, & habebam cariorem illo amico meo, vitam ipſam Miſeram.* Conuenit *Ouid. Metamorf. lib.* 11.

*Horruit Alcyone, lacrymaſque emiſſit obortas,*
*Amplexumque dedit, triſtique* Miſerrima *tandem*
*Ore vale dixit.*

28 Et qui amicos non habet, † *Ouid.* ipſe Triſt. lib. 3. & eleg. 5.

*Idque recens præſtas, nec longo cognitus vſu,*
*Quod veterum* Miſero *vix duo tres vè mihi.*

29 Qui timet, † *Plaut. in Aſinar. actu* 2. *ſcen.* 4.

*Vah formido* Miſer!

Et *in Ciſtellar. actu* 4. *ſcen.* 2.

*Nam & intus paueo, & foris formido: ita nunc*
*Vtrobique me metus agitat: & illo ſunt homines* Miſere
Miſeri

*Siquidem pauidis* (vt *Iuſtin. Hiſtoric. lib.* 24 ad fin. ait) *Nulla ſub tectis acta nox: nullus ſine labore, & periculo dies.* Quos & conſilium pariter deſerit, vt apud Lucium Apulei. Metamorfor. lib. 9. *At ille repentino malo perturbatus, &* Miſera *trepidatione ad inopiam concilii deductus, &c. Qui dolet ac metuit* (Petrarcha ait, de remed. vtriuſque fortun. dialog. 113.) *ille* Miſer *eſt.*

30 Et qui timetur, † vt in hæc verba oſtendit *Æmil. Prob.* in vita Dioniſii. *Hic, ſicut ante dictum eſt, quàm inuiſa ſit ſingularis potentia. &* Miſeranda *vita eorum qui metui, quàm amari malunt, &c.*

31 Qui patitur, † & qui committit furtum, *Senec. de vitæ breuit.* in fin. *Interim dum rapiuntur, & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit; dum mutuo ſunt* Miſeri.

32 Deformis, † & pulcer. Primum *Lucret.* probat *de rer. natur. lib.* 4. *ad fin.*

*Et* Miſeram *tetris ſe ſuffit odoribus ipſa.*

Secundum, *Plaut. de Milite glorioſ. actu* 1. *ſcen.* 1.

*Nimia eſt* Miſeria, *pulcrum eſſe hominem nimis.*

33 Qui ſpe ſuſtinetur, † *Plaut. in Epidic. actu* 3. *ſcen.* 1. *in princ.*

*Expectando exedor* Miſer.

Et in *Aſinaria, actu* 3. *ſcen.* 3.

*Imò hercle verò*
*Qui pendet, multo eſt* Miſerior.

*Senec. de vitæ breuit.* cap. 17. *Spes ſpem excitat, ambitionem ambitio:* Miſeriarum *non finis quæritur; ſed materia mutatur.*

34 Et qui ſpe cadit, † *Ouid. de conſolat. ad Liuiam.*

*Spem pone* Miſerrima *falſam.*

35 Qui ſeruit, † & cui ſeruitur, obſequenteſque adſunt. Primùm, & per ſe, & ex adductis in *Axiomatib. noſtris, lit. A. numero* 569. & infrà *quæſt.* 16. patet: Secundùm, ex *Senec.* de morib. *Numquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnumquam indignis, &* Miſerabilibus *ſeruiens?*

36 Iniuſtus, † & iuſtus Miſeriã patiũtur, *Iob c.* 10. dicente: *Etſi impius fuero, vè mihi eſt: etſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione, & Miſeria.* Multis oſtẽdit

dit (quamuis huius loci immemor) *Innocent. de human. condit. vilit. lib. 1. c. 17. De Miſeria bonorum, & malorum.* Imò boni ſæpè maioribus tẽporalibus præmuntur Miſeriis, vt illis virtus perficiatur, *ad Corint. 2. c. 12. & cap. Non omnis, 5. q. 5.* Vt enim *Senec. de diuin. prouid.* ait: *Ipſe ignis aurum probat; Miſeria fortes.* Et proſequimur *de priuileg. pauper. quæſt. 6. num. 81.*

Ne denique cætera diſpungendo, in immenſum ſe protrahat ſermo, & finem propoſitus recipiat: eadem ipſa
37 fœlicitas humana † *Miſeria* eſt, quantoque fœlicior quiſquam; tanto miſerior. *Tu tales* Miſeros *arbitraris; Nos te* Miſerabiliorem *putamus. Hieronym.* ait *ad Aſſellam*, de fœlicibus, & Miſeris loquens. Ex fœlicitateque *Miſerum* iudicauit *Senec. de diuin. prouid.* titul. de proſperitate: *Miſerum te iudico, quòd non fuiſti Miſer.* Et de morib. *Nondum es fœlix, ſi te turba non deriſſerit.* Nilque magis metuẽdum; *quàm ne quando fortè parum* Miſeri *ſimus*, dixit *Petrach. in prolog. de remed. vtriuſq; fortunæ*, circa princip. *Magna* enim *proſperitas magnæ vim facit aduerſitati.* vt ipſe idem ibi, *lib. 1. Dialog. 91.* affirmat conteſtemq; habet *Senecam epiſtol. 91.* dicentem: *Et cladis cauſas ſi alia deficiunt, nimia ſibi fœlicitas inuenit.* Ideo de *breuit. vitæ, c. 17.* per bellè idẽ: *Alia fœlicitate ad tuẽdã fœlicitatem opus eſt: & pro ipſis, quæ ſucceſſerunt votis, vota facienda ſunt: Omne enim quod fortuito euenit, inſtabile eſt: Quo altius ſurrexit, vergit pronius in occaſũ: neminem porro caſura delectant.* Miſerrimã *ergo neceſſe eſt, non tantum breuiſſimam vitam eorum eſſe, qui magno parant labore, quod maiore poſſideant. Operosè aſſequuntur, quod volunt; anxie tenent, quæ aſſequuti ſunt.* Dixeratq; ſecũdo ibidẽ capite: *De iſtis me putas diſſerere, quorum in confeſſo mala ſunt? Aſpice illos ad quorum fœlicitatem concurritur, bonis ſuis ſuffocantur.* & in tract. *Quare bonis viris mala accidãt. c. 4. Illos merito quis dixerit* Miſeros, *qui nimia fœlicitate torpeſcunt.* Vndè cùm ampliſsimum Regnum ſuum *Cyrus* ſeniori filio ſuo *Cambiſſes* aſsignaret: iuniori verò *Tanazoares* magnatum, atq; opulentarum Prouinciarum Satrapam eſſe dediſſet; nullam ſine *Miſeria* fœlicitatem cognoſcens, intolerabilem autem, quæ in ſummo illius faſtigio reſidet: tolerabiliorem quidem quo magis à ſumma fœlicitate diſcedit; inquit: *Hæc verò dãs tibi: exiſtimo Imperium quidem maius, atque Regni nomen ſeniori filio reliquiſſe: at fœlicitatem, tibi cum minore moleſtia.* Vt auctor eſt *Xenoph. de Pædia Cyri, lib. 8.* Et confirmat *Senec. de vitæ breuit. c. 7.* experientiam validiſsimum teſtem proferens: *Pleroſque certe audies ex his quos magna fœlicitas grauat, inter clientium greges, aut cauſarum actiones, aut cæteras* honeſtas Miſerias *exclamare interdum: Mihi viuere non licet.* Rixa namque Fœlicitati ipſi, cùm Fortuna ſecũda eſt, *eodem de moribus* dicente: *Mihi crede, non potes diues eſſe, & fœlix. Quis eſt enim* (vt Boet. de conſolat. lib. 2. proſ. 4. ait) *tam compoſitæ fœlicitatis, vt non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota proueniat: vel nunquã perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat; ſed eſt pudor degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit; ſed anguſtia rei familiaris incluſus, mallet eſſe ignotus.* Et quiſquis ille, adductus à *P. Martino del Rio*, in *Senecæ Tragici caſtigationibus. Non eſt tam bona fortuna, de qua nihil quæri poſſis.* Siquidem (vt *Apul. Floridor. lib. 3.* pag. mihi 332. ait) *Nihil quidquam homini tam proſperum diuinitus datum; quin ei tamen admixtum ſit aliquid difficultatis; vt etiam in ampliſſima quaque lætitia ſubſit quæpiam vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis, & fellis. Vbi vber, ibi tuber.*

Merito inde *Auguſt. Confeſſion. lib. 10. c. 8.* exclamat: *Væ proſperitatibus huius ſæculi ſemel & iterũ, à timore aduerſitatis, & à corruptione lætitiæ.* Meritoque ille de ornatu, faſtigioque Regali quærulus: O *nobile magis quàm fœlicem pannum! quem ſi quis penitus cognoſcat, quã multis ſolicitudinibus, & periculis, &* Miſeriis

ſit

*ſit refertus; ne humi quidem iacentem tollere vellet.* Vt *Valer. Max.* tradit *lib. 7. tit. 2. c.* 5. Miſerandam poteſtatem *Papin. Stat.* vocauit *Thebaid. lib.* 8. Potentûq; vitam *miſerrimam*, vltimo elogio faſſus eſt *Germanus* ille tot Regnorum, Prouinciarumq; moderator, Diui Auguſti filius, Imperij particeps; vt *annaliũ lib. 3. Cornel. Tacit.* ( eius in hunc modum amicis, parentiq; vltima verba, ac mãdata referens) prodit: *Vltimas preces pectoribus veſtris relinquo referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus inſidiis circunuentus,* miſerrimam vitam *peſſima morte finierim.*

38 Eoq; fœlicior † *Miſeria*, quòd infœlicitatis timore vacat. *Ouid. Triſt. lib. 3. eleg.* 11.

*Non eſt quod timeas,* Fortuna miſerrima *tuta eſt.*

Et de Ponto lib. 2. eleg. 2.

*Tuta petant alii,* Fortuna miſerrima *tuta eſt.*

*Nam timor euentus deterioris abeſt.*

39 Miſeros tandem, & triſtes, † non felices, & gaudentes, nos conſulit eſſe *D. Iacobus Apoſtolus*, epiſt. Catholic. c. 4. *Miſeri ſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltauit vos.*

Summa igitur cum ratione iudicantem monuimus, ne in immẽſum facultatem hac in re, arbitriumq; libito ſuo datum; ſed legibus adhærens, incidentis negotii, cauſæq; ratione putet. Quẽ ſatis notata in proœmio, quæſtionibuſque ſigillatim, inſtructum reddunt.

## VTRVM VIDVAE, Pupilli, Debiles, aut diuturno morbo fatigati, *Miſerabiles* ſint? poſsintq; aduerſarios ſuos in prima cauſæ cognitione ad Principem trahere inuitos? Ab aliis autem ipſis trahi nequeãt? Quatenuſque priuilegiati exiſtant?

### SVMMARIVM.

1 Lex vnica, C. quando Imper. inter pupil. & vid. *an duos ſeparatos cõtineat caſus, diuerſimodeque in eis diſponat, an æqualiter?*

2 *Legis huius vnicæ fauor à Diuino iure trahit originem.*

3 *Et procedit, ſiue in ea* Miſerabiles *perſonæ contentæ agant; ſiue conueniantur.*

4 *Et non ſolum in prima inſtantia; ſed etiã in ſecunda, & vlteriori.*

5 *Et an ſiue ante, ſiue poſt litem coram ordinario conteſtatam; & in eius, per conſequens, iuriſdictionem conceſſum?*

6 *Minori, aut* Miſerabili *perſonæ aduerſus tacitum per conteſtationem in iudicẽ inferiorem conſenſum, an reſtitutio detur?*

7 *Ordinarium iudicem eligere, Principis deinde Curiam, iterumq; ad ordinarium redire, an* Miſerabilibus *liceat?*

8 *Ita* Miſerabilibus *fauendum, vt aliis iniuria non fiat.*

9 *An* Miſerabili *poſt cõcluſionem in cauſa variare liceat?*

10 *Fori dictum priuilegium, etiam miſerationis cauſa ceſſante, quæ à principio aderat, durat.*

*Iudicium ibi finiri debet, vbi cœptum eſt, ibid.*

*Cauſa ceſſante non ceſſat effectus, quando conſumatus, productuſque adeſt. ibid.*

11 *Fori hoc priuilegio gaudent* Miſeri, *quibus poſt litem cœptam, vel conteſtatam, miſera ſuperuenit conditio, quæ antea non extabat.*

12 *Non ſolum* Miſerabilibus *ipſis, ſed etiam eorum litium conſortibus hoc fori priuilegium competit. Quando ſaltem indiuidua cauſa eſt, num.* 13. *Limita & intellige vt num.* 15.

14 *Indiuidua cauſa, quæ cenſeatur?*

16 *Nec ſolum iure proprio, ſed ceſſo quoque agentibus, hæc* Miſerabilibus *fori datur electio.*

17 *Si modo fraudulenta ceſſio non ſit.*

18 *Et an etiam procedat, ſi* Miſerabili *diuiti ceſſio facta ſit?*

19 *Aut quando cum eo, qui* Miſerabili *ceſſionem fecit, lis foret incepta?*

Cle-

*Clericus laici hæres, cum quo lis fuerat incepta, proſequi eam coram ſeculari iudice debet. Neque ab emptore (cui ſuper re ſibi vendita lis mota eſt) requiſitus vt eum defendat, iudicis laici forum ſubterfugere valet. ibid.*

*Intellectus text. in* l. Venditor, 49. D. de iudic. & legis 57. titul. 6. part. 1. *ibid.*

20 Miſerabilis *perſona, quæ non* Miſerabili *ſucceſſit, cum quo lis incepta erat legis noſtræ vnicæ priuilegio, eius rei ratione, non gaudet: Secus ſi lis incepta nō erat, & num. ſeq.*

21 *Priuilegiatus non priuilegiato ſuccedens, ſuo vtitur priuilegio.*

22 *Ceſsionarius cui priuilegium hoc fori non competebat, ceſſionis virtute à* Miſerabili *facta, eo vti non poterit, cum priuilegium perſonale ſit, quod cum perſona extinguitur.*

23 *Legis noſtræ vnicæ determinatio tàm in ciuilibus, quam in criminalibus procedat, nec ne?*

Cauſæ *nomē generale eſt, ciuilē, & criminalem complectens. Et quid de* Litis *vocabulo?*

*Delictum nemini patrocinari debet. ibid.*

*Honor vita potior reputatur. ibid.*

*Criminalis cauſa tantum à ciuili, & pecuniaria, quantum anima à corpore diſtat. ibid.*

*Vbi maius eſt periculum, cautius eſt agendum. ibid.*

*Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda; & vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. ibid.*

*Princeps fons eſt iuſtitiæ, lex animata, & ius ipſum. ibid.*

*Legis noſtræ vnicæ priuilegio etiam hi, qui ſua culpa, ad caſum non ordinata, in miſerum ſtatum deuenerunt, gaudent. ibid.*

*Intellectus text. in* auth. Qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi oport. ibi.

24 Miſerabiles *perſonæ non ſolum extra prouinciam ad litigandum trahi non poſſunt; ſed nec extra ciuitatem.*

25 Miſerabiles *relata perſonæ non ſolum Principis forum declinare poſſunt, quando extra domicilium, aut prouinciam trahuntur; ſed etiamſi in domicilio earundem coram Principe ibi (per accidens tamen) exiſtente, conueniantur.*

26 *Priuilegio huic præfatis* Miſerabilibus *conceſſo, nullis reſcriptis, quantumuis prægnantibus, & generalibus verbis, clauſulisvè quorumlibet priuilegiorum derogatoriis conceptis, niſi de* Miſerabilibus *ſpecifica mentio fiat; videtur derogatum. Etiamſi in reſcripto dicatur:* Non obſtantibus priuilegiis, quorum ſpecialis mentio facienda foret.

27 *Huiuſmodi priuilegio an* Miſerabiles *renuntiare queant?*

28 *Legis noſtræ vnicæ diſpoſitio in cauſis etiam Iuriſpatronatus procedit.*

29 *Et an locum habeat, ſi* Miſerabiles *diuites ſint? & duobus ſeqq. Et an, & quatenus Miſer actu, & habitu differat? ibid.*

*Vidua diues an ſimplici paupere Miſerabilior ſit? dict. num. 29. verſ. Ex qq. remiſ.*

*Naturalia immutabilia permanēt, neque accidentaliter euenientibus mutantur. ibid.*

30 *Contra viduam, diuturno morbo fatigatum, aut ſenem, ſi diuites ſint, tempus currit, cum aliis cauſas mandare poſſint gerendas. Secus contra hoſce pauperes. & num. ſeq.*

33 *Pupillus qui in aui poteſtatem recidit, an fori priuilegio legis noſtræ vnicæ gaudeat? & num. ſeqq.*

34 *Nepos patre etiam viuente in aui exiſtit poteſtate, & patre mortuo, eius locum tenet. Ideoque neq; orbus videtur. Et quid hodie? num. 36.*

35 *Impubes parentem habens, pupillus non dicitur, neq; legis noſtræ fauore gaudet. Et quid in pupillo tutorem habente? ibi.*

36 *Per matrimonium hodie à patris poteſtate filius exit, proque emancipato habetur; neque eius filii in aui poteſtatem recidunt.*

37 Pu-

37 *Pupilli ſpurii, an legis noſtræ vtantur fauore?*

38 *Perhorreſcentiæ iuramentum, vt legis noſtræ remedium competat, non requiritur præciſè.*

*Dictionis* Præſertim *natura. ibid.*

39 *Fori, legiſque noſtræ priuilegium* Miſerabili *euidenter malitioſè deſideranti, non datur. Et an malitia præſumatur? num. ſeq.*

41 *Nec* Miſerabili *alieno agenti nomine competit.*

42 *Nec proprio nomine agenti, ſi non vt principalis, ſed vt tertius cauſæ adeſt, vtpotè ab emptore laudatus.*

43 *Neque in iudicii præparatoriis. Ad iudicemque citatus* Miſer, *vel aliàs priuilegiatus coram iudice comparare priuilegium allegaturus omninò debet, neque ad id vti fori præſcriptione poteſt. ibid.*

*Et an non comparens, fori priuilegium perdat? ibid.*

44 *Vidua dotem exigens, an eo priuilegio vtatur.*

45 Miſerabilis *in loco contractus conuentus, an legis noſtræ priuilegio gaudeat?*

46 *Vidua honeſte, & caſte non viuens, an ſe indignā fauoris huius reddat? Et an ſi non vt vidua, vt* Miſerabilis *illum cōſequatur? num.* 49.

47 *Honeſtè, aut turpiter viuere, quæ dicatur? num. ſeq. & num.* 210.

50 *Vidua quæ luxurioſè vixit, ad meliorem tamen frugem ſe recepit, honeſteque ad præſens viuit, an fori priuilegium habeat?*

*Qualitas iuncta verbo, ſecundum tempus verbi intelligitur. ibid.*

51 *Fori priuilegio non gaudet vidua, quæ maritum occidit, eiusve morti cauſam præbuit.*

52 *An inter pares priuilegiatos, huic ſit priuilegio locus? & numero ſeqq. vſque ad* 58.

54 *Naturalis qualitas, an accidentali præualeat? & num. ſeq.*

55 *Magis ſæpè Accidens, quàm Natura attenditur.*

56 Miſerabilis, *an aduerſus* Miſerabilem *minus, fori priuilegio gaudeat?*

57 *Reus ab æquè* Miſerabili, *aut priuilegiato, à foro ſuo extrahi non debet.*

*Æquè priuilegiatus, iuris communis regulis vtens, præferendus eſt. ibid.*

58 Miſerabilis *effectus, lite coram Principe, collitigantis Miſeræ conditionis prætextu pendente, an ad domicilii Iudicem cauſam remitti iure poſtulet?*

59 *Vidua, pupillus, &c. Legis noſtræ priuilegio non gaudet, ſi in eo foro in quo iuriſdictio eorum nomine exercetur, litigare vellint.*

60 *Incompetentis Iudicis forum* Miſerabilis *eligere nequit.*

61 *Qui* vbique locorum *ſe conuenire poſſe pactus eſt, an fori electionem habeat? & numer. ſeqq. vſque ad* 67. *incluſiuè.*

62 *Clauſula, vt* vbicumque locorum, & coram quibuſcumque iudicibus conueniri quis poſsit, *quam vim teneat? Et quam, ſi ſolutioni, eiuſque obligationi adiecta ſit? & nu. ſeqq. Et quam ſi à* Miſerabili *ſit appoſita? numero* 64.

*Clauſula inſtrumenti Cameralis, per quam contrahentes, omni loco, & foro ſe ſubmittunt, ita vt vbicumque locorum conueniri poſſint, qualiter reſtringatur? cuiuſque ſit virtutis? ibid. d. n.* 63.

64 Miſerabilis *foro ſuo renuntiare non poteſt.*

65 *Foro proprio renuntians, an communi, vel priuilegiato, vtriquevè etiam renunciaſſe ſit viſus? & num. ſeq.*

*Renuntiatio ad alia quàm nominatim expreſſa, non extenditur. ibid. dict. n.* 65. *&* 66.

67 *In cauſa executiua, an fori vtatur* Miſerabilis *priuilegio?*

68 Miſerabilis *excommunicatus, aut hæreticus, an hoc fori priuilegio gaudeat? & num. ſeq.*

69 *Hæretici excommunicationem ipſo iure incurrunt.*

70 *Hæretici priuilegiis Catholicis conceſſis priuantur.*

71 *In fiſcali cauſa, Regaliumvè redditu um, fori huic priuilegio non eſt locus.*

72 *Pupillus, vel* Miſerabilis *perſona à tutore, vel adminiſtratore rationes poſtulans, an & quando hoc fori priuilegio vtatur? & duobus num. ſeqq.*

75 *In feudalibus cauſis huic fori priuilegio locus non eſt.*

76 *Neque in officialium, qui ſyndicantur, cauſis.*

*Iudices præcipuos habentes, qui ad Curiam trahi ea ratione nequeant? remiſſ. ibid.*

77 *In reconuentionis cauſa fori non datur electio.*

78 *Laicus non niſi coram iudice Eccleſiaſtico Clericum poteſt conuenire.*

79 *Niſi in recõuẽtionis cauſa. Si clericus enim laicum apud iudicem ſæcularem conuenit, ibique reconueniatur: ſuſtinere coram illo reconuentionis iudicium debet.*

80 *Quinquennalem dilationem petens. fori hanc electionem non habet.*

81 *Fori priuilegium non niſi de illo opponenti competit.*

82 *Iudicium cum excommunicato agitatum, ſi de excommunicatione ab aduerſario non fuerit oppoſitum, tenet.*

83 *Reconuenire actorem reus debet coram conuentionis iudice, nõ diuerſo: niſi pars non contradicat.*

84 *Contra non infamatum non tenet inquiſitio. Niſi parte non opponente. & num. ſeq.*

86 *Incertitudo actum vitiat, niſi pars non opponat.*

87 *Sententia nulla ſuſtinetur, ſi pars non opponat.*

88 *Executio legum non ſeruata forma facta, iudiciiuè ſubſtantialibus carens, etſi nulla ſit: parte non opponente conualeſcit.*

89 *Quælibet diſpoſitio iudicem, partem vè ad aliquid faciendum adſtringens,* ſi in iudicio fuerit petitum, *intelligi debet.*

90 *Pupillis & Diuinæ, & humanæ leges fauent.*

*Nec Pupillaris ſolum ætas (hoc eſt impuberum, parentibus carentium) ſed puerilis quælibet fauorem meretur. ibid.*

91 *Maius Pupillis in bonis ſuis, quàm mulieribus pro dote, quàmque Fiſco conceſſum priuilegium eſt.*

92 *Minor aduerſus Fiſcum reſtitutionem habet. Pupillus, abſque reſtitutione tutus eſt. & num. præced.*

93 *Mater negligens in idoneis tutoribus filiis ſuis petendis, qualiter puniatur?*

94 *Et qualiter conſanguinei ad Pupilli ſucceſſionem vocati, in eo pariter negligentes?*

95 *Matre vel conſanguineis tutorem Pupillo non petentibus; eius educator, vel amicus petere poteſt.*

96 *His non petentibus, quilibet de populo tutorem pupillo petere valet.*

97 *Nemine Pupillo tutorem, aut aduocatum petente, illum ex officio Iudex dare poteſt, & debet.*

98 *Officium ſuum non niſi petitum impartiri Iudex debet.*

99 *De intereſſe ſuo non docens, à iudicio repellitur.*

100 *Pupillorum fauore, tertius cuius non intereſt, admittitur.*

102 *Inter viuos manumiſſo, cui expreſſe peculium ademptum non eſt, conceſſum videtur.*

103 *Fallit in manumiſſo à Pupillo, tutore auctore.*

104 *Contra Pupillos nec longiſſima quidem præſcriptio, quæ contra quoslibet priuilegiatos procedit, currit.*

105 *Neque vſucapio.*

106 *Vſucapio an contra Romanam Eccleſiam triennio perficiatur?*

107 *Ad inueſtituram petẽdam, tempus Pupillo non currit; et ſi adulto currat, egeatque reſtitutione.*

108 *Defunctorum voluntates pro legibus ſeruari, pietas ſuadet, & leges imperant.*

109 *Pupilli gratia, à defuncti voluntate recedi ſolet.*

110 *Tutor Pupillo ſub conditione dari nequit*

111 *Procurator ſub conditione, in diem, & vſq; ad diem dari poteſt. Et quæ differentiæ ratio?*

112 *Sine accuſatore contra quẽuis inquirere, aut procedere Iudex non poteſt.*

113 *Tutor ſuſpectus, ſine accuſatore repelli poteſt.*

114 *Pro alio fideiubere non magis quàm donare quis cogitur.*

*Beneficium quid ſit? ibid.*

115 *Pro filio tutore deſignato, pater vel fideiubere, vel eandem cum filio tutelam ſubire cogitur.*

116 *Pro Reipublicæ munere filio impoſito, nec fideiubere pater, nec munus ſubire pro eo tenetur. Et quid hodie circa id diſpoſitum? ibi remiſſ.*

117 *Fideiuſſores plures ſimpliciter dati, exiſtentes, pro parte conueniendi ſunt, diuiſioniſque beneficium habent.*

118 *Fideiuſſores à tutoribus ſic dati, in ſolidum conueniuntur.*

119 *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.*

120 *Tutores nominati, ſi excuſationem à tutela prætendant; per ſe, non per alios eam proponere debent.*

121 *Sententia ex falſa cauſa, falſisvè allegationibus lata, ſua natura tenet.*

122 *Pupillorum gratia talis ſentētia nulla eſt ipſo iure.*

123 *Pupillus in re pupillaribus pecuniis empta, triplici gaudet priuilegio. Et quæ ſint? & duobus num ſeqq.*

126 *Procuratores plures ſi in ſolidum dati non ſint, vnus ſine alio agere non poteſt.*

127 *Nec teſtamēti executor, ſine aliis executoribus exequi poteſt, ſi in ſolidum datus non ſit.*

128 *Quilibet tutorum etiamſi in ſolidum dati non ſint, pupilli fauore agere poteſt.*

129 *Pupilli quamuis non magis quàm furioſi diſcernere queant: fauorabiliores quàm alii, qui iudicio carent, exiſtunt.*

130 *Impuberes etiāſi ſe hæreditati immiſcuerint, abſtinere poſſunt; puberes non poſſunt, reſtitutioneque egent. Et quid ſi impubes tutore auctore damnoſam adiuit hæreditatem? ibid.*

131 *Fauor Pupilli vel minoris, an etiam eius fideiuſſoribus proſſit? & num. 132. 133. & 134.*

135 *Pupilli fauor participi, & communionem cum eo habenti prodeſt.*

136 *Fauor Pupilli in cauſa eſt, vt poſſit quis per alium, quod per ſe non poteſt.*

137 *Pupillus ſine ceſſione agere poteſt, non vtique alii.*

138 *Debitor ſpeciei Pupilli, an eius interitu liberetur? Et quid in aliis?*

139 *Suſpecti tutoris cognitio, non alii, quā Præſidi prouinciæ pertinet.*

140 *Pupillorum vtilitate mandari huiuſmodi cognitio poteſt.*

141 *Fœminis accuſandi facultatem, cum ſuam, ſuorumvè iniuriam non proſequuntur, iura negant.*

142 *Tutorem ſuſpectum accuſandi facultatem eis præbent.*

143 *Mulier pro debito ciuili etiam Fiſcali, ad carcerem trahi nequit.*

144 *Pro debito Pupillari etiam mater in carcerem trahi poteſt.*

145 *Pro Pupillis Clericis poſtulare licet; non ſic pro aliis. Et generaliter, pro aliis poſtulare probibiti, pro Pupillis non probibentur.*

146 *Legatis, dum munere funguntur, proprii etiam negotii occupatio probibita eſt. Conceditur in Pupillorum fauorem.*

148 *Pupillus tutore auctore, quævis agere vt maior poteſt; & hæreditatem adire, & ex ea obligari.*

149 *Si hæreditas damnoſa ſit, quam Pupillus, tutore auctore, adiuit: ſine reſtitutione quoque tutus eſt.*

150 *In vtilibus tutoris auctoritas Pupillo neceſſaria non eſt, poteſtque ſine ea conditionem ſuam meliorem efficere, obligat ſecum contrahentes; nec obligatur ipſe.*

151 *Contractus claudicare non debet.*

252 *In Pupilli alienatione vtili de rebus ſuis facta, an ſolemnitates aliàs requiſitæ deſiderentur? & numero ſeq.*

*Intellectus text. in* l. Iulianus, §. Si quis à Pupillo, & §. Si quis colludente, D. de actionib. empt.

153 *Vt bona Pupilli alienari poſſint, quæ requirantur? quoque ordine alienatio fieri debeat?*

154 *Iudicis decretum an etiam in mobilium, iurium, & actionum alienatione requiratur?*

155 *Iudex non ſine cauſæ cognitione decretum ſuum ad rei Pupilli venditionem interponere debet; & interponens peccat.*

156 *Sen-*

156 Sententia pro pupillo, minorevè lata, licet ipſe abſque tutore in iudicio extiterit, tenet.
157 Taciturnitas in præiudicialibus conſenſum non inducit.
158 Fauore pupilli inducit.
Stipulatio minorum gratia fingitur ubi ſtipulatio deſideratur. ibid.
In fideiuſſione ſtipulatio requiritur. ibi.
159 Pupillus contumatiam, eiuſque pœnam vitat.
160 Et ingratitudinem.
161 Exhæredari Pupillus nequit.
162 An ob ſolutionem emphyteotici canonis non factam, cadat in commiſſum Pupillus?
163 Ad ſecundum decretum contra Pupillum non proceditur.
164 Carcerari Pupillus nec pro delicto poteſt.
165 Carcerari omnes poſſunt qui legibus non reperiuntur expreſſi.
166 Torqueri Pupilli nequeunt.
167 Torqueri omnes poſſunt, quos lex non eximit.
168 An omnino in delictis Pupilli excuſentur: remiſſ.
169 Hæreditas non adita non tranſmittitur.
170 Pupillus etiam non aditã traſmittit.
De intellectu text. in l. Si infanti, 18. C. de iure deliber. remiſſ. ibid.
171 Seruus tutor dari non poteſt. Limitatur, & intelligitur num. ſeq. & num. 173. & 174.
175 Charitas benè ordinata à ſe ipſo incipit, & ſibi, ſuiſque rebus potius quam alienis prouidere quis debet.
176 Pupillorum vtilitates, an propiis anteponere tutores debeant?
177 Tutores qui pupillares pecunias in prædiorum emptionem non conuertunt, in fœnusvè non locant, etſi ſuam repoſitam ſeruent: ipſorum periculo cedit. Debentque in antiquarum vſurarum locum pupillares pecunias velin prædiorum emptionem vertere; vel ad honeſti lucri partem, ex regionis more, mercatori, ad redditusvè annui emptionem, facultate exiſtente, dare. Et an ad cambium hodiè poni valeãt: ibi. remiſ. Et an ad hoc iudicis decretum requiratur: ibid. remiſſ.
Vſuræ nec pietatis prætextu admitti debent: ibid.
178 Tutor qui inuentarium non fecit, in dolo dicitur præſumpto.
179 Et mox cum fuerit ordinatus, illud conficere debet; antèque illius confectionem nil, niſi quod dilationem non recipiat, adminiſtrare valet.
180 Tutor mox inuentariũ non conficiens, ſuſpectus habetur, in furti ſuſpitionem rerum pupillarium incidit; & in carceribus dicere cauſam debet. Et an contra eum præſumptio iuris, & de iure vrgeat: num. 187.
181 Hæres intra quòd tempus inuentarium conficere debeat?
182 Tutoris inuentarium cum iudicis decreto fieri debet.
183 In hæredis inuentario pleraq; ex prædictis non deſiderantur.
184 Aduerſus contenta in inſtrumẽto probatio admittitur.
Inſtrumentum an, & quatenus probatio probata dicatur: ibid.
185 Aduerſus ea, quæ in inuentario deſcripta ſunt, tutori probatio denegatur.
186 Hæredi aduerſus ea, quæ inuentarium continet, probatio conceditur.
188 Inuentarii, vel inſtrumenti copia cohæredi petenti, integra danda eſt.
189 Cum pupillo litiganti, principium tantum, & finis inuentarii edi debet.
190 A ſententia excuſationem tutori nominato non admittente; appellare licet: à datione ipſa non vtique.
191 Tutores dati, ſi intra legitimum tempus excuſationem non opponant; non admittuntur poſtmodum.
192 Sine interpellatione mora non committitur.
193 Pupillares vſuræ ſine interpellatione currunt, & debentur.
194 Ab vſurarum pupillarium obligatione non ſine conſignatione, & depoſitione pecuniæ, oblatio liberat: in aliis curſum vſurarum impedire oblatio ſolet.
195 A muneribus perſonalibus excuſatus Pupillus exiſtit.

196 *Maior annorum quatuordecim, minor 25. à muneribus perſonalibus, quæ conſilium non requirunt, non excuſantur. Longeque multo minus alii qui de immunitate ſua non docent.*

*Intellectus text. in* l. 2. §. 1. D. de vacat. muner. *ibid. & num. præced.*

*Domus fundusvè Pupilli, aut Viduæ in quo falſa moneta cuditur, an pœnis ordinariis ſubiaceat?*

297 *Quinquaginta quinq; annorũ ætas, à perſonalibus muneribus excuſationẽ præſtat.*

198 *A tutelæ, vel curæ onere, non minor quàm 70. annorum ætas excuſat.*

199 *Domus fundusvè Pupilli, aut Viduæ in quo falſa cuditur moneta, an pœnis ordinariis ſubiaceat?*

200 *Repetitio denegatur, debitum naturaliter ſoluenti, licèt ciuiliter indebitum. Niſi ſit pupillus. Et an ipſo iure, ſineque reſtitutionis tunc ope repetat?*

201 *Qui munerum ſimpliciter ciuilium, & publicorum vacationem, immunitatẽq; obtinuit, licèt à patrimonialibus ordinariis non liberetur: à perſonalibus, magiſtratibuſque in dictis liberatur. Niſi munus tutelæ ſit.*

202 *Viduæ (in his ſaltem, quæ Miſeratio, Pietas, imbecillæq; naturæ ratio ſpecialiter induxit) Pupillis inferiores an ſint?*

203 *Vidualis ſtatus non multum à Virginali diſtat.*

204 *Sacerdotum filiæ viduæ, ſicut Virgines, de oblotionibus ſanctis veſcebantur: nuptæ verò prohibebantur veſci.*

205 *Priuilegio alicui, ſuiſque deſcendentibus tàm maſculis, quàm fœminis dato, Virgines, & Viduæ gaudẽt, nõ maritatæ.*

206 *Vidualibus fauoribus, ita demum Viduæ gaudent, ſi earũ ſtatui, vidualis vita conueniat. & num. 209.*

207 *Vidua mariti forum, nobilitatem, & priuilegia retinet: de illius dicitur familia, & in eodẽ matrimonio præſumitur durare: viua, & vera mariti mortui imago; inque mariti obſequio eſſe dicitur.*

208 *Vidua inhoneſte viuens, ad ſecunda vè tranſiens vota, defuncti mariti forum, claritatem, & priuilegium amittit.*

209 *Nec priuilegiis viduis cõceſſis gaudet.*

210 *Inhoneſtè viuere, quæ dicatur? Quibuſq; plectatur pœnis? & nu. ſeq. rem ſſ.*

212 *Quemadmodum matrimonio conſtante, dotalis fundus inalienabilis, & impræſcriptibilis eſt: ſic & matrimonio ſoluto, dum Viduæ reſtitutus non eſt, competitque illi de dote actio. & num. ſeq.*

214 *Matrimonio durante, vxor etiam diues, à marito ali debet.*

215 *Et an marito mortuo, de illius bonis ſiuè diues, ſiue pauper, alenda quoque ſit? & numer. ſeqq. vſque ad 220.*

*Hæres non melioris conditionis, quam defunctus eſſe debet. ibid.*

216 *Maritus alere vxorem debet, quam etiam ſine dote, eiusvè promiſſione duxit.*

217 *Mariti hæredes etiam poſt annum luctus, ad viduæ pauperis alimẽta tenentur.*

*Hæres perſonam defuncti repræſentat; & quidquid ius eſt de aliquo, idem etiam eſt de eius hærede. ibid.*

*Vidua in præteriti matrimonii dedecus mẽdicare non debet. ibid.*

218 *Hæres qui in cauſa eſt, vt defuncti ſuperſtes coniux, alimentis negatis, ad viliores operas, quam quas marito viuente exercebat, ſaluaque dignitate faceret, deſcendat; præ defuncti mariti memoriam offendit, & indignum ſe illius hæreditate efficit. remiſſ.*

219 *Vidua pauper, quartam, ſi malit, in bonis mariti prædefuncti conſequi poteſt.*

220 *Mariti hæredes, veſtes lugubres Viduæ ſecundũ conſuetudinẽ loci præſtare debẽt.*

221 *Et an Vidua intra luctus annum nubens, eas reſtituere compellatur? & n. ſeq.*

223 *Quotidianus lectus ſuperuiuenti debetur coniugi. Qui tamen ſecundas contrahit nuptias, illũ reſtituere, ad partitionẽq; cũ hæredibus trahere debet. & n. ſeq.*

225 *Quo tempore ſecundæ nuptiæ contrahi debeant, vt lectus reſtitui debeat? De quibus bonis eius ſit facienda deductio? Qualiterq; eius diuiſio? remiſſ.*

226 *Adquiſita conſtante matrimonio, inter coniuges communicantur. remiſſ.*

227 *An vſuras, intereſſe, vel damnũ poſt annum luctus, abſq; aliqua interpellatione pro dotis reſtitutione à mariti hæredibus Viduæ conſequatur? remiſſ.*

228 *Vi-*

228 *Viduæ de bonis Eccleſiæ, ſi aliunde nō habent, ſunt alendæ.*

229 *Viduas diuites non nutrit Eccleſia, licet protegat.*

230 *Super rebus etiam profanis, & circa rem quoque feudalem, ſi oppreſſionem viduæ patiantur, quamuiſque dominus feudi negligens non probetur, niſi cum limitatione de qua ibi, eis Signatura commiſſiones concedit.*

231 *Viduæ retentio bonorum mariti pro dote competit: marito in bonis præmortuæ coniugis denegatur.*

232 *Poſtulare prohibiti, pro viduis poſſunt.*

233 *Viduæ teſtimonium, aliarum fœminarum teſtimonio præualet.*

234 *Fœminæ, mares pietate, & deuotione præcellunt.*

235 *Cæteras fœminas charitate, & pietate viduæ antecellunt. Neque vt cæteræ ſunt auaræ.*

236 *Iudex nemine petente, fœminis, & pupillis de aduocato prouidet.*

237 *Mitius cum fœminis in delictis regulariter agitur.*

238 *A pœna legis* Si quis in tantam, C. vnde vi. *excuſantur fœminæ.*

*Et an à præſumpta vſurarū fraude? A pœna falſi, ob ſcripturæ lacerationem? A periurio? Et an in hæreſis crimine cum eis mitius agatur? ibid. remiſſ.*

239 *Delicta mulierū, mulcta aliqua pecuniaria, apud gentes aliquas redimebātur.*

240 *Aduerſus propriam confeſſionem, cum aliter de delicto non conſtat, mulieri reſtitutio datur.*

241 *Cæteris communis regula contraria obſtat.*

242 *Muliebris ſexus bonam fidem inducit, dolique præſumptionem excludit.*

243 *Facilè mulierem decipi lex præſumit.*

*Inſtruitur omnis arte fœmina doli. ibid.*

244 *Vt teſtimonium ferat, ad iudicium trahi fœmina nequit. Et quid antiquitus in id obſeruatum? ibid.*

245 *Neque pro debito ciuili, priuato publico, vel Fiſcali coram iudice comparere aut ad carcerem trahi debet.*

246 *Neque pro criminali cauſa, leui, aut non ſaltem atroci.*

247 *Fœmina, quæ in Canonem* Si quis ſuadente, *incidit, Romam pro abſolutione ire non adſtringitur, à proprioque parocho abſolui poterit: cum cæteri adſtringantur.*

248 *Ignorantia facti, non iuris excuſat. Et an mulieres iuris ignorantia excuſet? num. ſeq.*

250 *Mulierum priuilegia remiſſ.*

251 *Infirmitas corporis vires minuit; animi addit. Plures infirmitatis vtilitates, appetendique deſcribuntur effectus: ſcientiarum, & artium magiſtrā, multis exemplis, auctoritatibuſque comprobatur.*

252 *Infirmitate graui laborans, an pro ciuili debito, crimineuè carcerari poſſit?*

253 *Torqueri non poteſt.*

254 *Contra ſic infirmantem executio fieri non poteſt.*

255 *A contumacia infirmitas excuſat.*

256 *Infirmus, aut impeditus ad longum tempus, vel in perpetuum, citatus an ſaltem mittere procuratorem teneatur?*

257 *Suorum quoque infirmitas, citatum à comparendo excuſat.*

258 *Infirmitatis impedimento allegato, oblataque de ea fide, Iudicis poteſtas ſuſpenditur, inque valetudinis tempus iudicium differtur, & nullus interim proceſſus factus redditur.*

259 *Fide de infirmitate non facta, iudice ad vlteriora procedente, proceſſus tenet: ſed infirmitate detento in integrum reſtitutio datur.*

260 *A negligentia excuſat infirmitas.*

261 *Delicti pœnā infirmitas minuit, mitiuſq; cū infirmo agendi cauſam præſtat.*

262 *Ad infirmos non ſolum pro teſtimonio recipiendo mittendum eſt: ſed neque teſtimonium præſtare coguntur.*

263 *Infirmus, qui diuinis horis intereſſe perſonaliter nequit, vel abſēs eſt ſanitatis recuperādi gratia: diſtributiones percipit quotidianas. Etiāſi propria culpa in infirmitatem inciderit. Saltē ſi ſanus di-*

*diuinis officiis adeſſe cōſueuerat. & duobus numer. ſeqq.*

266 *An & quādo à muneribus perſonalibus, vel etiā realibus excuſetur infirmus?*

267 *Ab omnibus excuſatur infirmus, quæ ſanitati obeſſe, aut incōmode fieri poſſunt.*

268 *Quemadmodum iuramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari non poteſt, obligatorium non eſt: ita quod nec ſine corporalis ſalutis detrimento.*

269 *Pro abſolutione etiam Romano Pontifici reſeruata, Romam ire infirmus non cogitur.*

270 *Longa infirmitate grauatus, à beneficio, præbenda, vel dignitate remouendus non eſt, ſed coadiutor illi dandus.*

271 *Tutor ob infirmitatem à tutella remouendus non eſt, ſed adiutorem recipit.*

272 *Iudex morbo inutilis effectus, officio remouetur.*

273 *Infirmitate durante, dumque in officio exiſtit, ſalarium percipit, & ſeruire intelligitur.*

274 *Famulus infirmus ſeruire cenſetur. Et an pro infirmitatis tempore mercedem recipiat?*

275 *Aduocatus infirmus ſalarium conſequitur; nec per ſubſtitutum ſeruire adſtringitur.*

276 *Delegatus à Principe infirmitate tentus, ſubdelegat.*

277 *Ordinarius Iudex alium ſubrogare, ſubſtituereque infirmitatis ratione lege Regia poteſt.*

278 *Epiſcopus aduerſa valetudine laborans, conſecrationem ſuffraganeorum aliis committere poteſt, ſuaſque ad id mandare vices.*

279 *Quod publicè, & per proclama factum eſt, in communem notitiam venire præſumitur; nec eius ignorantiæ admittitur allegatio.*

280 *Ab huiuſmodi ignorantia, an excuſet infirmitas?*

281 *Infirmitatis, & curationis ſumptus, vt funeris, de hæreditate deducũtur, cuiuiſque alii creditori præferuntur, funerariique cenſentur. Et quid hodie? ibid. remiſſ.*

282 *Nil magis rationi congruit, quàm vt pacta ſeruentur.*

283 *Contractus ab infirmo cum medico factus Iudicis officio reſcinditur; nec ſpontanea promiſſio, infirmitate durante, eidem ab infirmo facta, tenet.*

284 *Arbiter poſt ſuſceptam cauſam, eam cogitur terminare, niſi infirmetur.*

285 *Dominus, qui ſeruum infirmum curare contempſit, illius priuatur dominio: filius qui parenti infirmo non prouidit illius hæreditate: ſerui emptor, qui eius incuria deceſſit, redhibitoria: coniux, qui coniugem infirmum diligenter non curauit, eius quoque hæreditate.*

286 *Iuſta cauſa eſt manumiſſionis etiam per minorem faciendæ, conſequendæque libertatis, quòd ſeruus dominum in infirmitate curarit.*

287 *Iniuriarum actio, partium conuentione, diſſimulatione, tacitavè remiſſione extinguitur.*

288 *Iniuriæ remiſſio ab infirmo facta, non impedit, quominus iniuriarum actio perſequi, inſtaurarique à valente poſſit.*

289 *Officii vacationem propter aduerſam valetudinem adeptus, eiſdem potitur, quibus in eo exiſtens priuilegiis potiretur.*

290 *Obſtrepentes, vel maleantes à vicinia expellere infirmus poteſt.*

291 *Ludouicus Gomez notatur.*

## QVÆSTIO III.

Argumentis legentem onerare, vbi expreſſa legis determinatio extat, puerile prorſus, & inane. Adeſt autem in præſenti non minus nota, quàm pietate plena Imperatoris Conſtant. Auguſt. in *l. Vnica, C. quando Imperator inter Pupil. & Viduas.* Quæ ita ſe ſanctio habet.

¶ *Si contra Pupillos, vel Viduas, vel diuturno morbo fatigatos, & Debiles, impetratum fuerit lenitatis noſtræ iudicium: memorati à nullo noſtrorum iudicum compellantur comitatui noſtro ſui copiam facere: Qui-*

*Quinimò intra prouinciam in qua li-*
*tigator & teſtes, vel inſtrumenta*
*ſunt, experiantur iurgandi formam:*
*atque omnis cautela ſeruetur, ne ter-*
*minos prouinciarum ſuarum cogan-*
*tur excedere. Quod ſi pupilli, vel vi-*
*duæ, aliique Fortunæ iniuria miſera-*
*biles, iudiciũ noſtræ Serenitatis ora-*
*uerint; præſertim cum alicuius po-*
*tentiam perhorreſcunt: cogantur eo-*
*rum aduerſarii examini noſtro ſui co-*
*piam facere.*

Quæ quidem licèt ſcrupuloſis duos
1 ſeparatos videatur aſsignare caſus: †
Primũ, vt Viduę, Pupilli, diuturno mor-
bo fatigati, ac Debiles, iurgandi fortu-
nam in prouincia experiantur, nec ex-
tra illã cogãtur exire: Secundũ, vt Pu-
pilli, & Viduæ, alios ad Principis Curiã
euocare poſsint; neq; Debiles, diutur-
noque morbo fatigatos in eo expreſſe-
rit: eadem tamen verè vtroſque ratio,
imò & dictæ legis determinatio æquè
cõprehendit. Cũ etſi nõ eoſdẽ, quos in
primo, nominet in ſecundo: latiorẽ ta-
men in eo regulam, quã in primo con-
ſtituit. Siquidẽ non tantũ ab ea ſpecifi-
cè nominatis; ſed cæteris aliis Fortunę
iniuria miſerabilibus hoc priuilegiũ in-
dulſit. Et nè manifeſta tẽpus (quo ad dif
ficiliora egemus) vane conſumant: ve-
ritatẽ hãc Regia pandãt iura in *l.* 41. *tit.*
18. *l.* 5. *tit.* 3. & *l.* 20. *tit.* 23. *p.* 3. Prioris
verba, aliarum excuſabunt relationem:
*Mueuenſe a las vegadas malicioſamente*
*omes ya, a ganar cartas contra los huerfanos,*
*è las viudas, ò los omes muy viejos, ò cuyta-*
*dos de grandes enfermedades, ò de muy gran*
*pobreza, para aduzir los pleitos ante el Rey,*
*ò ante los Adelantados, ò ante otros Iuezes,*
*que no ſon moradores en la tierra do viuen*
*eſtos ſobredichos contra quien las ganan. E*
*porque eſto no tenemos por guiſada coſa, nin*
*por derecha; mandamos que la carta que fue-*
*re ganada contra qualquier deſtos ſobredi-*
*chos, ò contra otra perſona ſemejante dellos,*
*de quien ome debieſſe auer merced, ò piedad,*
*por razon de la mezquindad, ò miſeria en*
*que viue: que non vala, nin ſea tenudo de*
*ir a reſponder por ella a ninguna parte, ſi-*
*no ante aquel juez de ſu lugar do viue. M as*
*las otras que qualquier deſtas perſonas cuy-*
*tadas contra otri ganaſe, para aduzirlo an-*
*te el Rey, ò ante otro juez que le otorgaſſe*
*que lo oyeſſe, è le fizieſſe auer derecho; man-*
*damos que vala.* Nouæ quoque Regiæ
collectionis ſimilis *l.* 8. *titul.* 3. *lib.* 4. in
verbis illis: *Pleyto de viudas, y huerfanos,*
*y perſonas miſerables.*

Quarum quidem, etſi manifeſta de-
ciſio, Doctorum numeroſam allegatio-
nem culpabilem redderet: dilucidam
tamen explicationem poſcit. Quod vt
fiat aptius, ampliationibus, limitationi-
buſque vtemur: ad ſingulorumque de-
inde deueniemus fauores. Quem in cæ-
teris quoque (poſt diſputationem) mo-
rem ſeruabimus.

2 Primò igitur † *legis* noſtræ *vnicæ, Re-*
*giarumque* concordium diſpoſitionem
à iure Diuino originem trahere, *Sigiſ-*
*mund. Scac.* firmat, *de appellationib. quæſt.*
*7. numer.* 114. Quod & *Miſerabilium*
præcipuum, & ampliationibus deſer-
uiens, prima ſede locamus.

Amplia eandem ſecundò, † ſiue no-
3 minatæ miſerabiles perſonæ agant, ſi-
ue conueniantur, vt *Accurſ.* in *dict. l.*
*vnic. verb. Perhorreſcunt*, ſenſit, aſſerunt
que *Ioan. Maria Nouar. in praxi electíon.*
*& variat. fori, ſect.* 2. *quæſt.* 3. *& ſect.* 3.
*quæſt.* 4. *Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl.*
*lib.* 17. *cap.* 20. *lit. D.* vſuq; forenſi id cõ-
probatum (etſi non ſatis à legibus ex-
plicitum) *Couarru.* teſtatur *practicar.*
*capit.* 7. *numero* 5. & cum eo *Azeued.*
*in dict. l.* 8. *titul.* 3. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect.*
*num.* 6.

4 Tertiò, † vt non modo in prima
inſtantia, ſed & in ſecunda, & vlterio-
ri procedat (dictæ legis vnicæ perpen-
ſis verbis, multiſque rationibus, poſt
antiquiores) firmant *Roland. à Va-*
*lle conſil.* 55. *numero* 12. *volumin.* 2.
docteque *Marcheſ. de commiſſ. titu-*
*lo, de commiſſ. auoc. cauſar. part.* 2.
*§.* 2. *numero* 68. *verſicul. Amplia*

*vigeſimo ſecundo*, *Sigiſmund. Scacc. dict. quæſt.7.per tot.*

5 Amplia 4.† ſiue ante, ſiue poſt litem coram Ordinario conteſtatam, inque (per conſequens) iuriſdictionem eius conceſſum, poſſe quemlibet *Miſerabilium* prædictorum, aduerſarium ad Principem in prima cauſæ cognitione trahere. Cum miſerationis cauſa priuilegio dato aut renuntiari nequeat: aut tacita ſaltẽ eius renuntiatio nõ inducatur, vt latiùs infrà, *ampliatione* 13. notamus, in ſpecieq; profitentur, cum multis, *Giurba, deciſ.*32. *numer.*5. *Iacob. Cancer. variar. reſolut. tom.*2. *cap.*2. *num.*26. *Marcheſ. dict. loco, numer.* 69. *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. tit.*56. *de iurament. perhorreſcent. num.*36. *Cardin. Tuſch. lit. M. concluſ.*274. *num.*8. *Ioann. Mar. Nouar. dict. ſect.*2. *quæſtion.*6. *per tot. Oſuald. Hiliger. in Donel. enucle. lib.*17. *cap.*20. *lit. D. verſ. Sed inter hos*, id verum intelligens, ſi non vexandi aduerſarii cauſa, iudicium cœptum aliò transferre *Miſer* velit, *Alexand. Trentac. variar. reſolut. lib.*2. *reſolut.*2. *de citatione, num.*16. *Cabed. deciſ. Luſit.*25. *num.*8. *part.*1. *Aloyſ. de Leo in dict. l. vnic. num.*9. *& ſeqq.* multique alii per *Nos* adducti in *Axiomatibus noſtris, lit. I. num.*140. *Azebed. in l.*9. *tit.*3. *lib.*4. *nouæ Reg. collect. num.*5. etſi in practica non admitti dicat; Regiũq; vidiſſe diploma, quo viduæ cauſa ad Valliſoletanam Cancellariam remitti iubebatur, *Niſi iam corã Ordinario cœpta eſſet, poſt nouem ſaltem dies.* Cui adſtipulari praxi videtur *Regia lex* 1. *titul.*1. *lib.*4. *nouæ Reg. collect.* in verbis illis: *Y q̃ en eſte miſmo termino, el actor ſea obligado a prouar el caſo de Corte.* Cumq; aliis quatuor limitationibus aut exceptionibus Regias has litteras expediri ſolere; imò nec aliis Miſerabilibus, niſi Viduis (tametſi *d. l. vnica*, dictæque Regiæ leges de cæteris pari iure, & ratione tractarint) *Couar.* notat, *practic. q. cap.*7. *n.*5. Deque præſenti ait: *Tertius, vbi cauſa fuerit cœpta coram iudice inferiori per litis cõteſtationẽ, abſq; fori præſcriptione, & exceptione declinatoria tribunalis inferioris.*

Neque aduerſus huiuſmodi tacitum per conteſtationem in inferiorem iu-
6 dicem conſenſum † in integrum reſtitutionem *Miſerabili*, nec minori, erroris cauſa dari, quo deceptus, abſq; priuilegii ſui allegatione, exceptioniſque declinatoriæ, litem fuerit conteſtatus, idem ipſe aſſerit *Couarru. ibidem, verſic. Nonò*: rationem ſic reddens: *Huius equidem opinionis ſum, ob fauorem ordinariæ iuriſdictionis, & quia non admodum læditur ex hoc errore minor. Etſi Matth. de Afflict. in conſtit. Neapolit. rubr.* 37. *num.*24. *contrarium reſponderit.* Et *Couarruuiam* ſequitur *Adrian. Neguſ. reſponſorum, quæſt.*345. *num.*8. Aduerſus quos, relatorum auctoritates (cùm *Oſualdi* ſaltem limitatione notata) rationeſque vrgent.

Plus imo voluerunt alii: Poſſe nempè *Miſerabilẽ* Ordinarium iudicem eli-
7 gere; † Principis deinde Curiam: iterumque ad Ordinarium reddire, vt (multos referendo) *Marcheſan.* tradit, *d. loco, num.* 70. etſi *numer.*35. diſſentiat: priorem tamen opinionem in praxi ſeruari, iurique conſonam ex relatis dicit, de quo latiùs *ibi num.*85. *& ſeqq.* agit. Eandem pariter priorem tenet opinionem *Sigiſmund. Scacc. dict. quæſt.*7. *num.*121. de praxis obſeruantia, & pro ea ſæpè iudicatũ *Nouar.* teſtatur *in praxi election. & variat. fori, ſect.*1. *quæſt.*3. *num.*10. *& ſeqq. Muſcat. in prax. ſac. Conſ. gloſ. Competens, lib.*1. *part.*2. *num.*30. *Proſper. Carauit. ritu* 233. *numer.*10. *& ſequentib. Alexand. Trentac. variar. reſolut. lib.*2. *reſolut.*2. *numero* 10.

Quæ neque apud Nos praxis, imò (vt vidimus) contraria viget, vbi etiam ſolum perſona miſerabilis coram inferiore litem conteſtata eſt, eumque tacite delegit, prioriſque partis ſequaces, ſemel tantum in iudice, foroque eligendo variare concedant, vt *Marcheſ. dict. titul. de auoc. cauſar. part.*2. *§.*2. *num.*149. & *Scacc. dict. quæſt.*7. *numer.*120. affirmant. Quod iuri, & rationi congruit; cum nec tunc *Miſer* priuilegio ſuo fraudetur; & à litibus, ſumptibuſque

buſque

buſque excuſetur aduerſarius. Ita ſi-
quidem *Miſerabilibus* fauendum, vt aliis
8 iniuria † non fiat, ratio, iuraque decer-
nant, vt in *primaque de priuileg. pauper. p.*
*quæſt.* 39. *num.* 4. *&* *quæſt.* 55. *num.* 8. *&*
23. aduertimus, & *infrà limit.* 1.
9 Nec potiori fulcitur ratione, † quod
*Nouar. in praxi electiõn, & variat. fori,*
*ſect.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* & *de priuileg. mi-*
*ſerabil. perſon. priuileg.* 35. aſſerit: etiam
poſt concluſionem in cauſa *Miſero* va-
riare licere: aduerſus quem auctorita-
tes, rationes relatæ, praxiſq; pugnant.
Principalis ampliatur cõcluſio quin-
10 to, † etiamſi miſerationis cauſa ceſſet,
quæ litis initio aderat. Veluti, ſi vidua
lite durante, nubat; pupillus, adultus;
pauper, diues effectus ſit: non enim
ideo priuilegium ceſſabit, ſed illæſum
remanet, quod ſemel extiterat. Cũ nec
alibi finiri lis debeat, quàm vbi eſt cœ-
pta, *l. Vbi acceptum,* 30. *D. de iudic.* cùm
latè à *Nobis* adductis *in Axiomatib. no-*
*ſtris, lit. I. num.* 135. Nec ceſſante cauſa,
ceſſet effectus, quando productus, cõ-
ſummatuſque adeſt. *Veri, & Antonini*
Imperator ũ ampliationem hanc, illiuſ-
que rationem verba probant, in *l. Cùm*
*vxori,* 4. *C. quando dies legat. ced.* *Cùm*
*vxori* (aiunt) *vſusfructus fundi legatur, &*
*eius proprietas, cum liberos habuerit: nato*
*filio, ſtatim proprietatis legati dies cedit.* &
text. in *l. fin. D. vnde liberi, in l. Inter ſti-*
*pulantem,* 83. *§. Sacram, D. de verbor. obli-*
*gat. in l. Non putauit,* 8. *§. Sed ſi poſt mor-*
*tem, in l. Si poſt mortẽ,* 10. *§.* 1. *D. de bonor.*
*poſſeſſ. contra tab. in cap. Ab eo,* 31. extra
*de elect. lib.* 6. firmantque *Tiraquel. in*
*tract. ceſſante cauſa, limit.* 12. *num.* 2, *Vin-*
*cent. de Franch. deciſ.* 257. *in fin. Gamm.*
*deciſ.* 27. *num.* 4. *Aluar. Valaſc. conſult.* 57.
*num.* 1. *Proſper. Carauit. ſuper rit. magn.*
*Cur. ritu* 233. *quæſt.* 4. *numer.* 12. *& ſeq.*
*Nouar. in praxi electiõn. & variat. fori,*
*ſect.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 2. *& quæſt.* 7. *num.* 4.
& latius *ſect.* 2. *quæſt.* 10. per tot. præci-
puè *num.* 6. 7. & *ſeq.* copioſè *Mar. Giur-*
*ba in conſuetudin. Senat. Meſſan. capit.* 7.
*gloſ.* 2. *num.* 6. *part.* 1. *& cap.* 10. *gloſ.* 10.
*n.* 12. *& deciſ.* 82. *n.* 12. *Antoni. Theſaur.*
*deciſ.* 177. *num.* 4. *& in eius addit. ibid.*
*Gaſpar Theſaur. Iacob. Menoch. de arbi-*
*trar. lib.* 2. *caſu* 66. *numer.* 36. *Bernard.*
*Græuæ. concluſ. Camer. Imperial. concluſ.*
1. *conſider.* 1. *numer.* 6. *Camil. Borrel. in*
*ſumm. deciſ.* 1. *part. titul.* 56. *de iurament.*
*perhorreſcen. num.* 30. *Sigiſmund. Scacc. de*
*appellationib. dict. quæſt.* 7. *num.* 118. *&*
119. *Pelaez de maioratib.* 1. *part. quæſt.*
9. *numer.* 7. *& part.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 12.
*Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. dict. lib.*
17. *cap.* 20. *lit. N. ad fin. Philip. Paſchal.*
*de virib. patr. poteſt.* 2. *part. cap.* 2. *numer.*
100. *Nos in Axiomatib. lit. C. numero*
44. numero idipſum ampliantes ſe-
quenti.
E conuerſo quoque amplia 6. ſi tem-
11 pore cœptæ, † aut conteſtatæ litis mi-
ſera non extaret conditio, poſtmodum
autem ſuperuenerit: huiuſmodi enim
tunc fori priuilegio eſſe locum, aſſeue-
rant *Felin. in cap. Ex tenore, verſic. Fal-*
*lit vndecimo, de reſcript. Anton. Gabr. com-*
*mun. opinion. titul. de iudic. concluſ.* 1. *num.*
17. quos ſequitur *Marcheſan. de commiſ.*
*auocat. cauſ. dict.* 2. *part. §.* 2. *num.* 46. &
latè *Nouar. in praxi elect. & variat. fori,*
*ſect.* 2. *quæſt.* 13. *per tot. Nos in Axiomat.*
*dict. lit. I. num.* 140. dictæ *legis Vbi acce-*
*ptum,* 30. *D. de iudic.* concluſionem Mi-
ſerabilium gratia limitantes.
Amplia 7. vt non ſolum *Miſerabiles*
12 ipſi, † hoc priuilegio gaudeant; ſed ip-
ſorũ litiũ conſortibus aditũ præbeant
eidem. Sic tenuere *Natta conſil.* 590.
*num.* 16. *vol.* 3. *Antonin. Theſaur. d. deciſ.*
177. *num.* 5. *Franc. Viui.* (ita per Romæ
Signaturã iuſtitię, coram illuſtriſsimo
Sfortia, deciſum referens) *deciſ.* 521.
*num.* 2. *Ioan. Mar. Nouar. in praxi, ſect.*
1. *quæſt.* 7. *num.* 6. rationes numeris ſe-
quentibus reddens, & latius *quæſt.* 45.
*per tot. Didac. Couar. practicar. dict. cap.*
7. *in fin. verſ. Solet autem, Iacob. Menoch.*
*de arbitr. dict. caſu* 66. *num.* 29. *Marius*
*Giurb. dict. deciſ.* 82. *num.* 1. *verſic. Quod*
*iuris priuilegium, Marcheſan. dict. loco nu-*
*mero* 42. *Camil. Borrel. dict. titul.* 56. *nu-*
*mero* 31. *&* 32. *Sigiſmund. Scacc. dict.*
*quæſt.* 7. *num.* 122. *Oſuald. Hilliger. dict.*
*lib.*

*lib.*17.*cap.*20. *lit. L. verſicul. Et prodeſt
hoc priuilegium,Iacob. Cancer. variar. re-
ſolut.tom.*2.*cap*.2.*num*.27.

Hanc tamen limita, intelligeq; am-
13 pliationem, † quando indiuidua cauſa
eſt, vt dicunt *Abb.in cap.Verum, num*.6.
*de foro compet. Felin. in cap*. 1. *numer*.6.
*verſic.Sunt autem prædicta , de præſcript.
Roman.conſil.*195.*num*. 4. *Marcheſan.
dict.*§.2.*num*.43. ſic contrarium hac in
re placitum componens, *Gregor.Lopez,
in l.*5.*titul.*3.*part.*3. *gloſ*. 4. *verb. Huer-
fanos*, poſt med. *Camil. Borrel. dict. loco,
num*. 33.

14 Quæ autem indiuidua † cauſa cen-
ſeatur, ab eodem *Borrello num*.43. cita-
tis diſces, pariterque à *Nouario d. ſect.*
1.*quæſt*.46. *per tot*. Et *quæſtionib. ſeqq.*
Quid in mariti priuilegiati vxore?
Quid in ſponſa? Quid in fideiuſſore,
filio? aut *miſerabilis* ceſsionario? co-
gnoſces.

15 Limita 2. † ſi *Miſerabilis* ſuo vti pri-
uilegio nollet; ad illud namque litis cō-
ſorti viam tunc præcluderet, vt firmāt
*Caſſan.in conſuetudin Burgund.rubr*.9.§.
17.*gloſ*.3.*num*.2. *Marcheſan. d*.2.*p*.§.2.
*num*.44.

Amplia 8. principalem concluſio-
16 nem, † vt non ſolum iure proprio, ſed
etiam ſibi ceſſo præfatis *Miſerabilibus*
agentibus hęc fori concedatur electio,
ex ſententia *Afflict.in Cōſtit.Statuimus,
num*.25.*quæſt*.6.*& ibid.Foller.num*.24.
*Alberic.in tract.ſtatutor.quæſt*.202.*part*.
1.*Vrſil.ad Afflict.deciſ*.257.*num*.7.*Mar-
cheſ.vbi proximè,numer*.47. *Ioann.Mar.
Nouar. in praxi dict. ſect*.2. *quæſt*. 4. *per
tot*.& in fortioribus terminis, *ibid.deciſ*.
31.*num*.1.*Camill. Borrel. dict. titul*.56.
*num*.39,*Ioſeph.Cum. in ritib. Sicil. capit*.
82.*num*.16.*Philip.Paſchal.de virib.patr.
poteſt.part*.2.*cap*.2. *num*. 91. *verſic. Quo
priuilegio,Iacob.Cancer.dict.tom*.2.*cap*.2.
*num*.28. ſic iudicatum referens, aliiſq;
adductis, *in prima de priuileg.pauper.p.q*.
52.*num*.61.notamus.

17 Si modo fraudulenta † ceſsio non
ſit, *Afflict.dict. loco, Marcheſan. dict.
num*.47. *verſic. Limita præmiſſa, Camill.
Borrell.vbi ſuprà,num*.40.*Cumi.dict.cap*.
28.*num*.17.*& ſeqq.Nouar.dict.quæſt*.4.
*num*.3.*& ſeq. Paſchal. & Cancer. citatis
proximè locis.*

18 Dupliciter prætereà ampliationem
iſtam *ibidem* limitat † *Marcheſanus*.
Primò, ſi miſerabili perſonæ diuiti, ex
lucratiua cauſa, non verò pauperi in
eleemoſynam, & piam cauſam ſit ceſ-
ſio facta, *Follerii* ſententia *in dict.Conſt.
Statuimus,num*.78.*verſ.Quæro*.

Quæ mihi nullatenus differentia
probatur; & in vtroque caſu (ſimula-
tione non extante) ſine diſcrimine ex
iure ceſſo, lucratiua etiam cauſa, fori
hac præſcriptione vti poſſe, indubie
cenſeo. Tùm *legis* noſtræ *vnicæ* diſpoſi-
tione, verbiſque attentis; quibus innixi
tot viri prudentes proximam ſine di-
ſtinctione (fraude excepta) conclu-
ſionem aſsignarunt: Tùm, quia cum
miſera conditio hunc ſibi compararit
fauorem: illa exiſtente; & ille quoque
extabit. Neque adquiſitionis erit in
conſideratione modus, ex Conſulti ra-
tione in *l. Ex pluribus*, 43. *in fin. D.de
adminiſt.tutor*.dicentis: *Nec enim cauſæ,
ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præci-
puum fauorem.* Cum præſertim diuitiæ
miſeram conditionem non tollant, nec
ob eam fori priuilegium conceſſum, vt
latiùs apparebit inferiùs. Quare in hāc
quam tuemur (Miſerabilem nempè
fori priuilegio vti pro re lucratiua cau-
ſa, non minus quàm oneroſa, ceſſa) opi-
nionem nominatim deſcendunt (poſt
*Carauit.Cumiā,& Menoch*.quos referūt)
*Camil.Borrel.dict.titul*.56.*de iuram.per-
horreſc.num*. 39.*Ioan. Mar. Nouar. dict.
quæſt*.4. *num*.2. *& de priuileg. miſerabil.
perſonar.priuileg*.16. *num*.2. *Sigiſmund.
Scacc.dict.quæſt*.7.*num*.133. *verſ.Contra
hanc reſtrictionem,& Philip.Paſchal. pro-
ximè dicto loco.*

Secundò limitat *Marqueſanus* (cuius
in hoc iudicium probo) quando cum
19 eo, qui *Miſerabili* ceſsionem fecit, † lis
foret incœpta: adinſtar eius, quod de
Clerico laici hærede cum quo lis cœ-
pta fuerat, tradit, cum multis, *Couarru*.

*pra-*

*practicar.cap.8.n.2.& ſeq.* aſſerentibus Clericum tunc coram iudice ſæculari cauſam pertractare debere, ex *l.Venditor,49.D.de iudic.* cuius celebrem deciſionem in Clerico laico vendente, locum habere; denuntiatumque vt emptorem defendat, ad Eccleſiaſticum cauſam trahere Clericum non poſſe, ſed coram iudice laico apud quem mota eſt, agitandam firmarunt, veramque, & communem (multis adductis) profitetur ſententiam *Andr. Fachin. controuerſiar.iuris,lib.2.cap.38.verſ.Communis eſt,& vera.* Quod apud noſtrates in Clerico laici hærede expreſſa extat determinatione ſancitum in *l.57.titul.6.part.1.* de cuius intellectu *Couar.vbi proximè* agit.

20 Sicut nec *legis* noſtræ *vnicæ* priuilegio gaudere *Miſerabilem,* † qui non miſerabili ſuccesſit, cum quo lis erat incœpta, dicunt *Iaſ. in l. Hæres abſens, in princip. & num.4. D.de iudic. Franciſc. Marc.deciſ.364.num.3.* quos refert, & ſequitur idem *Marcheſan.dict.loco,num.84.& 93. Nouar. in praxi electi̇on. & variat.fori,ſect.1.quæſt.5.num.7.& ſeq.* latiuſque *ſect.2.per tot.Mar.Giurb dict. deciſ.82.num.2.verſ.Ideo Pupillus,* plenè firmans *Scacc.de appellation.dict.q.7. num.133.*

21 Aliter ſi cum defuncto † lis cœpta non eſſet. Priuilegiatum enim non priuilegiato ſuccedentem, ſuo tunc priuilegio vti, tradunt (latè vtrumque comprobantes) *Marcheſ.* repetito *§.2.num.127.& ſeqq.& num.133.cum ſeqq.aliis, proximoque loco Scaccia.*

22 E conuerſo † autē, ex iure à *Miſerabili* ceſſo, non poſſe ceſſionarium ceſſionis virtute, ad Principis tribunal primam cauſæ cognitionem deferre, haud dubie conſtat; cum perſonale priuilegium ſit, quod priuilegiatam perſonam non egreditur, iuxta vulgarem regulā text. in *cap.Priuilegium,7.de regul. iur. lib.6.* cùm adductis à *Nobis in Axiomatib.lit.P.num.179.* firmantque in ſpecie noſtra *Bald.in l. Etſi poſt diuortium, D.ſolut.matrim.& ibid. Roman. Fulgoſ. Imol.Caſtrenſ.* & alii, *Aret.in rubr. inſtit. de except.num.13.verſic. Etiam ex prædictis,* quos refert, ſequiturque, cum aliis, *Marcheſan.citato loco,num.58.*

23 Amplia nonò † principalem concluſionem, vt tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus dictæ legis noſtræ vnicæ determinatio procedat, cum indiſtinctè loquatur; videaturq; eadem in vno, quæ in alio ratio. Ita profitentur *Matth.de Afflict.dict.Conſtit.Statuimus, numero 23.verſic.Quinto quæro, Couarruu. practicar.cap.6.num.1. Nouar. in praxi elect.& var.fori,ſect.1.quæſt.5.numer.4.* & pleniſsimè *ſect.2.q.2.per tot.Marcheſ.dict.§.2.num.64.Camil.Borrel.dict. titul.56.num.38.Cardin.Tuſch.practic. concluſ.lit.M.concluſ.274.num.7.* Etſi alios huic aduerſantes opinioni (rationibus adductis) referat ipſe ibi, eamque amplectantur *Nouarius dict. quæſt.2. à num.5.cum ſeqq.* & *Marcheſ. dict. loco, num.92.* In prioris tamen confirmationem extare videtur deciſio *textus in l.8.titul.3.lib.4.nouæ Regiæ collectionis.* Quæ poſtquam delicta pro quorum vindicta Princeps adiri in prima cauſæ cognitione poteſt, retulit: Viduarum, Orphanorum, Miſerabiliumque ſimul *Cauſas* indiſtinctè adiecit. *Cauſarum* autem, nomen, generale eſſe, ciuiles, & criminales æquè complectens, in dubium non venit ex *text.in capit. Forus, 10.in princip.& in §.Iurgium, de verbor. ſign.* etſi *Litis* vocabulum, non ſic latū eſſe, ſed cauſas tantum ciuiles cōplecti voluerit *Gloſ.ib.verb.Lis autē,* ex eo *tex.* & *l.Litis,36.D.eod.titul.* quā probant *Andr.Alciat.in l.Cauſas, vel Lites, C.de tranſact.& Pratei.in Lexic.iur.verb.Cauſa.* Quos tamen improbat *Parlad. differ.136.num.4.* non minus *Litis* vocabulum, quàm *Cauſæ* criminales, ciuileſque continere probans.

Neque (cum miſerabilis ſaltem perſona damnū, vel iniuriam perpeſſa eſt, actrixque exiſtit) efficax ſe mihi diſcriminis ratio offert, cur pro re familiari vindicanda Principem ei adire liceat; pro iniuria non liceat, potiori ad id in cri-

criminali ratione exiſtente. Si enim vt illæſos *Miſerabiles* ſeruet, Maieſtatis ſuæ præſidio munire eos Princeps voluit: credendum nè eum facultatibus illorum intentum; vitam, & potiorem vita honorem ( vt in *prima de priuileg. pauper. p. quæſt.* 4. *num.* 177. & in *Axiomatib. lit. H. num.* 48. aduertimus) aut contempſiſſe, aut inferiori ſede locaſſe? animæ præpoſuiſſe corpus? (tantum enim ciuilis, aut pecuniaria, à criminali cauſa diſtat) & vbi maius eſt periculum, incautius ( contra naturalem, ciuilemque rationem, à multis, vulgatis iuribus, expreſſam, de quibus in *Axiomatibus noſtris, lit. P. numer.* 59. qui omnia in ſcrinio pectoris ſui iura habet) egiſſe?

Quare licèt in praxi, Regias literas in Viduarum fauorem concedi ſolitas, ab illarum cauſarum cognitione inferiores iudices interdicentes ( vulgo *Ordinaria del fuero*, dictas ) criminalem cauſam excipere *Couarru.* dicat, *practicar. dict. cap. 7. num.* 5. & *Monterroſ.* quem *Franciſc. Carraſc.* ( poſt hæc ſcripta viſus) refert, *de caſib. curiæ, num.* 65. clauſulam cõſuetam adiiciens: *Excepto en ſeis caſos, y cauſas : conuiene à ſaber, en cauſa criminal, &c.* Eam vt *Nos, ipſe idem ibi, num.* 71. 72. & 73. ( cùm *Gardin. Tuſch. dict. lit. M. concluſ.* 274. *num.* 7.) intelligit, vbi Vidua, aut Miſerabilis alter, reus, non actor exiſtit. Reo namque exiſtente, delicti, maleficiique patrati odium ( quod patrocinium, aut commodum præſtare nõ debet, vt vulgaria ſunt iuris Axiomata, de quibus in *noſtris lit. D. num.* 189. *lit. F. num.* 167. & *lit. E. nu.* 167. ) diuerſum ſuadere videtur. Sed nec tunc ( ſummo ſaltem, ſtrictoque iure ) diuerſum fore conſtituendum, attente rimanti liquebit forſan. Ex legum generalitate, priuilegiũ id *Miſerabilibus* concedentium, generalem deſiderantium intellectum, iuxta nota iura, de quibus *Nos in Axiomatib. litter. L. numero* 55. Neque enim non diſtinguente lege, nobis diſtinguere licet, vt ſimile firmat axioma. ibid. adductum *numero* 50.

Aduerſantia autem fundamenta non eſt laborioſum deſtruere. Nemini enim malitiam ſuam proficuam eſſe debere, fatemur: at non fauorem hunc malitiæ, aut delicto tribuimus, ſed miſeræ ante delictum exiſtenti conditioni.

Nec quod ad Principem referatur cauſa, delicti impunitas, aut quid à iuſtitia deuians, quoquo modo timeri poteſt, cum eius fons Princeps ſit, vt ( ex *Ariſtotele* ) *Petr. Vander.* tradit, *in tract. de priuileg. eorumque origine, num.* 32. Lex animata, & Ius ipſum, *Iuſtiniano* Imperatore firmante, in *auth. de Conſulib. §. Deſcriptionem, coll.* 5.

Nec pariter, quòd Fortunæ iniuria *Miſerabilibus* id conceſſerit Imperator, eos qui ſua culpa ad miſerum ſtatum deuenerunt, niſi ad caſum fuerit ordinata, excludit, vt *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 54. (in hiſce terminis) *num.* 8. probamus, in præſentique ſæpè aduertimus.

Qui autem difficultatem hac in re auget *text. in auth. Qua in prouincia, C. vbi de criminib. agi oport.* ( quo nixus, *Baldique ibid. num.* 6. *Caualcani deciſ.* 2. *num.* 11. & aliorum auctoritate, *Marcheſanus dict. titul. de commiſſ. auoc. cauſar. part.* 2. *§.* 2. *nu.* 92. oppoſitum firmauit) duplicem recipit interpretationem. Primam, aut contemptam, vel ad quã parum attentos ſcriptores video, eiuſdem textus litteræ adherentem; quæ habet, vt in qua prouincia quis deliquit, illic (etiam priuilegiatus) iuri ſubiaceat. Cumque Prouincia non oppidi, aut etiam ciuitatis terminis (ex veriori opinione) circunſcribatur; ſed longiſsimis conſtet, vt *infrà quæſt.* 9. oſtendemus: nil prohibet, quominus ad eam Audientiam, vel Cancellariam in cuius terminis, prouinciaque delictum commiſſum eſt, cauſam priuilegiatus delinquẽs referat. Cum præſertim hodie tenere, Prouinciarũ locũ Hiſpanas Cancellarias, *dict. quæſt.* 9. *num.* 11. diximus. Saluumque inde miſerabiliũ manere ius, deducitur. Quam ſequens

am-

ampliatio interpretatione quoq; iuuat.

Secundam tradit *Gloſſa ibidem, verb. Illic omni priuilegio, verſic. Dic ergo*, Vt non *legis* noſtræ *vnicæ* priuilegiũ, aliud vè in corpore iuris clauſum dicta Authentica tollat, licèt omni priuilegio ceſſante, cognoſcendum de delicto eſſe, in prouincia in qua commiſſum eſt, diſponat: ſed à Principe ſolum viuente conceſſum. Praxis autem, hanc (tametſi probabilem) reiecit cuius fauore etiam *infrà* dicenda extant *quæſt.* 11. *num.* 16.

24 Decimò, † principalem ampliat concluſionem *Luc. de Pen. in l.* 3. *C. de priuileg. Schol. lib.* 12. *Matth. de Afflict. in dict. conſtit. numero* 16. eiſque relatis *Marcheſan. dict. part.* 2. *§.* 2. *numer.* 62. *verſicul. Amplia decimoquartò.* Vt non modò iam relatæ perſonæ extra prouinciam ad litigandum trahi non poſſint: ſed neque extra ciuitatem in qua degunt.

25 Vndecimò † amplia, vt Principis nõ modo forum perſonis iſtis declinare liceat, ordinariumque eligere iudicem, quando extra prouinciam, aut domicilium trahuntur: ſed etiamſi earundẽ domicilio coram Principe, ibi (per accidens tamen) exiſtente, conueniantur, vt in *dict. Conſtit. Statuimus, numero* 34. *& ſeq. quæſt.* 11. relato, tenet *Cardinal. Dominic. Tuſch. d. concluſ.* 274. *numero* 11. *Ioann. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect.* 1. *q.* 5. *nu.* 2. *verſ. Amplia.* 2.

26 Duodecimò † amplia, vt priuilegio huic præfatis miſerabilibus conceſſo, reſcriptis aliis, quamtumuis prægnantibus, & generalibus verbis, clauſulis vè quorumuis priuilegiorum derogatoriis conceptis, niſi de *Miſerabilibus* ſpecifica mentio fiat, derogatum nè vtiquam, aut in aliquo detractum videatur. Ita obſeruant *Cyn.* in ipſamet *lege vnica, num.* 3. *verſicul. Vltimo quæro, Roman. conſil.* 436. *num.* 20. *&* 21. *Deci. conſil.* 165. *num.* 5. *Grammat. deciſ.* 20. *numero* 45. *Antonin. Theſaur. d. deciſ.* 177. *num.* 9. in cuius additionibus ſic refert iudicatum filius *Vincent. de Franch. deciſ.* 192. *num.* 2. *Ioan. Mar. Nouar. in d. praxi, ſect.* 2. *quæſt* 1. *per tot. & quæſt.* 47. *& de priuileg. miſerabil. perſon. priuileg.* 101. *Sigiſmund. Scacc. de appellat. dict. quæſt.* 7. *num.* 125. *&* 126. *Garſ. Maſtril. deciſ.* 127. *num.* 14. *&* 15. *Aloyſ. de Leo, in d. l. vnic. num.* 14. *&* 15. *Proſper. Farinac. in praxi crimin. quæſt.* 27. *num.* 82. *Camil. Borrel. dict. titul.* 56. *num.* 37. *Oſuald. in Donel. enucl. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. N. verſicul. Sed id fallere, Cardin. Tuſch. dict. lit. M. concluſ.* 274. *num.* 3. *&* 4. *Philip. Paſch. de virib. patr. poteſt. dict.* 2. *part. capit.* 7. *num.* 106. *& ſeq. Iacob. Cancer. variar. reſolut. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. *&* 15. *Marcheſ. dict.* 2. *part. §.* 2. *num.* 17. *& ſeqq. & num.* 66. *& ſeqq.* extendens, etiamſi in derogatoriis diceretur: *Non obſtantibus priuilegiis, quorum ſpecialis mentio facienda foret.* De quo latiùs *ibidem ipſe num.* 68. *numero* 69. *& ſeqq.* Superioremque etiam tradidimus *Nos* aſſertionem *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſtion.* 4. *numero* 7.

27 Amplia decimotertiò, † vt nec huiuſmodi priuilegio *Miſerabiles* renuntiare valeant, vt *antiquus* tenuit *Gloſſator Io.* cuius ſentẽtiam in *l. Noſtra vnic. verb. Excedere, Accurſ.* refert. Tenueruntque (poſt antiquiores alios) *Vincẽt. de Franch. deciſ.* 187. *& deciſ.* 192. *num.* 7. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 182. *num.* 22. *Maſul. ad Capyc. deciſ.* 160. *num.* 7. *Ioann. Baptiſt. Coſt. de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 98. *num.* 9. *Ioann. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 3. *& ſect.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 1. *& ſeqq. & de priuil. miſ. perſ. priuil.* 86. *Marius Giurb.* (multos referens) *deciſ.* 82. *num.* 5. *Didac. Perez in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 3. *Ordinam. verb. Pobres, verſic. Item quæritur. pag. mihi* 462. *Azebed. in dict. l.* 8. *titul.* 3. *lib.* 4. *nouæ Regiæ collectionis, num.* 12. *Sigiſmund. Scacc.* (aliã præter ordinariam, *Quod miſericordiam tolleret huiuſmodi renuntiatio*, adducta ratione) *de appellat. dict. quæſt.* 7. *num.* 115. Quia nempè, à iure Diuino (vt diximus) priuilegium hoc deſcendat; ideoque illi renun-

renuntiari non poſſe nouiter contendit. Prædictam quoque opinionem (nõ ea licet ratione) defendunt *Oſuald in Donel.dict.lib.17.cap.20.lit.D.verſ.Et verius, Iacob.Cancer.dict.tom.2.capit.2. numer.29. Aloyſ. de Leo. in dict. l.noſtra vnica, num.16. Nos de priuileg.pauper.1. p.quæſt.47.num.10.& 11. quæſt.49. nu. 17.& in ſpecialib.extra quæſtiones, nu.5.* Etſi poſt multa hinc inde, *Nouar.dict. ſect.2.quæſt.9.num.5.cum ſeqq.* poſſe *Miſerabilem* fauori huic expreſsè renuntiare, concludat; quamuis tacita contra eum fori non inducatur renuntiatio, nec ei officiat, ex *l.De die, & ibi Bart.D.qui ſatiſdar.cog.*

28 Decimoquartò † principalem amplia concluſionem in cauſis etiam Iuriſpatronatus, in quibus legis noſtræ vnicæ habere diſpoſitionẽ locum, idem ipſe *Nouar.dict.ſect.2. quæſt.12.per totam* firmat.

29 Amplia decimoquintò, † etiamſi præfati *Miſerabiles* diuites ſint, vt tenuerunt (ex antiquioribus) *Azo. in ſum.C.quando Imper.inter pupill & vid. ad fin. Alberic. in eadem lege noſtra vnica,* cùm aliis adductis à *Couarru.practicar. dict.cap.6.numer.* 3. eorum ſententiam probante. Quam etiam ex recentioribus tenent *Antonin. Theſaur. dict. deciſ. 177.num.3.Vincent.de Franch. deciſ.100. num.19.Franc.Viui.deciſ.459.num. 12. & deciſ.521.à num.7. Ioſep. Maſcard.de probat.concluſ.1065.num.4. & 6. Iacob. Menoch.de arbitr. dict.caſu 66. num.4. Camil. Borrel.dict. titul. 56. à numer. 9. Alex.Trentac.variar.reſolut.lib.2. titul. de citat.reſol.2.num.16.Azebed.in l.8.tit. 3.lib.4.nouæ Reg.collect.num.9.& in l.8. ibid.num.8. Didac. Perez in l.1.tit.1.lib. 3.Ordinam.verb.Pobres, verſic.Hinc dicit Angel. col. mihi 462. Ioann. à Caſtill. controuerſiar.lib.3.cap.25.num.25.Franciſc.Carraſc.dict.tract.de caſib. Cur.num. 63.Marta de iuriſdict.2.part.cap.21.nu. 6.& voto 209.num.5.Nouar.in dict.praxi.ſect.2.quæſt.5.per tot. Oſuald. Hillig. in Donel.enucl. dict.lib.17.cap.20.lit.B. verſic.Quid ſi diuites ſint? Iacob.Cancer.d. tom.2.cap.2.num. 5. Philip. Paſchal. de virib.patr.poteſt. dict. 2.p. cap.2. n. 97.* Diximuſque *Nos de priuil.paup.1.part. quæſt.52.num.36.verſ.Incontrarium, & num.37.*

Contrariam licet, neque numero, neque auctoritate inferiores ſuſtinuerint, vt (ex *Cardin.Florent.Specul.Ioan. de Imol. Alex.*& aliis) tradunt *Tiraquel. in l.Si vnquam, verb.Facultatum, num.1. circa fin.C.de reuoc.donat.Cornel.Beninc. de priuileg.paupertat.quæſt.4. numer.12. Cardin. Tuſch. practicar.concluſ. lit. M. concluſ.173.num.13.& lit.V. concl.203. in princ.Bernard.Grœuæ. concluſ.practic. Camer.Imper.concluſ.1. conſider.1.num. 5.Ioan. Mar. Nouar.* (ſibi contrarius) *in praxi elect. & variat.fori, ſect.3, quæſt. 2. num.6. & deciſ.1.in addit. num.3.* latè *Adrian.Neguſan. reſponſor.quæſt.86. per totam,* tritiſsimam Legiſtarum, & Canoniſtarum ſententiam hanc dicens, & *quæſt.251.num.30, & ſeqq.* aliique citati à *Nobis de priuileg. paupert. 1. part. q. 52.numer.36. Ioſeph.Maſcard.de probation.concl.1065.num.3.* qui Viduæ, Pupillis, & Orphanis diuitibus priuilegiũ hoc negat: ſenibus autem, infirmis, cæteriſque aliis, quorum natura mouemur ad miſerendum, *num.5. & 6.* concedit. Cuius etſi mentem coniicere datur (nõ enim eam exprimit) probare, nè vtiquam. Vel enim (vt inſinuat) Viduas, Pupillos, aut Orphanos diuites miſerabiles perſonas non eſſe, ſuper quibus Natura mouetur ad miſerandum, putat; & manifeſtè decipitur, generalibus legis noſtræ vnicæ veris, & Natura ipſa contradicentibus: Aut hos *Miſerabiles* habitu: illos, actu, & habitu reputat: Quæ rationes cæterorum turbæ (cui & Nos quandoque in ſeruiſſe *dict.quæſt.52.num.35.* viſi ſumus, etſi in legis noſtræ terminis *nu.* 37. diſceſſerimus ab ea) in cauſa ſunt, vt Viduis, aut Pupillis diuitibus legis noſtræ fauorẽ deneget, cæteris concedat. Sed vtroſq; falli, in dubiè cenſeo, falſaque diſcriminis fundamenta. *Miſerabiles* namque Viduas, & Pupillos caſus, & Natura fecit,

cit, noſque ad earum perſonarum miſerationem mouet. Quam quidem miſeram conditionem, rationemque miſerendi, tollere diuitiæ nequeunt. Animi enim imbecillitatem, infirmitatem iudicii, mentiſque trepidationem, qua Natura eaſdem affecit, mariti, parentis vè orbitatem, non pecunia extermi-nat, non diuitiæ relegant. *Horatio epiſtolarum libro 1. epiſtola ad Bullatum* dicente:

*....Naturam mutare pecunia neſcit.*

Hancque præcipuam (inter alias) huius priuilegii ſtetiſſe cauſam, Imperatoriſque animum ad illius conceſsionem mouiſſe: idem ipſe in eadem lege noſtra vnica illis verbis declarat: *Præſertim, cum alicuius potentiam perhorreſcunt, cogantur eorum aduerſarii examini noſtro ſui copiam facere.* Quam quidem piam constitutionem, Pupillos, & Viduas principaliter reſpexiſſe; illius rubrum, nigrumque demonſtrat, perpenditque *Bald. in auth. Habita, num. 61. & ſeq. C. nè fili. pro patr.* inquiens: *Ex hoc determinatur quæſtio propoſita: quia in Vidua, & Pupillo maior eſt ratio ſpecialitatis, quia debiliores ſunt, & etiam paruam potentiam perhorreſcunt. Vnde ſuos habent iudices, &c.*

Quis ergo iam ad horum compaſsionem, & fauorem, ſpectandam pauperratem dicat? ipſa per ſe Viduitate, Orbitate, ætate vè Pupillari vtriuſque digna exiſtente, à legeque noſtra vnica, & conſimilibus Regiis, fori priuilegio diſtinctione nulla donata? Quare vè non diſtinguente lege, rationeque fauoris quolibet in caſu exiſtente (cõtra vulgaria iura) Inuidiam (pietatis ęmulam) diſtinguere patiemur? Quę vè potentior in Sene diuite ratio, quàm in Pupillo; vt illi tribuant; huic, legis noſtræ priuilegium *Maſcardus*, & ſequaces negent? Cum non modo vterque æqualiter miſer exiſtat, ex ſimili imbecillitate, inualidoque iudicio (vt latiùs inferius, & *quæſt.* 18. notamus:) ſed ex horum, quos lex ſpeciatim nominauit, vicinitate, ac exemplo, Senes, ſimileſque Miſeri priuilegium hoc conſequantur. Maximi exceſſus argumentum, quo & *Ouid.* vtitur, *de Pont. lib. 2. eleg. 3. ad Maxim.*

*Quorum tu Princeps, neque enim comes eſſe, ſed auctor,*
*Nec petere exemplum; ſed dare dignus eras.*

Ne pariter vulgare, hic conueniens, axioma referamus, *Propter vnumquodque tale, & illud magis*; quod *in noſtris* tradidimus *lit. P. num.* 224. Quòd ſi diſcrimen aliquod inter vtroſque adeſt; vegetior Senum natura, firmiuſque iudicium conſtituit.

Ex quibus, aut fallor, aut falluntur ipſi, qui Viduas, & Pupillos diuites, habitu tantum miſeros prædicant. Quaſi magis in potentia, quàm in actu eos miſerabiles putent; actuali qua præmuntur, natura ſua, miſeria repugnante. Quam etſi communiter diſtinctionem traditam videam: rationem non video, nec reddunt ipſi. Ni vel diſcrimen, quaſi inter potentiam, & actum (vt diximus) conſtituere velint, à Miſerabilium turba, quos lex Miſerabiles ſolos nominauit, omninò ſeparantes: Viduitatem, Orbitatem, Pupillarem ætatem, mentis imbecillitatem, inualidum iudicium, animique trepidationẽ, non præcipuam miſeram conditionem arbitrati, aut diuitiis ſaltem ſublatam, quaſi Naturam accidentia ſuperent, vincant, aut mutent; cum & naturalia immutabilia permanere, vulgare dictet axioma, multis comprobatum à *Nobis in noſtris, lit. I. num.* 147. & *lit. N. num.* 9. & accidentaliter euenientia naturalem qualitatem, reique ſubſtantiã mutare non valere, *text.* eſtẽdit *in l. Naturalẽ,* 5. §. *Pauonũ, D. de acquir. rer. dom.* multæque à *Nobis* auctoritates congeſtæ *axiomatibus* iiſdem *lit. A. num.* 55. Miſerabiliorem denique Viduam diuitem, paupere miſero, maiorique commiſeratione, & fauore dignam (quippe quæ & natura, ſexus imbecillitate; & ab accidẽti, orbitate mariti; miſera exiſtit) *Quintil. infr. n.* 56. referẽdus probat. Ha-

Habitu autem ſolum Miſer (ſi quo diximus ſenſu accipiatur) Homo, alterius etiam actualis infœlicitatis expers (tot caſibus expoſitus, tot calamitatibus proximus, tot miſeriis aptus) dici non immerito poſſet: Viduas autem, aut Pupillos, actu *Miſeros*, pro talibuſque à lege noſtra reputatos. Ad cuius quippe fauorem non omne infortunii genus concurrat neceſſe ſit; ſed quodlibet ſufficiat, quod humanæ conditionis miſeriam (iudicantis arbitrio, vt præcedenti quæſtione aduertimus) ſupergrauet, ſiue Viduitas, Orbitas, iudicii, ſẽſus vè imbecillitas, aut Paupertas ſit. Ideoque prouidè text. in *l.* 41. *titul.* 18. *part.* 3. Viduis, Pupillis, & Infirmis, Pauperes adiecit, cuilibetque eorum priuilegium hoc indulſit. Vt iam liqueat, ad illud conſequendum, idem opulentam Viduitatem, ætatemvè Pupillarem operari, quod Paupertas, alia vè præcipua calamitas. Meritoque hanc praxis, vſuſque forenſis recepit, teſte *Franciſc. Carraſc. de caſib. Curiæ, num.* 63. quotidieque Signatura amplectitur. Vt *Nos de priuileg. pauper. dict. quæſt.* 52. *num.* 36. *verſ. Contrariam*, notamus.

Hæc plane quoad legis noſtræ vnicæ, ſimiliumque diſpoſitionem: in aliis vero, diuitiarum exiſtentiam multum Viduis, aut Pupillis, cęteriſque Miſerabilibus detrahere; iam *in procœmio num.* 6. *& ſeqq.* multorum caſuum relatione probamus, quibus & illum addimus: contra Viduam, diuturno morbo fati-
30 gatum, aut Senem, diuites † non agentes, tempus currere, cum aliis mandare cauſas gerendas poſsint, *Vlpiani* ſentẽtia in *l.* 1. *§. Planè, D. de diuerſis, & temporalib. præſcript.* dicentis: *Planè is qui ea valetudine impeditur, vt mandare poſſit: in ea cauſa eſt, vt experiundi poteſtatẽ habeat. Gloſ. verb. Currit, ad med. in cap. fin. de election. Steph. Gratian. diſcep. forenſ. tom.* 2. *cap.* 223. *num.* 22. Cum adver-
31 ſus pauperes † non vtique currat, vt latè *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 31. *à num.* 11. *cum ſeqq.* oſtendimus.

Eoque fœdere (vt quoad legis noſtræ vnicæ, forique priuilegium Pupillorum, Viduarumvè diuitiæ ad illud conſequendum in conſideratione non ſint; ad alia verò, iuxta iam à Nobis notata attendantur) præfatam diſſentio-
32 nem † componunt *Didac. Couarru. practicar. dict. cap.* 6. *num.* 2. *verſic. Nam & horum opinio, Vincent. de Franch. dict. deciſ.* 100. *num.* 20. *Iacob. Menoch. dict. caſu* 66. *num.* 4. *Bernard. Grœuæ. dict. conſider.* 1. *numero* 7. *Mar. Giurb. dict. deciſ.* 82. *num.* 8.

An autem Pupillo, qui in aui pote-
33 ſtatem recidit, † ius iſtud competat, videndum. Et competere negant *Vincen. de Franc.* (ita referens iudicatum) *deciſ.* 671. *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electión. & variat. fori, ſect.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 10. *& quæſt.* 11. *num.* 3. *Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 421. *numer.* 69. *&* 70. *Oſuald. Heliger. in Donel. enucl. dict. libro* 17. *cap.* 20. *lit. B.* Neque immerito, ſiquidem in ſacris paternis (vt aiunt) &
34 hìc eſſe † videtur, quippe qui in aui poteſtate, patre quoque viuente, exiſtat, *Vlpiano* auctore, in *l. Nam ciuium.* 4. *§. Nam qui ex me, D. de his qui ſunt ſui. vel alieni iuris*: patre mortuo, eiuſdem locum nepos occupet, *Iuſtiniani* conſtitutione, in *§. Poſthumorum, verſ. Sed ſi filius, inſt. de exhæred. liberor. Sed ſi filius eius* (Imperator ait) *viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius; incipit nepos, neptiſvè in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanciſcuntur.* Quare nec filius hic orbus cenſetur parente, cum auum pro parente teneat: parentem verò habens, nec Pupillus dicatur; neque legis noſtræ, forique priuilegio vtatur, vt ſequenti apparebit quæſtione. Cum neque Pupillo tutorem ha-
35 benti competere † (ab omnibus licèt improbatus) in eiuſdem legis vnicæ rubrica auſus ſit tenere Caſtrenſis. Cuius latiorem quæſtione ſequenti mentionem facimus.

Superius tamen (de filio in aui poteſtatem ob parentis mortem recidente)

36 dente) non ita hodie † procedit argumentum. Cum per matrimonium de patris poteſtate filius exeat, pro emancipato habitus à *lege* 47. *Tauri*, *& l.* 8. *titul.* 1. *lib.* 5. *nouæ Regiæ collectionis*, ſuique factus iuris, ſuos habeat in poteſtate liberos; qui parentis morte, ſui quoque iuris remanent, patria poteſtate liberati, neque in aui poteſtatem recidunt, vt *Iuſtinianus* Imperator decernit in *princip. inſtitut. quib. mod. ius patr. poteſtat. ſoluit.* Semel namque patria poteſtate liberatum, ad eam non reuerti, *Vlpian.* quoque reſcripſit, in *l. Qui liberatus*, 12. *D. de adoptionibus*, & Modeſtin. in *l. Si pater*, 41. *& ibid. Accurſ. gloſ.* 1. *D. eod. tit.* Si ergo patria poteſtas quæ in auo, mortuo quoque nepotis parente, durabat, fori priuilegio impedimentũ Pupillo erat: extincta hodie, non erit vtique, vtque Pupillo parente orbato legis noſtræ auxilium aderit.

37 Pupillis ſpuriis † fauorem hunc cõpetere negarunt aliqui, quibus ſe quoque *Marcheſan.* adiungit, *de commiſ. auoc. cauſ. dict.* 2. *part. §.* 2. *à nu.* 112. quos impugnat, meritoque refellit, contrarium defendens, *Nouar. in praxi electio. & variat. fur. dict. ſect.* 2. *quæſt.* 19. *à numer.* 6. *cum ſeqq.*

Amplia decimoſexto, prædictas miſerabiles perſonas etiam ſine perhor-
38 reſcentiæ † iuramẽto, etiãq; ſi neq; cũ potentioribus, quorũvè potentiã non timeant, experiantur, eo vti fauore. Nõ enim ſolum potentiores; ſed etiam iudicii locum verentur *Miſeri*, vt legis noſtræ ignarus; Naturæ tamen *Miſerorum* cõſcius, expertuſque *Ouid.* clamat, *Triſt. lib.* 3. *eleg.* 1.

*Me* Miſerum! *vereorque locum, vereorque potentem.*

Cui imbecillitati, vtroque in caſu prouidè lex noſtra ſuccurrit: *Præſertim cum alicuius potentiam perhorreſcunt.* Ea namque implicita dictionis *Præſertim* natura eſt, vt eadem in caſu contrario, quàm in propoſito (licèt in hoc fortius) diſpoſitionis rationem conſtituat, dubitabiliorem caſum includat, etſi minus dubitabilẽ exprimat, ſimulq; vtroſque complectatur, quemadmodum & dictionis *Maximè*, vt multis latè cõprobat *Euerard. in locis legalib. loco A natura dictionum implicatiuarum, n.* 1. *Ioan. Gutier. canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 20. *numero* 5. *Azebed. in l.* 1. *titul.* 19. *lib.* 8. *nouæ Regiæ collectionis, numero* 32. *Octauian. Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſignific. Dictione Præſertim, pag. mihi* 80. *Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu* 416. *numero* 19. *& conſil.* 69. *numero* 26. *Petr. Cened. ſingul.* 83. *numero* 1. *& ſeq. Marc. Anton. Natta conſil.* 590. *numero* 4. *tom.* 3. *Anton. Angel. Grat. de diction. dict.* 180. eruditiſsimus *P. Thom. Sanchez de matrimon. libro* 2. *diſputat.* 39. *numero* 6. *lib.* 6. *diſputat.* 14. *numero* 21. *& libro* 10. *diſputat.* 5. *numero* 4. Prædictamque ſententiam, & amplectitur, & praxim admiſiſſe teſtatur ſcientiſsimus *Didac. Couarru. practicar. dict. capit.* 6. *numero* 1. tametſi Regia Neapolitana conſtitutio *libro* 1. *titul.* 37. præfatum iuſiurandum exigat, vt & notant *Vincent. de Franch. deciſione* 257. *Camil. Borrel. in ſumm. deciſion. part.* 1. *dict. titul.* 56. *numero* 3. *& Ioann. Mar. Nouar. in praxi election. & variat. fori, ſection.* 1. *quæſtion.* 2. *numero* 1. *& de priuileg. miſerabilium perſonarum priuileg.* 55.

Aliquibus pariter principalis venit limitanda concluſio modis. Primò,
39 † ſi *Miſerabilis* malitioſè, & per euidentem calumniam, aduerſariumque vexandi cauſa, fori hoc priuilegium deſideret, nè ex malitia ſua commodum conſequatur, vt docent *Foller. in dict. Conſtit. Statuimus, numero* 71. latè *Ioann. Mar. Nouar. in dict. praxi, ſect.* 2. *q.* 42. *per tot.* & *Marcheſan. de commiſſ. titul. de commiſſ. auoc. cauſ. dict. §.* 2. *num.* 71.

40 In dubio † autem, malitiam, aut dolum præſumendum non eſſe, & ei

ei qui factum malitia aſſerit, illius incumbere probationem; iura auctoritateſque à *Nobis* adductæ in *Axiomatib. noſtris, lit. D. nu.* 177. oſtendunt. In præſenti præcipuè ſpecie, cum ſuo *Miſer* iure vtatur, ex cōgeſtis quoque à *Nobis in dd. Axiomatib. lit. I. numero* 162.

41 Limita ſecundo, † ſi *Miſerabilis* alieno agat nomine: cum & perſonale ſit, & miſeræ conditionis leuandæ cauſa priuilegium conceſſum extet, qua ceſſante, ipſum quoque ceſſare, conſequēs eſt, ex iuribus, & auctoribus congeſtis à *Nobis in Axiomatib. lit. C. num.* 40. Ceſſat autem cum mandantis, non mandatarii *Miſerabilis* cauſa, intereſſeque vertatur ex *Vlpiani* reſponſo in *l.* 3. *§. Sed vtrùm, D. de minorib. Nec enim* (vt Papinian. in *l. Ex pluribus,* 43. *D. de administrat. & pericul. tutor.* ait) *cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.*

Eandemq; limitationem amplia, vel principalem, ſi malis, tertio limita concluſionem, non ſolum quando *Miſerabilis* alieno agit nomine: ſed etiam †
42 quando proprio, non tamen vt principalis, ſed vt tertius cauſæ adeſt, vt puta ab emptore laudatus, quemadmodum latè comprobant *Ioann. Mar. Nouar. in praxi electiõn. & variat. fori, ſect.* 2. *quæſt.* 18. *per tot. & Sigiſmund. Scacc. de appellat. dict. q.* 7. *num.* 123. duobus id modis declarans.

Limita quarto, in iudicii præparato-
43 riis, † veluti ad apochæ recognitionē. De recognoſcendo enim præceptum recuſare *Miſerabilem* non poſſe, neque ad id fori electione vti; plenè *Ioan. Mar. Nouar.* confirmat *d. ſect.* 2. *quæſt.* 26. *per tot. & quæſt.* 27. de citato ſuper tenore inſtrumenti agens.

In quolibet præterea caſu coram Iudice comparere iuſſus, omnino, priuilegium ſuum allegaturus, comparere debet, quin fori ad id præſcriptione vtatur, vt idem *Nouar.* tradit *dict. praxi ſection.* 3. *quæſt.* 6. *per tot. pagina mihi* 290. Etſi non comparendo, fori electionis iacturam *Miſer* non faciat; priuilegiatus alius, qui priuilegio ſuo renuntiare poteſt, facit. Primum, ſuperius dicta *ampliatione decimatertia, numero* 27. *hac eadem quæſtione*: ſecundum à *Nobis* quoque prolata, *de priuilegiis pauper.* 2. *part. quæſtion.* 65. *§.* 1. *numero* 139. *cum ſeqq. vſque ad num.* 150. manifeſtum reddunt.

Quintò principalem quidam limi-
44 tant concluſionem, in Vidua dotem † exigente, quam fori electione non gaudere, domiciliique mariti forum ſequi debere, & in eo mariti hæredes conuenire, profitetur *Ioan. Mar. Nouarius in ead. praxi, ſection.* 1. *quæſtion.* 7. *numero* 11. & 12. cum *Molfeſ.* ab eo adducto, à me non viſo, *in comment. ad conſuetud. Neapol. part.* 2. *de bonis. quæſt.* 12. *numero* 18. formalem, & expreſſum ad id textum dicentes in *l. Exigere dotem,* 65. *D. de iudic.*

Sed inexcuſabili errore *Nouarius*, necnon *Molfeſius* (ſi vera illius allegatio eſt) labuntur. Nequaquam enim aſſertionem præfatam *dict. l. Exigere dotem* probat. Occurrentem namque ſolum quæſtionem: *An pro dote à mariti hæredibus recuperanda, in loco celebrati inſtrumenti; an in viri mortui domicilio ſit facienda exactio* proponit: in viri domicilio faciendam decidens, nil inde legis noſtræ, forique priuilegio detrahens, ſed veterem, generalemque fori regulam confirmans, *legiſque Hæres abſens,* 19. cum ſimilibus, *D. de iudic.* defuncti hæredes ibi conueniendos eſſe, vbi defunctus debuit, ſtatuentis. Legis verba (vt veritas, errorque *Nouarii*, & *Molfeſii* appareat) hæc: *Exigere dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt. Nec enim id genus contractus eſt, vt potius eum locum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum eſt; quam eum in cuius domicilium & ipſa mulier, per*

con-

*conditionem matrimonii, erat reddituri.* Quæ neque prædictis vulgatis fori, regulis aduerſantur, nec detrahũt quidquam: Lex verò noſtra vnica, Regiæq; concordes vtiq; detrahunt. Aduertitq; in ſpecie *Oſuald.Hilliger.in Donel.enucl. lib.*17.*cap.*20.*lit.D.verſ.Nam regula*. Quæ ergo congrua reddi, aut excogitari quidem poteſt ratio, quare in cæteris regulariter cauſis, Principis fori Viduæ concedatur, nouiori conſtitutione, electio: in dote verò exigẽda (quę adeò fauorabilis eſt, nil præcipuum in *dict. l. Exigere dotem* apparente, quod Viduali, forique priuilegio impedimẽto eſſe poſsit) denegetur?

Infirmam igitur aut opinionem hãc cognoſcens, aut eius immemor; cõtrariam idem ipſe *Nouar.quæſt.forenſ.lib.*1. *quæſt.*47.tenet. Imò, nec ſolum Viduæ pro dote recuperanda, vel exigenda legis noſtræ priuilegium competere: ſed etiam mulieri marito adhuc viuente, firmauit. Quod vltimum, dotis ſolum ratione (qua ille, piæ cauſæ æquiparatione facta, mouetur, alia ſpecifica miſeriæ non exiſtente) non ſatis mihi cõpertum, nec probo: cum non fauor hic doti, aut cauſæ piæ ſolum, ſed miſerabili perſonæ datus ſit, vt *Couar.practic. qq.cap.*7.*num.*3. aduertit, *Noſque* latiùs *infra q.*8. *à num.* 3. notamus, & firmat *Papiniani* reſponſum in *l.*3. *§.Sed vtrũ, D.de minor.*

Pro Vidua verò dotem exigente, & miſera Viduitatis conditio, & dotis fauor adeò pugnant: vt merito Sabaudiæ Senatus deciderit, poſſe Viduam repetentem dotem aduerſus Pupillũ, primũ iudicẽ habere Senatũ, vt in caſus cõtingẽtia prodit, confirmatq; eruditiſsimus *Ant.Faber in ſuo Codice definit. lib.*3.*tit.* 13.*quãdo Imper.inter Pupil.& Vid.definition.vnic.* Cuius tandem veritatem fateri coactus idemmet *Nouar.in ead. praxi*, integram *Fabri* deciſionem trãſtulit *ad praxis ſuæ* calcẽ *deciſ.*33. Pugnat etiã *Quintiliani* allegatio, quàm *infra num.*56. nectimus.

Similis pariter (ex limitatione, quã principali noſtræ concluſioni aſsignat) eiuſdem conuincitur *Nouarii* error, *in praxi election.& variat.fori ſect.*2.*quæſt.*
45 28. firmantis, *Miſerabilem* contractus † loco conuentum, legis noſtrę vnicæ fauore ſe munire non poſſe. Quaſi potentior contractus, quàm domicilii forus, ad priuilegium hoc impediendum ſit, aut debilior non ſit, ex eademmet lege *Exigere dotem*, aliiſque de contractus, domiciliique loco agentibus: cui tamẽ lex noſtra nominatim (vt diximus) detrahit. Cuius ratio tàm domicilii, quã contractus locum æquè complectitur.

Principalem ſexto limita concluſio-
46 nem, † procedereque intellige in Vidua caſtè, honeſteque viuente, vt multis relatis, aſſerit *Couarru.practicar.cap.* 7.*num.*1. *Otalor.de nobilit.cap.*8.*numero* 1. *Iacob.Menoch. dict. libro* 2.*de arbitrar. caſu* 66. *numero* 10. plures congerens *Benedict. Ægid.de priuileg.honeſt.articul.* 5.*numero* 3. *Marcheſ.de commiſſ. dict.*2. *part.§.*2.*numero* 33. *Franc.Abil.in capit. Prætor.in procem.numero* 36. *Didac. Perez in l.*1.*titul.*1.*libro* 3. *Ordinam. verb. Pobres, verſicul. Quod intelligendum eſt, column.*462. *Azeued.in l.*9.*titul.*3.*libro* 4.*nouæ Regiæ collectionis, numero* 11. *Bernard.Græuæ.concluſ.practic. Camer. Imper.dict.conſider.*1.*numero* 1. *Iacob.Cancer.variar. reſolution. tom.*2. *capit.*2. *numero* 7. *Sigiſmund.Scacc.de appellat. dict. quæſtion.*7.*numero* 131. Et ita vſus forenſis apud Suprema tribunalia ſeruat, in quibus non aliter, quàm pro Vidua honeſtè viuente dictæ Regiæ fori literæ expediuntur, teſte *Monterroſo*, per *Franciſc.Carraſ.* adductum, *dict.tract.de caſib.Cur.n.*66. Regiã cõcedi prouiſionem dicente: *Por la qual ſe inhibe a todos los Iuezes inferiores a las ſupremas Audiencias, aunque ſean Alcaldes de Corte, y Chancillerias, entretanto fuere Viuda, y viuiere honeſtamente, &c.* Priuilegia namque Viduitati conceſſa, luxurioſa vita perduntur, vt *Couarruu.* nominatim proximo loco, cæterique relati aduertunt.

Inhoneſtam autem vitam, non ſolum illicita carnalis cum viri, immix-
47 tio: † ſed etiam conuerſatio, cultusvè inhoneſtus reddit, quippe quæ faciant, vt legatum ea conditione mulieri relictum, *ſi honeſtè vixerit*, amittatur, auctore *Bald. conſ. 207. vol. 4.* cuius probant ſententiam *Couarru. de ſponſalib. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 3. in fin. Cardin. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt lib. 11. titul. 19. numero 34.* Vtrumque complexus *Sigiſmund. Scacc. proximè relato loco, P. Thom. Sanchez, de matrimon. libro 7. diſputat. 91. numero 38. Benedict. Ægid. vbi ſuprà numero 4. & ſeqq.* Apud homines enim, turpem verè eſſe; aut conuerſatione, cultuvè apparere, & æquè vtrumque exiſtimationi nocere; extra controuerſiam eſt, & *Auſonii* elegans indicat epigrama, in duas diuerſorum morum ſorores, *pagina mibi 41.*

*Delia, nos miramur, & eſt Mirabile, quod tam*
*Diſſimiles eſtis, tuque, ſororque tua.*
*Hæc habitu caſto, cum non ſit; caſta videtur:*
*Tu, præter cultum, nil meretricis habes.*
*Cum caſti mores tibi ſint; huic cultus honeſtus:*
*Te tamen & cultus damnat; & actus eam.*

Ouid. que Faſtor. lib. 4.

*Caſta quidem, ſed non eſt credita: rumor iniquus*
*Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt.*
*Cultus, & ornatus, variis prodiiſſe capillis*
*Obfuit.*

Incontinentiæque luiſſe pœnas propter amœniorem ſolū cultum, iuſtoq; mundiorem Poſthumiam Virginē Veſtalem, & Minutiam viuam ea cauſa defoſſam, *Liui.* prodit, de illa, *lib. 4. decad. 1.* de hac, *lib. 8. decad. 1.*

Sed tamen turpis conuerſatio, inhoneſtusvè cultus, vt vitæ turpitudinem
48 inducat, frequens † eſſe debet laſciuorumque actuum frequentiam, etiam citra copulam, non raritatem, prædicti legati amiſsionem operari, firmat (moribus, & doctrina clarus) *P. Thom. Sanchez, dict. diſput. 91. numer. 40.* Imò nec eam, quæ amore capta vni, aut alteri; ſemel, aut iterum ſui copiam fecit; turpiter viuere, nec iſtud perdere legatū; plurimorum fuit ſententia, quorum ad longum idem *ipſe ibi numer. 31.* fundamenta recenſet, *Noſque* retulimus, *de priuileg. pauper. 1. p. quæſt. 17. numero 5. & part. 2. quæſtion. 65. numero 103. & 104.*

Adhuc tamen ſunt, nec pauci, nec contemnendæ auctoritatis, qui Viduæ
49 omnino luxurioſè viuenti, † fori hoc priuilegium competere, ſi non vt Viduæ, vt *Miſerabili* quidem perſonæ, contendant. Cuius extitere voti *Vincent. de Franch. deciſion. 233. Troiſ. in pragmat. Curſu dilationum, numero 32. Menoch. dict. caſu 66. numero 25. Franciſc. Viui. deciſion. 521. numero 5. Gaſpar Theſaur. in addition. ad patrem, deciſion. 177.* quos refert, & ſequitur *Ioann. Mar. Nouar. in praxi election. & variat. fori, ſect. 1. capit. 7. numero 5. Proſper. Carauit. in ritib. magnæ Curiæ, ritu 9. numero 8. Camil. Borrel. in ſumm. deciſion. dict. titul. 56. numero 12. cum tribus ſeqq. Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. 2. part. capit. 2. numero 99. Ionn. Aloyſ. Ricci. collect. 3053. part. 7.* Cuius & Nos opinionis mentionem fecimus *de priuileg. pauper. 1. part. quæſtion. 54. numero 9.* Quæ & tunc nobis non omnino placuit; & hodie omnino diſplicet: ſi peccati ratione, miſeriæque ex eo prouenientis (vt plerique ex relatis volunt ad ſimplicem meretricem, peccato *Miſeram*, hunc porrigentes fauorem) eam proferant. Etſi enim peccatum *Miſeros* faciat: non priuilegii, ipſius rationem dignos, vt præcedēti latè egimus quæſtione: nē præmiū vnde pœnā merentur, conſequantur, iuxta *Vlpiani* reſponſum in *l. 3. §. Si in metallū. D. de mun. & bon.* & ea quæ in *Axiom. noſtris, lit. C. num.*

*num.* 84. *&* 86. *& lit. M. num.* 16. notamus. Hi namque, non tam Miſeri, aut infœlices, quàm iniqui dicuntur, hec *Miſerabilium* ideo priuilegiis gaudent, vt *de priuileg. pauper.* 1. *p. dict. quæſt.* 54. *num.* 1. aduertimus.

Planè ſi Vidua luxurioſè viuens pauper ſit, aliovè infortunio miſeram conditionem inducente, laboret, ſi non vt Vidua; paupertatis, aut infortunii alterius ratione, legis noſtræ priuilegium obtinebit. Imò etiamſi luxurioſa vita eam ad paupertatem, ad caſum hunc non præordinata, deduxerit, iuxta ea, quæ lato ſermone repetita *quæſt.* 54. proſequimur. Nanque vt optimè quiſquis ille: *Miſericordia non cauſam, ſed fortunam ſpectat.* Neque enim vt luxurioſa vita vidualia priuilegia perduntur: ſic quæ paupertati, aut ſpeciali miſeriæ conceſſa ſunt, vt ibidem congeſta probant. Veraque hoc ſenſu, & tenenda relatorum ſententia extat.

Sed nec Vidua diues, quæ luxurio-
50 ſè vixit, † ad meliorem tamen frugem ſe recepit, caſteque ad præſens, & honeſtè degit, hac fori electione carebit, ſecundum *Proſper. Carauit. dict. ritu* 19. *ad fin. numero* 26. (quamtumuis dubitet *Scacc. dict. quæſtion.* 7. *numero* 131. *verſicul. Quid ſi vidua*) & iuxta eorum ſententiam, quos plena congeſſimus manu *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 17. *numero* 7. quæ fortius in noſtro procedit caſu, in quo non ſic grauiter Reſpublica, quàm pater in illo offenditur, cum in eo & pater, & Reſpublica ſimul offendantur: & tamen aboleatur pœnitentia delictum. Ideoque, non ſic in præſenti pro contraria parte *ibidem* adducta *num.* 11. vrgent. Auxiliaturque huic Dominicum illud *Ierem. cap.* 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.* Prætereà, quia hac in ſpecie, ſi tempore quo Vidua fauorem hunc deſiderat, Regiasvè fori literas eſt adepta, emendata exiſtit, honeſtam vitam degens: earum ſit ſatis (quem iam retulimus) tenori, ex *text. in cap. Si eo tempore,* 9. *de reſcrip. lib.* 6. *in l. In delictis* 4. *§. Si damnũ* (aliàs, *Si extraneus*) *D. de nox. il. actionib.* cùm ſimilibus cumulatis à *Nobis in Axiomatib. lit. Q. numero* 12. qualitatem iunctam verbo, ſecundum tempus verbi intelligendam, probantibus.

Septimò principalem limita con-
51 cluſionem, in Vidua quæ maritum † occidit, aut eius morti cauſam præbuit, ex notatis à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *parte, quæſtion.* 54. *numero* 33. *verſicul. Quo quidem caſu,* cùm actus hic ad viduitatem directo tendat, obſeruantque in ſpecie *Couarru. practicar. dict. capit.* 6. *numero* 2. *in fin. Azeued. in dict. l.* 9. *titul.* 3. *lib.* 4. *nouæ Regiæ collectionis, numero* 8. *verſicul. Eſt tamen notandum, Ioann. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect.* 1. *quæſtion.* 7. *numero* 13. *& Sigiſm. Scacc. de appellat. dict. quæſtion.* 7. *numero* 131. *verſicul. Multoque minus.*

52 Octauò limita † inter pares priuilegiatos, ex traditis à *Nobis de priuileg. pauper. dict.* 1. *parte, quæſtion.* 52. *numero* 59. ibique relatis adde, in eadem *lege noſtra vnica Aloyſ. de Leo, numero* 13. *Camil. Borrel. dict. titul.* 56. *numero* 4. *part.* 1. *Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. dict.* 2. *part. capit.* 2. *numero* 105. *Oſuald. Hillig. in Donel. enucl. dict. lib.* 17. *capit.* 20. *lit. C. verſicul. Planè.* Vnumque ex caſibus in literis Regiis exceptis, hunc eſſe, primumque retulit *Couarru. practicar. quæſt. dict. capit.* 7. *numero* 5. *& Franciſc. Carraſc. de caſib. Cur. numero* 65. *&* 66. verba apponi ſolita deſcribens: *O con perſona que tenga igual priuilegio.*

Quam tamen aliqui limitationem
53 arctant in *Miſerabili* ex iure ceſſo † contra miſerabilem iure proprio agentem, vt (ex *Foller. in practica. crimin. numero* 105. *verſicul. Hæc regula*) tradit *Marqueſ. de commiſ. auoc. cauſ. part.* 2. *§.* 2. *numero* 79. à Nobis quoque *dict.*

*quæſt.*52.*num.*60. relatus. Quæ non ſe mihi (ex his quæ ſuprà, *ampliatione* 8. perpendimus) commendabilem reſtrictio reddit.

Alii etiam eandem octauam limita-
54 tionem reſtringunt, in *Miſerabili* † ex accidenti, cum quo *Miſerabilis* natura contendit, illumque ad Principis tribunal in prima cauſæ cognitione euocat: quod *Miſerabilem* ex accidenti recuſare non poſſe, ſeque ſui fori præſcriptione tueri (cum naturalis cauſa debeat accidentali præferri, ex congeſtis à *Nobis in axiomatib. lit. C. numero* 52. *Baldi* auctoritate in *l. Qui habet, D. de tutel.*) obſeruat *Matth. de Afflict. in Conſtit. Neapolit. libro* 1. *rub.* 36.*numero* 35. tenueruntque alii à *Sigiſmund. Scacc.* relati, *dict. quæſtion.* 7. *de appellation. numero* 128. *verſicul. Subreſtringe*, 1. Quorum tamen opinionem perbelle refellit *Couarru. practicar. dict. capit.* 7. *numero* 4. præcipuè in *verſicul. Primus etenim caſus.* Cuius & adhæreo libenter; & noua opinioni fulcimina iacto: Tùm ex eadem lege noſtra vnica, & conſimilibus Regiis, Pupillum (natura miſerum) Viduam, Infirmumque (ab accidenti) æquantibus.

Tùm, quia eſto quòd *Miſeris* inuicem inter ſe pugnantibus; *Miſerioris* (iuxta dicenda proximè) fauor præualeat: non tamen *Miſerior* à natura, quàm ab accidenti *Miſer*, ea ſola exiſtimari ratione poteſt; imò *natura Miſerum*, non accidentali pariter miſeria læſum, legis noſtræ priuilegio non vti (vt in Pupillo diuite) multorum opinionem fuiſſe; iam ſuprà, *numero* 29. *verſicul. Contraria*, adiecimus, & *quæſtion.* 18. infra adiiciemus in Sene. Sæpè enim magis
55 Accidens, † quàm Natura ſolet attendi, vt (per legem *Grachus*, 4. *C. ad leg. Iul. de adulter.*) aſſeruit *Fului. Pacian. de probationib. capit.* 3. *numero* 89. eademque *additio gloſſæ fin.* (quæ pro contraria parte conſueuit adduci) in *l. Qui habent*, 3. *D. de tutel.* longè ante notarat.

Quare inter Natura, vel Accidenti *Miſeros*, nullo ſeruato diſcrimine, attendi ſolum an vnus altero miſerabi-
56 lior † ſit, vt aduerſus Miſerabilem minus, ſuo aliter priuilegio gaudeat; firmarunt *Aloyſ. de Leo in noſtra lege vnic. numero* 13. & (poſt *Marcheſ.* eumdemque *Afflictum*, ab ipſo adductos) *Sigiſmund. Scacc.* repetita *quæſt.* 7. *numero* 129. *Cardin. Tuſch. practic. concluſion. lit. M. concluſion.* 274. *numero* 19. inſinuat *Couarru. dict. cap.* 7. *numero* 4. *verſicul. Tertiò conſtat, non eſſe maiorem miſerationis cauſam in Pupillo.* & ſenſit Sabaudiæ Senatus in deciſione, quam ex *Fabro ſuprà numero* 44. in fine retulimus. Auxilianturque his, *Quintiliani*, & *Senecæ* verba. Illius, *declam.* 338. ſic in clientuli ſui defenſionem prorumpentis: *Etiamſi lis huic mulieri, cui adſum, Iudices, eſſet contra pauperem iſtum: in firmo loco pars noſtra, & indignior auxilio videtur: quia per ſe imbecilla res eſt Fœmina; & affert infirmitati naturali non leue pondus, quod Vidua eſt.* Huius, *controuerſ.* 6. *ad finem, libro* 1. *Orba, inquit, eſt; & hæc orba eſt. Inter duas orbas, ea mihi curanda eſt magis, quam orbam ego feci.*

Adcò autem æquè priuilegiati miſerior præualet conditio: vt actoris, vel rei differentiam, ordinarii, vel extraordinarii fori ad præſens tollat, veluti ſi cum Pupillo, aut Vidua diuite, Pupillus contendat pauper; è contrave Pupillus diues cum Vidua, aut diuturno morbo fatigato paupere contendat, quemadmodum firmat (etſi in Pupillo paupere cum diuite litigante exemplificet, cum in cæteris prædictis eadem ſubſit ratio) *Sigiſmund. Scacc. de appellat. dict. quæſt.* 7. *num.* 128. *verſic. Subreſtringe ſecundo, & n.* 129. *in princip. & in verſ. Extende eam.* Pauperem namque, vel miſeriorem non ſolum ſi coram Ordinario

ex-

experiri velit, diuite, vel minus miſero Principem deſiderante: ſed etiam ſi coram Ordinario diues, aut Miſer cauſam agi deſideret: coram Principe verò pauper, miſeriorvè, hoc fori priuilegio gaudere, idem ibidem *Scacc.* profitetur: priuilegiatumque contra pariter priuilegiatum priuilegio ſuo tunc non vti, cum & priuilegii, & perſonæ, cauſæ, miſeriæque ratione æqualitas omnimoda adeſt, non ſi in aliquo ſit exceſſus, vt & *Nos* pariter adnotamus in *axiomatib. noſtris, lit. P. num.* 175.

Pari licèt miſera conditione exi-
57 ſtente; † & rei, & ordinarii fori habeatur ratio, vt non obſcurè monſtrat *Bal. in auth. Habita, num.* 61. *C. nè fil. pro pat. Et quæro* (inquit) *ſi ſcholaris coram Poteſtate conuenitur à Vidua, vel Pupillo, vtrùm habeat priuilegiũ huius auth. Reſp. quando plures ſunt priuilegiati ſub eadem conſideratione; tunc melior eſt conditio rei.* ſimiliter & *Couarru. dict. cap. 7. num.* 4. *verſic. Sexto*, quando æquè miſerabilis reus conueniri apud ſui fori iudicem deſiderat: cum regulis tunc communibus Iuris vtatur; alter verò deuiis: quo in caſu, æquè priuilegiatum Iuris communibus regulis nixum, præferendum (cum *Decio in cap. In præſentia, num.* 15. *de probat. Bald. Aret.* & aliis) tradit. Inde pariter, reum æquè priuilegiatum, ad Principem ire volentem, actore in proprio eum conueniẽte domicilio, audiendum non eſſe; *idem ipſe ibi, num.* 5. *verſ. Quinto* (multorum ſententia) ex præſumpta malitia profert.

An verò ſi *Miſer* (cum non miſero litiget, ſuoque priuilegio ad Principis tribunal in prima cauſæ cognitione litem deferri obtinuerit: eaque duran-
58 te collitigans quoque *Miſerabilis* † effectus ſit ad domiciliique iudicem cauſam remitti poſtulet; iure petat? latè diſputat *Mar. Giurb. deciſion.* 82. per totam, affirmatiuam aliquibus muniens fundamentis, cui & ſuprà *numero* præcipuè 11. dicta auxiliantur: negatiuam tandem melioribus probans.

Principalem deinde concluſionem limita nono, ſi Vidua, Pupillus, &c. in
59 eo foro in quo iuriſdictio † eius nomine exercetur, litigare vellet, vt (poſt *D. Couarru.*) aſſeuerat *Iacob. Menoch. dict. caſu* 66. *numero* 48. & plenè *Ioann. Mar. Nouar. in praxi election. & variat. fori, ſect. 2. quæſtion. 29. per totam.*

Limita decimo, & intellige, vt in-
60 competentis † iudicis forum eligere *Miſerabilis* nequeat, vt profitentur *Afflict. in dict. Regni Conſtit. Statuimus, numero* 13. *& deciſion.* 153. *numero* 4. *Proſper. Carauit. ritu* 233. *numero* 7. *Iacob. Menoch. de arbitrar. dict. lib. 2. cent.* 1. *caſu* 66. *nu.* 50. *Ioan. Mar. Nouar. in dict. praxi, ſect. 2. quæſtion.* 30. *Marcheſ. de commiſſ. dict. 2. part. §. 2. numero* 81. *&* 153. *Cardin. Tuſch. dict. lit. M. concl.* 274. *num.* 14.

61 Limita vndecimo † (ex ſententia *Ioann. Mar. Nouar.* & aliorum, quos ipſe refert *dict. praxi, ſect. 2. quæſtion. 32. per totam*) in eo, qui *vbique locorum* ſe conueniri poſſe, pactus eſt, quem fori electionem non habere, ait. Sed neque ab ipſo adducti id in ſpecie firmant; neque iure ſuſtinetur. Pactum enim hoc; nec electione aliàs competente, nec foro paſciſcentem priuat, ex textus deciſione in *l. Si conuenerit*, 18. *D. de iuriſdict. omn. iudic.* vt (poſt antiquiores in hac ipſa lege) tradit ſubtilis *Roder. Suar. in lectur. legis Poſt rem iudicatam, in declaration. legis Regni, quæſt. 5. principali*, incip. *Circa iudicem, numero* 18. *& ſeq.* Inutilem dicens ad conuentionem extra pro-
62 prium forum, clauſulam eam, † quæ hodiernis inſtrumentis inſeri ſolet: *Et reus dedit poteſtatẽ exequendi hunc contractum omnibus, & quibuſcumque iudicibus, coram quibus hoc publicum inſtrumentum oſtenſum fuit, & eius executio petita; iuriſdictioni quorum ſe ſubmittit, renuntiãs ſuo proprio foro, vt illud executioni mandẽt.* dicto nu. 28. in fine concludens: *Et ſic*

*remaneat hæc regula, quòd inſtrumentum executiuum, de quo in his partibus, poteſt exequi per quemcumque iudicem cui reus ſubeſt, & non per alium.* & num. 19. *Vnde iſta pacta, quæ quotidie apponuntur in inſtrumentis,* quòd quis poſſet vbique aliū conuenire, *regulariter nihil releuant, nec operantur ad conuentionem, & executionem.* De quo recentior extat *l. 20. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. collect.* præcipuè *circa fin. verſ. Y otroſi mandamos, que en virtud de las ſubmiſſiones generales.* Aliter atque
63 ſi clauſula dicta obligationi ſoluendi † apponatur, ſoluereque reus vbicumq; promittat, & ad ſolutionem compelli poſſe paciſcatur, quia vbicumque fuerit inuentus, & conueniri, & exigi poterit, dicente *Vlpiano in l. Contraxiſſe, 20. D. de action. & oblig. Cōtraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret ſe obligauit.* Cuius textus deciſione, & text. *in l. Titium, & Mæuium, 48. §. Tutores, D. de adminiſtr. tutor.* eum qui vbicumque ſoluere promiſit; vbicumque fuerit inuentus poſſe pro ſolutione conueniri (quòd ibi contraxiſſe videatur) idem ipſe *Roder. Suar. dict. loco* affirmat: Inde *num. 20.* conſulens: *Quòd cum hodie in omnibus inſtrumentis apponatur hoc pactum:* Et dederunt poteſtatem omnibus Iudicibus, coram quibus dictum inſtrumentum fuerit oſtenſum, & ex eo petita executio; iuriſdictioni quorum ſe ſubmittunt, vt illud mandēt executioni: *Quod vltra hoc addatur:* Et promiſſerunt ſoluere adimplere contenta, & ibi promiſſa vbicumque inueniantur. *Nam virtute iſtius clauſulæ finalis poterit peti executio in quocumque loco inueniatur, etiamſi non ſortiatur forum in illo loco. Quia ſi hanc clauſulam non poneres; virtute dicti pacti, cum tale pactum apponatur ſuper iuriſdictione: non poſſet peti executio cum effectu, niſi loco idoneo, vbi reus ſortiretur forum, cum poſſet reus pœnitere ante litis conteſtationem, dicto pacto non obſtante, vt dict. l. Si conuenerit, & ibi Bart.* Similiter clauſulam inſtrumēti cameralis, per quam contrahens omni loco, & foro ſe ſubmittit, ita vt vbicumque locorum conueniri poſsit (de qua, eiuſque virtute agentes, plures *Steph. Gratian.* refert *deciſ. 180. nu. 12.*) eiuſque generalitatem, ad loca tantum in quibus alias ſic paſciſcens poterat conueniri, reſtringēdam; ipſemet (quē pro ſua opinione ineptè *Nouar.* ſuprà citarat) *Sthephan. Gratian. ibid. num. 13.* affirmat.

Quę cum ita regulariter procedant:
64 multo fortius in *Miſero,* † qui vbicumque locorum cōueniri ſe poſſe cū proprii etiam fori renuntiatione, pactus eſt. Cum per clauſulam hanc, nec quilibet alius forum ſuum inuitus perdat; *Miſer* autem, nec foro ſuo, nec legis noſtræ vnicę priuilegio renuntiare valeat, iuxta dicta *ſuprà ampliatione* 13.

Ex quibus deſcendit, *Miſerabilem,* qui non ſolum vbique locorum conueniri poſſe (cum proprii fori renuntiatione, ad quoſuiſque iudices ſubmiſſione facta) pactus eſt; ſed etiam qui ſimul ſoluendi obligationem vbique locorum adiecit, facultatemque exactionis conceſsit: neque priuilegio ſuo renuntiaſſe, neque quidquam per eam conuentionem, illi detractum videri. Non ex eo ſolum, quòd miſerationis cauſa priuilegio conceſſo renuntiari (vt diximus) nequeat: ſed quia valida etiam renuntiatione, pactoque exiſtēte; integrum priuilegium electionis Principis fori, *Miſerabili* duret. Siquidem *vbique locorum* ſoluendi obligatio, inde vires ſumit, quòd contraxiſſe vbi exigitur, promittens videatur, deſtinataque ſolutio eſt, veluti ſuperiora probant: ſed *Miſerabilem* in loco contractus conuentum, non minus fori Principis electionem habere, quàm ſi in proprio domicilio conueniatur; nemo iure negabit, cum principalior (aut nihil inferior) domicilii, quàm contractus forus ſit, in quo Miſerabilis conuentus Principem iure aduocat.

A fortiori ergo, cum vbique locorum, vel certo loco ſoluere promiſit. Nec ſimul proprii fori renuntiatio nocumento *Miſerabili* eſſet: non ſolum

quòd

quòd ab eo fieri (veluti prædiximus) nequeat: ſed quia nec priuilegiato foro renuntiaſſe, viſus ſit, cum priuilegio
65 ſuo † (& ſic domicilii) renuntiarit. (is enim proprius forus dicitur, ex *l. 1. D. ſi quis in ius vocat. non ier. & l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic.*) Neque ad alia, quàm nominatim expreſſa, renuntiatio extendatur, vt probat *text. in l. Præcipimus, 32. C. de appellat. & in cap. Sane, 7. de renunc.* vbi id nominatim docet *Gloſ. verb. Suſtinere, in fin.* & tradit (cum *Bar. Decio, Roland. à Valle, & Tiber. Decian.* quos allegat) *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ.* 1264. *num.* 12. plenè concluſionem hanc numeris ſeqq. ornans, & *Aym. Crauet. conſ. 200. num. 10. lib. 1.* Et in ſpecie ſententiam hanc (cum nempè, qui forum commune, & priuilegiatum habet; foro ſuo ſimpliciter renuntiando, non priuilegiato foro, ſed communi renuntiaſſe videri; priuilegiatoque vti poſſe, iure optimo (aduerſus *Deciũ, & Iaſſonem*) aduertit eruditiſsimus Præſes *D. Couarru. practicar. quæſt. capit. 10. num. 5. verſicul. Septimò,* ſic noſtræ congruentem rationem ſententiæ reddẽs: *Priuilegium fori, hac in parte non aſſumi pro foro, quod ex iure ſpeciali datum ſit alicui; ſed pro illa fori præſcriptione, quæ ex regula iuris communis deducitur; quà cautum extat, reum eſſe in proprio domicilio conueniendum.*

Neque *Alciati* aſſertio huic nocet, *in tract. de præſumpt. regul. 3. præſ. 36.*
66 *num. 13.* dicentis: † facilius quem præſumi priuilegio, quàm iuri communi renuntiare, cuius ſimpliciter *Maſcard.* refert placitum *dict. concluſ. 1264. num.* 17. quia id nec ratione, nec iure firmat. Text. enim in *l. Miles, 11. §. Sexaginta, D. ad leg. Iul. de adulter.* & *Gloſ. in l. 2. verb. Conſenſus, D. de iudic.* ab ipſo adducti, nihil tale probant. Vtrobique enim de priuilegio, iurevè ex priuilegio, competenti, non de iure ordinario, & communi agitur; idque ſolum deducitur ex eis: *Duobus remediis alicui competentibus, alterum, de iure communi; alterum, ex priuilegio: ſi priuilegio renuntiet, iure communi renuntiaſſe non videri,* ad quod text. in dict. §. *Sexaginta,* cùm aliis *Maſcard.* allegat *dict. loco, num.* 15. Nos oppoſitum, cum communi iuri, id eſt foro proprio, & ſic domicilii, renuntiatum eſt, ſaluo, virtualiter, ex priuilegio iure manente. Neque vni renuntiando, alteri quoque renuntiatum videtur, ex *l. Si domus, 20. D. de ſeruit. vrban. prædior.* iuncta *l. Stilicidii. D. quemadmod. ſeruit. amitt. Maſcard. vbi ſuprà num.* 14.

De iuris igitur rigore, aduerſus etiã
67 inſtrumentum publicum † executiuũ (quodque guarentigium vocant) prædictam clauſulam *vbicumque locorum* continens, facultatemque omnibus, & quibuſcumque iudicibus, quibus illud fuerit oſtenſum, & coram quibus executio petita, exequendi poteſtatem tribuens, ſubmiſsione renuntiationeq; proprii fori facta; poſſe *Miſerabilem* legis noſtræ vnicæ priuilegio vti, hancq; ad Principis tribunal cauſam euocare; ſatis firmiter ſuperiora probant. Vſus tamen forenſis (vel nè malitiæ locum præſtare videatur, cũ de iure ſuo aperte doceat aduerſarius, iuxta *limitationem primam* ſuprà huic regulæ traditam: vel nè ambagibus, aut ſubterfugiis, ordinariæ cauſæ, natura ſua breuis, ſummariaque, executiua vices ſuſtineat) hanc fori electionem Miſerabilibus eo in caſu negauit. Regiaſque fori literas, hac nota, exceptioneque inhũc ſanè modum, expediri ſolere, cum *Mõterroſo Carraſc.* prodit, *de caſib. Curiæ, num. 66. Excepto en ſeis caſos, y cauſas. Conuiene a ſaber, en cauſa criminal, ò marauedis pertenecientes al Rey, ò ſobre execuciõ de carta executoria, ò contrato guarentigio, que trae aparejada execucion; &c.* In idq; idem *Carraſc. num. 80.* Et in facti contingentia, cameralis obligationis executionis (prædictas clauſulas ſimiliter, vt ſupra adiecimus continentis) etſi ob maximam eius difficultatem, cum in Camera incidiſſet; inque aliam Audientiam eius fuiſſet deciſio reſeruata: eandem in illius executione aduerſus

mi-

miſerabilem petitam, locum Principis foro, legiſque noſtræ vnicæ priuilegio non eſſe, concluſum aſſerit *Marcheſan. de commiſſion. dict. 2. part. §. 2. num. 94. verſ. Sed maxima quæſtio.*

Duodecimò principalem limita cõ-
68 cluſionem, in excommunicato † etiam reo, qui hac fori præſcriptione nõ vtitur ( actorem enim neque in iudicio ſtare poſſe, dubium eſt nemini, ex *text. in cap. Cum inter, 5. de exception. capit. 1. eod. tit. lib. 6. cap. 1. de reſcript. eod. lib. cap. Intelleximus, 7. de iudic.* cum aliis adductis per *Gloſ. vnic. ibid.* cum excommunicatis iuris beneficia, priuilegiaq; merito denegentur, vt tenet (cum *Riccio, & Sayr.* quos allegat) *Ioann. Mar. Nouar. in praxi election. & variat. fori, dict. ſect. 2. quæſt. 33.* Idem in hæreticis
69 † eadem, fortiorique ratione procedere notans, repetita *ſect. 2. q. 11.* cum & hi excommunicationem ipſo iure incurrant, cap. *Cum Chriſtus, 7.* & *ibi* notat *Gloſ. cap. Ad abolendam, 9. cap. Excommunicamus, 13. §. Credentes, de hæretic. cap. Nouerit, 49. & ibi gloſ. 1. de ſent. excommunic.* Qua de re ( vt in dictis locis ſcribentes, *Iacobũ Simanc. de Catholic. inſtit. titul. 29. num. 1. & ſeq. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 1. cap. 41. num. 2.* multoſque alios, quos operoſum valde eſſet recenſere, omittamus, compendio vtentes ) pleniſsimè copioſus egit *Proſper. Farinac. in tract. de hæreſ. quæſt. 192. §. 2. per tot.* & recentiùs *Anton. Ricciul. de iur. perſonar. extra Eccleſ. grem. exiſtent. lib. 5. capit. 13. per tot.* Et
70 priuilegiis Catholicis conceſsis † iuſtiſsimè priuentur, Imperatorum Cõſtantini Theodoſii, & Iuſtiniani cõſtitutionibus *in l. 1. & in auth. ſequenti. & in l. Curiales, 7. C. de hæretic. & in auth. de priuilegiis dotis hæreticis mulierib. non præſtand. coll. 8.* Ideoque nec legis noſtræ vnicæ priuilegio vti Viduam iudæam, aut hæreticam poſſe, aduertit *Iſern. in conſtit. regn. 18. lib. 1. verb. Iudeis, verſ. Cum priuilegia,* quem probat (contempto *Afflict.* contrarium *ibidem* tenente, *num. 47. verſic. Item 4.*) *Anton. Ricciul. dict. tract. lib. 2. capit. 48. numero 9.*

71 Limita decimotertiò in Fiſci cauſis, † redditibuſque Regiis à quolibet præfatorum *Miſerabilium* exigendis, ex *l. 2. & toto titul.* ( vbi Doctores notant) *C. vbi cauſ. fiſcal. l. 1. D. de offic. procurat. Cæſar. l. Si vt proponis, 5. C. de bon. præſcrip.* profitentur *Aretin. conſ. 83. numer. 5. & ſeq. Iacob. Menoch. de arbitrar. dict. caſu 66. num. 52. Ioann. Mar. Nouar. d. ſect. 2. quæſt. 15. per tot. & quæſt. 43. numer. 2. Marcheſan. de commiſſ. dict. 2. part. §. 2. num. 102.* Hacque exceptione Regias fori literas expediri teſtatur D. Præſes *Couarruu. practic. dict. cap. 7. num. 5. verſ. Quintus, vbi actum fuerit de redditibus Regiis à vidua exigendis. Nam in hiſce caſibus non licet ei viduæ, quæ vocata fuerit ad iudicem inferiorem eius tribunal declinare.* & ex *Monterroſ. Franciſc. Carraſ. de caſib. cur. num. 66.* Hiſpanam limitationis adiiciens clauſulam: *Excepto en ſeis caſos, y cauſas, conuiene a ſaber: en cauſa criminal, ò marauedis pertenecientes al Rey, &c.* Cęteros ibi, numeriſque ſeqq. proſequens, hunc eundem, *num. 79.* repetens.

Limita decimoquartò in rationum
72 iudicio, † non enim tutor, curator, vel adminiſtrator à *Miſerabili* conuentus ad Curiam pro rationibus reddendis trahetur inuitus, ſed in loco adminiſtrationis geſtæ conueniri omnino debebit, ex *l. 1. & 2. C. vbi de ratiotine agi oport.* vt expendunt *Eſcobar de ratiotin. cap. 4. num. 56. & ſeq. Ioan. Mar. Nouar. dict. ſect. 2. quæſt. 17. per tot. Steph. Grat. in addition. ad deciſ. 180. num. 6. & 7. & Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 2. cap. 2. num. fin.*

Cæterum, vt rationes in loco tutelæ,
73 † curæ, vel adminiſtrationis geſtę reddantur, vtque ad id tutorẽ, curatorem, vel adminiſtratorem Princeps compellat, poſſe à *Miſerabili* Principem ipſum adiri, fatetur *Eſcobar ibidem.* Vel
74 ſi rationibus ſe grauatum † ſentiat, Principẽ appellare poſſe, apud eũq; rationum retentionem petere, iureque retineri:

retineri: aut ſi inter magnatem, diuitem, vel potentem rationes Minoris, alteriusvè miſerabilis, cuius merito potentiam perhorreſcat, diſpungantur, nullo etiam grauamine apparente, procedere, idem ipſe *ibi, nu.* 58. *& ſeqq.* firmat, & ita deciſum in Regio Neapolit. Concil. *Nouar.* tradit, *de priuileg. miſerabilium perſon. priuileg.* 65. *numero* 3.

75 Limita decimoquintò, † in cauſis feudalibus, cum ſuos hæ proprios Iudices habeant, apud quos tractandæ neceſſario ſint, vt monſtrant iura, quæ *infrà num.* 229. citamus, & tenent *Afflict. in dict. Conſtit. Statuimus, num.* 33. *q.* 10. *& deciſ.* 257. *n.* 3. vbi pleniùs *Vrſil. n.* 4. *& ſeq. Ioann. Mar. Nouar. in praxi, dict. ſect.* 2. *quæſt.* 22 *per tot. & quæſt.* 43. *n.* 3. *Camil. Borrel. de præſtant. Reg. Catholic. cap.* 62. *num.* 58. *& in ſumm. deciſ. part.* 1. *titul.* 56. *num.* 43. *Alex. Trentac. var. reſolut. lib.* 2. *tit. de citat. reſolut.* 2. *num.* 21. *Bernard. Grœuæ. in practic. Camer. Imper. concluſione* 1. *conſider.* 1. *numero* 15.

Decimoſextò, principalē concluſionē
76 eadem limitaratione, † in Officialibus ſyndicatis, quòd deſtinatos iudices adminiſtrationis ſuæ ſyndicantes habeāt, quorum iudicium, nec ſubterfugere ipſos; nec pro rebus in officio geſtis ad alios trahi poſſe, Iura decernunt in *rubro, & nigro, C. vt omnes iudices, tàm ciuiles, quàm militares, poſt adminiſtrationem depoſitam, per quinquaginta dies in ciuitatibus, vel certis locis permaneant, l.* 6. *titul.* 4. *part.* 3. *l.* 23. *titul.* 7. *lib.* 3. *nouæ Reg. collect.* Ita & in ſpecie tenet, & conſtitutum pariter in Regno *Neapolitano* dicit *Ioan. Mar. Nouar. dict. ſect.* 2. *quæſtion.* 43. *num.* 4. Apud quem alios ibidem quoque caſus in quibus *Miſerabilibus* cauſam ad Curiam referre conceſſum non eſt, quia iudices ſpeciales deſignatos aduerſarii habeant, videre licet. Conſulenduſque pariter ad id diligentiſsimus *Oſuald. Hilig. in Donel. enucl. lib.* 17. *capit.* 20. *liter. E. verſicul. Simile verò, & liter. F. & ſeqq.*

Limita decimoſeptimò principalem
77 concluſionem † in reconuentionis caſu: apud iudicem enim coram quo Vidua, aut Pupillus, &c. reum conuenerit, ſi ab eodem recōueniatur; eius ſubterfugere iudicium nequibit, aut forū priuilegii prætextu declinare, æquitatis ratione à Iuſtiniano perpenſa in *l. Cùm Papinianus,* 14. *in fin. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic. Cuius eim* (inquiēs) *in agendo obſeruat arbitrium, eum habere & contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur.* proſequiturque in *auth. Et conſequenter,* ſtatim ſequenti.

Quæ quidem efficit, vt licèt laicus non niſi coram Eccleſiæ iudice Cleri-
78 cum † conuenire poſsit, *cap. Si diligenti,* 12. *de foro compet. auth. Statuimus, C. de Epiſc. & Cleric.* cum aliis: Si tamen laicū coram eius iudice laico Clericus con-
79 ueniſſet; ab eo reconuentus, † ibidem cogitur ſuſtinere iudiciū, *Gloſ. verb. Super ſuis quæſtionibus, poſt med. in cap.* 1. *de mut. petit. Gloſ. in cap. At ſi clerici,* 4. *verb. Non tenet, poſt princip. verſ. Sed ſi clericus, de iudic. Bart. in d. auth. Et conſequenter, in fin. Specul. lib.* 2. *partic.* 1. *titul. de reconuentione, §.* 2. *incip. Nunc dicamus, num.* 7. *Marant. de ordin. iudic.* 4. *p. diſtinct.* 6. *nu.* 44. ſecundùm antiquiorem impreſsionem; *& in repet. legis Si actor, D. de procurat.* etiam, *num.* 44. cum prope infinitis *Farinac. in praxi crimin.* 1. *p. quæſt.* 8. *num.* 99. & recentiùs *Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 746. multiſque aliis adductis *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. cap.* 1. *de mutuis petition. num.* 4. & in ſpecie, caſuque præſentis limitationis, *Nouar. in praxi, dict. ſect.* 2. *quæſt.* 24. *per tot.*

Limita decimooctauò in eo, qui
80 quinquennalem † dilationem petit, quem quamtumuis priuilegiatum, fori electione, aut præſcriptione non vti, firmant *Viui. deciſ.* 38. *numero* 8. *& Nouar. dict. ſect.* 2. *quæſt.* 25. *per tot. præcipuè num.* 3.

Prin-

81 Principale deniq; decimonono limita cõcluſionem,† eamq; procedere intellige, ſi Vidua, cæteri vè prædicti Miſerabiles de priuilegio ſuo opponant, aliter agitatum iudicium tenet, vt notat *Afflict. dict. Conſtit. Statuimus, numero 38. & Marcheſ. dict. 2. part. §. 2. nu. 77.* comprobantque tradita à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 35.* ferè per tot. & ab *Anton. Ricciul. de iure perſonar. extra Eccleſ. grem. exiſtent. lib. 4. cap. 31.*
82 *numero 36. 37. & 38.* affirmante, † iudicium cum excommunicato actore agitatum, ſuſtineri, ſi de excommunicatione non fuerit ab aduerſario oppoſitum, ex *text. in cap. 1. de except. libro 6. Abbate in cap. Intelleximus, numero 13. Felin. num. 9. Decio, numero 76. de iudic.* multiſque aliis, numeris id ſeqq. amplians.

Sic etſi reus actorem non coram alio, quam coram conuentionis iudi-
83 ce † reconuenire debeat, vt probat *text. in capit. 1. de mut. petit.* vbi *Auguſtin. Barboſ. n. 2. & 3.* in id adducit *Marant. Muſcat. Cardoſ. & Petr. Barboſ.* ita pariter ordinatione Luſitana cautum referens: Si tamen de hoc pars non opponat, reconuentionis iudiciũ coram diuerſo Iudice agitatum ſuſtineri, aſſerit *Cald. Pereyr. de reſolut. emphyt. capit. 17. numero 10. verſicul. Infero decimoquinto,* quem ipſemet *Auguſt. Barboſ. dict. num. 3.* referendo, ſequitur.

Sic, licèt inquiſitio contra non infa-
84 matum, † non teneat, vt probant *text. in cap. Inquiſitionis, 21. & in cap. Qualiter, & quando, 2. in ordine 24. de accuſation. & in cap. Licèt Heli, 31. de ſimon.* & communiter in dictis locis Scribentes, lateque *Farinac.* & ab eo adducti, aſſertionem hanc comprobans, amplians, & ornans à *num. 1. cum ſeqq.* & ab *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. cap. Qualiter & quando, num. 5.*

85 Parte tamen non opponente, † infamia etiam non præcedente, inquiſitionem tenere, firmat idem ipſe *Barboſ. ibid. numero 13.* poſt *Duen. regul. 298. limit. 1. Farinac. dict. loco, numer. 12. & in collect. ad cap. 2.* per text. ibi *eod. titul. de accuſat. lib. 6. num. 1. & 2.*

86 Sic incertitudo, † quæ actum viciat, (vt *in Axiomatib. noſtris* multis iuribus, & auctoritatibus comprobamus, *lit. I. num. 35.*) non viciat, ſi pars non opponat, iuxta *notata in l. fin. C. de annal. except.* & aduertit *Andr. Fachin. controuerſ. lib. 11. cap. 19. verſicul. Contrarium, in fin.* Qui & in *verſicul. Reſpondeo*, cum *gloſ. fin. in fin. in l. Qui habebat, 54. D. de manumiſſ. teſtam.* & *Cephal. conſ. 47. nu. 20.*
87 nemine † de ſententiæ nullitate opponente, eſſe ac ſi valida foret (iuxta ſenſus, intellectuſque ibi aſsignatos) profitetur, ſimiliter & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. part. 1. capit. 16. numero 35.*

88 Sic executionem nullam † ob non ſeruatam *legis 19. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. collect.* formam, præſcriptumque ordinem; parte non opponente conualeſcere, tradit (cum *Paul. Boer. Tiraq.* & aliis) *Parlador. rer. quotidian. libro 2. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 6. Steph. Gratian. Marchiæ deciſ. 208. numero 12.* Decii, Crauettæque authoritate, firmantium, iudicium ſubſtantialibus carens, non aliter inualidum eſſe, quàm ſi pars opponat.

Et generaliter, quamlibet diſpoſi-
89 tionem aliquid facere aſtringentem, † intelligendam, *ſi in iudicio fuerit petitum*, neque aliter iudicem, aut partem arctari (relatis *Bart. Felin. Alex. Caſtr. Corſet. Hippol. Puteo*, & aliis) tenet *Borgnin. Caualcan. de tutore, numero 40.*

Hæc quoad legis noſtræ vnicæ diſpoſitionem, perſonarumque in ea contentarum fori priuilegium: quoad alia verò, an *Miſerabilium* locum & ipſæ teneant, quatenuſque priuilegiatæ exiſtant; ſupereſt videre.

Et quoad alia, in multis ſi diuites ſint, *Miſerabilium* priuilegiis non gaudere, iam in proœmio aduertimus: longè tamen plura, extra iam dicta, præfatis Miſerabilibus lege noſtra vnica nominatis ſpecialia, conceſſaque priuilegia

gia in iure extant. Vtque per nominationem ab eademlege factam exequar: Pupillorum in primis recenſenda ſe of-
90 ferunt, quibus eos diuinæ, † humanæque leges proſequuntur. *Exodi 22. Zacar. 7. Ierem. 5. Iſai. 1.* & alibi ſæpè vt inferiùs, *num. 202.* pariter notamus. Paruuloſque inter nos degens Legislator Supremus, Chriſtus Dominus, & ſpeciali amore proſequutus; & proſequendos in poſterum monſtrauit, *Matth. 18. & 19. Tunc oblati ſunt paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: diſcipuli autem increpabãt eos. Ieſus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim Regnum Cœlorum.* Et Marc. 19. *Et accipiens puerum, ſtatuit eũ in medio eorum: quem cum complexus eſſet, ait illis: Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo; me recipit.* Idque ipſum *Luc.* refert. *cap. 9.* Merito inde Gelaſ. Papa in *cap. 2. diſt. 87.* ait: *Defenſionis propriæ deſolatis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe pro ætatis infirmitate nõ poſſunt, exoratum Pontificem decet ſubuenire: quia Pupillis tuitionem etiam Diuinitas iuſſit impendi.*

Prophanæ quoque leges Pupillorum præcipuam curam habent, commendant, communem faciunt, earumq; Latores illam certatim oſtẽdere tentant. Pandent tot illico ab eis cõceſsi, à Nobis numerandi fauores: interim *Seueri* Imperatoris edicti verba aſſertionem confirment; cuius chronographus *Modeſtinus* exiſtit, in *l. 3. D. qui pet. tutores.* Qui Vlpio Ruffino ſcribens, ait: *Omnem me rationem habere ſubueniendis Pupillis, cum ad curam publicam pertineat; liquere omnibus volo.*

Adeòque ſubuentionis promiſſæ implementum præſtitere; vt maius Pupil-
91 lis in bonis ſuis; quàm mulieribus † pro dotibus, quamque Fiſco priuilegium dederint, quemadmodum ex textu in *l. Si tutor, 6. C. de ſeru. pignor. dato manumiſ.* deducit *ibid. Gloſ. vnic. in fin.* ex *lege* pariter 1. & 3. *eiuſdem titul.* Minoreſque etiam vigintiquinque annis, aduerſus Fiſcum in integrum reſtitui (huius rei Fiſcalium rerũ adminiſtratores admonens, certioreſque reddẽs) oſtendit Paul. *in l. In fraudem, 45. § fin. D. de iure Fiſc. Minoribus 25. annis, neq; fundus, neque vectigalia locanda ſunt; ne aduerſus ea beneficio ætatis vtantur.* ſimiliter Vlpian. in *l. Si ex cauſa, 10. §. Si in commiſſum, D. de minorib.* & Imperatores Verus, & Antoni. *in l. 1. C. ſi aduerſ. Fiſc.* decreuere.

Idque præcipuum Pupillus in hoc
92 Minore adulto habet; quòd hic, † reſtitutione aduerſus Fiſcum eget: ille, abſque reſtitutione tutus eſt, ex Vlpiani reſponſo in *l. Imperatores, 7. § fin. D. de public. & vectigal. & ibid gloſ. verb. Commiſſi, in fin.* & in *d. § Si in commiſſum, verb. Reſtitutio.*

Sicque Pupillorum commodis Leges inuigilant; vt non modo matribus, aut conſanguineis illorum curam, ſolicitudinemque committant (naturalem affectionem pœniſquoque excitantes) ſed publicam, vt diximus, faciant.
93 Et ideo mater, † *quæ vel non petit tutores idoneos filiis ſuis; vel prioribus accuſatis, reiectiſvè, non confeſtim aliorum nomina ediderit: ius non habeat vendicandorũ ſibi bonorũ inteſtatorũ filiorũ.* vt Seueri reſcripto in *d. l. 3. D. qui pet. tut.* continetur. Cuius & ab Vlpiano traslata ſunt verba in *l. 2. §. Si mater, D. ad S.C. Tertyl.* Vndè textus quoque emanauit deciſio in *l. Omnem, 6. C. eod. titul. Omnem matri* (Imperatores Gra. Valen. & Theodoſ. aiunt) *ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſi filius impubes moriatur, denegandã volumus ſucceſſionem: ſi ea legitima liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas (contra ſacramentum præſtitum) aſpirauerit nuptias, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, ſoluerit.* De qua latè *Ioan. Gutier. de tutel. 1. part. cap. 16. num. 134.* & *Nos, de priuileg pauper. 2. p. quæſt. 60. num. 5. 6. 8. & ſeqq.*
94 Conſanguineos † huius curæ immemores, parumvè ſolicitos, Theodoſ. & Valer. Imperatores ſic in *l. Sciant, 10. C. de legitim. hæred.* & admonent, & puniunt:

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

niunt: *Sciant qui ad ſucceſſionem vocan-*
*tur Pupilli mortui, ſi defuncto eius patre,*
*tutorem ei ſecundum leges, non petierint in-*
*tra annum: omne ei, ſiue abinteſtato, ſiue*
*iure ſubſtitutionis, ſi impubes moritur, de ne-*
*gandam.* quæ concordē habet *legem* 12.
*titul.* 16. *part.* 6. quarum materiam diſ-
cutit *Gutier. dict. cap.* 16. *numero* 136. *&*
*ſeq.*

In matris autem, vel aliàs iure ſuc-
95 cedentium defectu † hanc petendi Pu-
pillo tutorem, curam, etſi voluntariam,
eius educatori, vel parentis amicis in-
iungit Modeſtinus, in *l.* 2. *D. qui petant*
*tutores.* quam & *dict. l. Regia,* 12. confir-
mat; & in eo illam quoque excedit,
eiuſque diſpoſitionem extendit, vt cui-
96 libet † de populo id non modo liceat:
ſed tutorem petendi neceſsitatem im-
ponere videatur, prouidēs: *O ſi nō ouieſ-*
*ſe parientes que lo fizieſſen: eſtonce los ami-*
*gos del moço, ò otros qualeſquier del pueblo*
*deben pedir al Iuez: q̃ dè al huerfano guar-*
*dador que ſea a tal, que aliñe el pro del mo-*
*ço.*

Nemine tandem tutorem Pupil-
97 lo petente, † ex officio illum poſſe
Iudicem aſsignare, probant *text. in l. Il-*
*lud,* 5. *D. de tutor. & curat. dat. ab his, &*
*in l.* 1. *§.* 1. *verſic. Magiſtratibus, D. de Ma-*
*giſtrat. conueniend.* firmatque (cum *Bart.*
*Alexand. Purpur. Socin. Gregor. Lopez,* &
aliis ab eo adductis) *Gutier. dict. cap.* 16.
*numero* 140. Quemadmodum, & Aduo-
cato carenti *Vlpianus* prouidit in *l. Ne*
*quidquam,* 9. *§. Aduocatos, D. de offic. Pro-*
*conſ. & Legat.* neceſsitatem Iudici hu-
iuſce prouiſionis imponens.

Quæ quidem aduerſus notas Iuris
regulas, Pupillorũ fauor obtinuit, quæ
98 & non niſi petitum † impartiri Iudi-
cem officium ſuum debere, & à iudicio
99 pariter repellendum de ſuo intereſſe †
non docentem dictitant. Vt primum,
*in tract. de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.*
35. *numero* 1. *& ſeqq.* oſtendentes orna-
mus: ſecundum, in *Axiomatib. noſtris,*
*lit. I. numero* 92. *& ſeqq.* Vbi illud ſimul
100 Pupillorum gratia † *numero* 96. limita-
mus.

Vtque ad alia tranſitum faciamus:
Inter viuos manumiſſo, cui expreſsè
102 peculium ademptum † non eſt, conceſ-
ſum videri; *Paulus* edixit, in *l. Si Sthico,*
54. *D. de pecul. Si Sthico* (ait) *peculium*
*cum manumitteretur, ademptum non eſt: vi-*
*detur conceſſum.* Cuius Imperatores
Diocletianus, & Maximianus iudiciũ
probarunt, in *l. vnic. C. de pecul. eius qui*
*libert. mer.*

Conceſſum tamen, & in hoc caſu
103 peculium non videri † à Pupillo tutore
auctore manumiſſo, apud Pupillumque
remanere: in hæc verba *Paulus* idem
reſpondit, in *l. Pupillus,* 24. D. de ma-
numiſ. vindict. *Pupillus, qui infans non*
*eſt, apud concilium rectè manumittit. Pau-*
*lus; ſcilicet, tutore auctore: ita tamen vt pe-*
*culium manumiſſum eum non ſequatur.* &
*ibidem finalis* notat *Gloſſa.*

Pupillis, nec longiſsimam quidem
104 præſcriptionem † (quæ etiam contra
quoſuis priuilegiatos curreret) nocere,
Imperatores Honor. & Arcad. in *l. Si-*
*cut,* 4. *C. de præſcript. trigint. vel quadrag.*
*annor.* in hunc ſanè modum decreuere:
*Non ſexus fragilitate, non abſentia, non mi-*
*litia contra hanc legem defendenda: ſed*
*Pupillari ætate dumtaxat (quamuis ſub*
*tutoris defenſione conſiſtat) huic eximenda*
*ſanctioni.* Qua de re plenè *Franciſ. Balb.*
*de præſcriptionib. part.* 6. *cap. incip. Poſt-*
*quam ſatis, num.* 29. *cum ſeqq. pagina mi-*
*hi* 558.

105 Id quod & in vſucapione † *Paulus*
ſentit, in *l.* 2. *§. Tutor, D. pro emptore, in*
*l. Alienationis verbum,* 28. *D. de verbor.*
*ſignific. & in l. Bonæ fidei,* 48. *D. de acquir.*
*rer. domin.* vbi ſic *Gloſſa* (contrariis re-
ſpondens) firmat, *verb. Pupilli, Gloſ.* etiā
*in l. Si communem,* 10. *verb. Et ego, D.*
*quemadmod. ſeruit. amitt. & in l. Apud*
*Celſum,* 4. *§. Si quis non tutor, verb. Suam,*
*D. de doli mal. & met except.*

Licèt eam (ex ſententia *Angeli,* per
*auth. Quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*
in hoc ius antiquum non corrigentē)
106 etiam contra Romanam † Eccleſiam,
triennio perfici, *Felin.* dicat in *cap. Ad*
*audientiam, de præſcr.* relatus à *Franciſc.*
*Balb.*

*Balb. dict. tract. partis* 5.1.*part. numero*
23.*pag. mihi* 402. *in princip.* etſi in pro-
greſſu, ſatis controuerſum id eſſe oſtē-
dat. Quam apud nos difficultatem Re-
gia *lex* ſedauit 16. *titul.* 29. *part.* 3. du-
bitationem ex *dict. auth. Quas actiones*,
eius, quoad id, inuolucro verborum
inſurgentem, tollens: Vſucapionem
triennio contra quamlibet Eccleſiam,
Romana excepta, perfici ſtatuens, ad-
uerſus quam centum annorum, tàm
quoad res immobiles, quàm mobiles
præſcriptionem requirit, requirebant-
que magis communiter & Canonici,
& Ciuilis Iuris Interpretes, vt *Couarr.*
tradit (legis prædictæ Regiæ mentione
nulla facta) *in relect. cap. Poſſeſſor, de re-
gul. iur. libro* 6. *part.* 2. *§.* 2. *nume-
ro* 5.

Quare neque ad inueſtituram peten-
107 dam, † Pupillo tempus currere, etſi ad-
ulto currat: aduertit *Vlderic. Zaſ. de feud.
p.* 7. *n.* 11. *inter tract. Doctor. tom.* 10. *p.* 1.
*fol. mihi* 310.

Defunctorum voluntates ad amu-
108 ſim, † proque legibus ſeruandas, pietas
ſuadet, leges imperant, *auth. de nupt. §.
Diſponat, collat.* 4. *l. In conditionibus pri-
mum locum*, 19. *D. de condit. & demonſtr.
cap. Tua nos* (*& ibi gloſ. verb. Voluntatem*)
*extr. de teſtament.*

109 A quibus Pupillorum gratia † recedi
ſolere, communis magiſter *Bartol.* no-
tauit in *l. In confirmando*, 8. *D. de confir-
mand. tutore.* eſtque in id ibi non obſcu-
rus textus, cum *lege ſequenti*, 9. & 10.
vbi Triphonius (dictæ quoque *legis In
confirmando*, Auctor) ait: *Vtilitatem Pu-
pillorum Prætor ſequetur; non ſcripturam
teſtamenti, vel codicillorum.*

Tutorem Pupillo ſub conditione, †
110 vel die dari poſſe, *Papinianus* negauit,
in *l. Actus legitimi*, 78. *D. de regul. iur.* &
Vlpian. in *l. Multo*, 6. *§. Sub conditione,
D. de tutel.* Cum idem, procuratorem †
111 eo modo dari permiſerit in *l.* 3. *D. de
procuratorib.* Cuius differentiæ Pupil-
lorũ fauor in cauſa eſt, *nedũ diei*, vel *con-
ditionis exiſtentia ſpectatur, bona Pupilli
negligantur, & pereant*, vt ex *Bartol. in d.
§. Sub conditione*, tradit *ibid. gloſſæ primæ
Additionator.*

112 Sine accuſatore procedere, † aut in-
quirere contra quemuis Iudicem non
poſſe *Vlpianus* edixit in *l. Reſcripto*, 6.
*§. Si quis accuſatorem, D. de munerib. &
honor.* Modeſtin. in *l. fin. D. de in ius voc.*
Imper. Alex. in *l.* 3. *C. qui accuſ. non poſſ.*
Fœlix Papa in *cap.* 1. *de accuſat.* inquiēs:
*Si legitimus non fuerit accuſator, non fati-
getur accuſatus.* D. item Ambroſ. lib. 8.
epiſtolar. ad Syagrium: *Si leges publicas
interrogemus, accuſatorem exigunt.* eſtque
de iure Regio text in *l.* 3. *titul.* 17. *part.*
3. Quodque Chriſtus Dominus,
ſupremus Legislator, facto compro-
bauit *Ioannis.* 8. *capit.* Aguntque plenè
hac de re (vt antiquiores apud eos vi-
dendos, omittam) *Paz in praxi.* 1. *part.*
5. *tom. cap.* 1. *numero* 2. *& ſeq. Proſper. Fa-
rinac. quæſtion.* 1. *numero* 7. *Andr. Fachin.
controuerſ. iuris, lib.* 1. *cap.* 34. Videndaq́;
*ſuprà in proœmio* notata *num.* 50.

113 Pupillorum autem debilitas † tot iu-
ribus fulcitam regulam infringit, Vl-
piano in *l.* 3. *§. Præterea, D. de ſuſpect. tu-
tor.* hæc proferente: *Præterea videndum
eſt, an ſine accuſatione poſſit ſuſpectus re-
pelli? Et magis eſt, vt repelli debeat, ſi Præ-
tori liqueat ex appertiſſimis rerum argu-
mentis, ſuſpectũ eum eſſe. Quod fauore Pu-
pillorum accipiendum eſt.* obſeruatq; *Gloſ.
in cap. Venerabilis*, 37. *verb. Suſpectus, cir-
ca med. verſ. Et etiam iudex, de offic. & po-
teſt. iudic. deleg.*

114 Fideiubere pro alio † non magis quã
donare quis cogitur, cũ ſpecies dona-
tionis fideiuſsio ſit, ex *Iaſone in l. Qui
pecuniam, numero* 1. *D. de pact. Stephan.
Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 3. *capit.* 513.
*numero* 19. mera gratia, proueniens,
vt *idem ipſe Gratian. diſcept.* 459. *numero*
14. ait, voluntariumque beneficium eſ-
ſe debeat, cum ſit *Beneuola actio, tribuens
gaudium, capienſque tribuendo: in id quod
facit prona, & ſponte ſua parata.* vt *Senec.*
definit, de *benefic. lib.* 1. *cap.* 6. Probantq́;
dicta à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part.
quæſtion.* 34. *num.* 3. & *titul. D. & C. de
fideiuſſor.*

Pro

Pro filio tamen Pupilli tutore deſi-
115 gnato, † vel fideiubere pater, vel ean-
dem cum filio tutelam ſubire *Adriani*
Imperatoris edicto compellitur, ab
*Vlpiano* relato in *l.Si quis inter,* 18. *§.Si*
*quis,* & *§.Imperator,D.de excuſat.tutor.*
*Si quis creabitur tutor, exiſtens in patris*
*poteſtate; deinde pater noluerit pro eo caue-*
*re; iuſſerunt leges, & ipſum patrem creari*
*tutorem, vt nullo modo impediatur tutelæ*
*cautio.* Vlpian.in *d.§.Si quis,*ait, Adria-
nus verò,in dict.§.Imperator: *Si Iſido-*
*rus Marcus, quamuis filius familias ſit;*
*idoneus tamen non eſſe videbitur: pater au-*
*tem eius idcirco cauere non vult, vt filium*
*ſuum tutela eximat, & in hoc artificio per-*
*ſeuerauerit: exiſtimo te huic fraudi occurſu-*
*rum, vt filius, & ipſe ad tutelam libero-*
*rum Clementis, gerendam compellan-*
*tur.*

116 Quem neque Reſpublica † adepta
eſt tautorem, vt ex *l.3. §.Si filius,* & *§.*
*Quod pater,D.de muner.& honorib.* & ex
*l.Spurii,*6.*§.Prætor, D. de decurion. &*
*eor.filiis,*notat *Accurſ. in dict.§.Si filius,*
*verb.Non habet,in fin.*& in *§.Si duo,*eiuſ-
dem *legis, verb. Non compellitur.* Quæ
pro munere filio impoſito, fideiubere
patrem, idemvè cum filio ſubire mu-
nus non adſtringi, apertè probant.
Hodie videnda circa id *Regia pra-*
*gmatica edita anno* 1623. *capite, ſiue*
*num.*19.

Fideiuſſores vbi plures dati ſimpli-
117 citer exiſtunt, † pro parte conuenien-
dos, frequenter in Cauſidicorum ore
verſatur, ex *Diui Adriani* epiſtola, diui-
ſionis beneficio vtentes, vt Caius no-
tat in *l.Inter fideiuſſores,*27. *D.de fideiuſ-*
*ſorib. & mandat.* & Iuſtinianus ſanxit
in *l.fin.C.de conſtit. pecun. & in §.Si plu-*
*res,inſtit.de fideiuſſor.* Regiaque *l.*8.*titu.*
12.*part.*5.

118 A tutoribus † autem ſic fideiuſſores
datos, conuenire inſolidum poſſe, *Pau-*
*lo* placuit in *l.fin. D rem Pupilli ſaluam*
*fore,* vbi hunc Pupillorum fauorem *Ac-*
*cuſ.*ponderat, *verb.Diuidendæ,& in dict.*
*§.Si plures,verb.Pater,*& *Paul.Montan.*
*de tutel.cap.*32.*regul.*7.*num.*18.

119 Poſſe quem per alium, † quod po-
teſt facere per ſe ipſum, vulgaris eſt re-
gula, tradita in *cap Poteſt quis,*68. *de re-*
*gulis iuris, libro* 6. & aliis citatis à *No-*
*bis, in Axiomatib. litera F. nume-*
*ro* 5.

In tutelarum tamen excuſationibus,
120 † limitata inuenitur. Per ſe namque
ipſos tutores nominatos, excuſationẽ
à tutelis prætendentes, non per alios,
eam petere debere, non aliis mandare,
*Papinianus* cenſuit in *l. Excuſare,* 28.
(ſecundum tertiam lecturam, quam il-
li *Gloſſa* aſsignat *vnica*) *D. de excuſat.*
*tutor.*

121 Sententiam ex falſa cauſa, † falſisvè
allegationibus latam, tenere, appella-
tioneque ad illius reciſionem opus eſ-
ſe, aſſerunt *Bernard. Diaz, regul.* 677.
*Ioann.Gracian.regul.*417. *numero* 5. an-
tiquioribus relatis, etſi ab eis in id ci-
tata *Gloſſa in l.Is ad quem, D.de acquir.*
*hæredit.* meæ vigilanti perquiſitioni la-
tuerit.

122 Talem verò aduerſus Pupillum † ex
falſis allegationibus ſententiam latam,
nullam profert Sceuola, in *l. Qui teſta-*
*mento,* 40. *D.de excuſat. tutor.* quam ſic
*Dynus* ſũmat: *Inſertio falſæ cauſæ, reddit*
*ſententiam ipſo iure nullam fauore minoris.*
Imperatorq; *Alexand.* confirmauit, in
*l.*1.*C.ſi tutor,vel curat.falſis allegationib.*
*excuſatus ſit.*

In re Pupillaribus pecuniis (alterius
licèt nomine empta) triplici Pupillus
123 priuilegio gaudet. Tacitam † namque
in ea hypothecam habet, ex Vlpiani
reſponſo in *l.*3 *D.de reb.eorum,* Impe-
ratoriſque *Alexandri* conſtitutione
(Diuorum parentum ſuorum ſanctione
confirmata) in *l.Si tutor,* 6. *C. de ſeruo*
*pignor. dat. manumiſſ.* Eſtque apud nos
Regia *l.*25.*titul.*13.*part.*5. quam alii nõ
habent, *l.quamuis ex ea,*17. *C.de pignor.*
*& hypothec.*

Omnibuſque etiam anterioribus cre-
124 ditoribus † in ea præfertur ab Vlpiano
in *l.Idemque,*7. *D. qui potiores in pign.*
*habe.vbi Accurſ verb.Res fuerit. Bartol.*
*& cæteri Scribentes* notant, *Vital.de Cam-*
*ban.*

*ban de clauſul. clauſul. Et ſpecialiter obligauit, numero* 5. *Gaſp. Rodr. de annu. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 6. *& lib.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 8. *in fin. Franciſc. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 2. cum aliiſque *Antonin. de Amat. reſol.* 3. *numero* 66. *& ſeq.* Idemque lex prouidit *Regia* 30. *dict. titul.* 13. *part.* 5.

Cum aliorum priuilegia ex tempore metiantur *Apbrican.* in *l. Qui balneum,* 9. Caius in *l. Potior,* 11. *D. qui potior, in pignor. babe.* cæterique Ciuiles, Canonici, Regiique Legiſlatores, & eius Profeſſores, quos plena congeſsimus manu in *Axiomatib. noſtris, liter. P. numero* 163.

125 Imò rem hanc Pupilli fieri, † vindicationemque pro ea Pupillo competere; Imperator Anton. (iuxta antiquius *Vlpiani* decretum, in *l.* 2. *D. quando ex fact. tutor.*) in *l.* 3. *C. arbitr. tutel.* ſanxit, confirmatum à *lege Regia,* 49. *tit.* 5. *part.* 5. Quod aliis iura denegant citanda *inferiùs q.* 8. *num.* 232.

126 Procuratoribus pluribus, in ſolidum non datis, † vnum ſine alio agere non poſſe, *Iulianus* reſpondit in *l. Qui duos,* 47. *D. de procuratorib.* Bonif. VIII. ſanxit, in *cap. Si duo,* 6. extr. *eod. tit. lib.* 6. decernens: *Si duo procuratores ſimul* (*non adiecto* In ſolidum) *deputentur: vnus ſine alio non debebit admitti,* & Regia confirmauit *lex* 18. *tit.* 5. *p.* 3. Quæ Gloſſarũ, Auctorumque profuſam relationem excuſant.

127 Idemque in pluribus teſtamenti executoribus † datis; quorum vnum ſine altero, ſi præſentes ſint, exequi non poſſe, probat *text. in cap. Religioſus,* 2. *§. Sanè, de teſtament. lib.* 6. vbi ſic (poſt *Greg. Lopez in l.* 6. *tit.* 10. *p.* 6. *& Bened. Capr. tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 21. *nu.* 16.) aſſerit *Auguſt. Barboſ. num.* 14.

128 Pluribus autem tutoribus † deſignatis, quemlibet eorum (etiamſi in ſolidum dati non ſint) poſſe agere: Pupillorum fauor (pietate ductrice) obtinuit, auctore *Paulo* in *l. Decreto,* 25. *§. Si duobus, D. de admin. tutor. Si duobus* (inquit) *tutela ſimul gerenda permiſſa eſt, vel à parente, vel à contutoribus, vel à Magiſtratibus: benignè accipiendum eſt, etiam vni agere permiſſum.* Iuſtinianoque Imperatore confirmante, in *l. fin. C. de auctorit. præſt. & in l.* 1. *C. ſi vnus ex plurib. tutor.* & Regia *lege* 17. *titul.* 16. *part.* 6. Nullo ex iuribus his relatis aliis ornat, probatque *Gratian. diſcept. forenſ.* 1. *p. c.* 86. *num.* 10. 11. *&* 12.

Quamuis in ea ſint Pupilli ætate, in qua diſcernere nequeant: fauorabiliores † tamen quàm alii qui iudicio carent, *Paulus* in *l. Pupillus,* 9. *D. de acquir. hæredit.* his verbis protulit: *Pupillus ſi fari poſſit, licèt eius ætatis ſit, vt cauſam adquirendæ hæreditatis non intelligat: quãuis non videatur ſcire huiuſmodi ætatis puer* (*neque enim ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt, non magis quàm furioſus:*) *tamen, cum tutoris auctoritate, hæreditatem adquirere poteſt. Hoc enim fauorabiliter ei præſtatur.* Conuenitque *text.* in *l. Potuit,* 5. *C. de iure deliber. & in l.* 13. *tit.* 6. *part.* 6. 129

Impuberibus abſtinendi, etſi hæreditati ſe immiſcuerint, † poteſtatem facit: puberibus denegat *Pomponius* in *l. Impuberibus,* 11. *D. de acquir. hæred.* inquiens: *Impuberibus liberis omninò abſtinendi poteſtas ſit: puberibus autem, ita ſi ſe bonis non immiſcuerint.* Similiter & Caius in *l. Neceſſariis,* 57. *D. eod. tit.* his verbis: *Neceſſariis hæredibus, non ſolum impuberibus; ſed etiam puberibus, abſtinendi ſe ab hæreditate, Proconſul poteſtatem facit: vt quamuis creditoribus hæreditariis iure ciuili teneantur: tamen in eos actio non detur, ſi velint relinquere hæreditatem. Sed impuberibus quidem, etiamſi ſe immiſcuerint hæreditati, præſtat abſtinendi facultatem: puberibus autem ita, ſi ſe non immiſcuerint.* Etſi puberibus damnoſa hæreditate læſis, reſtitutionis remedium ſupereſſe, idem ipſe inferiùs dicat, *Verus* que, & *Anton.* Imperatores in *l.* 1. *C. ſi minor. ab hæredit. abſtin.* decernant. quibus *dict. l.* 13. *titul.* 6. *part.* 6. *verſicul. E ſi el que fueſſe eſtablecido,* congruit. Et an ſuperiora etiam cum tutoris auctoritate damnoſam Pupillus hæreditatem 130

adiuit, procedant: inferiùs, *num.* 148. & 149. notamus.

Pupillorum fauor, non modò ipſis;
131 ſed & fideiuſſoribus † prodeſt. Nãque, *Si Pupillus hæreditate abſtineat, ſuccurrendum eſt ei, & fideiuſſoribus ab eo datis, ſi ex hæreditario contractu conueniantur.* vt verba ſunt Sceuolæ in *l. Si Pupillus,* 88. *D. de acquir. hæredit.* Cui adhæret Vlpian. (ex Marcelli placito) in *l.* 2. *§. Amplius D. de adminiſt. & pericul. tutor. & in l. fin. D. ſi quis caution.*

132 Cum aliorum,† Minorum etiam fauor fideiuſſoribus prodeſſe non ſoleat, iuxta *Vlpiani* reſponſum in *l. In cauſæ,* 14. *D. de minorib.* Anton. Dioc. & Maximiani Imperatorum decretum in *l.* 1. & 2. *C. de fideiuſſor. minor. & in l.* 4. *tit.* 12. *part.* 5.

133 Verum licèt ſit, non perpetuam † vtramque aſſertionem eſſe. Neq; enim ſemper Pupillorum fauorem fideiuſſoribus prodeſſe, *Vlpianus* oſtendit in *l. Marcellus,* 26. *D. de fideiuſſor.* & Caius, in *l. Si Pupillus,* 40. *D. de recept. arbitr.* Et
134 quandoque Minorum fauores† eorundem fideiuſſoribus communicari; idem ipſe *Vlpian. in l. Minor,* 51. *D. de procur.* Inque reſtitutione Minori competente, an & illius fideiuſſori quoque competat? affirmatiuã alii; negatiuã alii tuẽtur, vt cõſtat ex *Cal. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Minoribus, nu.* 43. *verſicul.* 3. *circa fin. & num.* 49. *C. de in integ. reſtit. Iacob. Menoch. conſ.* 179. *num.* 1. *libro* 2. *Valent. Franc. de fideiuſſor. cap.* 3. *num.* 63. *& ſeqq. Anton. Hering. eod. tract. part.* 4. *cap.* 27. *num.* 113. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 27. *num.* 4. *part.* 1. *Anton. Gomez variar. reſolut. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. *Pyrr. Maur. de fideiuſſor ſect.* 9. *§.* 19. *numero* 2. & 3.

135 Participi † quoque ac rem communem cum Pupillo habẽti illius prodeſſe fauorem, *Pauli* verba monſtrant, in *l. Si communem,* 10. *D. quemadmod. ſeruit. amitt.* quæ ſunt: *Si communem fundum ego, & Pupillus habeamus, licèt vterque non vteremur: tamen propter Pupillum, & ego viam retineo.* vbi Gloſ. *verb. Et ego,* ex prædicto Pupilli fauore notat: Poſſe
136 quem per alium, † quod per ſe non poteſt, aduerſus textus regulam in *l. Neq; per ſe C. de hæredib. inſtit. & in capit. Quod alicui, de reg. iur. lib.* 6. latè à *Nobis* traditam in *Axiomatib. Iur. liter. F. numero* 7.

137 Pupillum item ſine ceſsione † agere poſſe, *Bald.* firmauit in *capit. Vigilanti, numero* 5. *de præſcript.* in aduerſæ regulæ limitationem, quam *infra quæſt.* 8. *num.* 258. aſsignamus.

138 Debitorem ſpeciei, † eius, ante moram, interitu liberari, iura prædicant à *Nobis* relata in *Axiomatib. iur. liter. D. numero* 19. & infra *quæſt.* 8. *numero* 393. quibus Pupillorum fauorem opponit *Marc. Mant. in tract. de Pupillorũ fauorib.* eorum debitores, ſpecierum interitu non liberari affirmans, *legis Si dictum,* 56. *§. fin. D. de euict.* auctoritate fultus. Cuius lõgè diuerſam aſſertionem, materiamque arbitror. Poſſet tamen ex Eccleſiæ æquiparatione firmari, cui hoc *Genuenſ.* ſpeciale ius competere dixit, vt *dict. quæſt.* 8. *num.* 394. inferiùs aduertimus; ſi & ab eo in confirmationem auctoritates adductæ extarent.

Suſpecti tutoris cognitionem non
139 alii † quàm Præſidi prouinciæ pertinere, Marcellus in *l.* 1. *§. Suſpecti, D. ad S. C. Turpil.* in hunc modum protulit: *Et nullus alius de huiuſmodi quæſtione, quam Præſes prouinciæ pronuntiare poteſt.*

140 Macianus verò, ſi Pupillo interſit, † mandari huiuſmodi cognitionem poſſe dixit in *l. Cognitio,* 4. *D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* & Vlpian. in *l.* 1. *§. Damus, verſ. An autem, D. de ſuſpect. tutor.*

Accuſandi facultatem (cum ſuam,
141 ſuorumvè non proſequuntur iniuriam ſumma cum ratione) fœminis † Iura ademerunt, in *l. Qui accuſare,* 8. *D. de accuſat.* in *l. De crimine,* 12. *C. de his, qui accuſ. non poſſ. in cap. Prohibentur,* 2. *quæſt.* 1. *in l.* 2. *titul.* 1. *part.* 7. & tradit, cum multis, *Farinac. in prax. criminal. quæſt.* 12. *num.* 16.

Eã tamẽ cuilibet fœminæ, quæ pietate
142 ducta ſuſpectũ tutorẽ † dicere velit, *Vl-*

*Vlpianus* conceſsit in *l.1.§.Conſequens, D. de ſuſpect. tutor.* Iuſtinian. Imper. in *§.Conſequens, inſtit. eod. titul.* Aduertitque, cum aliis, *Farin. proximè citato loco, verſ. Tertio.*

143 Quamuis item fœmina pro ciuili debito † ad carcerem trahi Iura vetent, *in authen. Hodie nouo iure* (aliàs, *Sed nouo iure*) *C. de cuſtod. reor.* (quæ neque pro Fiſcali debito id permiſit) in *l. 3. & authen. ſeq. C. de offic. diuerſ. iudic. in l. 62. Taur. & in l. 10. titulo 3. libro 5. nouæ Regiæ collectionis*, quam multipliciter concluſionem ampliat *Farinac. quæſtion. 27. numero 42. & ſeqq.* nè multorum relatione immoremur.

144 Pro debito tamen tutelari, † matrem etiam poſſe in carcerem trudi, firmarunt *Bartol. in authen. Matri & auiæ, numero 13. C. quand. mat. offic. tutel. fung. poſſ. & in l. Si quis ſub conditione, numero 18. D. de teſtam. tutel. & ibid. Salic. numero 14. Doctores communiter in l. Plerique, D. de in ius voc. Iaſ. in l. pen. numero 4. D. ſi cert. pet. Mattheſ. notab. 109.* & multi alii quos refert *Couarru. variar. reſolut. libro 2. cap. 1. numero 3.* ipſe licèt ab eis (eruditis quidem rationibus) diſcedat, eumque ſequutus *Eſcobar de ratiocin. capit. 35. numero 2.* & huic contrariæ firmiter *Farinac.* adhæret, poſt longam pro vtraque parte Doctorum congeriem, *dict. quæſt. 27. numero 61. 62. & 63.* Priorem tamen (præter eos quos allegat ipſe) tenet etiam *Roland. à Valle, de inuentar. quæſt. 38. numero 5. pag. mihi 28.* totiſque viribus poſteriorẽ hãc (priorem ſuſtinens) conatur euertere (Couarruuias fundamentis reſpõdere nixus) *Paul. Montan. de tutel. cap. 15. num. 66.*

145 Pro Pupillo Clericum poſtulare † poſſe, etſi pro aliis in ſecularibus cauſis, foroque ſeculari, prohibeatur; *tex.* decernit in *cap. 1. ne Cleric. vel Monach. in capit. 1. de poſtul. in capit. 1. 88. diſt.* aliique ex Ciuili, Regioque iure adducti à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſtion. 9. numero 1.* Eſſeque regulare, vt quibus pro aliis poſtulandi, denegatur facultas; pro Pupillis concedatur: Prætoris edictum probat in *l. 1. §. Sed eſt æquiſſimum, & §. fin. D. de poſtul.* traditque *Ioan Langl. Semeſtrium lib. 1. c. 2. pag. mihi 22. ad med.*

146 Sic, etſi Legato, dum munere ſuo fungitur, † proprii etiam negotii prohibita ſit à Paulo, in *l. Paulus, 8. §. fin. D. de legationib.* his occupatio verbis: *Paulus reſpondit: eum qui legatione fungitur, neque alienis; neque propriis negotiis ſe interponere debere.*

147 Idem tamen ipſe propriam ſententiam † (ex *Anton.* decreto) in *l. Abſenti, 11 §. 1. D. eod. titul.* his verbis limitauit: *Qui legationis officio fungitur, licèt ſuum negotium curare non poteſt: magnus tamen Anton. permiſit ei, Pupillæ nomine, & inſtituere, & defendere cauſam: licèt legationi, quam ſuſceperit, nondum renuntiauerit.*

148 Quæuis licèt tutore auctore, vt maior agere † Pupillus poſsit, ex quolibetque obligari contractu, *l. Obligari, 9. l. Poteſt, 18. & toto ferè titul. D. de auctor. tutor. text. in princip. inſtit. eod. tit. l. More, 8. D. de acquir. hæred. l. 17. tit. 16. part. 6.* Hæreditatemque adire, *dict. l. Obligari, §. Pupillus, & §. Neq; tamen, inſtit. eo tit. de auctorit. tutor.* Et additione obligari, *dict. l. More, & ibi gloſ. verb. Obliget, l. Non enim, 38. D. ad S. C. Trebell.*

149 Si damnoſa hæreditas ſit, † quam tutore etiam auctore adiuit; adhuc ſine reſtitutione reſilire, abſtinereque poſſe, & ſibi ius integrum remanere, iura *ſuprà, num. 130.* citata probant, & confirmat *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 2. quæſt. 62. num. 41.*

150 In vtilibus † autem tutoris auctoritatem Pupillo neceſſariam non eſſe, poſſeque meliorem conditionem ſuam ſine tutore, non deteriorem efficere; Diui Imperatores decreuere, Iuſtinian. *in princip. inſtit. de auctorit. tutor. & in §. Pupillus, inſtit. de inutilib. ſtipul.* Diocletian. & Maxim. in *l. Neque, 7. C. de contrah. & commit. ſtipul.*

& *in l.* 1. *C. de auctor. præſt.* Secundum antiquiora Iuriſconſultorum decreta : eos qui cum Pupillis ſine tutoribus contrahunt, obligatos deuinctoſque : Pupillos ipſos, liberos, ac ſolutos redentia, iuxta *Vlpiani* reſponſum in *l. Iulianus*, 14. §. *Si quis à Pupillo*, *D. de action. empt.* dicentis: *Si quis à Pupillo ſine tutoris auctoritate emerit : ex vno latere conſtat contractus. Nam qui emit obligatus eſt Pupillo : Pupillum autem ſibi non obligat.* Cai. in *l. Contra iuris* 29. *D. de pact. dict. l.* 17. *tit.* 16. *part.* 6. & *l.* 4. *titul.* 11. *part.* 5. dixeruntque *Alber. de ſtatut. quæſt.* 90. *numero* 6. *Guil. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. caſu* 7. *numero* 19. & *rubr.* 19. *numer.* 176. *Anton. Gomez, variar. tom.* 2. *capit.* 14. *numero* 1. *Caualc.* (cum multis à ſe relatis) *de tutor. numero* 170.

Qui quidem Pupillorum fauor, ge-
151 neralis regulæ † infringit vires, quæ contractus claudicare non patitur, cõſtitutæ à *Papiniano* in *l. Si cum dies*, 26. §. *Vnde*, *D. de recept. arbitr.* & Paulo in *l. Labeo* 19. *D. de verbor. ſign.* ſuprà proximis legibus, & à *Nobis in Axiomatib. iur. lit. C. num.* 186. Mirabilem inde illum, vtque mirabile notandum *Accurſ.* dixit in *l. Poteſt*, 41. *verb. Dari*, *D. mandat.* aduertitque in *dict. princ. inſt. de auctor. tutor. verb. Nõ obligantur*, & *Gloſ. in cap. De illis*, 7. *verb. Semel conſenſerit*, *circa med.* extr. *de ſponſat. impuber.* & *fin. in capit.* 1. *de eo qui duxit in matrim.*

Vnde neque alienationem à Pupillo
152 in ſui euidentem vtilitatem † factam, ſolemnitates à iure requiſitas (in *l. Lex quæ tutores*, 22. *C. de adminiſtr. tutor.* & *toto titul. C. de præd.* & *aliis reb. minor.*) neceſſario deſiderare deſcendit, & dixit *Gloſ. in l. Cum hi* 8. §. *Eam tranſactionem*, *verb. Alimentarius*, *D. de tranſaction.* quam (in minore, & Eccleſia loquentem) ſequuntur plures à *Tiraquel.* citati, *de iure marit. gloſ.* 8. *numero* 62. probatque *Surd. conſil* 9. *numero* 10. & *ſeqq.* & *infra* plurimi *quæſtion.* 8. *numero* 56. referendi, in Eccleſiæ alienatione confirmant. Etſi *Bartol. Alberic. Iaſ. Felin.* & alii à *Tiraquel. dicto loco*, *numero* 56. & 57. allegati, dictam gloſſam reprobent, quibus adhæret (magis eorum opinionem communiter receptam dicens) *Arias Pinel. in l.* 1. 3. *part. numero* 31. *C. de bonis matern.* aduertens *numero* 32. ab Eccleſia, vel Minore approbari, vel reiici alienationem hanc poſſe, electionemque iſtam præcedentem obligationem validam reddere, inuito eo, cum quo fuerat celebrata, ſic reſpondens contrario textui, in *dict. l. Iulianus*, 14. §. *Si quis à Pupillo. D. de actionib. empt.* Hæc inſuper intelligens, ſi pars aduerſa ante iudicium, vel actum conſummatum, de ſolemnitatis defectu opponat : tunc priuilegiatæ perſonę actum ſibi vtilem ſuſtinere volenti denegari electionem (ex plurium ſententia) tradens. Et quòd quando ita contractus claudicat, poteſtque ab altera tantum parte reſcindi, vel nullus declarari ; poſſit pars agere aduerſa, vt priuilegiata perſona, in cuiusvè fauorem actus irritatur, an velit conuentioni ſtare, ab illavè recedere, declaret (ex *text. in dict. l. Iulianus*, §. *Si quis colludente*, cũ multis) *numero* 34. probat : ſimulque *ſequenti*; modum hunc agendi in *dict.* §. *Si quis colludente* aſsignatum; in Minore, non in Pupillo locum habere. Ait enim : *Quod is modus agendi ponitur in dict.* §. *Si quis colludente*, *in maiorem, vel minorem circunuentum. Deinde ſequitur ſtatim* §. *Si quis à Pupillo* : *vbi in Pupillo I. C. inquit : contractum claudicare, nec repetit quod proximè dixerat in minore. Ideoque Bartol. ibi intelligit nõ procedere in Pupillo, quod dictum fuit in minore : vt ſic contrahens cum Pupillo, non audiatur petens eam declarationem, an Pupillus ſtare velit contractui. Et ita intelligunt Alber. Paul. Fulgoſ.* & *Salicet. ibid.* &c.

In aliis autem non ſic euidenter
153 vtilibus, prædictas Pupillorum fauor † ſo-

ſolemnitates in eorum rerum alienatione, merito relata iura exigunt, neceſsitatemque inſtantem, omnium tutorum concurſum, Iudicisq; decretũ, vt & proſequitur *Caualc. de tutore, numero* 123. *& ſeqq.* præcipuè *num.* 129. æs Pupilli appare, creditores inſtare, nomina primo debitorum, mobilia deinde, vltimo immobilia diſtrahi, requirens, ex hisque minus damnoſa publica ſubhaſtatione maiori licitatori dari, quæ & proximè citatæ requirunt leges.

154 Iudicis autem decretum non ad immobilium tantum Pupilli alienationẽ; ſed etiam mobilium, iurium, & actionum deſiderat text. in *dict. l. Lex quæ tutores, iuncto §.* 1. notantque *ibid. Doctores, & Iaſ. in l. Singularia, numero* 14. *D. ſi cert. pet. in l. Mandata, numero* 3. *D. de offic. eius, & in l.* 1. *§. Fuit quæſitum, numero* 28. *&* 32. *D. ad S.C. Trebel. Roland. à Valle, de lucro dotis, quæſtion.* 45. *Arias Pinel. in rubr. C. de bon. matern.* 1. *part. numero* 35. His exceptis, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, ex eadem *l. Lex quæ tutores, Caualcan dict. tract. numero* 125. *& ſeq. Anton. Gomez, variar. reſol. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 13.

155 Decretum vero ad rei Pupilli venditionem, †non niſi cum cauſæ cognitione interponere Iudicem debere: *Conſtantini* Imperatoris verba in repetita *l. Lex quæ tutores, §.* 1. haud obſcure oſtendunt, dum ait: *Scilicet per inquiſitionem Iudicis, & probationem cauſæ, interpoſitionemq; decreti, vt fraudi locus non ſit.* Diocle. & Maximian. in *l. Ob æs,* 12. *C. de præd. & aliis reb. minor.* & ante eos Paul. in *l. Magis puto,* 5. *§. Non paſſim, D. de reb. eor. qui ſub tut. ſunt.* de iure Regio *text. in l.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *& in l.* 18. *titul.* 16. *part.* 6. Aliterque decretum interpoſitum, & nullum eſſe; & illud interponendo, Iudicẽ peccare (poſt *Duen. regul.* 185. *& Anchar. conſ.* 83. *nu.* 3.) *Caualc. vbi ſupr. num.* 128. *&* 129. aduertit.

156 Nec modo in Pupillorum fauorem contractus claudicant; ſed & iudicia. † Siquidem pro eis ſententia abſque tutoris interuentu lata, firma; aduerſus eos, infirma exiſtit, *Gordiani* Imperatoris decreto (minoribus etiam 25. annis id concedens) in *l. Non eo minus,* 14. *C. de procurat. Minoribus enim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit.* ipſe ait. confirmauitque Regia *lex* 11. *in fin. tit.* 2. *part.* 3. inquiens: *E el que de otra guiſa fizieſſe demanda contra a tal perſona, que non ouieſſe edad complida: ſi el juizio fueſſe dado contra el demandado; non debe valer: è ſi fueſſe dado a ſu pro, è a daño del demandador, es valedero.* Dicemuſque *quæſt.* 5. *num.* 45.

157 Taciturnitatem in præiudicialibus † conſenſum non inducere; *text.* probat in *l. Sicut,* 8. *§. Non videtur, D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. iur. lit. T. num.* 5.

158 Pupillorum verò gratia, †conſenſum inducere taciturnitatem; *Vlpiani* firmat reſponſum, in *l.* 4. *§. Fideiuſſores, D. de fideiuſſor. tutor.* Eius ſunt verba: *Fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſunt: æquum eſt perinde teneri, atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet.* vbi *Gloſ. verb. Iure legitimo,* & id colligit ſpeciale; & ſtipulationem fingi, vbi non eſt. Deſideratur enim in fideiuſsione, ex *l. Blanditus,* 12. *C. de fideiuſ. l.* 5. *§. Satis acceptio, & l. Sciendum, D. de verbor. oblig. §. fin. inſt. eod. l. Si hæreditatem.* 32. *ad fin. verſ. Neque multum, D. mandat. Maſcard. de probation. concluſ.* 781. *num.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 132. *num.* 5. *& conſ.* 212. *nu.* 4. cum multis aliis, *Pyrrh. Maur. de fideiuſſor. p.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 5. *per tot. Valent. Franc. eod. tract. cap.* 1. *num.* 7. *Anton. Hering. eod. ipſo cap.* 11. *num.* 2.

159 Pupillus contumaciam, † eiuſq; pœnam vitat, *Paulo* authore, in *l. Contra Pupillum,* 54. *D. de re iudic. & ibi Gloſ. verb. Nihil mométi, D. de re iudic.* Latiuſque notamus, *infra quæſtion.* 5. *numero* 43.

160 Ingratitudinem, † *Bald. de Vbald. in tractat. de ſubſtit. rubr. de Pupill. ſubſtitut. num.*

num. 15. inter Doctorum tract. tom. 8. p. 1.
pag. mihi 204. Ideoque neque exhære-
161 dari † ob demerita poteſt, Paul. Leo, de
ſubſtit. numero 33. dict. tom. 8. part. 1. pa-
gina 278. & §. Tertia, numero 111. pag.
301. & §. Quinta, num. 88. pag. 304.

162 Neque in ſolutione canonis † em-
phyteutici deficiens, in cōmiſſum ca-
dit, ſi vel tutorem non habeat; vel non
ſoluendo habeat, iuxta tradita à Nobis
de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 33. num.
12. & 14. Contra regulam textus in
cap. Potuit, 4. de locat. in auth. Qui rem, C.
de ſacroſ. Eccleſ. in l. 2. C. de iure emphy. &
aliorum, quos dict. quæſt. 33. numero 1.
retulimus, latè materiam iſtam proſe-
quentes.

Neque contra Pupillum ad ſecun-
163 dum decretum † procedi, probat text.
in l. 3. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, vbi
& Scribentes notant, infraque pariter
quæſt. 10. notamus.

164 Nec carcerari † pro ciuili debito po-
teſt, Angel. in l. Nemo carcerē, C. de exact.
tribut. lib. 10. Roman. conſil. 120. num. 3.
vbi Mandoſ. verb. Pupilli, veriorem di-
cit, Salyc. in l. fin. quæſt. 11. C. qui bon. ce-
der. poſſ. Caccial. de debit. ſuſpect. quæſt. 5.
numero 3. Pariſ. conſ. 94. num. 40. libro 1.
Octauian. Simoncel. de decret. minor. lib. 2.
titul. 6. inſpect. 18. numero 128. Stephan.
Gratian. (hos referens) diſcept. forenſ.
tom. 2. cap. 360. numero 26. Nec pro de-
licto, Bald. Peruſ. in tract. de carcerib. c. 1.
num. 4. verſ. Quinto quæro.

Contra generalem, quam aſsignat
165 regulam † Farin. tom. 1. praxis crimin.
quæſt. 27. num. 41. Omnes ſcilicet capi,
& carcerari poſſe, qui legibus nomina-
tim non reperiantur excepti.

Minuſque de Pupillo quæſtionem
166 habendā † Caliſtratus dixit in l. Ex li-
bero 15. D. de quæſtion. his verbis: De mi-
nore 14. annis, in caput alterius quæſtionem
habendam non eſſe; Diuus Pius Metilio re-
ſcripſit. Similiter & Vlpian. in l. 1. §. Im-
puberi, D. ad S. C. Syllan. his: Impuberi
autem, vtrùm ſupplicio tantum parcamus;
an vero etiam in quæſtionē? Et magis eſt, vt
de impubere nec quæſtio habeatur. Et aliàs
ſolet hoc in vſu obſeruari, vt impuberes non
torqueantur: terreri tamen ſolent, & ha-
bena, vel ferula cædi. Quorum placitum
confirmauit Arcadius, in l. De minore,
10. C. de quæſtion. ſic: De minore 14. an-
nis quæſtio habenda non eſt, vt & Diuus
Pius Celcilio Iubentiano reſcripſit. Et re-
centius l. 2. titul. 30. part. 7. Quæ neque
vt principalem reum Pupillum torque-
ri permittit, & ita notat ibi Gregor. Lo-
pez gloſ. 2. verb. Menor de catorze años.
Multos in id, ad ſaturitatem vſque, cu-
mulat Proſper. Farinac. quæſtin. 41.
numero 16.

167 Tametſi torqueri omnes, † cuiuſ-
cumque ſexus, & conditionis (qui
exemptionem iſtam nominatim à lege
non meruerint) poſsint, vt plurium au-
thoritate idem Farinac. ipſe, dict. loco,
num. 1. confirmat, textuſque in id ap-
pertus in l. 8. tit. 30. part. 7.

168 An autem omnino in delictis † Pu-
pillaris excuſet ætas? ab Vlpiano
pete, in l. Impuberem, 23. D. de furt. in l.
Sed ſi quemcumque, 5. §. Quod ſi impubes,
D. ad leg. Aquil. in l. Cum autem, 23. §. Ca-
pitalem, iuncto § ſeq. D. de ædilit. edict. à
Caio in l. Pupillum, 111. D. de regul. iur.
Iuſtiniano Imperatore, in §. In ſumma,
inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. à Sum.
Pontificibus, Gregorio, in cap. 1. Ale-
xandro, in cap. 2. extr. de delict. pueror. à
ſapiente Rege Ildephonſo in l. 15. tit.
1. part. 1. & in l. 9. titul. 1. part. 7. à Pro-
ſper. Farinac. quæſt. 92. nu. 15. & ſeqq.
Auguſt. Barboſ. in collect. ad. dict. capit.
1. num. 2. & ad cap. 2. num. 5. ab hiſque
relatis.

169 Quamuis hæreditas non adita † non
traſmittatur, text. in l. 1. § In nouiſſimo,
C. de caduc. tollend. cum multis citatis à
Nobis in Axiomatib. iur. litera H. nume-
ro 8.

170 Pupillus tamen etiam non aditam †
tranſmittit, iuxta Theodoſii Imperatoris
decretum in l. Si infanti, 18. C. de iure
deliber. de cuius intellectu, & materia
agit Guil. Benedict. in repetit. cap. Raynun-
tius, de teſtam. verb. Mortuo itaque teſta-
tore, 2. num. 169. & ſeqq.

171 Seruus item etſi tutor † dari nequeat, *l.* 1. *D. de tutel.* & *§.* 1. *inſtit. eod. tit.* & *ibid. Syluest. Aldobrand.* notat poſt *Accurſ. verb.* Libero, & *§. Seruus, inſt. qui teſtam. tutor. dar. poſſ. l. In ſeruili*, 7. *C. eod. tit.*

Proprius tamen vtiliter à domino † 172 tutor datur, vtque tutoris datio teneat, etiam libertatis mentione non facta, conceſſa intelligitur, ſic ſtatuentibus Imperatoribus Valerian. & Galien. in *l. Etſi non aſcripta*, 9. *C. de fideicommiſſ. libert.* & Iuſtiniano *in l. Quidam*, 5. *C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.* & *in princip. inſti. qui teſtam. tutor. dar. poſſ.* & *l.* 7. *titul.* 16. *part.* 6.

Imò ſeruo quoque alieno tutore ſcripto, cuius nota † teſtatori condi- 173 tio erat, fideicommiſſariã libertatẽ datam videri; & Prudentibus placuiſſe referunt, & eorum probant placitum iidem Imperatores in *dict. l. Etſi non aſcripta.*

174 Idque in Pupillorum fauorem † cõſtitutum. In dicta enim *l. Etſi non aſcripta*, aiunt: *Etſi non aſcripta libertate, teſtator ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis dederit: receptum eſt tamen & libertatis, & Pupillorum fauore, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur. Etſi non ſuum proprium, ſed alienum ſeruum, conditionem eius ſciens, tutorem aſcripſerit: æquè fideicommiſſariam libertatem datam (niſi aliud euidenter defunctum ſenſiſſe appareat) Prudentibus placuit.* in dicta verò *l. Quidam, §. Cum verò*, ſic: *Cum igitur inuenimus, noſtro iure id eſſe inductum, vt ſi quis ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis reliquerit ſine libertate; ex ipſa tutelæ datione præſumatur etiam libertatem ei fauore Pupillorum impoſuiſſe.*

Benè ordinatam charitatem à ſeip- 175 ſo † incipere, vulgariter circumfertur, in omniũq; ore frequens axioma. quod multis comprobamus in *noſtris, lit. C. numero* 71. Sibique ideo potius, rebuſque ſuis, quàm proximi proſpicere quem debere, eadem ipſa poſtulat, & aduertit (ex *Diu. Thom.*) *Syluest. verb. Charitas, numero* 2. ita inquiens: *Debet autem homo taliter ordinate diligere: Primò, vt Deum diligat pluſquam proximum, & ſeipſum, & ſuper omnia. Et ſecundò, ſeipſum, & ſuum corpus, & ſuas res, pluſquam proximum, & eius corpus, aut res.* Conuenitque *Senec. de benefic. libro* 2. *capit.* 15. *Dabo egenti* (inquit ipſe) *ſed vt ipſe non egeam: ſuccurram perituro: ſed vt ipſe non peream.*

Sunt tamen qui indiſtinctè hoc etiã ſpeciale Pupillis competere profitean- 176 tur: vt bonis potius Pupilli, † quàm ſuis prouidere tutor debeat, in æqualique vtriuſque bonorum amiſsionis periculo, ſi vtraq; ſeruare incolumia nequeat: Pupilli ſeruet. Sic tenuit *Rom. in. ſingul.* 705. cuius probauit iudicium *Eſcobar de ratiocin. cap.* 19. *num.* 64. Cui non nihil fauet *text. in l.* 12. *titul.* 16. *part.* 6. in verbis illis: *E que entienda, que le recibe mas por pro del moço que de ſi miſmo.* Validius autem *text. in l. Tutor ſecundum dignitatem*, 14. *§.* 1. *D. de adminiſtr.* & *pericul. tutor.* dum *Caius* inquit: *Non eſt audiendus tutor, cum dicat, ideo ceſſaſſe Pupillarem pecuniam collocare, quòd idonea nomina non inueniret: ſi arguatur, eo tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe.* Pupillaribus igitur commodis magis quàm propriis intentum tutorem eſſe, damnumque potius à Pupilli rebus, quã propriis auertere debere, aptè quidem inde deducitur. Quod tamen hac in re moderamen *Accurſius* præſtat in *l. Si vt certo*, 5. *§. Quod verò, verb. Saluas, D. commodat.* adhibendum arbitror *Silueſter in ſumm. verb. Commodatum, numero* 9. & *Iodoc. Dambouder. in patrocinio Pupillor. Minorum, &c. titul. de tutor. & cur. tom.* 7. *numero* 12. quem à *numero* 10. *cum ſequentib.* quæſtionem hanc diſputantem, videre licet.

Sed ſi cùm facultas adeſſet, 177 Pupillares pecunias in prædiorum † emptionem tutor non vertat, in fœnus vè colocet, ocioſaſque retineat, licèt ſuas repoſitas ſeruet

ipſius periculo cedere, dixerunt Iulia-
nus in *l. Tutor qui repertorium*, 8. *§. Si
poſt depoſitum*, Paulus in *l. Si tutor conſti-
tutus*, 16. & in *l. Obſœnus*, 50. *D. de ad-
min. tutor.* Arcad. & Honor. in *l. Tuto-
res, vel curatores*, 24. *C. eod. tit.* In anti-
quarumque vſurarum locum (cum nec
pietatis prætextu hodie permitti de-
beant, vt in 2. *de priuileg. paup. p. quæſt.*
65. *numero* 3. 6. 7. 9. 12. *& ſeq.* aduerti-
mus) ad intereſſe tutorem hunc (ob non
conuerſam in prædiorum, annuivè red-
ditus emptionem, ad honeſtivè lucri
partem, ſecundum regionis morem,
mercatori traditam pecuniam Pupilla-
rem) teneri, obſeruant, poſt antiquio-
res, *Didac. Couarru. variar. reſolut. lib.* 3.
*cap.* 2. *numero* 1. *verſ. Illud ſanè, Syluest. in
ſumm. verb. Tutela, quæſt.* 4. *Surd. de ali-
ment. titul. vltim. quæſtio.* 46. *numero* 35.
*cum ſeqq. Ayor. de partic.* 1. *part. cap.* 4. *nu-
mero* 2. *& ſeqq. Tiber. Decian. conſil.* 85.
*numero* 3. *libro* 2. *Borgnin. Caualc. de tu-
tor. numero* 116. *Ioan. Gutier. de tutel. p.*
2. *cap.* 9. *numero* 5. *&* 23. *Eſcobar, de ra-
tiotin. cap.* 14. *numero* 3. *&* 7. à numero
14. differens, num hodie ad cambium
Pupillares pecunias dare tutor queat?
Neceſſariumque ad id Iudicis ſit de-
cretum, vt à damno ſi quod acciderit
excuſatus exiſtat? *num.* 16. reſoluens.
Eleganterque hæc omnia *Iodoch. Dam-
houd. in patrocin. Pupillor. & Minor. titu.
de Pupil. Minor. & prodig. intereſ. tom.* 1.
*à num.* 44. *cum ſeqq.* vſque ad finem, *pa-
gina mihi* 214. nullatenus prætermit-
tendus, dilucida enim explicatione rē
iſtam, omniaque materiam hanc con-
cernentia pertractat, Digeſtorum Iu-
ris, Codicis, & Canonum luculenta di-
ſtinctione facta.

Sic pariter, & in eo quod intereſt, Pu-
178 pillo tutorem qui inuentarium † non
fecit teneri, doloque verſatum videri;
Iulianus reſpōdit in *dict. l. Tutor, qui re-
pertorium*, 8 *D. de adminiſt. tutor.* & ſan-
xit *l.* 5. *titul.* 26. *part.* 6. proſequunturq;
latè *Bero. Fulgoſ. Socin. Plot. Phanut.* &
alii, quos congeſsit *Roland. à Vall. in
tract. de inuentar. quæſt.* 38. *per tot.* præ-
179 cipuè *numero* 4. *& ſeq.* vbi mox † cum
ordinatus fuerit, inuentarium confice-
re debere, & ante illius confectionem
nil prorſus (niſi quod dilationem non
recipiat) adminiſtrare poſſe: aliter,
180 vt ſuſpectum † tutorem remouendum,
in furti ſuſpitionē rerum Pupillarium
incidere, in carceribuſque dicere cau-
ſam debere, firmat, ac proſequitur.

Quod Pupilli gratia conſtitutū ap-
paret: cum huiuſmodi conficiendi in-
uentarii non ſic hæredes arctet.
181 Quippe quibus † ad inuentarium in-
cipiendum triginta (poſt hæreditatis
ſibi delatæ notitiam) ad perficiendum,
ſexaginta inſuperconceſsi dies extent,
facultate interim adeundi, vel ſe im-
miſcendi hæreditati præſtita ab Au-
guſto in *l. fin. §. Sin autem dubius, C. de
iure deliber. & à lege* 5. *titul.* 6. *p.* 6.

182 Sic, & cum iudicis decreto † à tuto-
re inuentarium conficiendum idem ip-
ſe *Roland. à Valle, dict. tract. §. Poſtquam
viſum eſt, numero* 1. *pagina mihi* 67. mul-
torum auctoritate probat, aliorumque
*Maſcard. de probat. concluſ.* 939. *num.* 5.
*Ayor. de partit.* 1. *part. cap.* 2. *numero* 2.
183 *& ſeqq.* Quorum pleraque in hæredis †
inuentario non deſiderari, *Roland. dict.
loco per totum paragraphum* (inter vtrū-
que tutoris, hæredisque inuentarium
differentias conſtituens) latè oſtendit,
& *Ayor.* vbi proximè. Hanc autem vnā
non omittam: quòd licèt aduerſus cō-
184 tenta in inſtrumento † admittatur pro-
batio, Valer. & Galien. Imperatoribus
in *l.* 1. *C. plus valere quod agitur*, dicenti-
bus: *In contractibus, rei veritas, potius
quàm ſcriptura perſpici debet.* ſimiliterq;
*Diocl. & Maxim.* diſponentibus in *l. Cū
propria*, 5. *C. ſi quis alter. vel ſibi.* Quāuis
enim probatio probata dicatur (vt illud
*Alciat.* appellat in *tract. de præſump. regu.*
3. *præſ.* 13. *num.* 8. *Grammat. deciſ.* 103.
*numero* 1. *Oſaſc. deciſ.* 17. *numero* 1. *& de-
ciſ.* 72. *numero* 4. propeque infiniti alii,
quos enumerat *Ioſeph. Maſcard. de pro-
bat. tom.* 2. *concluſ.* 907. *numer.* 1.) in con-
trarium probationem non excludit:
tuncque nomen illud, naturamque in-

ſtru-

ſtrumentum retinet, cùm contraria probatio non adeſt, parsvè acquieſcit, vt ex *Ioan. de Amic. conſil.* 13. *numero* 18. aliiſque, *idem ipſe Maſcard. ibidem* tradit, *numero* 2. & 3. & *præcedenti* quoque *cõcluſione, num.* 6. & 7. tradiderat.

185 Tutori † tamen aduerſus ea, quæ in inuentario deſcripta ſunt, probationem denegat Iuſtinian. in *l. Veteris,* 13. §. 1. *C. arbitr. tutel.* & obſeruant *Boer. deciſ.* 61, *num.* 8. *Afflict. deciſion.* 13. *numero* 1. *Borgnin. Caual. de tutore, numero* 66. *Maſcard. dict. concluſ.* 939. *num.* 2. & 3. multique ab eis citati, quod præſumptionem iuris, & de iure pro Pupillo, rebuſque ſuis tunc eſſe dicant.

186 Hæredi † verò hanc concedi aduerſus ea, quæ in inuentario ſuo deſcripſit, probationem (ex *dict. l. fin.* §. *Licetia, C. de iure deliber.*) omnes vno ore ibidem profitentur, firmatq; *Roland. dict. quæſt.* 38. *num.* 7.

Contra tutorem pariter, inuentariũ
187 illico † non conficientem, ſubtractionis rerum Pupillarium, iuris, & de iure præſumptionem vrgere, iam ex plurimorum ſententia, retulimus, *de priuileg. pauper.* 2. *part. quæſt.* 58. *num.* 23.

188 Edere item adſtrictum, integram † inſtrumenti copiam edere debere (iuxta modum ſaltem *legis* 1. §. *Editione, D. de edend.* & *legis,* 112. *titul.* 18. *part.* 3.) ex Vlpiano in eadem *l.* 1. §. *Edere,* deducitur, dicente: *Edere non videtur, qui ſtipulationem totam non edit.* & in *l.* 2. §. *Si quis non negans, D. quemadmod. teſtam. apper. Si quis non negans penes ſe tabullas eſſe, non patitur inſpici, & deſcribi: omnimodo ad hoc compelletur.* ex Bonifac. quoq; VIII. in *cap. Cũ perſonæ* 7. *de priuileg. lib.* 6. & *ibid. gloſ. verb. Integraliter.*

Pupillus tamen, aut tutor eius no-
189 mine, ſi inuentarium edere † compellatur: non integrum edere tenebitur, principiumque & finem edendo obligationi ſatisfaciet, ſecundum *Angel. in l.* 1. §. *Solent, D. de tab. exhibend.* & *Franciſc. Porcellin.* (huiuſmodi editionis practicam aſsignantem) *in tract. de confect. inuent. cap.* 1. *num.* 16. Ne publicatione pompaque rerum familiarium Pupilli, aut paupertatis vilitas detegatur: aut inuidiæ diuitiæ pateant, vt Imperator Theodoſ. ait, in *l.* 2. §. *Naturale, in fin. C. quando & quib. quart. pars debe. lib.* 10. & Alexand. in *l. fin. C. de aliment. Pupill. præſt. Cæterum* (inquit) *ſi bonus vir, & innocens tutor, arbitrio ſuo aluit Pupillos: quod interdum etiam neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonii, & ſuſpectum æs alienum, pandatur; quod melius eſt interim taceri, quàm cum de modo bonorum quæritur, vltro proferri, & apud acta ius dicentis, contra vtilitatem Pupillorum deſignari, &c.*

Quamuis præterea, à ſententia au-
190 ferente tutoribus datis † excuſationẽ, eis appellatio permiſſa ſit à *lege Quinquaginta,* 6. *C. de excuſ. tut.* & à *l. fin. tit.* 17. *p.* 6. A datione tamen ipſa (vt facilius Pupillis conſulatur) appellandi facultatẽ denegarunt *Modeſtin. in l. Scire oportet,* 15. *D. de excuſat. tut.* Vlpianus in *l.* 1. §. *Si quis tutor, D. quando appell. ſit.* Diocl. & Maxim. in *l. Tutores,* 18. *C. eod. titul. de excuſat. tutor.* & Iuſtin. in §. *Qui autem,* 2. *inſtit. ipſo eod. titul. vbi Gloſ. verb. Non appellant,* contraria ſoluens, præfatam huius cõſtitutionis rationem aſsignat, & in *dict. l. Quinquaginta, verb. Non pro-*
191 *uocauit.* Intraque legitimum tempus, † (ab iiſdem legibus præfinitum) excuſationes non proponentes, nullatenus poſtmodũ admittũtur, *d. l. Scire oportet,* §. 1. & *ſeq. d. l. Quinquaginta, & ibi Gloſ. ver. Acquieſcere,* cęteriſq; citatis iuribus.

192 Mora licèt ſine interpellatione † nõ committatur (vt *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 25. *numer.* 5. plenè tradidimus: *ſequentibuſq; numeris* exornamus) Pupilla-
193 res tamen vſuras † abſque interpellatione contrahi, currereque, Papinianus cenſuit in *l.* 1. §. *Papinianus, D. de vſur. & fruct.* cenſueruntq; cæteri adducti à *Nobis dict. loco, num.* 13.

Nec modò vt mora Pupillorum fauore contrahatur, petitio neceſſaria non eſt: ſed neque ab vſurarum præ-
194 ſtatione pecuniæ liberabit oblatio, † niſi pariter & conſignatio, & depoſitio con-

concurrant, ex eiuſdem *Papiani* ſententia, à *Marcello* relata in *l. Tutor Pupillo, 29. §. 1. D. de adminiſtr. tutor.* in hæc verba: *Vlpianus notat: non ſufficit obtuliſſe, niſi & depoſuerit obſignatam tuto in loco.* Cum aliàs ſoleat oblatio vſurarum curſum impedire, iuxta *l. 2. & l. Acceptam, 19. C. de vſur.* notantq́; *Menoch. de arbitr. in addit. caſu 232. numer. 2. Stephan. Gratian. deciſ. prouinc. March. 49. num. 9. & in addit. num. 2.*

195 A muneribus perſonalibus † & Natura, & *Vlpianus* Pupillos excuſat in *l. 2. §. 1. D. de vacat. muner.* Quæ licèt in Minore loquatur; in Pupillo tamen eã arctat (puberem ab illius priuilegio excludens) *Petr. de Vbald. in tract. de collect. quæſt. 15. numero 49. & ſeq.* cum *Guil. de Cun. in l. Neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Quatuordecim namque annis maio-
196 rem, † etſi vigintiquinque minorem, à muneribus perſonalibus, quæ conſilium non requirunt, nequaquam excuſari, *dict. numer. 50. Petr. de Vbald.* firmat. Multoque longè minus cæteros nominatim non exemptos, deque immunitate ſua non docentes, à muneribus his liberari, ex *l. 1. & toto titul. D. de vacat. muner. & toto tit. C. de excuſat. muner. lib. 10.* manifeſtè conſtat.

Quinimò à muneribus perſonalibus aliàs exemptum (quinquagintaquinq;
197 nempè annis maiorem, † quæ à muneribus excuſationem præſtat ætas, *l. fin. C. qui ætate, lib. 10.* cum aliis *infra quæſt.*
198 18. latiùs referendis) à tutelæ, † vel curæ munere non excuſari, ſeptuagintaq; ad id annorum ætatem deſiderari, in *l. 3. D. de iure immunit. & in §. Item maior, inſtit. de excuſat. tutor.* diſpoſitum extat, & latiùs *dict. quæſtion. 17.* proſequimur. Quod in Pupillorum obtinuiſſe fauorem, vt plures illi tutores adſint, conſtitutum dubitabit, nemo & *Portius in citato* §. aduertit: ſimileque proximè *num. 201.* nectemus.

Pupillaris etiam ætas Imperatoris *Iuſtiniani* mouit animum, vt cum in *l.*
199 *1. §. Domus, C. de falſ. monet.* ita cauiſſet: † *Domus verò, vel fundus in quo hæc perpetrata ſunt, ſi dominus in proximo conſtitutus ſit (cuius incuria, vel negligentia punienda eſt, etſi ignoret) Fiſco vendicetur, niſi dominus ante ignorans, vt primum repererit, ſcelus produxit patratum:* Hæc in *§. Viduas* adiicit: *Viduas autem ac Pupillos ſpeciali dignos indulgentia credimus.* addens inſuper: *Impuberes verò, etiamſi conſcii fuerint; nullum ſuſtineant detrimentum: quia ætas eorum, quod videat ignorat.* ſanxitque idem *l. fin. tit. 7 part. 7.*

200 Naturaliter debitum ſoluenti, † etſi ciuiliter indebitum, repetitionem *Iulianus* negat in *l. Iulianus, 60. D. de condict. indebit.* cuius probant placitum *l. 16. ad fin. titul. 11. part. 3. & ibi Gregor. Lopez gloſ. 8. verb. Non membrandoſe, & l. 33. titul. 14. part. 5. verſ. Otroſi dezimos.* Pupillo tamen naturaliter debitum ſoluenti repetitionem concedunt Vlpianus in *l. Interdũ, 29. D. de cond. indebit.* Caius, in *l. Illud, 26. D. de minor.* Imperatores Diocle. & Maxim. in *l. 2. C. ſi aduerſ. ſolut.* Idque ipſo iure, ſineq; reſtitutionis ope, rem extantem condicere Pupillum poſſe; vel non extantem, reſtitutionis auxilio, *Gloſ.* docet in *dict. l. Interdum, verb. Locum eſſe, verſic. Sed ſecundum, & in l. Impuberibus, 11. in fin. D. de acquir. hæred.* prolixiorque hac de re *infrà quæſtin. 19.* faciendus ſermo.

201 Munerum ſimpliciter ciuilium, † & publicorum immunitatem adeptus, licèt à patrimonialibus ordinariis nõ liberetur: à perſonalibus tamen, à Iudiceque in dictis immunem eſſe, *text.* probat, & *ibi Accurſ. in l. vnic. C. de vac. publ. mun. lib. 10.*

Pupillorum vero fauore, à perſonali tutelæ munere, immunitate illa non vtetur, ex ſingulari *Modeſtini* reſponſo in *l. Spadonem, 17. §. Qui accepit, D. de excuſat. tutor. Qui accepit* (ait) *vel habet immunitatem ciuilium, vel publicorum munerum: hic, à tutela, vel cura non excuſabitur.* Quod ſpeciali Pupillorum beneficio ſancitum, *Gloſ. ibi verb. Excuſabitur,* notat, & in *dict. l. vnic. gloſ. 1. ad fin.* Hodieque exemptiones huiuſmodi reuo-

catas

catæ extant in *l. 21. tit. 14. lib. 6. nouæ Regiæ collectionis.*

Plura forſan Pupillorum deſiderabit priuilegia Lector, & cumulari poſſent: ſed vel deſiderio ſatisfaciet ex his, quæ in Minorum fauorem ſuo loco protulimus: vel his ſaltem quæ plena manu *quæſt.* 8. in Eccleſiæ fauorem congeſsimus: Pupillis pleraque aut nominatim conceſſa, aut æquiparationis iure cópetentia. Non enim tanti priuilegiorũ coacerbatio habenda eſt; vt aut repetitionis faſtidium Scriptor cõtemnat: aut ea ſuo Marte, ſine lege, firmavè auctoritate effingat. Vt in multis *Marco Mantuæ* Pupillorum fauores recẽſenti accidiſſe reperio.

Viduarum ex ordine priuilegia aſsignanda ſequuntur. Quas (in his ſaltem
202 quæ miſeratio, † pietas, imbecilleque naturæ ratio ſpecialiter induxit) Pupillis inferiores non eſſe; earum crebra à Diuinis, Humaniſque literis æqualis, vniformiſque mentio, ac diſpoſitio facta ſuadet. *Exod. 22. Zachar. 7. Iſaiæ 1. cap.* Quorum iam *ſuprà num.* 90. mentionem fecimus. Addimuſque *Deuter. cap. 10. Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. Facit iudicium Pupillo, & Viduæ.* Et cap. 26. *Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & Pupillo, & Viduæ.* Ierem. cap. 22. *Et aduenam, & Pupillum, & Viduam nolite contriſtare.* Eccleſiaſt. cap. 4. *In iudicãdo eſto Pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum.* & cap. 35. *Non deſpiciet preces Pupilli; nec Viduam, ſi effundat loquela gemitus. Nonnè lacrymæ Viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendũt vſque ad cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* D. Iacob. epiſtol. Cathol. c. 1. in fine: *Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem, hæc eſt: viſitare Pupillos, & Viduas in tribulatione eorũ.* Quibus *Gelaſius* obſequens, *in cap. 1. 86. diſt.* ait: *Licèt omnibus de nobis ſperantibus, non debeamus (in quantum poſſumus) nos negare: plus tamen Viduarũ, & Orphanorum cauſas, & impenſius duximus exequendas, quas tueri à nobis, vel ab omnibus, Diuina manifeſtat aſſertio.* Similiter *text. in cap. Regum officium, 23. in ord. 23. quæſt.* 5. ex *D. Hieronymo ſuper Ierem. dict. cap. 22.* deductus. *Regum* (inquit) *officium eſt proprium, facere iudicium, & iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium, vi oppreſſos: & peregrino, Pupilloque & Viduæ (qui facilius opprimuntur à potentibus) præbere auxilium.* In id ipſum, *text. in cap. Adminiſtratores, 27. eadem cauſ. & quæſt.* Eandemque exæquationẽ *Conſtantin.* Imper. fecit in *l. 1. §. Viduas, C. de falſ. monet. Viduas autem, ac Pupillos* (ait) *ſpeciali dignos indulgentia credimus.* Quare & Eccleſiaſtici, & Secularis fori, Eccleſiaſtica Secularia que iura Pupillis, & Viduis (vt æquè Miſerabilibus, imbecillæque naturæ) electionem dedere, vt vel aduerſarios ſuos, etiam laicos, ad Eccleſiæ Iudicem trahere poſsint (ex *Innocent. III.* decreto, in *cap. Super quibuſdam, 26. in fin. de verb. ſignific.* de cuius intellectu 1. *part. de priuileg. paup. quæſt. 52. numero* 35. & *ſeqq.* egimus, circa quem nõ inſiſtimus) vel ad Principis tribunal primam cauſæ cognitionem, ex *lege* noſtra *vnica*, conſimilibuſque ſæpè repetitis Regiis.

Nec ſolum Pupillos imbecilla natura, orbitate, & commiſeratione Viduę æquant: ſed ſtatus excelentia (multo quoque digni fauore) ſuperant. Quippe
203 qui † non multum à Virginitate diſtat, aſſertore Imperatore *Iuſtiniano, in auth. de non elig. ſecund. nub. §. Optimum, coll. 1.*

Sacerdotum inde Viduis filiabus, de
204 ſanctis oblationibus, † ſicut Virginibus veſci, licitum, nuptis autem prohibitũ extitiſſe; ex *Leuit. cap. 22.* conſtat. Vbi hæc leguntur verba: *Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit; de his, quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur. Sin autẽ Vidua, vel repudiata, & abſq; liberis reuerſa fuerit, ad domũ patris ſui: ſicut puella cõſueuerat, aletur cibis patris ſui.*

In-

Indeq́; etiam ex *tex.in l.Quoties, C.de*
*priuileg.ſcholaſt.& ibi Bart.*aliiſq́ue *Guil.*
*Bened.in repetit.c.Raynuntius.2.p.verb.*
*Cuidam Petro tradiderunt, de teſtam. nu-*
*mero* 47. eadem æquiparatione , pro-
fert: priuilegio alicui , ſuiſque deſcen-
dentibus, tàm maſculis, quàm fœminis
205 dato, † filias Virgines, & Viduas , non
autẽ maritatas gaudere , quæ per con-
iugium & ſtatum , & forum mutant,
nec patris iam illum retinent , ſed ma-
riti, vt proximè latiùs notandum nobis
eſt. Eiuſdemque placiti extitere *Caſſan.*
*in cathalog.glor.mund.3.part.conſider.40.*
*verſ.Tertius eſt caſtitas , Benedict. Ægid.*
*de priuileg.honeſt.art.5.numer.1.* Viden-
dus tamen in id *Deci.in l.Fœminæ, num.*
*83.& ſeqq.D.de regul.iur.*

Pluraque in ſtatus Vidualis fauorem
*Nicolaum de Lira , Matth.*13. cõgerere,
*Gill.Bened.dict.loco,* refert. Quibus ta-
men ita demum gaudent, ſi Viduali ſta-
206 tui, † earum Vidualis vita conueniat.
iuxta illud *Pauli ad Timoth.1.cap.5.Vi-*
*duas honora, quæ verè Viduæ ſunt.* Aliâs
namque honeſtarum Viduarum priui-
legia perdere ; & iam ſuprâ *hac eadem*
*quæſtione numero* 46. in ſpecie ſua dicta
probant ; & in genere militant , & fir-
mant Doctores. Licèt enim Vidua ma-
207 riti præmortui forum, † nobilitatem,
& priuilegia retineat, ex *l. Fœminæ, 8.*
*D.de Senator, l. Filii,22. §.Vidua, D.ad*
*municip.l.Cum te,10.C.de nupt. l.fin. C.*
*de bon.mater.l.fin.C.de priuil.ſcholaſt.lib.*
*12.in cap.Is qui,3.§.Mulier,de ſepultur.*
*lib.6.Gloſ.in Clement.Ne Romani,2.ver.*
*Vacare,de elect.l.7.titul.2.part.4.verſic.*
*E aun a otra fuerça el caſamiento ſegun las*
*leyes antiguas : que maguer la muger fueſſe*
*de vil linage: ſi caſare con Rey, deben la lla-*
*mar Reyna , è ſi con Conde Condeſa. E aun*
*deſpues que fuere muerto ſu marido , la lla-*
*maràn aſſi, ſi non caſare con otro de menor*
*guiſa. Ca las honras, è las dignidades de los*
*maridos, han las mugeres por razon dellos.*
Traduntq́ue, & exornant *Andr.Tiraq.*
*in tract.ceſſant.cauſa.part.1.numero 117.*
*& de nobilit.cap.18.numero 5.Otalor.eod.*
*de nobilit.tract.4.part.princip.cap.8.nu-*
*mero 1.Ioann.Garc.eod.ipſo tract.gloſ.1.*
*§.1.numero 44.Ioan.Gratian.regul.499.*
*numero 1.& ſeqq. Cabed. deciſ.98.à nu-*
*mero 1.cum ſeqq.& deciſ.213.numero 5.*
*& fin.Benedict.Ægid.de priuileg.honeſt.*
*art.5.numero 2.Petr.Barboſ.in l.Qui tale,*
*ferè per tot.* præcipuè *numero 30.ad fin.*
*& ſeq.D.ſolut.matr. Girond. de priuileg.*
*num.175.& ſeqq.*

Dicantur de familia viri , & in eodẽ
matrimonio durare, *Surd. de aliment.*
*titul.4.quæſt.29.numero 36.& 37.titul.*
*6.quæſt.16.numero 12.& ſeq.& titul.9.*
*quæſt.35. numero 5. Pelaez de maioratib.*
*quæſt.27.numero 2. & quæſt. 6. numero*
*46.Gaſp.Baez.de inop.debit.cap.14.nu-*
*mero 7.* cum multis, *Carol.de Graſ. de ef-*
*fect.cleric.effect.1.numero 163.& ſeqq.*
*Cardin.Tuſch.practicar.concl.lit.V.concl.*
*203.numero 2.10.& 11.& concl.204.*
*per tot.* Dumq́ue in Viduitate manet,
in mariti obſequio cenſeatur eſſe, *Bald.*
*in l.Diuortio, numero 5. D.ſolut. matrim.*
*Cardin.Tuſch.d.concluſ.203. numero 12.*
*& 13.*

Sitque vera , & viua mariti mortui
imago, in qua ipſe viuere iudicatur ; vt
dicunt *Bald. in l. Pignoris , numero 2. C.*
*de pignorat.action. Roland. à Valle conſil.*
*15.numero 7.& 13.lib.3. Ioann.Cephal.*
*conſil.416.numero 39.lib.3.Adrian.Ne-*
*guſan.in ſylua reſponſor.quæſt.190.nume-*
*ro 10.Cardin.Tuſch.vbi proximè, numero*
*9.Alex.Carrer.de ſponſ.& mtarim.c.5.*
*col.2.in princ. inter tract.Doctor. tom.9.*
*pag.mihi 74.*

208 Si tamen inhoneſtè † viuat, vel ad ſe-
cunda tantum vota tranſeat ; defuncti
mariti forum, claritatem, & priuilegiũ
amittere ( præter ſuperius allegata id
probantia iura ) appertior in id Con-
ſtantini Sanctio in *l.His ſolis,7.ad fin.C.*
*de reuoc. donat.* in hæc verba extat : *De*
*cæteris autem, quæ portentoſæ vilitatis, ab-*
*iectæque pudicitiæ ſunt ; ſatis etiam tacitè*
*cautum putamus. Quis eſt enim, qui iis ali-*
*quid arbitretur tribuendum eſſe: cum etiam*
*illis, quæ iure, ſecundas tamen contraxerũt*
*nuptias : nihil ex his priuilegiis tributum*
*eſſe velimus.* Regiarumq́ue ordinatio-

num,

núm, in *l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordinam.* quæ eſt *l. 9. tit. 11. lib. 2. nouæ Regiæ collect. verſ. Totroſi las mugeres que fueron caſadas con hijoſdalgo, y mantubieren deſpues caſtidad.* & in *l. 18. tit. 14. lib. 6.* eiuſdẽ Reg. collect. *Mãdamos, q̃ la exencion otorgada por priuilegio a los nueſtros oficiales de nueſtra caſa, ſe guarde a los tales en ſu vida, y deſpues de ſu vida, ſe guarde a las mugeres legitimas dellos, no caſando, y manteniendo caſtidad.* Quæ quidem manifeſta legum conſtitutio, multorum allegationem Doctorum damnabit. Videri tamen (ſi libet) ad hæc poſſunt, & *Ioann. Gratian. dict. regul. 499. num. 9. & Matienz. in l. 5. tit. 9. gloſ. 8. numero 4. lib. 5. nouæ Reg. collect.* multoſque ab eis citatos. Generalem † pariter ibi Matiẽzius ipſe (poſt
209 *Felin. & Bernard. Diaz* à ſe relatos) memoratam regulam conſtituens; Viduã ſcilicet inhoneſtè viuentem, nequaquam priuilegiis Viduis conceſsis gaudere.

210 Quæ autem inhoneſtè, † aut luxurioſè viuere dicatur, vt Vidualibus priuilegiis arceatur, lis eſt, iiſdem *Conſtantini* relatis verbis ortum, fundamentũque habens. Quæ à dictis *ſuprà hac eadem quæſtione limit. 6.* & à *Matienzo proximè dicto loco, numero 4. & ſeq.* (vt multorum allegationi parcamus) ſolutionem recipit.

211 De pœnis † quoque Viduæ inhoneſtè viuentis, plenè *idem ipſe Matienzius* agit, *repetita gloſ. 8. per totam.* Nobis nõ pœnarum, ſed fauorum numeratio tãgit. Inter quos, non inferiori loco reponendus ille; quòd quemadmodum dotalis fundus matrimonio conſtante
212 inalienabilis, † & impræſcritibilis eſt, *l. Si fundus, 16. & ibi Bar. D. de fund. dot. l. In rebus, 30. §. Omnis autem, D. de iure dot. l. 8. titul. 29. part. 3.* cum citatis à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 22. numero 4. 22. 29. & ſeqq.* Ita & ſoluto matrimonio, † donec ſaltem Vi-
213 duæ reſtitutus non eſt, actioneque per conſequens de dote durante. Ita *Pauli* ſuadente reſponſo, in *l. 3. D. de fund. dot.* dicentis: *Toties autem non poteſt alienari fundus; quoties mulieri actio de dote competit; aut omnimodo competitura eſt.* & Papiniani in *l. Etiam dirempto, 12. D. eod. titul. Etiam dirempto matrimonio* (ait) *dotale prædium eſſe intelligitur.* Quam, ſi lubet, eleganter diſcuſſam quæſtionẽ, *An ſoluto matrimonio, dos amplius dicatur?* vide per *Anton. Guibert. in comment. de dotib. cap. 2. numero 15. 16. & 17.*

214 Quemadmodum item matrimonio durante, ali vxor † diues etiam debet, *l. Si filia, 20. §. 1. D. famil. erciſc. l. Dotis fructus, 8. D. de iure dot. l. fin. in princip. D. de dol. except. l. pen. D. vt in poſſeſſ. legator.* cum adductis à *Surd. de aliment. titul. 1. quæſtion. 32. per tot.* & à *Nobis, de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 4. numero*
215 *26. & ſeq.* Ita & de bonis mariti † Vidua quoque, ſiue diues, ſiue pauper ea ſit, ſecundum multorum opinionem, quos *Surd.* refert, *dict. tract. quæſt. 44. numer. 9.* ea nixi ratione, quam & *Surd. ipſe ibi, numero 10.* aſsignat: Quòd non melioris conditionis hæredes, quàm defunctus eſſe debeant, *l. Mortuo reo, 23. D. de fideiuſſorib. l. Maritum, 13. D. ſolut. matrim.* Quæ quidem efficit, vt quemadmodum vir, qui ſine dote, illiusvè promiſsione vxorem duxit, eam alere, deque neceſſariis ad vitam illi prouidere tenetur *Pomponii* decreto in *l. Quod ſi nulla, 28. D. de relig. & ſump. funer.* quam ad id *Cyn.* allegat in *l. Si conſtante, §. Si vir, D. ſolut. matrim.* ſic *Gloſ. margin. ibi* notante, multiſque fundamentis firmante *Surdo dict. quæſt. 32. numero 11.* Ita eiuſdem quoque Viduam pauperem, ductamque ſine dote, poſt annum etiam luctus, alere teneantur hæredes. Docuereque ſic *Bartol. in tract. alimentor. numero 48. Ludouic. Roman. in l. Diuortio, numero 15. Alexand. numero 22. & 27. D. ſolut. matrim. Bero. conſ. 130. per totum, Ricard. Lancellot.* & multi alii, quos refert, & approbat *Surd. dict. quæſt. 44. numero 44.* Quòd ſi cæteræ ad mariti obligationem in alimentis vxori pauperi præſtandis rationes, quas *Surdus dict. numero 11.* recenſet (plures namque adducit, contrarium

rium licèt *num.* 44. ſequutus) non ita in hæredibus, vt in marito vrgeant: vel hæc quidem ſola ſufficiens eſt, cum à marito in heredes obligatio deſcendat, illiuſque perſonam & hi repræſentent, & quidquid iuris ſit de aliquo, idem de eius ſit hærede, in quem actiuè, & paſſiuè defuncti obligationes tranſeunt, vt vulgaria ſunt iura; pleneque oſtendimus, & ornamus *de priuileg. paup.* 2. *p. quæſt.* 57. *numero* 1. *& ſeqq.* Et quia in præteriti matrimonii, prædefunctique mariti dedecus, Vidua médicare non debeat, cum defuncti mariti typum gerat, eiuſque viua ſit imago, in qua ille viuere (iuxta proximè dicta *numero* 207. cenſetur. Quam pariter huius aſſertionis defenſores rationem tradunt, teſte eodem *Surd. repetita quæſt.* 44. *numero* 44. *verſ. Prima tamen.* Quæ adeò vrget, vt ſi hæres ſuperſtiti vxori alimentis negatis, in cauſa ſit, vt ad viliores operas, quàm quas marito viuente
218 exercebat, † ſaluaque dignitate faceret, deſcendat: illius hæreditate veluti indignus priuetur, vt multorum fuit opinio, quos *de priuileg. pauper.* 2. *part. quæſt.* 56. *numero* 35. *&* 36. retulimus, temperamento *numero ſequenti* præſtito.

219 Si verò quartam † in prædefuncti mariti diuitis bonis eligat Vidua pauper; habebit vtique, beneficio *authenticæ Præterea, C. vnde vir, & vxor*, fusè à *Nobis* explicatæ *dict. quæſt.* 56. *per tot.* profiteturque idem *Surd.* ex ipſo *verſic. Prima tamen opinio.*

220 Veſtes prætereà lugubres † ſecundum conſuetudinem loci, perſonarumque dignitatem, à mariti hæredibus Viduæ conſequuntur, vt eſt commune Doctorum placitum in *l. Si is qui quadraginta, §. Si dos legata, D. ad leg. Falcid.* traduntque (omiſsis antiquioribus à referendis citatis) *Couarru. ſup.* 4. *libro Decretal.* 2. *part. capit.* 3. *§.* 9. *numero* 10. *Didac. Perez, in l.* 7. *titul.* 1. *libro* 1. *Ordinum. verb. Veſtir de luto*, conterraneus noſter *Ioann. Garc. de expenſ. & meliorat. cap.* 8. *à numero* 37. *Matienz. in l.* 3. *titul.* 1. *lib.* 5. *nouæ Regiæ collect. gloſ.* 2. *numero* 36. *Ioan. Gutier. practicar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 95. *à numero* 6. *P. Thom. Sanch. de matrimon. libro* 7. *diſput.* 87. *numero* 31. *Petr. Surd. de aliment. titul.* 4. *quæſtion.* 2. *num.* 13. *&* 14.

221 Quas etſi Vidua infra annum luctus † ad ſecundas tranſiens nuptias, mariti hæredibus reſtituere (ſecundum multorum ex relatis ſententiam) debeat: (cui ſe etiam ſubſcribunt *Queſad. in ſuis quæſtionib. iuris, cap.* 25. *numero fin. verſic. Circa quas veſtes, Anton. Cuc. lib.* 5. *inſtit. maior. titul.* 12. *numero* 190. *Anton. à Padill. in l. Fideicommiſſum, num.* 12. *C. de fideicōmiſſ. Azebed. in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ Regiæ collection. numero* 8.) Si tamē eius ſit conditionis Vidua, cui alimen-
222 ta debeantur: † nec intra luctus annum nubentem, hæredibus præteriti mariti eas reſtituere debere, iure quidem, aliis citatis, ſuſtinet *Petr. Barboſ. in l. quæ dotis,* 34. *numero* 81. *&* 82. *D. ſolut. matr.* cuius amplectitur ſententiam eruditiſſimus *P. Sanchez vbi ſuprà, dict. numero* 31. *verſ. Sed placet.* Quia cùm hæres obligationi ſuæ veſtes præſtando eo in caſu ſatisfecerit; repetitionis ius perdidit, à quo eum remouère Vlpianus in *l. Si quis pro vxore,* 22. *D. de donat. inter vir. & vxor.* & Neratius in *l. Quod dicitur,* 15. *D. de impenſ. in reb. dotal. fact.* cū & veſtes illæ alimentorum nomine cōtineantur, *l. Verbo victus,* 43. *D. de verbor. ſignific. l. Legatis,* 6. *D. de alim. & cibar. legat.*

223 Lectum etiam quotidianum † ſuperuiuenti coniugi deberi, *lex Fori* 6. *tit.* 6. *libro* 3. ſtatuit. quam vſu receptam teſtantur *Queſad. proximè dicto loco, Aluarad. de coniectura ta mente defuncti lib.* 4. *cap.* 2. *numero* 39. *Gutier. practicar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 93. *numero* 5. *Salazar, de vſu, & conſuet. capit.* 2. *numero* 28. *Azebed. in dict. l.* 3. *titul.* 1. *libro* 5. *nouæ Regiæ collectionis, numero* 9. eiſque relatis, *Sanchez vbi ſupr. num.* 32.

224 Quem tamen per ſecundas nuptias † reſtituendum, ad diuiſionemque trahendum cum hæredibus, eadem *Fori lege*

*lege* ita ſancitum: *Si el marido, ò la muger muriere, el lecho que auian quotidiano ſinque al viuo:è ſi ſe caſare, tornelo a particion con los herederos.*

Quislibetque ſecundas nuptias lecti
225 amiſsionem inducere, † textus generalitas ſuaderet; ni ad contractas intra annum luctus illum *Sanchez dict. loco, verſ. Intellige tamen*, cum *Didaco Perez* ab eo citato, reſtringeret, eiuſque diſpoſitionem in contrahente poſt luctus annum non procedere, firmaret. Per quem, perque ab eo relatos de quibus bonis lectus deducendus hic, qualiterque eius diuiſio ob ſecundas nuptias, ſit facienda; licet videre.

De lucris item conſtante matrimo-
226 nio † quæſitis, inter coniuges communicandis, Regia ſunt iura, quæ *Nos* & adducimus, & interpretamur, *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſtion.* 19. *per totam.*

227 Et an Vidua vſuras, † intereſſe, vel damnum poſt annum luctus, abſque aliqua interpellatione, pro dote non reſtituta, à mariti hæredibus conſequatur? diximus *eod. tract. quæſtion.* 26. *numero* 48. *& ſeqq.*

Viduas de Eccleſiæ bonis, ſi aliunde
228 non habeant, † ſuſtentandas (tanquam ſpeciale) quidam dixere; ſed immerito. Vel enim pauperes ſunt; & commune id cum cæteris pauperibus habent, quorum mater Eccleſia eſt, cuiuſque bona eorum ſunt, vt *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 7. *numero* 28. *cum tribus ſeqq.* ſumus proſequuti: Vel pauperes
229 non ſunt; & ceſſat † Eccleſiæ alendi eas obligatio, licèt protectionis duret, vt dixit *Gloſ. fin. in fin. in capit.* 1. 12. *quæſt.* 1. Inde & fori Eccleſiaſtici electio eis (vt diximus) conceſſa. Signaturæque ſtyli in Viduarum fauorem etiam ſuper
230 rebus profanis, commiſsiones † expedientis, teſtis eſt *Staphil. de commiſſ. & lit. iuſtit. ver. Dicendum, numero* 17. amplians *numero* 18. etiamſi oppreſsionẽ circa rem feudalem patiantur; quantumuis natura ſua coram feudi domino tractãda eſſet, *cap. Cæterum, de iudic. cap. Ex tranſmiſſa, & cap. Verum, de foro compet.* Etſi negligens feudi dominus non probetur, niſi in partibus coram domino temporali lis penderet, ſi de ea in commiſsione mentio facta non eſſet, ſecundum *Ægidium concluſ.* 46.

231 Viduæ prætereà retentionem † bonorum mariti, pro dotis recuperatione competere, communis *Doctorum* conſenſus firmat, traditque (ex *Bart. Bald. Socin. Decio*, & aliis) *Roland. à Valle, conſ.* 77. *numero* 27. *libro* 1. *Thom. Grammat. deciſ.* 58. *nu.* 5. *Bero. conſil.* 60. *num.* 5. *lib.* 2. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 61. *num.* 2. Quam marito in bonis præmortuæ vxoris Imperator *Iuſtinianus* negauit in *l. Vnic. §. Taceat, C. de rei vxor. action.*

232 Pro Viduis quoque aliàs prohibitos † poſtulare poſſe; & *text. in cap.* 1. *de poſtul.* & cæteri *ſuprà, numero* 145. relati probant. Eſtque *Regia lex* 11. *verſ. Fueras ende, titul.* 5. *part.* 5. quæ Regem, illuſtrẽ vè perſonam, in iudicio alioquin ſtare prohibitam, pro Vidua ſtare concedit.

233 Viduæ etiam teſtimonium † aliarum fœminarum teſtimonio præualere, & ſui, & aliorum iudicio aſſeruit *Anton. Gabr. commun. opin. lib.* 1. *tit. de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 67.

Nec modò pariter mares deuotio-
234 ne, † & pietate præcellunt (quod commune cæteris eſt fœminis, quarum deuotum ſexum in *deprecatione ad Dei Genitricem Virginem Mariam* Eccllesia prædicat, quaſque melioris pietatis *Ariſtoteles animalium libro* 8. affirmat.)
235 Sed ceteras † quoque fœminas, vt teſtimonium ſacra Pagina præbet, *lib.* 3. *Regum, capit.* 17. *&* 18. Eliam (ab Achab, Iezabel que eius nequiſsima vxore Prophetas occidente, profugũ) à Vidua paupere, validæ famis tempore ſuſceptum, nutritumq; oſtendens. Maximum & pietatis, & liberalitatis ſimul Viduarum argumentum, quodque eas ab aliarum mulierum cœtu, & auaritiæ contracta labe, eximit: roboratum *Iudith capite* 16. dicẽte: *Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit illi* po-

*populus, & conopœum, quod ipſa ſuſtulerat*
*de cubili ipſius, obtulit in anathema obliuio-*
*nis.* Lucæ cap. 21. & Marc. 12. *Et ſedens*
*IESVS contra gazophylacium, aſpiciebat*
*quomodo turba iactaret æs in gazophyla-*
*cium: & multi diuites iactabant multa.*
*Cum veniſſet autem Vidua vna pauper,*
*miſit duo minuta (quod eſt quadrans) & con-*
*uocans Diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico*
*vobis, quoniam Vidua hæc pauper plus om-*
*nibus miſit, qui miſerūt in gazophylacium.*
*Omnes enim ex eo, quod abundabat illis mi-*
*ſerunt: hæc verò de penuria ſua, omnia quæ*
*habuit, miſit totum victum ſuum.*

Omittimus, quos in genere Fœmi-
narum infirmus ſexus meruit, à legi-
buſque obtinuit fauores; cum non tam
ſexus quàm Viduitatis ratione eorum
Nos relatio tangat: aut leui ſaltem ca-
lamo (nè aliqua ex parte eas iure ſuo
vel priuare, vel tantis perfraudare vi-
deamur, & breuitati, & earum præſum-
pto voto conſulentes) pertingemus, ad
leges, & Doctores fuſius de his agen-
tes, remiſsione contenti. Quorum fa-
ciat initium Vlpianus in *l. Nec quicquā,*
*9. §. Aduocatos, D. de offic. Proconſul.* in-
236 quiens: † *Aduocatos quoque petentibus de-*
*bebit indulgere, plerumq; Fœminis, vel Pu-*
*pillis, vel his, qui ſuæ mētis non ſunt, ſi quis*
*eis petat: vel ſi nemo ſit qui petat; vltro eis*
*dare debebit.*

237 Mitius cum eis † regulariter in deli-
ctis agendum; benignè *Honorius & Ar-*
*cad.* Imperatores ſanxere in *l. Quiſquis,*
*5. §. Ad filias, in fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.*
*Mitior enim* (aiunt) *circa eas debet eſſe*
*ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus*
*auſuras eſſe confidimus.* Prædixerant Vl-
pianus in *l. Sacrilegii pœnam, 6. D. ad leg.*
*Iul. pecul.* & Papinianus in *l. Si adulteriū,*
*38. §. Inceſtum, D. ad leg. Iul. de adulter.*
probaruntque *Alexander III. in capit.*
*Sicut dignum, 6.* extra *de homic. volunt. l.*
*Regia 2. titul. 2. part. 7.* & tradunt ple-
nè *Tiraquel. de pœn. temper. caſu 9. per tot.*
*& de legib. connubial. l. 1. gloſ. 1. num. 85.*
*& ſeqq. & in l. 9. numero 177. verſicul. Et*
*huic opinioni, Sfort. Odd. de reſtit. in integ.*
*part. 1. quæſt. 10. art. 2. numero 3. & ſeqq.*
*& numero 14. Proſper. Farinac. in prax.*
*crimin. tom. 3. quæſt. 98. numero 1. & ſeqq.*
*Rauſner. deciſ. 20. Ioan. Aloyſ. Ricci. col-*
*lect. 1841. part. 5.*

Vnde, & à pœna *legis Si quis in tan-*
238 *tam,* † *C. vnde vi,* Fœminam excuſari
profitetur (cum *Bart. in l. 1. numero 6.*
*C. eod. titul.*) *Sfort. Odd. vbi proximè, nu-*
*mero 3. & ſeqq.* & *Farinac. dict. loco, nu-*
*mero 3.* & à præſumpta vſurarum frau-
de, à pœna falſi, ob ſcripturæ laceratio-
nem, à periurioque excuſari; & in hære-
ſis crimine ſi pertinaces non ſint, mi-
tius cum eis agendum; idem ipſe proſe-
quitur ibidem *Farinac. numer. ſeqq.* mul-
tipliciter limitans, & intelligens.

Adeòque venia Fœminarum delicta
digna Antiquitas reputauit: vt nō cor-
239 porali pœna, † aut grauiori quàm mul-
cta aliqua pecuniaria vindicari iuſſerit,
teſte *Diodor. Sicul. Bibliothecæ lib. 12.* pa-
gin. mihi 668. *Nam* (inquit ille) *cum*
*apud cæteras gētes, mulieribus delicta cun-*
*ctis argentea mulcta redimendi ius fiat, &c.*

Reſtitutionemque aduerſus ſuam
240 confeſsionem, † cum de delicto aliter
non conſtat, Fœminæ dari; dixit *Foller.*
*in pract. crimin. verb. Etſi confitebuntur,*
*part. 1. numero 27.* ex *Afflict.* quos re-
fert, & ſequitur *Farinac. quæſtion. 81.*
241 *numero 382.* Cæteris † licèt commu-
nis regula obſtet, à *Iuſtiniano* tradita in
*l. Generaliter, 13. C. de non numer. pecun.*
& ab aliis, *quæſt. 5.* (cum de Minoris ſi-
mili priuilegio agimus) referendis.

242 Bonam præterea fidem † muliebrem
inducere ſexum, dolique præſumptio-
nem excludere (pro more ſuo, cū mul-
tis) probant *Tiraquel. de retract. conuent.*
*in præfat. num. 35.* & *Farin. quæſt. 89. nu-*
*mero 50. & ſeqq.* Facilè potius ipſam ſe-
243 duci, † præſumit Iuſtinianus in *l. vnic.*
*§. Et ſiquidem, ad fin. C. de rapt. virg.* vt
latiùs *quæſt. 6.* oſtendemus: quamuis *Se-*
*nec. in Hippol. act. 2.* dicat:

*Inſtruitur omnis arte Fœmina doli.*

Mulieres item ad iudicium vt teſtimo-
244 nium † ferant, trahendas non eſſe, ſed
vel ad eas mittendum notarium, vel ſi
cauſa, & conditio depoſcat, ire Iudicē

debe-

debere, ſtatuit Bonifatius VIII. in *capite* 2. *de iudic. libro* 6. *gl.ſ* 1. *verſicul. Idem de domino in l. Ad perſonas*, 15. *D. de iureiurand.* & *ibi Caſtrenſ. numero* 1. *verſicul. Item in mulieribus, Roman. numero* 2. & *Iaſ.* 9. *Bald. in capit. Si quis teſtium, numero* 2. *in fin. verſicul. Item ad mulieres*, extr. *de teſtib. Specul. in titul. de teſte*, *§. Qualiter autem, numero* 22. *verſicul. Vel eſt honeſta mulier*, *Lanfranc. de teſtib. numero* 17. *in fin. Vocac. in tractat. de liter. remiſſor. capit.* 2. *numero* 28. *Farinac. quæſtion.* 77. *numero* 224. eſtque Regia *lex*, 3. *verſicul. Pero ſi los judgadores, titul.* 7. *part.* 3. Tametſi *Cornel. Tacit. annal. libro* 2. dicat: *Cum Virgines Veſtales in foro, & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit.*

245 Neque pro cauſa debito vè ciuili † coram Iudice comparere perſonaliter in iudicio honeſtam Fœminam compellendam, *eadem ipſa Regia lex in principio* determinat. Proque nullo, publico etiam, vel Fiſcali ad carcerem trahi poſſe; iam *ſuprà numero* 146. aduertimus.

Neque item pro criminali non atro-
246 ci, † aut ſaltem leui. In ea enim, vel præſtito fideiuſſore, ſi eius copia adſit; vel iuratoria cautione, ſi non adſit, extra carcerem audiri debere, probat *text. in authen. Vt nulli iudic. §. Neceſſarium*, *verſicul. Si verò crimen*, & *in authen. Hodie nouo iure*, *verſicul. Si verò tale ſit crimen*, *C. de cuſtod. reor.* & cum multis *Farinac. praxis crimin.* 1. *part. quæſtion.* 27. *numero* 44.

247 Fœminæ etiam, quæ in Canonem † *Si quis ſuadente diabolo*, 17. *quæſtion.* 4. incidit, datum eſt, vt ab Epiſcopo abſolui poſsit, per *text. in capit. Ea noſcitur*, 13. *de ſent. excommunic.* Cum alii pro abſolutione eo in caſu Romam petere debere, eadem ipſa iura decernant, & in *capit. Mulieres, eod. titul. de ſent. excommunic.* celebreſque Regiæ *leges*, 3. & 4. *titul.* 9. *part.* 1. illa ſtatim in principio ait: *Manos ayradas, metiendo alguno en Clerigo, ò en ome, ò en muger de Religion para ferirlo, ò para matarlo, ò para prenderlo; cae en dos penas: La vna de deſcomunion: La otra, que ha de ir a Roma que lo abſueluan*: Hęc: *Roma es logar ſeñalado onde ſe va à abſoluer el que mete manos ayradas en Clerigo, ò en Monge, ò en muger de Religion.* pauloque inferiùs: *Pero treze razones ſon, porque no debrian yr à ſu Corte, aunque cayeſſen en tal deſcomunion*: quarum octauam, noſtram aſsignat: *La octoua es, ſi es muger.*

248 Etſi prætereà facti, † non Iuris ignorantiam excuſent vulgaria Iura in *capit. Ignorantia*, 13. *de regul. iur. libro* 6. *in capit. Si in laicis*, 3. *diſt.* 38. cum adductis à *Nobis in Axiomatib. lit. I. num.* 17.

249 Mulierum † tamen vtramque ignorantiam excuſant Caliſtratus in *l.* 2. *§. fin. D. de iure Fiſci*, Vlpianus in *l.* 1. *§. fin. D. de edend.* & Paulus in *l. Cum de indebito*, *§. Sin autem, D. de probat.* Non enim omni in caſu excuſatam iuris mulierum ignorantiam, habere Imperatores *Leo*, & *Anton.* voluerunt, in *l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* ſanctione facta: *Ne paſſim liceat mulieribus omnes ſuos contractus retractare, in his quæ prætermiſerint, vel ignorauerint: ſtatuimus, ſi per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius, vel ſubſtantiam ſuam patiantur: in his tantum caſibus, in quibus præteritarum legum authoritas eis ſuffragatur, ſubueniri.* Plurimi tamen à legibus ſpecifice nominati ſunt caſus, in quibus iuris ignorantiæ ſubterfugio, excuſationeque vtuntur, quos magiſtralis *Gloſſa fin. ibidem* recenſet. Aguntque hac de re & citati à *Nobis dict. lit. I. nu.* 17. & *Cald. Pereir. de emphyt. extinct. cap.* 6. *num.* 19. & *ſeq.*

Et ne ſigillatim cetera proſequamur,
250 † & ad præfatam *finalem Gloſſam*, & (plenè de his agẽtem) *Decium in l. Fœminæ, à numero* 70. *cum ſeqq. D. de regul. iur.* plura deſiderãtẽ remittimus, pro repe-

tito etiam habito, quod fœmineo ſexui ſpeciale, indulgentiamque iura Regia conceſſere, ob non vltam defuncti, cui hæres Fœmina extitit, mortem. De quo *infra quæſtione* 5. *numero* 63. *&* 64. faciendus ſermo.

Pupillorum, & Viduarum fauores retulimus: Infirmorum nunc, ex contextu, literæque *legis noſtræ vnicæ*, ordine ſuperſunt. Quorum ille & primus, & maximus: quod licèt vires
251 corpori † Infirmitas demat: animo addat, *Paulo*, 1. *ad Corint. capit.* 12. dicente: *Cum enim infirmor, tunc potens ſum.* Diu. Ambroſ. 1. lib. de pœnit. capit. 13. *Ægritudo carnis, peccatum repellit.* Et inferiùs: *Quod nocet corpori, iuuat ſpiritum*, translatus in *cap. Poteſt fieri*, 52. *de pœnit. diſt.* 1. De qua ſimiliter *Petrarcha* loquens, *de remed. vtriuſque fortunæ lib.* 2 *dialog.* 3. ait: *Conſequens eſt, vt quod alteri obeſt: proſit alteri.*

Plures numerat Infirmitatis effectus, bonaque ex ea naſcentia multa *Guillelm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius, verb. Mortuo itaque teſtatore, el* 1. *de teſtament. numero* 10. hæc adiiciẽs: *Et ſæpè Infirmitas peccatum impedit, ne ſcilicet fiat, vt ibi, & Prouerbiorum vigeſimo: Liuor vulneris abſterget mala. Secundò, Infirmitas feruentiorem reddit, iuxta illud Pſalmiſtæ: Multiplicatæ ſunt Infirmitates eorum: poſteà accelerauerunt. ſcilicet feruentius operantes. Tertiò, hominem humilem reddit, iuxta illud Apoſtoli,* 1. *ad Corint. duodecimo: Libenter gloriabor in Infirmitatibus meis, vt in me habitet virtus Chriſti. ſcilicet humilitatis. Quartò, conſtantem facit hominem ex conſuetudine patiendi, vt ibidem dicit Apoſtolus: Cum infirmor, tunc potens ſum. ſcilicet, contra nequitias dæmonum, & tentationum, capit. Niſi cum pridem, de renunc. Vltimò, Infirmitas ad perfectionem adducit. Quia virtus in Infirmitate perficitur, vt ibi.* Alia in id ipſum, ſic *Petrarcha ſuperiore loco*: Dolor. *Inualida valetudo eſt.* Ratio. *At eſt valida hortatrix parſimoniæ, dehortatrixque libidinum, & magiſtra modeſtiæ.* Dolor. *Mala eſt valetudo corporis.* Ratio. *Si valetudo animi bona eſt; pone ſolicitudinem. Quidquid corpori euenerit, ſaluus es.* Dolor. *Corpus ægrum, Infirmumque eſt.* Ratio. *Eſt quæ obliuionem, ſomnumque diſcutiat, & torporem abigat.* Dolor. *Valetudo Infirma eſt.* Ratio. *Infirmitatibus gloriare, & virtutem perfice: duo hæc vnius magiſtri ore didiciſti.* Dolor. *Valetudo miſera eſt.* Ratio. *Comes iniucunda; ſed fidelis, quæ te crebro vellicet, interſignet, & conditionis admoneat: optimus in periculis monitor fidus.* Nec minus elegans, quàm doctrina referta, Infirmitatis commoda, & vtilitates demonſtrans *Plinii ſecundi, Maximo ſuo epiſtolar. libro* 7. ſcribens, epiſtola in hæc verba adeſt: *Nuper me cuiuſdam àmici langor admonuit; optimos nos eſſe, dum infirmi ſumus. Quem enim infirmum, aut auaritia, aut libido ſolicitat? Non amoribus ſeruit; non adpetit honores; opes negligit; & quantulumcumque vt relicturus, ſatis habet. Tunc Deos; tunc hominem ſe eſſe meminit. Inuidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit: ac nec ſermonibus quidem malignis aut attendit, aut alitur. Balnea imaginatur, & fonteis. Hæc ſumma curarum, ſumma votorum: molemque in poſterum, & pinguem (ſi contingat euadere) hoc eſt; beatam, in noxiamque deſtinat vitam. Poſſum ego, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus Philoſophi docere conantur; ipſe breuiter tibi, mihique præcipere: vt tales eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi.*

Scientiarum, & Artium magiſtram Infirmitatem, *Ælian. var. hiſtor. libro* 4. *capit.* 15. his confirmat exemplis: *Hieron. Siciliæ tyranus, primum fuiſſe priuatus dicitur, & omnium hominum à muſica alieniſſimus, ac ruſticitati nihil inferior fratre Gelone. Verum, cum aliquando in morbum incidiſſet; factus eſt literatiſſimus; cum otium, quod ei corporis*

im-

*imbecillitas imponebat; doctorum hominum ſermonibus audiendis tribueret. Conualeſcens igitur ex aduerſa valetudine, frequenter audiebat Simonidem Seum, Pindarum Thebanum, & Bacchylidem Iulietam. Gelon verò, indoctus homo permanſit. Doctiſſimum etiam Ptolomæum ſecundum, aiunt euaſiſſe, cum ægrotaret. Plato affirmat, Theagem nulla alia occaſione Philoſophiæ operam dediſſe, quàm morbi otio. Nam quum is eum à ciuilibus rebus prohiberet; compulit ad ſapientiæ ſtudium, & amorem. Quis autem ſapiens non optaſſet huiuſmodi morbum Alcibiadi, Critiæ, Pauſaniæ Lacædemonio, & reliquis? Alcibiadi, & Critiæ, ne fugientes à Socrate, alter Socratem iniuria læſiſſet; & tunc Spartanorum, nunc Bæotiorum partes fouens; nonnumquam etiam Theſalorum, Medorum, & perſonarum adhærens Barnabazo: Critias verò, truculentiſſimus euaſiſſet, & infinitis cædibus manus ſuas poluiſſet; quàm multas calamitates intulit patriæ, & vitam omnium odiis propoſitam egit. Straton etiam filius Chorragi vtiliter, & commodè ægrotaſſe videtur: quoniam cum eſſet ex illuſtri familia oriundus, & diuitiis abundaret: non antè corporis exercitia vſurpauit, quàm ex ſplene laborare cœpit. Tunc enim cum remedium petere ex palæſtra, & corporis exercitiis oporteret: primum quidem ad recuperandam valetudinem, iis vſus eſt. Deinde verò cum profectus in arte non pœnitendos feciſſet: & iam ſpecimen eius daret in ludis Olimpicis; vna die vicit luctam, & Pancratium: & ſequenti Olimpiade, & in Nemeo, & in Iſthmico, & in Pythico certaminibus ſimiliter vicit. Democrates pugil etiam ipſe, cum laboraſſet ex pedibus, ad certamina venit, & ſiſtens in medio, deſcripſit ſibi circum, & iubebat aduerſarios vt ſe expellerent extra lineam. At illi cum nequirent; victi ſunt: & ipſe cum benè, & fortiter in ſtatione ſua perſtitiſſet; coronam ſecum deportauit.* Ex recentioribus, præclarum in id exemplum *Dydimus Alexandrinus* reliquit. Qui *cum ad quadrageſimum ætatis annum perueniſſet, in Grammaticum, Geometram, atque Dialecticum conſummatiſſimum euaſit. Nam cum in ſupputandis numeris, dimenſionibus, atque in ſcribendo, aliena vteretur manu; multa ſubtiliſſimè ſcripſit: atque haud pauca in ſacra Scriptura commentatus eſt.* Vti tradit *Baptiſt. Fulgoſ. libro* 8. & ex eo *Andr. Eborenſ. locorum commun. libro poſteriori, titul. de lectione, & ſtudio*, pagina mihi 181.

Hæc ex ipſa Infirmitate per ſe naſcentia bona: alia iuris beneficio conceſſa Infirmitatibus priuilegia extant. Namque, neque pro debito ciuili,
252 † neque etiam pro delicto, graui Infirmitate laborantem in carcerem trahi poſſe, aſſeruit (ex *Grammatic. conſil.* 55. *numero* 9. *& ſeqq.*) *Proſper. Farinac. praxis crimin. tom.* 1. *quæſtione* 27. *numero* 87. formam, modumque præſcribens, qua vti aduerſus criminoſum grauiter infirmantem Iudex debeat. Et quamuis legum, quas in id ipſe affert (*legem* nempè, 4. *C. finium regund.* & *l. Pœnæ, C. de ſtat. liber.*) prima mihi aſſertionem non probet: ſecunda non extet: eandem tamen firmant *Sebaſtian. de Medic. in tractat. de caſib. fortuit.* 2. *part. quæſtion.* 6. *numero* 14. *& Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. tom.* 5. *capit.* 805. *numero* 14.

Ex quibus, & à fortiori, nec tor-
253 queri † Infirmum poſſe, eo ſaltem modo ægrotante, ſequitur, & tradit (cum *Caſon. & Ioſeph. Ludouic.*) *Farinac. praxis crimin.* 1. *part. quæſtion.* 41. *num.* 93.

Nec contra ſic Infirmum executio-
254 nem † fieri poſſe; clementiſsima Hiſpaniarum Regum decreuit Sanctio, in *l.* 11. *titul.* 9. *part.* 7.

255 A contumacia † pariter excuſat Infirmitas, dicente *Hermogeniano in l.*

*Contumacia*, 53. *§. Pœnam*, *D. de re iu-*
*dic. Pœnam contumacis non patitur, quem*
*aduerſa valetudo, vel maioris cauſæ occu-*
*patio defendit*. Ideoque & Militem ad
diem conuentum valetudine impedi-
tum non venientem, excuſat Paulus in
*l. Qui commeatus*, 14. *D. de re militar.*
cæteroſque, quantumuis citatos, &
requiſitos (cum iam relatis iuribus)
*text. in cap.* 1. 5. *quæſtion.* 3. *in cap.*
*Si Epiſcopus*, 13. *diſtinct.* 18. *& in*
*cap.* 2. *de procurator.* vbi, nec procu-
256 ratorem † mittere Infirmum citatum
neceſſariô debere, *Alexander Ponti-*
*fex Maxim.* decernit. Quod ampliat
ibidem *Gloſ. verb. Detentus*, etiamſi
citatus quis fuerit *vt eat, vel reſponſa-*
*lem tranſmittat.* An verò ad longum
tempus, vel in perpetuum impeditus
procuratorem mittere teneatur? *Gloſ.*
tradit *in cap. Cum dilecti*, 6. *de dol.*
*& contum. verb. Reſponſalem*, *ad fin.*
Indiſtinctèq; legitimè impeditũ, pro-
curatorem mittere non debere, di-
cunt *Gloſ. & omnes in cap. Si ægrotans*,
5. *quæſtion.* 3. *Accurſ. in l. Interdum*,
36. *verb. Et ſimilibus*, *D. de iudic. Fe-*
*lin. in cap. Accedens*, 2. *numero* 8. *vt li-*
*te non conteſt. Pinel. in authentic. Niſi*,
*numero* 43. *verſicul. Amplia*, 3. *C. de*
*bon. mater. Cald. Pereir. de renouat. em-*
*phyteuſ. quæſtion.* 7. *numero* 4. cum aliis
citatis ab *Auguſtin. Barboſ. in collect.*
*ad dict. capit.* 2. *de procurator. nume-*
*ro* 6.

Nec modo legitimam excuſatio-
nem citato à comparendo ipſiuſmet †
257 Infirmitatem præbere: ſed etiam ſuo-
rum tantum, profitentur *Gloſ. verb. Suo-*
*rum, in cap. Communis*, *per text. ibi*, *diſt.*
23. *Iaſ. in l.* 1. *numero* 84. *D. de offic. eius*
*Petr. Rebuf. ad leg. Gallic. tom.* 3. *titul.*
*de excuſat. numero* 31. *Tiraquel. de pœn.*
*temper. capit.* 51. *numero* 78. *Petr. Fol-*
*ler. in practic. crimin. capit.* 10. *verb.*
*Non comparentes contumaces reputen-*
*tur*, *ſub numero* 51. *Proſper. Farinac.*
(ſolo *Follerio* adducto) *praxis crimin.*
*tom.* 1. *quæſtion.* 11. *numero* 53. *verſic.*
*Et quod iuſta*, *Cald. Pereir. de renouat. em-*
*phyt. quæſtion.* 5. *numero* 23. *Proſper.*
*Carauit. ſuper ritu* 269. *numero* 24. *Se-*
*baſtian. de Medic. de caſib. fortuit. dict.* 2.
*part. quæſt.* 6. *num.* 15.

Interimq; Infirmitatis impedimen-
258 to allegato, † deque ea oblata fide, Iu-
dicis poteſtatem ſuſpendi, inque bonæ
valetudinis tempus differri iudicium;
eſt *text. in l. Quæſitum*, 60. *D. de re iudic.*
& ita per illum tenet *Sebaſtian. Vant. de*
*nullit. ſent. titul. de nullit. ex defect. iuriſ-*
*dict. & vnde, & quibus mod. &c. numero*
161. *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit.*
*dict.* 2. *part. quæſt.* 6. *numero* 19. nullum
interim à Iudice proceſſum factum di-
centes: nullaque ideo reuocatione in-
digere firmauit (cum *Gandin.* & *Iodoc.*
ab eo relatis) *Farinac. dict. quæſt.* 11. *nu-*
*mero* 53. tenetque pariter *Ioach. Min-*
*ſing. practicar. obſeruat. cent.* 4. *obſerv.*
58.

Fide vero de Infirmitate non exhi-
259 bita, † Iudiceque ad vlteriora proce-
dente, tenere quidem proceſſum; ſed
infirmitate detento in integrum reſti-
tutionem dari (citato *Sfortia*, & aliis)
tradit *Baiard. in addition. ad Clarum*,
*quæſtion.* 34. *numero* 24. & notat *Sebaſt.*
*de Medic. in tract. de caſib. fortuit.* 2. *part.*
*quæſtion.* 6. *numero* 25. Noſque nota-
mus *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 30.
*num.* 4.

260 A negligentia † ſimiliter Ægritudi-
nem excuſare (iura firmantia referens)
dixit *Gloſ. verb. Negligenter*, *in capit. Si*
*clericus*, 11. *de præbend. & dignitat. li-*
*bro* 6.

261 Pœnamque delicti † Infirmitatem
minuere, & iuſtam in ea diſpenſandi,
mitiuſque agendi cauſam præbere, *tex.*
probat, iuncta *Gloſſa verb. Neceſſitate*, *in*
*Clement.* 1. *§. Quibus etiam*, *verſ. Super*, *de*
*priuileg.* A pœnaque, & pœnitentia ex-
cuſare dicit *Sebaſtian. de Medic. citato*
*loco*, *numero* 22. allegato *cap. Placuit*, 8.
*diſt. & cap. Ab Infirmis*, 26. *quæſt.* 7.

Neq; ſolũ pro ægrotantiũ teſtimonio
262 recipiendo mittere † ad illorũ domos
tabellionẽ Iudices debent; vel ipſimet
ire, ſi cauſæ qualitas depoſcat, iuxta

*Pauli*

*Pauli* reſponſum in *l. Ad perſonas*, 15 *D. de iureiur.* dicentis: *Ad perſonas egregias, eoſque, qui valetudine impediuntur; domum mitti oportet ad iuſiurandum.* decretumque *legis* 22. *titul.* 11. *part.* 3. & à *Farinac. praxis crimin. tom.* 2. *quæſt.* 77. *numero* 225. à *Nobis* que adductos *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 36. *num.* 1. Sed neque in propria domo teſtimonium ferre coguntur, iuxta text. in *cap. Si teſtes*, 3. *§. Inuiti*, 3. *quæſtion* 4. *& l. Inuiti, la* 1. & ibi notat *Gloſ. verb. Valetudinarii, Bald. in princip. Alberic. numero* 1. *&* 3. *Florian. num.* 4. *in fin. D. de teſtib. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 5. *dict. capit.* 805. *numero* 28. *Medic. vbi ſuprà num.* 18.

Infirmos item, qui intereſſe Diui-
263 nis horis perſonaliter † nequit; diſtributiones nihilominus quotidianas percipiet, ex *Gregorii* conſtitutione *libro* 2. *epiſt.* 5. translata in *c.* 1. *de cler. ægrot.* & Bonifacii VIII. in *capit. vnic. de cler. non reſid. libro* 6. docentque *Didac. Couarru. libro* 3. *variar. capit.* 13. *numero* 8. *Paul. Fuſc. de viſit. libro* 1. *capit.* 15. *numero* 25. *verſ. Et infirmo, & capit.* 20. *numero* 26. *Thom. Act. in tract. de infirm. part.* 1. *cap.* 50. *numero* 25. *Ioan. Selu. de benefic.* 4. *part. quæſt.* 6. *numero* 9. *Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effectu* 1. *numero* 1172. *Petr. Cened. practic. quæſtion.* 1. *numero* 7. *Nicol. Garz. de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *numero* 363. cum aliis citatis ab *Auguſt. Barboſ. in collect. ad dict. cap. vnic. de cler. non reſid. in* 6. *numero* 8. *& ſeqq.* vbi non modò de iacente infirmitatis cauſa in lecto: ſed & de aliàs debili, vel ad balnea, aliumvè locum ſanitatis obtinendæ gratia profecto, ob idque abſente, intelligendum probat. *Camil.* etiam *Borrel. in ſumm. deciſ. titul.* 9. *numero* 19.

264 Quinimo, licèt propria culpa † in Infirmitatem incidiſſet, eas percipere Infirmum debere, defendunt *Couarru. dict. loco, Cened. dict. quæſt.* 1. *numero* 8. & cum *Zerol. Azor. Sanctarel.* & aliis, *Auguſt. Barboſ. vbi proximè, numero* 15. tradidimuſque *Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſtion.* 54. *numero* 15.

265 Id quod merito limitant, † verumque intelligunt *Petr. Cened. citato loco, n.* 9. *Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *quæſt.* 11. *Monet. de diſtribut. quotidian. part.* 2. *quæſt.* 6. *numero* 21. *Henriq. in ſumm. libro* 13. *cap.* 13. *§.* 4. *in fin. in comment. lit. I. Cald. Pereir. de renouat. emphyteu. quæſtion.* 5. *numero* 23. *verſic. Vnde ſi Canonicus*, hiſque relatis, *Auguſt. Barboſ. dict. capit. vnic. numero* 16. ſi in ſanitate, Diuinis officiis intereſſe conſueuerat.

266 Morbo præterea perpetuo † ſaltem laborantem, ad munera perſonalia non teneri, integer probat *titulus Codic. qui morbo ſe excuſ. libro* 10. *& text. in capit. Licèt*, 4. *extra, de cenſib. §. Item propter aduerſam valetudinem, inſtit. de excuſ. tutor.* Nec ad extraordinaria realia quandoque, dixit *Sylueſt. in ſumm. verb. Gabella*, 5. *numero* 5.

Ab omnibuſque generaliter excu-
267 ſat infirmitas, † quæ ſanitati obeſſe, aut incommode ob illam fieri poſſunt, veluti ab obſeruatione ieiunii, vt concors *omnium Summiſtarum* eſt ſententia, *verb. Ieiunium.* & ab eſu carnium quadrageſimali, vel ſolemnis ieiunii tempore, *Innocentii III.* decreto in *cap.* 2. *§. fin. de obſeruat. ieiun.*

Vnde, quemadmodum iuramentum, quod ſine diſpendio † ſalutis
268 æternæ ſeruari non poteſt, obligatorium non eſt, *capit. Si verò*, 8. *de iureiur.* cum ſimilibus: ſic, nec quod ſine diſpendio temporalis ſalutis, vt *Diui Ambroſ.* 3. *officior. libr. capit.* 10. auctoritas, relata in *capit. Innocens*, 23. in ordine, *§. Quiſquis*, 22. *quæſt.* 4. manifeſtat. Cuius ſunt verba: *Quiſquis ergo, ſe iuramento firmauerit aliquid facturum, quo, vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo vtraque ſalus reparari, vel confirmari non poſſit: fidem promiſſam ſeruare prohibetur.* Cuius etiam voti *Gloſſa* extitit in *dict. cap. Si vero, verb. Salutis æternæ.*

269 Nec ideo cogitur Infirmus Romam † pro abſolutione obtinenda petere, etiã ſi aliàs Romanus Pontifex pro ea adeundus foret, ab Epiſcopoque abſolui poterit, *Clementis III.* conſtitutione in *cap. Ea noſcitur,* 13. *de ſent. excommunic.* & notant *Syluest. in ſumm. verb. Abſolutio,* 4. *numero* 3. *verſ. Nonus, Thom. Act. de infirm. p.* 2. *verb. Abſolutio, n.* 4. & 5. *Carol. de Graſ. de effect. cler. effect.* 9. *n.* 163. & alii, quos in *collect. ad dict. cap. Ea noſcitur, numer.* 4. *Auguſt. Barboſ* refert, & in *cap. Si quis ſuadente,* 17. *quæſt.* 4. *numero* 92. Infirmorum ad id numero comprehendentes, non modò incurabili, periculoſo, aut longo morbo; ſed & podagra, aut febri quartana laborantes. Suntque etiam iura in id Regia in *l.* 3. & 4. *tit.* 9 *part.* 1.

Non item longa infirmitate graua-
270 tum, â beneficio, † præbenda, ſeu dignitate remouendum; ſed coadiutorem illi dandum, decreuere Innocent. III. in *capit. Ex parte,* 5. Honor. III. in *capit. Conſultationibus,* 6. *de Cleric. ægrot.* & Gregor. *in capit.* 1. 2. & 3. 7. *quæſtion.* 1, *Gloſ. verb. Coadiutor, in capit. Venerabili,* 37. *de offic. & poteſt. iudic. deleg. Sebaſtian. de Medic. dict. quæſt.* 6. *numero* 13. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 4. *dict. capit.* 805. *numero* 29. & *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. dict. titul.* 9. *numero* 6. 7. 8. & 22.

Nec ob infirmitatem pariter à tu-
271 tela † remouendum tutorem; ſed adiutorem illi dandum; *Pomponius* cenſuit, in *l. Solet,* 13. *D. de tutel.* & *l. Regia,* 13. *tit.* 16. *part.* 6.

272 Diuerſum licèt in Iudice † infirma valetudine laborante, inutilique effecto Imperatores *Val.* & *Theod.* ſanxerint in *l.* 3. *C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.*

Infirmitate tamen durante, dumque
273 in officio exiſtit, † ſalarium percipere Iudicem, & ſeruire videri, text. probat in *l. Si cui,* 38. *§. fin. D. ex quib. cauſ. maior. Iaſ. in l. Diem functo, numero* 48. *D. de offic. aſſeſſor.* dictaque inferius, *numero* 275. eſtque *Regia Lex.* 6. *titul.* 5. *libro* 3. *nouæ Regiæ collectionis.*

274 Sicut & ſeruire famulus infirmus † intelligitur, dicente Paulo in *l. Cum hæres,* 4. *§. Stichus, D. de ſtat. liber. Sed ſi quibuſdam diebus, aut valetudo, aut alia iuſta cauſa impedimento ſit, quo minus ſeruiat; & hi anno imputandi ſunt. Seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur.* Et per conſequens pro infirmitatis tempore ſalarium ægroto famulo deberi, vt & aſſeruit *Accurſ. in l. Arboribus,* 13. *§. De illo, verb. Ægrotantis, D. vſufruct. & quemadmod. quis vtat.* & cum eo *Innoc. Ioann. Andr. & Barba. in capit.* 3. *de locat.* vbi *Imol. numero* 10. profitetur communem, & alii, quos in id *Didac. Couarruu.* refert *variar. libro* 3. *capit.* 13. *numero* 8. licèt in contrarium multos quoque numeret, quorum etiam aduerſantem opinionem ſequutus eſt *Flores Dias de Men. variar. libro* 1. *quæſt.* 8. *§.* 2. *numero* 17. *Cald. Pereir. quæſtion. forenſ. conſil.* 20. *numero* 9. & *Ioann. Gutier. practicar. quæſtion. libro* 4. *quæſtion.* 52. *numero* 13. qui *numero* 12. pro priore *Oracium* quoque *Didac. Perez,* & *Celſum* retulerat, quam etiam tenet *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. dict.* 2. *part. quæſtion.* 6. *numero* 16.

275 Aduocato † quoque pro ægritudinis tempore ſalarium deberi conuentum, concors Scribentium ſententia eſt, ex *Vlpiani* reſponſo in *l.* 1. *§. Diuus, D. de var. & extraordin. cognit.* & Pauli in *l. Qui operas,* 41. *in princip. & in §. Aduocati, D. locat.* vt cum multis tradidimus, *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſtion.* 28. *numero* 15. Neque ad ſubſtituti præſtationem tunc Aduocatum teneri (ex ratione *legis Inter artifices,* 31. *D. de ſolut. & liber.*) dixit *Gloſ. in dict. §. Diuus, verb. Repeti, ad fin.* Idem in Poteſtate,

Aſſeſ-

Aſſeſſore, Doctore, vel Magiſtro intelligens, cum per eos non ſtet, quamuis miniſterium ſuum peragant, vt *ibi text.* ait, in *dict.l.Qui operas. l.Si pecuniam,* 5. *D.de condit.cauſ.dat.* & *dict. l.* 4. *§. Sed ſi quibuſdam, D. de ſtat. liber.*

276 Iudicique à Principe delegato † infirmitate laboranti, ſubdelegandi licentiam *Alexand. III.* conceſsit, in *capit.*3.*de offic. & poteſt. iudic. deleg. Regiaque lex* 19. *titul.*4.*part.*3. hac licèt cauſa non expreſſa.

Ordinariumque Iudicem alium ſuo loco † Infirmitatis ratione ſubrogare,
277 aut ſubſtituere poſſe (præter *eandem legem* 19. ſimpliciter loquentem) recentior in ſpecie decreuit *l.*4.*titul.*9.*lib.*3. *nouæ Regiæ collect.* Generaliterque meri, & mixti Imperii cauſas, quæ aliàs non delegarentur, Infirmitatis cauſa delegari poſſe (cum *Salicet. Felin. Menoch.* & aliis per eum relatis) dixit *Sebaſt.de Medic.dict.quæſt.*6.*num.*12.

Sic & Epiſcopum aduerſa valetudi-
278 ne impeditum, ſuffraganeorum † conſecrationem aliis committere poſſe, ſuaſque ad id mandare vices; *Innocentius III.* ſtauliuit, in *cap.Quod ſedem,* 10. *de offic.Ordinar.*

Etſi præterea, eius quod publicè, & per proclama, † ſeu banna factum eſt;
279 in communem notitiam præſumatur venire, neque ignorantiæ admittatur allegatio; *text. in cap.fin. decimaſexta diſtinct. in cap.Qui diuinis* (aliàs, *Qui humanis,* 24. in ordine. 12. *quæſt.*2. *in cap.Licèt ergo,* decimoquinto, 8. *quæſt.*1. *in cap. Curæ,* vigeſimo, 11. *quæſt.*3. cum adductis à *Gloſ.vnic.in d.cap.fin.*

280 Infirmitas verò, † à notitia, ſcientiaque etiam tunc excuſat. Vtrumque probant *text.in cap.fin. Qui matrimon.accuſar.poſſ.* & *in l.*5.*titul.*9.*part.*4. Etſi nō oppugnatione careant; cum ille, Infirmitatem quæ à mente alienet, ad excuſationem hanc requirat: Hic, non tam ad ſcientiæ, vel notitiæ excuſationem, quàm ad denuntiandi facultatem reſpiciat, Ideòque Infirmum ſic publicata ſcire præſumi, à viſitātibuſque didiciſſe (non ſatis ſibi conſtans) firmauit *Rimin. Iun. conſ.* 801. *lib.* 7. *numero* 27. priorem ſimpliciter (ad abſentis ſimilitudinem) *Sebaſt.de Medic.dict.quæſt.*6. *num.*9.

281 Sicut impenſa funeris † cuiuis alii creditori præfertur, dicente Marciano in *l. Impenſa funeris,* 45. *D. de Religioſ. & ſumpt. funer. Impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur; quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſunt.* cui lex conuenit 12. *titul.* 13. *part.* 1. *l.* 9. *titul.* 3. & *l.* 30. *titul.* 13. *part.* 5. *in fin.* Aguntque plenè hac de re *Gutier. practicar. quæſt.lib.* 2. *quæſt.* 72. & *libro* 3. *quæſtion.*59.*per tot.* & Scribentes in *l.* 30. *Tauri,* & *in l.* 13. *titul.* 6. *libro* 5. *nouæ Regiæ collectionis.* Sic & Infirmitatis quoque impenſam inter funerarios ſumptus idem ipſe locauit Marcianus in *l. Funeris ſumptus,* 37. *D. eod.titul.* inquiens: *Funeris ſumptus accipitur, quidquid corporis cauſa, veluti vnguentorum, erogatum eſt.* Et vtroſque ſimiliter æquiparauit ſumptus Imperator Antonin. in *l.In reſtituenda,*4. *C. de petit. hæred.* cuius, hæc verba: *In reſtituenda hæreditate, compenſatio eius habebitur, quod te in mortui Infirmitatem, in ſumptumque funeris, bona fide ex proprio tuo patrimonio erogaſſe probaueris.* Per quam ibi *Bald.* eandem pro Infirmitatis, curationiſque expenſis, quam funeris, priuilegiatam actionem competere firmat. & cum eo *Fan.de pignor.*2. *memb.* 5.*p. num.*28. *ad fin.Caſſan.in conſuet.Burg.rubr.*4.*§.*9.*num.*6.7.& 8.*Rol. à Vall.conſ.*14.*nu.*29.*lib* 1. *Anton.Gom. in d.l.*30.*Taur.num.*2.*ad fin. Azeb.in d. l.*13.*tit.*6.*lib.*5.*nouæ Reg.collect. num.*3. alios citans.

Nil magis rationi conſentaneum,
282 quàm vt pacta † ſeruentur, & ratio eadem & *tex.*ſuadet in *cap.*1.*de pact.*cum citatis à *Nobis in Axiomatib. & locis cōmun.iur.lit.P.num.*1.

283 Ab Infirmo tamen cum medico † facta, contractuſq: celebratos, Iudicis

officio reſcindi, *Vlpianus* edixit in *l. Medicus*, 3. (quam in id ſingularem profeſſus eſt *inibi Bart.*) *D. de var. & extraordin. cognit.* generaliter, nec in caſu ſolum, cum aduerſa medicamenta inferendo, ægrum ad pactum, promiſsionē vè compulit (de quo lex ipſa loquitur) eam intelligens, quem ibidem ſequitur *Alberic.* repetitque *Bart. in l. Archiatri, C. de profeſſ. & medic. lib.* 10. verioremq; opinionem hanc teſtatur (cum multis à ſe relatis) *Arias Pinel. in repet. l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 2. numero* 32. & 33. Quinimò neque ſpontaneā, proprioque motu promiſsionem medico ab infirmo ægritudinis tempore factam, ſubſiſtere, neque obligatoriam eſſe (cum ſpontaneæ liberalitati, ex infirmitate coactionis inſurgēs præſumptio obſtet) firmarunt *Franciſc. Rip. in tract. de peſt. tit. de remed. præſeruat. contra peſtem, numero* 84. & 86. *Petr. Rebuf. ad conſtit. Gall. tom. 2. in tract. de reſciſ. contr. in præfat. numero* 29. & aliorum quoque relatione *Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. quæſt. 57. numero 28. & 29. Andr. Facbin. controuerſ. iur. libro 2. cap. 25.* Conducuntque inferius ſuo loco de carcerato dicenda.

284 Poſt ſuſceptam ab Arbitro † cauſam, omninò ab eo terminandam, ad idque etiam captura cogendum: & *Vlpiano* placuit in *l. Licèt*, 16. *D. de recept. arbitr.* & illius placitum *leges Regiæ* probarunt, 29. & 30. *tit. 4. p. 3.* Eadem tamen ipſa iura à neceſsitate hac ægrotantem excuſant.

285 Dominum, qui ſeruum infirmum † curare contempſit, eius dominio *Iuſtinianus* Imperator priuauit, in *l. vnic. §. Sed ſcimus, C. de Latin. libert. tollend.* Filium, qui infirmo parenti non prouidit; illius hæreditate Auguſtus, *in authen. vt cum de appell. cognoſc. §. Si quis de prædictis, 1. coll.* 8. Serui emptorem, qui ad illius curationem nullum, vel imperitū medicum adhibuit, redhibitoria Vlpianus in *l. Quod ſi nolit, 31. §. Si mancipium, D. de ædilit. edict.* Similéque de Côiuge, in Coniugis infirmitate non ſolicito, *de priuileg. pauper. 2. part. quæſtion.* 56. *numero* 103. & *duobus ſeqq.* notamus.

E contra verò, iuſtam eſſe cauſam
286 manumiſsionis, † etiam à Minore faciendæ, conſequendæque libertatis, quòd Dominum ſeruus in infirmitate curarit, *Paulus* dixit in *l. Etiam*, 15. *§. Ex præterito, D. de manumiſ. vindict. l. 1. & ibi Gregor. gloſ. 10. verb. Librado, titul. 22. part. 4.*

287 Iniuriarum actionem, conuentione † partium, tacita remiſsione, vel diſsimulatione extingui, ſcitiſsimum eſt, ex *Vlpiano in l. Non ſolum, 11. §. 1. D. de iniur.* Iuſtiniano in *§. Hæc actio, inſtit. eod. tit. l. 22. titul. 9. part. 7.* & (vt vnius allegatione, multorum relationem ſuppleamus) plenè criminaliſta *Farin. quæſt. 105. num. 334. & ſeqq.*

288 Ab Infirmo † tamen iniuriæ facta remiſsio, non impedit quominus iniuriarum actio perſequi, inſtaurarique à valente poſsit, vt (ex *Bart. in l. Si quis decedens, §. Codicillis, D. de legat. 3.*) obſeruat *Proſper. Carauit. in ritib. Magn. Cur. ritu 275. numero 9. & 10.* quòd odium, rancorque tunc ſolum non etiam iniuriæ ſatisfactio, & intereſſe cēſeatur remiſſum. Conſulenduſque *vbi proximè Farinac. numero* 379. Quod & in donatione ab infirmo facta, vt conualeſcentia reuocata cenſeatur *Iulianus* reſpondit in *l. Non omnis, 19. D. ſi cert. pet.* Cui præſtat intellectum *Gomezius variar. tom. 2. cap. 4. numero 19. verſicul. Tertiò reuocatur.*

289 Eum qui propter aduerſam valetudinem officii † vacationem obtinuit, iiſdem, quibus ſi in eo exiſteret, potiretur, priuilegiis gaudere; clementiſsima *Auguſti* conſtitutio decreuit in *l. Ex agentibus, 4. C. de Princip. agent. in reb. libro 12.*

Graui quoque morbo laboranti & il-
290 lud cōceſſum, vt poſsit obſtrepentes, † maleantes vè à vicinia expellere, aſſerit (cum *Rip. in l. Dotis, numero 129. D. ſolut. matrim. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. 1. part. cap. 186. numero 14.*) *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. dict. 2. part.*

*part. quæſtione 6. numero 17.*

His omnibus ferme deſcriptis, in *Ludouicum Gomezium* † incidimus, multa priuilegia Infirmitatis nomine cumulantem, in *regul. Cancellariæ, de infirmis reſignantibus intra viginti dies, q. 9.* Quorum tamen pleraque neque (ſi verum amamus) priuilegium continent; neque Infirmorum fauori conueniunt: Qua quidem congerie id potius intendiſſe videtur, vt quidquid de Infirmitate ſcriptum reperiſſet, proferret. Neq; abſimiliter *Thom. Actius*, qui integrum *de Infirmitate, eiuſq; priuilegiis, & effectibus*, librũ edidit. A quo mutuauimus nihil, nec dolemus quod antea nõ perlegerimus, nil ſiquidem addere, Nobis conueniens viſum. An benè, vtraque legens iudicabit.

291

## VTRVM ORPHANI Miſerabiles ſint? Legiſque noſtræ vnicæ priuilegio gaudeant?

## *SVMMARIVM.*

1 *Orphanus, & Pupillus à pari procedunt; & quaſi idem ſunt.*
2 *Orphanus quis dicatur? Et quis Pupillus? Et an, & in quo differant? & num. 3. 5. 7. & 8.*
4 *Orphanus pro Pupillo, & è conuerſo frequenter vſurpatur.*
5 *Cui Orphano legis noſtræ vnicæ priuilegium competat? an impuberi, vel etiam puberi patre carenti? & numer. ſeq.*
8 *Et an vtroq; parente, vel altero tantum orbato? & numero 9. 10. & 11. Et an ei, qui in aui poteſtatem recidit? numero 12. Et an diuiti? numero 13. Et an maiori viginti annis maſculo, vel fœminæ 18. venia ætatis impetrata? numero 14. Et an hodie, decem & octo annis maiori, qui matrimonium contraxit? numero 15. & 16. Et an Orphano alieno nomine agenti? numero 17.*
9 *Legatum Virginibus Orphanis dandum, an patre ſolum carentibus dari poſſit?*
14 *Maſculus viginti annis maior, & fœmina decem & octo ætatis venia impetrata, pro maioribus habentur: eiſque reſtitutio, & legis noſtræ vnicæ fauor denegatur.*
15 *Decem & octo annis maior, qui matrimonium contraxit, apud nos 25. annis maior habetur.*
16 *Orba, quæ nupſit; Orba eſſe deſinit.*

## QVÆSTIO IIII.

DE Perſonis Miſerabilibus vſque adhuc ab Imperatore expreſsè deſignatis (Pupillis nẽpè, Viduis, & diuturno modo fatigatis) ſimul egimus. Quibus, quia adeò (Pupillis maximè) Orphani proximi ſunt: vt ſæpè vni pro aliis ſumantur; neque modo proximus inter eos gradus, ſed idem reputetur: de illis hic agendum, benè inſtitutus poſtulat ordo.

Ex dictis autem, præfataque non ſolum paritate, † ſed quaſi identitate,
1
idem in Orphanis, quod in Pupillis & generaliter, & in legis noſtræ vnicæ ſpecie dicendum; coniectabitur quiſquam.

Sed vt ſuppoſitum ex quo relata cõſequentia deducitur, verum eſſe conſtet: & Pupilli, & Orphani deſcriptio fiat, conueniens eſt, legeſque monſtrare Orphanum pro Pupillo vſurpantes, foriquc priuilegium vtriſque ſimul cõcedentes.

Primum igitur, ex *Ambroſio Calepino* (diligentiſsimo nominum, verborumque indagatore) *in Dictionario ſuo, verb.*
2 *Orphanus*, deducitur, dicente, † Orphanum eum, qui caret patre, præſidioque
3 paterno: Pupillum eum, † qui caret patre, cum tutore iuuetur. Ita ferme (ex *Valla, lib. 4. elegant. cap. 33.*) *Ioan. Caluin. in lexic. iur. eod. verbo*, refert, Orphanũ pariter deſcribente, vt ſit qui patre caret,

ret, præſidioque paterno, & qui ſum-
moperè illius deſiderat opem. Tenent-
que *Ioan. Corraſ. in tractat. de inuent. in
princ. numero 7. Alciat. prætermiſſor. libro
1. verb. Orphanotrophus. Petr. Gregor.
ſyntagm. Iuris vniuerſ. part. 2. libro 2. cap.
1. numero* 5. eiſque relatis *Stephan. Gra-
tian. diſcept. forenſ. capit. 666. numero 1.
tom. 4.*

Conſtat iam de Pupilli, & Orphani,
ex vtriuſque natura, paritate; quòdque
ſi in aliquo differant; id miſeræ magis
Orphani conditioni, pietatique illi de-
bitæ accreſcat.

4 Quare & Pupillum pro Orphano, †
& Orphanum pro Pupillo non ſolum
generaliter Diuinæ literæ vſurpant,
eoſque eadem diſpoſitione includunt
( vt ex relatis *quæſt. præcedenti* locis *nu-
mero* 202. & alibi ſæpè apparet: ) ſed
etiam humanæ leges. In ſpecieque no-
ſtra, Regiæ præſertim vniformiter ſan-
ciunt. Quos namque Pupillos *lex no-
ſtra vnica* appellat: Orphanos ipſæ no-
minant *l. 5. titul. 3. part. 3.* dum ait: *O por
pleyto que demandaſſe huerfano, ò ome po-
bre, &c. l. 41. titul. 18. ead. part.* dicens:
*Mueuenſe a las vegadas malicioſamente
omes ya a ganar cartas cõtra los Huerfanos,
è las Viudas, &c. l. 20. titul. 23. ead. part.
in l. 14. ad fin. tit. 2. lib. 4. Ordinam.* tranſ-
lata ad *l. 8. titul. 3. libro 4. nouæ Regiæ
collectionis*, ibi: *Pleyto de Viudas, y Huer-
fanos, y perſonas Miſerables, &c.* In qui-
bus omnibus, & conſimilibus, *præceden-
ti quæſtione* relatis, de Orphano ſolum,
cum Viduis cæteriſque Miſerabilibus
fit mentio, nulla quidem de Pupillis fa-
cta, pro Pupillo, Orphano nominato.
Quod aduertit ( ſi animaduerſione
quod patet, eget ) *Couarru. practicar.
cap. 6. numero* 2. De iure quoque ciuili
hanc æquiparationem facientes, idem
ſuſtinent iudicium forique Orphano
priuilegium concedunt multi, quos re-
ferunt, & ſequuntur *Ioan. Mar. Nouar.
in praxi elect. & variat. for. ſect. 1. quæſt.
4. numero 5. & Didac. Perez in l. 1. tit. 1.
libro 3. Ordinam. verb. Pobres, verſ. Item
eſt notandum, pag. mihi* 463. *Ioann. Neui-
zan. in ſylu. nuptial. lib. 6. tit. quomod. in-
dic. pro commun. opin. num.* 31.

Vt autem omnimoda hæc adſit pa-
5 ritas, † forique priuilegio ſit locus, Or-
phanum impuberem eſſe debere; re-
quiri neceſſario videtur: cum his qua-
litatibus Pomponius in *l. Pupillus*, 239.
*D. de verbor. ſignific.* Pupillum deſignet,
inquiens: *Pupillus eſt, qui cum impubes
eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe, aut morte,
aut emancipatione.* Quare puberem pa-
tre carentem, intra vigintiquinque
annorum metam exiſtētē, nec Orpha-
num propriè dici; nec legis noſtræ vni-
cæ priuilegio gaudere; aſſeruit *Caſtrenſ.
in eadem ipſa lege.*

Quam tamen ſententiam aduerſus,
6 quatuordecimque annis maiorem, †
infra vigeſimumquintum exiſtentem,
carentem patre, & Orphanum dici, &
hoc fori priuilegio vti, firmarunt *Gre-
gor. Lopez, in dict. l. 5. titul. 3 part. 3. gloſ.
4. verb. Huerfano*, communi in hiſce Hi-
ſpanarum Regnis receptum vſu teſta-
tus, & in *dict. l. 41. titul. 18. ead. part. gloſ.
1. Couarru. practicar. dict. cap. 6. numer. 2.
Eſcobar, de ratiocin. cap. 7. num. 60. Ioan.
Mar. Nouar. dict. quæſtion. 4. numero 5.
Franciſc. Carraſ.* ( nullo horum, dempto
*Couarruuia*, citato ) *de caſib. cur. numero*
16.

Neque ab Orphani propria ſignifi-
7 catione † id abhorrere, ex *Vallæ* aucto-
ritate, iam *ſuprà numero* 3. relata, dedu-
citur. Vbi Pupillum ab Orphano in
hoc ipſo diſtinguit: quod Pupillus ſit,
qui caret patre, eſt tamen in ea ætate
cui tutor datur: eam ætatis qualitatem
in Orphano non requirens, pro vt il-
lum *Couar. citato loco* refert.

Sic pariter eum qui parente ſit or-
8 batus, niſi vtroque † ſimul careat, hoc
fori priuilegio non vti; ex multorum e-
licitur iudicio, illũ propriè Orphanum
appellantium, qui vtriuſque parentis
orbitatem ſuſtinet, profeſsique ſunt
*Petr. Rebuf. de ſentent. præiudic. ſiue pro-
uiſional. artic. 3. gloſ. vlt. numero 4. & in
dict. l. Pupillus, col. 2. ad med. verſ. Secun-
do quamuis, Iacob. Menoch. de arbitrar.*

lib. 3.

*lib.2.in addit. ad caſ.* 66. *Steph.Gratian. diſcept.forenſ. dict. capit.666. numero* 2. *Ioan.Mar. Nouar.* (ex his adducto nemine)*d.q.4.num.5.*

Poſt longam tamen diſputationem
9 contrariam partem † ſequitur ipſemet *Gratian.vbi proximè, à num.* 3. *cum ſeqq.* concludens: Legatum Virginibus Orphanis relictum, patre tantum carentibus (maximè aliis vtroque parente Orbatis non concurrentibus) dari poſſe, ita factum aſſerens. Et licèt aduerſetur *Perezius in dict.l.1.titul.1.libro 3. Ordinam.verb.Pobres, verſic.Item eſt notandum*: infirmo tamen nititur fundamento; cum ab vſu loquendi illud iaceat; quo attento, patre carentem Orphanum appellari experimur. Tandéq;
10 is apud forenſia tribunalia † pro eo priuilegio conſequendo inualuit Vſus, de quo teſtatur practicus *Monterroſſus*, citatus à *Carraſco, dict. tract. numero* 17. hæc eius verba referens: *Los menores de veinte y cinco años, aunque ſean iluſtres, que ſean huerfanos de padre, &c.*

11 Iureque optimo id Vſus recepit † ſiue intra Pupillarem ætatem exiſtat Orbus, quia Pupillus eſt, *dict.l.Pupillus*, 239. ſiue extra, dummodo ad vigintiquinque annos non peruenerit, ob eius ætatis infirmum iudicium, vt latius *quæſtione ſequenti* proſequemur: ſiue quia (hoc præcipuè in caſu, forique priuilegio) patre Orbus, matre quoque Orbatus (ea etiam exiſtente) videtur, ex *textus*, & *Gloſſæ* ratione in *l.fin. C.ad leg.Flau.de plagiar.* cum parentis præſidium, aut illius vices ad filium tuendũ, nequaquam mater ſuppleat: tantumq; ab hoc abſit; vt & ipſa potius Orba ſit: Maritique Orbitate Miſerabilis effecta, hoc fori priuilegio donata. Non ergo Orbata Mariti morte, Miſerabiliſq; ea ratione effecta; aliis aut præſidio eſſe; aut aliorum miſeram conditionem, ſui exiſtentia, tollere poterit, iuxta *Catulli* carmen *lib.1.ad Mallium.*

*Ne amplius à Miſero dona beata petas.*

traditaq; à *Nobis in Axiomat.lit.D.n.14.*

12 Vnus ſanè de iure communi † excipiendus foret caſus; qui neque patre carentem filium Orbum redderet, neque fori priuilegio locum faceret: ſi in Aui poteſtatem filius recideret, iuxta *præcedente quæſtione* notata *numero* 33. *& ſeq.* vbi ſimul in id hodiernam obſeruantiam adiecimus.

Quibus ſic ſtantibus, de Orphano
13 quoquo diuite † ſuperiora intelligenda eſſe; ſat *quæſt.præcedenti* dicta, *numero* 29. oſtendunt. Præter quæ, breuiter in id expendere libet Regium verè textum, in *dict.l.5.tit.* 3 *part.*3. in verbis illis: *O por pleyto que demandaſſe huerfano ò ome pobre*: Orbitatem ſolam, etiãſi diuitiæ adſint: paupertatem, etiam Orbitate ceſſante, fori prædictum mereri fauorem, manifeſtè decernentem.

Non verò de Orphano diuite vigintiquinque annis minore, maiore vigin-
14 ti, † aut fœmina decem & octo annis maiore, ætatis venia impetrata, quibus, vt maioribus, & reſtitutio, & huiuſmodi fauor denegatur. Sic tradunt *Boer. deciſ.*350. *numero* 5. *Cald. Pereir.* (aliis adductis) in *l. Si curatorem, verb. Implor.in integr.reſtit.numero* 47. etſi in contrarium *numer ſeqq.* deſcẽdat. Priorem tamen tuetur *Carraſc. dict. tractat. num.*23.

Idque ipſum hodie in maiore decẽ & octauo annis, qui matrimonium
15 contraxit, † ſine aliqua venia obtinebit. Cum is, *Regia ſanctione, decimo die menſis Februarii, anno milleſimo ſexcenteſſimo vigeſimotertio* edita, *capit.*19. & maior habeatur: & non ſua modo; ſed vxoris quoque (minoris licèt) adminiſtrandi facultatem habeat.

Quare, neque aliàs Orbam, quæ
16 maritum † adepta eſt, Orbam deinceps reputari; neque legis noſtræ, forique priuilegio, Orbitatis prætextu, dignam eſſe: & manifeſtè ſuperiora; & eleganter *Quintilianus* ſic, *declamat.*218. probat: *Sicut nomen Pupillorum, legitimo tempore finitur: ſicut Orbam nemo poſt nuptias dixerit, &c.*

Dicta prætereà de Orphano, ſuo nomine

mine † agente, non alieno, intelligenda ſunt, iuxta *text. in l. 3. §. Sed vtrùm, D. de minor.* notatque *Pereir. in dict. l. Si curatorem, verb. Leſis, C. de in integ. reſt t. numero 34. & ſeq.* & aduertimus *quæſt. præcedenti, numero 41.*

Necti & alia poſſent, quæ â Pupillis *præcedenti quæſtione*, & à Minoribus, ſequenti extorquere (ſine violentia) licebit.

## VTRVM MINORES Miſerabiles ſint? Legis noſtræ vnicæ fori priuilegio vtantur? Quatenuſque priuilegiati exiſtant?

### *SVMMARIVM.*

1 *Minores Miſerabiles cenſentur, eorumque reſtitutionis remedium dicitur Miſerabile. Contra, num. 8. & ſeq.*

*Minorum fragile, & infirmum iudicium eſt, multis inſidiis, captionibuſque ſuppoſitum. ibid. d. n. 1.*

2 *Minores ſuarum rerum plenè domini non ſunt; alienæque voluntati ſubiecti ſeruorum ſpecimen præſeferunt.*

3 *Tutor dominus, vel quaſi dominus rerum Pupilli exiſtit.*

4 *Qui liberam diſponendi facultatem non habet, non multum ab ſpecie ſeruientium differt.*

*Libertas quid ſit? ibid.*

5 *Alterius arbitrio, regiminivè ſuppoſitus, Miſerabilis eſt.*

6 *Minor, prodigo, furioſo, cuilibetque alii adminiculo alterius egenti comparatur, miſeri ſunt, & fori priuilegio iidem ipſi gaudent.*

*Infirmitas animi, corporis infirmitati præponderat. ibi.*

7 *Lex de Pupillo, taxatiuè etiam loquens, in adulto quoque curatorem, vel adminiſtratorem habente, locum habet, & è contra.*

*Taxatiua, caſus ſimiles non excludit, ibid.*

*Priuilegia Pupillis conceſſa, aliis quoque perſonis, quæ per adminiſtratores reguntur, conceſſa videntur. ibid.*

10 *Filius, vna eademque perſona cum patre, corporiſque paterni portio iudicatur.*

*Bonorum filii dominus olim pater erat; & in quibus hodie? ibi.*

11 *Filius in ſacris paternis conſtitutus, nec conueniri à quoquam, nec cõuenire quemquam poteſt.*

12 *Pupillo tutorem habenti, an legis noſtræ vnicæ fori electio competat?*

13 *Filius minor patrem habens emancipatus, fori priuilegium habet.*

14 *Vel ſi patrem inutilem habeat.*

15 *Aut longè abſentem.*

*Abſens pro mortuo reputatur. ibid.*

16 *Vel ſi actionem proponere, aut proſequi pater in iudicio omittat, renuat, expreſſè vè remittat.*

*Ex iniuria filio facta, actio patri naſcitur. Et an iniuriam hanc remittere pater poſſit? ibid.*

17 *Vel ſi cum patre litiget, in caſibus ſibi à iure permiſſis.*

*De Minoribus qui ſcripſerint? ibid.*

18 *In omni regulariter caſu, in quo damnum, læſionemvè, ſiue ex facto, ſiue omiſſione Minor ſenſit, reſtitutionis remedio ſubuenitur.*

19 *Reſtitutionis auxilium, non pro magna ſolum, ſed modica etiam læſione ſibi Minores vendicant.*

20 *Minor pluris quàm oporteat prædium emens, pecunias cum vſuris recuperat: ſecus Maiores, niſi vltra dimidiam iuſti pretii læſionem ſentiant: intra cuies metas contrahẽtibus ſe inuicem impunè decipere licet.*

21 *Iuriſperitis Minoribus (ex veriori ſententia) reſtitutio ex læſione competit.*

22 *Minores Fiſco comparantur, omniaq; Fiſco priuilegia conceſſa (vbi contrarium expreſſè deciſum non reperitur, aut diſparitas euidens non apparet) Minoribus competunt.*

*Rem Fiſci, vel Minoris diſtrahendi facultatem habens, fidem de pretio habere non poteſt, neque emptor ante pretii ſolutio-*

lutionem, dominum adipiſcitur. ibid.

Sententia contra Fiſcum, Pupillum, vel Minorem lata, repertis de nouo inſtrumentis, retractari poteſt. ibid.

Sententia contra Fiſcum, vel Minorem per falſas probationes lata, eſt ipſo iure nulla. ibid.

Fiſcus priuato ſuccedens, pro tempore præterito, priuati; pro futuro, proprio iure vtitur. ibid.

23 Priuilegia Prodigis, Furioſis, & Mentecaptis conceſſa, Minoribus competunt, eiſque Minores comparantur.

24 Minores Vniuerſitati, & Eccleſiæ comparantur, & illis priuilegia conceſſa, Minoribus quoque competunt.

25 Mora, re ipſa, abſque interpellatione, Minoris contrahitur fauore. remiſſ.

Tacita hypotheca competit Minori in bonis curatoris, malè illius res adminiſtrantis. ibid. remiſſ.

Alienatio rerum Minoris, ſine tutoris, vel curatoris auctoritate, Iudiciſque decreto non tenet, niſi in Minoris vtilitatem cedat. ibid. remiſſ.

Res Minoris pecunia empta, eius fit; regulariter ſecus. ibid. remiſſ.

A curæ onere, non niſi ſeptuaginta annorum completa excuſat ætas: in aliis quinquagintaquinque. ibid. remiſſ.

26 Conſuetudo priuilegium à lege conceſſum tollit; illudque dare poteſt.

27 Priuilegia Minorum, conſuetudo non tollit. Et an Minores, vt maiores arctet? remiſſiuè.

28 Statuto pœnali, aut contra ius cõmune delictum puniente, Minores non comprehenduntur.

29 Minores an à pœnis etiam Iure communi impoſitis, & quatenus liberentur? & num. ſeq.

31 Pœnæ pro delictis à Minoribus commiſſis, temperandæ ſunt, etiamſi Minor delinquere ſit ſolitus.

32 Minores, à dolo, & temeritate præſumpta excuſantur; ideoque ab expenſarum ſolutione, ob libelli mutationem.

33 Et à dolo, delictiſque in omittendo, ipſo iure, & abſque aliqua reſtitutione.

34 Sententia contra ius Minoris lata, ei non præiudicat: Maioribus præiudicat. & num ſeq.

36 Sententia contra Minorem indefenſum lata, ipſo iure nulla eſt, etiamſi curatorem habeat, qui Minorem indefenſum condemnari paſſus ſit; ſiue non habeat. & duobus numer. ſeqq.

37 Citatio tutoribus, vel curatoribus facta, non ſufficit vt contra Pupillos, vel Minores, pro quibus tutores, vel curatores adeſſe recuſarunt; poſſit ſententia ferri.

38 Quid ſi tutor defenſurus Minorem adfuit; ſed abfuit poſtmodum? Quidvè ſi in principio non comparuit; in fine verò ſic? remiſſ.

39 Contra maiores citatos indefenſos ſententia lata tenet.

40 Sententia contra Eccleſiam contumacem indefenſam; adminiſtratorem habentem pro lata tenet.

41 Contra Minorem contumacem, vel malitioſè latitantem, hodie ad ſententiam, vel ad primum, & ſecundum decretum procedi poteſt.

In abſentia Minor condemnatus, an poſſit in integrum reſtitutionem petere ad ſe purgandum, defendendum, bonaque recuperanda? ibid. remiſſ.

42 Citatio Minori ſine curatore facta, etiam hodie nulla eſt; ex eaque neque incurri contumacia; neque ſequi condemnatio poteſt.

43 Contumacia an Minor notari poſſit? An foriiudicari? Interpellatione in mora conſtui? Aut ad intereſſis pœnam, ſi edere iuſſus, non edat, vt alii, teneatur?

44 Reſtitutionis ad minus, beneficio, aduerſus ſententiam, contumaciæ ratione, contra Minorem latam, ei ſubuenitur.

45 Sententiæ in Minoris indefenſi, vel abſentis fauorem latæ, cuilibetque actui in illius fauorem cedenti firmitatem Iura dedere.

46 Statutum certas in contractibus ſolemnitates requirens; in Minorum contractibus locum non habet, quoties eorum melior ſit conditio.

47 *In Minorum, vel Eccleſiæ rerum alienatione, ſolemnitates remittuntur, ſi euidens ex ea Minoris, vel Eccleſiæ vtilitas reſultet.*

48 Textus in l. Iulianus, 14. §. Si quis à Pupillo, D. de actionib. empt. & in princip. inſt. de auctorit. tutor. *qui in Pupillorum fauorem contractus claudicare permittunt; ad Minores communiter Doctores extendunt.*

49 *Ignorantia iuris neminem regulariter excuſat.*

50 *Minores excuſat.*

51 *A muneribus perſonalibus Minor exiſtit immunis, etſi vigeſimumquintum annum ſit ingreſſus.*

52 *Niſi aliorum inopia exiſtat.*

53 *Publicatis atteſtationibus, teſtes amplius ſuper negotio principali admittendi non ſunt.*

54 *Minores publicatis atteſtationibus, ſuper eiſdem articulis, teſtes alios producere poſſunt, ad idque conceditur reſtitutio.*

55 *De iure Regio reſtitutio hæc intra dies quindecim, à publicationis die numerandos, petenda eſt: quibus elapſis, eam lex denegat.*

56 *Præſcriptiones decem, vel viginti annorum, quæ contra alios regulariter currunt: non contra Minores, qui etiam abſque reſtitutione, legis, ætatiſque beneficio, ius ſuum aduerſus præfati temporis curſum, illæſum ſeruant.*

57 *Tempus querelam inoſſicioſi teſtamenti mouendi, Minoribus non currit.*

58 *Quæ de voluntate dominorum in prædia conducta coloni inducunt, pignoris iure dominis obligata cenſentur: in domoſque conductas illata, etiam abſque domini ſcientia.*

59 *Minoris bona in prædium ruſticum, vel vrbanum illata, tacite prædii domino obligata non cenſentur, communiori Doctorum placito.*

60 *Carcerari pro debito Minor non poteſt.*

*Et an bonis cedere teneatur? Aut non cedendo, poſſit pro debito capi? ibi remiſſ.*

61 *Minor excommunicatus, an ab agendo repellatur?*

62 *Et quid in ceteris, de conſuetudine ſaltem? Et an iure conſuetudo, ſtyluſque nitatur?*

63 *Hæredem interfecti mortem non vindicantem, an & quando hæreditate, perceptiſque fructibus Iura priuent? & numer. ſeq.*

64 *Minori ætati, ſexui fœmineo, & impotentiæ in hoc parcitur.*

65 *Teſtes qualibet in cauſa teſtimonium ferre compelluntur, niſi ſpecialiter priuilegiati reperiantur.*

*Exceptio firmat regulam in contrarium. ibid.*

*Teſtificandi munus publicum eſt. ibid.*

66 *A teſtificando ſe ſubtrahens, de corruptione, ac falſitate ſuſpectum ſe reddit; eaque ratione, de vtroque contra ſe inquirendi, cauſam præbet. Et an de vtroque puniatur? Ad damna etiã, & intereſſe parti tenetur; iudiciſque arbitrio erit præterea puniendus. & num. ſeq.*

68 *Minor teſtificari volens, an admittatur? Et an renuens, non compellatur? & numer. ſeqq. vſque ad 72. excluſſ.*

69 *Num iurare Impubes, aut periurium committere poſſit?*

70 *Teſtis non iuratus, fidem non facit.*

72 *Confeſſio eſt omnium probationum melior, & efficacior. Eſtque pro iudicato cõfeſſus.*

73 *Minor ſine curatore delictum in iudicio confeſſus, ſibi non præiudicat. Et quid in ciuilibus? ibid.*

74 *Priuilegium perſonale, perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.*

75 *Reſtitutionis auxilium Minoribus competens, ad eorum ſucceſſores tranſit. Et an ad eorum fideiuſſores extendatur? num. ſeq. remiſſ.*

76 *Minor aduerſus omiſſam hæreditatis extranei aditionem, ius petendi reſtitutionem, in extraneum etiam hæredem tranſmittit.*

77 *Venditor, de euictione rei venditæ emptori non tenetur, ſi emptor ei litem motam non denuntiauerit.*

78 *Venditor, qui ſuper re Minori vendita ſcit litem motam, ſi liti non aſſiſtat, ſeque defen-*

*defendat; abſque aliqua denunciatione, de euictione tenetur.*

79 *Moratoria dilatio à Principe conceſſa, ad Minorum debita non extenditur.*

## QVÆSTIO V.

1 MISERABILEM eſſe Minorem, † non obſcure *Tryphoni* verba in *l. Auxilium, 38. §. In delictis, D. de minorib.* probare videntur. Interque Miſerabiles, Minores numerauit *Alexand. conſil. 122. numero 16. verſic. Et iudicio meo, libro 4.* Eorumque reſtitutionis remedium, Miſerabile dixit *Bald. conſil. 465. numero 3. libro 1. & Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſtione 3. numero 10.* Quam quidem miſeram conditionem, & ætatis imbecillitas, & iudicii fragilitas inducit. *Cum inter omnes conſtet* (vt Vlpianus in *l. 1. D. de minorib.* ait) *fragile eſſe, & infirmum huiuſmodi ætatum conſilium, & multis captionibus, multorumque inſidiis ſuppoſitum.*

2 Quare nec ſui arbitrii, nec ſuarum met rerum, † plenè Minores exiſtunt domini; ſed alterius placito voluntatique ſubiecti, ſeruorum ſpecimen præſeferunt. Imò nihil à ſeruis differre; *Pauli Apoſtoli* teſtimonium comprobat, *ad Galat. 4.* aientis: *Dico autem, quanto tempore hæres paruulus eſt, nil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre.* exornat (poſt hæc ſcripta viſus, ſcientiſsimus admodum, in ſcholis ſubtilis, in Tribunalibus expeditus, in ſcriptis elegans, in omnibus Magiſter venerandus, multiſque mihi nominibus colendus) *D. Ioan. à Solorzano de Indiarum Iure, libro 2. capit. 9. numero 49. & antecedentibus, ac ſeqq.*

3 Dominumque tutorem, † vel quaſi dominum eſſe; celebris monſtrauit *Gloſ. in l. Cum in vna, 17. §. Tutor, verb. Ad hoc inutilis eſt, D. de appellat. & relation.*

Idque non in Pupillo ſolum, & Minore; ſed in quolibet alio, qui liberam

4 pro libito † diſponendi facultatem non habet, probat Vlpianus in *l. 2. D. de liber. homin. exhibend.* inquiens: *Neq; enim multum ab ſpecie ſeruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi.* Expreſſius *Aulus Perſ. ſatyr. 5.*

*An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam*
*Cui licet vt voluit?*

Conuenit *Diodor. Sicul. Bibliothec. libro 12. Quæ nam, inquit, confeſſio certior, quod e ruitutis acceptæ teſtimonium, atque initium magis apertum dare poteſt, quam vbi vel inuitus prodita in alium arbitrium maieſtate, cogaris Lacedæmoniorum iuſſu conſilia capere, ac veluti imperatis parendo, re tua relicta, quod alteri viſum fuerit, ſequi?*

Nec obſcure quidem *Iuſtinian.* libertatem definiens; naturalem, dicens, facultatem eſſe, eius quod cuique facere libet, in *§. Libertas, inſtit. de iure perſonar.* priuſque *Cicer. Paradox. libro,* quem, multaque alia, idipſum confirmantia, in *Axiomatib. noſtris, lit. A. numero 569.* congeſsimus.

5 Quemadmodum ergo ſeruum miſerum, nemo negabit: & Minorem reputandum ſimilitudinis ratio omninò ſuadet. Ideoque alterius arbitrio † ſuppoſitum, regimineve egentem, *Miſerabilem* haberi; dixere *Nouar. conſil. 1. titul. ne cleric. vel monach. lib. 3. volum. 1. Ioan. Mar. Nauar.* (aliorum quoque relatione) *in praxi electlon. & variat. fori, quæſt. 6. numero 7. ſect. 1. & Iacob. Cancer. variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. numer. 13. ad fin.* per textum in *cap. fin. diſt. 86.*

6 Inde Prodigum † (cui Minorem Imperatores *Dioclet. & Maxim.* comparant, in *l. 2. C. de in integ. reſtit.*) & Miſerabilem, & huius debere participem eſſe fauoris, Furioſum pariter, aut mentecaptum apparet. Cum enim corpore infirmos lex noſtra vnica conſimileſque, & miſeros dicant; & fori priuilegio iuuet: fortiori ratione, mentis Infirmitate preſſos, & dicent miſeros, & iuuabunt: cum mentis Infirmitas, corporis Infirmitati præponderet, vt *de priui.*

*de priuileg.pauper.*1.*part.quæſt.*14.*num.* 6.aduertimus. Qua quidem animi infirmitate Minores laborare conſtat. A quibus hac ratione, ad Pupillos, Prodigos,&Furioſos,ac generaliter ad omnes alterius adminiculo,patrocinio vè tutoris,curatoris,vel adminiſtratoris egentes, fieri comparatio ſolet, vt (ex *dict. l. Si curatorem habens*, cum ibi notatis) *Cald. Pereir.* tradit *ibid. verb. Hunc tractatum,numero* 1. *& verb.Cum non abſimilis, numero* 1.*cum ſeqq.* Quæ efficit, vt lex de Pupillo loquens, in adulto quoque curatorem,vel adminiſtratorem habente,locum habeat, & è contra; etiamſi taxatiuè loquatur,cum nec taxatiua caſus excludat ſimiles, vt in ſpecie notat *Iaſ.in l.de Pupillo, numero* 3. *verſ. Nam regulam habemus, D. de oper.noui nunciat.* relatus à *Ripa in l.*1. *§.Fuit quæſitum, D. ad Trebel.* probatus à *Philip.Paſchal.de virib. patr.poteſt.par.* 2.*cap.*2.*n.*92. Firmans inde,omnia Pupillis priuilegia conceſſa, aliis quoque perſonis, quæ per adminiſtratores reguntur,conceſſa videri,ex notabili doctrina *Gloſſæ in l.*2. *C. de curator.furioſi*, laudata à *Baldo in l.Iubemus*, *numero* 3. *verſicul.Ego quæro, C.de ſacroſ.Eccleſ. & Socin.conſil.*66,*numero* 7.*libro* 4.quos in id referre dicit *Cardinalem Alban.in addition.ad Bart. in l. noſtra vnica, & Foller. in ſua pract. crimin. verb. Audiantur excuſacores,numero* 103.*in fin. &* 104. ad legis noſtræ vnicę propoſitum,eiuſque fori priuilegium id trahentes; & veluti firmum, extraque cõtrouerſiam omnem (exemplo in hoc ad alia vſus) tradit *Azeued. in l.* 2. *titul.* 10. *libro* 8.*nouæ Regiæ collectionis, numero* 245. vigintiquinque annis minori legis noſtræ, forique priuilegium cõpetere inquiẽs,nulla cõfirmatione adducta,quippe qui dicat, in ſpecie hac reperiri à Iure priuilegiatum Minorem. Quod etiã arguẽdi genus aliis in id ipſum placuit; qui vt Eccleſiæ, & Vniuerſitati priuilegium hoc arrogent; de Minore (cui illud competere indubiè ſupponunt) ad eas argumentum trahunt, vt in vtriuſq; quæſtionis diſpũctione videre licebit.

8 Contrariam † alii partem ſuſtinent, firmantes: adulto vigintiquinque annis minori, fori hoc priuilegium non competere, tenueruntque ſic *Cauenſ. in pragmat.Curſu dilationum,numero* 28. quem refert,& ſequitur *Horat.Viſcont. in addit.ad Vincent. de Franc. deciſ.*100. *numero* 17. ita deciſum in magna Curia Vicar.dicens. Vtrumque referendo, ſequitur *Nouar.in praxi election. & variat.for. dict.quæſt.* 6. *numero* 5. *Oſuald. Hilliger.in Donel. enucl.libro* 17. *cap.*20. *lit. B.* Eo innixi fundamento, quòd in *dict. l. vnic.* Pupillis priuilegium hoc conceditur: Pupilli autem, & patre Orbati, & intra pubertatis tempora exiſtentes,dicantur,quod &.*præcedenti quæſtione* notamus. Inde ex *dictæ legis* verbis eius priuilegio puberes excluſos cenſeri profitentur, contrariis reſpondere nitentes.

*Nunc animum nobis adhibe, veram ad rationem:*
*Nam tibi vehementer nouares molitur ad aures.*

ſi cum *Lucretio de rer. natur. libro* 2. loqui Nobis fas eſt. Neutram enim harum opinionum indiſtinctè, proque vt iacet,ſuſtinendam arbitror.

Non priorem (quæ Minori hoc priuilegium tribuit) ſi in quolibet caſu,& in Minore patrem quoque habente, velint procedere, vt velle generalitas, qua loquuntur, oſtendit. Quod à legis noſtræ,Regiarumque ſimilium mente, verbiſque alienum eſſe conſtat. Cum illa,Pupillarem ætatem; hæ Orbitatẽ, patriſque carentiam (quod idem in effectu eſt, vt *præcedenti quæſtione* notamus) requirant. Quare, neque intra pubertatis annos exiſtentem, patrem habentem, hoc priuilegio vti apparet; quia nec Orphanus, nec Pupillus eſt, *Pomponii* ſententia in *l. Pupillus*, 239. *D.de verb ſignif.* Merito inde, eos qui Minores indiſtinctè (& ſic patrem quoque habentes) ad hoc priuilegium admittendos dicunt, *Carraſcus* damnat,

*in tractat. de caſib. Cur. num.* 18. illoſque
prædicto fauore non gaudere; firmiter
(poſt *Vincent. de Franch. deciſ.* 671.) aſſe-
rit *Philip. Paſchal. de vir. patr. poteſt. d.* 2.
*p. cap.* 2. *num.* 92. *in fin.*

Non poſteriorem (Minoribus pri-
uilegium hoc competere negantem) ſi
etiam vigintiquinque annis Minorem
Orphanum (vt huius partis ſequaces
volunt) includat: ex traditis *quæſt. præ-
cedenti*, vbi Orphanum adultum, fori
hoc priuilegio vti oſtendimus, & alio-
rum, & *Didaci Couarru.* auctoritate;
quem ſolum (alios enim eiuſdem opi-
nionis defenſores, eis latuiſſe oportet)
*Nouar. & Oſuald. dict. locis* conantur
euertere. Quòd legibus Regiis ita *Co-
uarruuias* cautum dicat: Cum ille tam
Regiis, quâm noſtræ quoque legis vni-
cæ ratione in id vtatur, vigeantque ce-
teræ & quæſtione præcedenti, & hac
eadem perpenſæ. Non enim quòd lex
Pupillos nominatit; Orbos adultos,
iuxta modum dictum, aliàsvê perſonas
ad quarum miſericordiam Natura mo-
uemur, excludit; ſed includit po-
tius.

Primæ opinionis argumenta, *numero*
1. *& ſeqq.* recitata; facilè diluuntur, ſi
de Minore patre carente intelligantur,
cui conueniunt, & in quo militant, non
in alio, quantumuis ætatis imbecillæ,
infirmique iudicii, patris præſidio ful-
to, cum quo vna eademque perſona
10 reputatur, † idemque ſubiectum, iuxta
vulgaria iura, & quæ tradimus *de priui-
leg. pauper.* 2. *p. quæſt.* 62. *n.* 13. & com-
probat eleganter *Scac. de iudic. lib.* 2. *cap.*
9. *num.* 1701. & commune vtriuſque
patrimonium, vt & *de priuileg. pauper.*
1. *p. quæſt.* 4. *§.* 3. *num.* 153. *cum duobus ſe-
quentib.* proſequimur, bonorumque fi-
lii, ſi non in omnibus plenum, vt olim,
ius habet pater; illud tamen & in pro-
fectitiis retinet, & in aduentiis vſum-
fructum, ex *§.* 1. *inſtit per quas perſon.*
*in l. Cum oportet,* 6. *de bonis quæ liber. &*
*l.* 5. *titul.* 17. *part.* 5. quorum illum legi-
timum adminiſtratorem citatæ leges
11 conſtituunt: pro quibuſque, † neque
conuenire quemquam filius patria ſub-
ditus poteſtate; neque conueniri à
quoquam regulariter poteſt. Primum
text. probat in *l. vltim. C. de bon. quæ li-
ber.* Secundum, in *l.* 1. *C. de bonis matern.*
*& in l.* 1. *C. de annal. except.* & vtrumq;
*text. in cap. fin. in fin. de iudic. lib.* 6. nomi-
natimque *Gloſ. in cap. Quorum vices,* 6.
*verſ. Illos,* 68. *diſtin.* profitenturque *So-
cin. regul.* 195. *Marant. de ordin. iudic.* 4.
*part. diſtin.* 16. *numero* 19. *&* 32. *Ro-
land. à Valle, conſil.* 46. *num.* 3. *lib.* 2. *Paz
in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temper.* 2. *numero*
15. *& ſequent. Iacob. Menoch. de recuper.
poſſeſſ. remed.* 15. *numero* 385. *Petr. Bar-
boſ. in l.* 2. *§. Quod ſi in patris, numero* 19.
*D. ſolut. matrim.* Ex quibus non magis
filio huic, quàm patri ipſi legis noſtræ
vnicæ remedium competere infertur;
12 cum nec Pupillo, tutoris auxilio, † tu-
telaque munito competere, auſus ſit
tenere *Caſtrenſ. in rubric. dict. titul. C.
quando Imper. inter Pupill. & Vid.* etſi
illum meritò *Oſuald. in Donel. enucl. li-
bro* 17. *capit.* 20. *lit. B.* & communis
improbet. Non enim parentis vices,
tutoris exiſtentia ſupplet. Prouideque
ideò lex noſtra vnica, conſimileſque
Regiæ de Pupillis, & Orphanis men-
tionem fecere, & in prædicto ſen-
ſu meritò à Doctoribus ſunt receptæ:
cum tutoris adeptio non efficiat quo-
minus Pupillus eſſe deſinat: neque pu-
bertas ſola, Orbitatem, ex eaque mi-
ſerationem naſcentem tollat, vt & ra-
tio ipſa, & rationi inſeruientia ſuprà
relata Iura, referendaque proximè, de-
monſtrant.

Adhuc tamen, & Minori patrem
habenti, huiuſmodi beneficium con-
13 cedi debere, † quibuſdam in caſibus
ratio eadem, pietaſque ſuadent. Pri-
mò ſi Minor emancipatus ſit; Orbum
namque tunc patre cenſeri: idem-
que filii emancipationem, quod pa-
tris mortem operari, & æquiparari
vtrumque, ex decreto *Pomponii* con-
ſtat in *dict. l. Pupillus,* 239. *D. de verbor.
ſignific. Pupillus eſt* (ait) *qui cum impu-
bes eſt, deſinit in poteſtate patris eſſe,*

*aut morte, aut emancipatione.* Vlpianique verbis. in *l. Sed ſi vnius,* 17. §. *Sed etſi pater, verſicul. Idem eſt, D. de iniur.*

Secundò, ſi patrem quidem Minor
14 habeat, inutilem † tamen. Cum idem ſit, non habere, vel habere inutilem, vt plurimis in *Axiomatib. lit. H. numero* 3. comprobamus, & in ſpecie, de nupta inutilem maritum habente, *infra quæſt.* 7. Præterquæ, *Vlpiani* ad præſens, referre verba libet, in *dict. l. Sed ſi vnius, §. Filiofamilias,* dicentis: *Filiofamilias iniuriam paſſo, ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſſit propter furorem, vel quem alium caſum dementiæ: puto competere iniuriarũ actionem. Nam & hic pater eius, abſentis loco eſt.*

Vnde & tertia quoque limitatio
15 deſcendit, ſi longe abſentem patrem † Minor habeat: pro mortuo enim & hunc reputari, elegans *Pomponii* reſponſum probat, in *in l. Mulcta, 6. D. de condit. & demonſtr.* his prolatum verbis: *Mulcta teſtamento non committitur ab hærede, vel legatario, vel eo, qui ex vltima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu, monumentum facere iuſſus ſit, ſi is cuius arbitrium eſt, non viuat, vel adeſſe non poſſit.* ad idque textum hunc notabilem dicit *Bal. in l. Mater, numero* 18. *C. de rei vendic.* & firmant *Boer. deciſ.* 88. *numero* 2. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 5. *numer.* 27. *part.* 1. *& Paul. Fuſc. in ſingularib. ſuis, lit. A. numero* 3. *ad fin.* Mortuumque abſentem, proq; mortuo haberi dicit *Bonif. Octau. in cap. Si delegatus, 7. de offic. & poteſt. iudic. deleg. libro* 6. cenſeatque Caius in *l. Mulieris,* 13. *§. fin. D. de verb. ſignif.* inquiens: *Abeſt & ea res, quæ in rebus humanis non eſt.*

Quartò, ſi patrem, præſentem habeat; actionem tamen pro filio moue-
16 re † & proſequi in iudicio omittat, renuat, expreſſevè illam remittat. Veluti, pro iniuria filio facta, ex qua naſcitur actio patri, *l. 1. §. fin. de iniur. l. 9. tit. 9. part. 7.* cuiuſque remiſsionis facultatem ab *Vlpiano* obtinuit in *dict. l. Sed ſi vnius,* 17. *§. Filiofam. verſicul. Plane, D. de iniur.* eo dempto caſu, quem *ibidem* in hunc excipit modum: *Interdum tamen putamus, etſi pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam: vt puta, ſi patris perſona vilis, abiectaque ſit; filii honeſta. Neque enim debet pater viliſſimus, filii ſui contumeliam, ad ſui vtilitatem metiri.* Quo quidem, vel ſimili, in quo filio, etiam inuito patre, in iudicio experiendi ſit facultas data: fori priuilegio vti poſſe, aduerſariumque ſuum ad Principis tribunal in prima cognitione cauſæ deferre; aſſerendum venit, cum in eo requiſitæ ad id qualitates exiſtant; Minoris ætatis, paterni præſidii defectio, in idque ſaltem, Orbitas; & potens miſerationis ratio.

17 Quintò, ſi cum patre ſit Minori † litigandum, vbi lis ſibi cum patre eſſe poteſt: quod *text.* monſtrat in *l. Lis nulla, 4. & ibi gloſ. 1. & 2. D. de iudic. in l. 2. titul. 2. part. 3. in l. 11. titul. 17. part. 4. & ibid. Gregor. Lop.* ſuperioribus rationibus. Et ita affirmat *Franciſcus Carraſcus dict. tract. de caſibus Curiæ, numero* 18. *in fin. & numero* 19. hunc ſolum in Minore patrem habente, vt dicto fori priuilegio vtatur, caſum excipiens.

Hæc quoad principis quæſtionis materiam: Ad cetera verò Minorum priuilegia, in immenſum ſe extenderet, ſi vel ſigillatim omnia, vel reſtitutionis ſaltem proſequeremur, cum & integri in Digeſtis, & Codice huius rei tituli, Doctorumque tractatus extent. Vnum *Ioannes Maur.* compoſuit; maiorem, copioſioremque poſtmodum alium *Sfort. Odd.* tradidereque multa *Cald. Pereir. in l. Si curatorem, C. de in integr. reſtit. Donel. libro* 21. *Digeſtor. capit. 9. & ibid. Oſuald. in eius annotat. Proſper. Farinac. praxis crimin. 3. part. quæſtion. 181. capit. 10. per totum.* præſertim etiam *à numero* 374. *cum ſequentibus.*

Id vnum (materiam ferme totam hanc complectens) in mediũ proferam:

In

18 In omni regulariter caſu, † in quo damnum, læſionemve Minor ſentiat, ſiue ex facto, ſiue ex omiſsione proueniat: eidem reſtitutionis remedio ſubueniri, ex *Vlpiani* reſponſo in *l.* 1. *D. de Minor.* & Cæſarum conſtitutione in *l. Minoribus*, 8. *C. de in integr. reſtit. minor. Minoribus* ( dicunt ) *in his, quæ vel prætermiſerint, vel ignorauerint*; *innumeris auctoritatibus conſtat eſſe conſultum.*

19 Quod quidem auxilium, non pro magna ſolum, † ſed modica etiam læſione ſibi Minores vendicant, vt ipſius *Vlpiani* auctoritate, *in l. Minoribus*, 6. *D. de minor.* Pomponii in *l. Etſi ſine*, 8. & Caii, in *l. Patri*, 28. *§. Item ex diuerſo, D. eod. titul.* eruditus comprobat *Fachinæus controuerſ. libro* 3. *cap.* 4. *verſ. De mediocri læſione*, multoſque in id allegans *Sfort Odd. de reſtit. in integr.* 1. *part. quæſt.* 4. *art.* 12.

20 Ideo, Minorem pluris quam oporteat, † prædium ementem, pecunias cum vſuris recuperare, aſſeruit *Ioan. Cop. de fruct. libro* 4. *titul.* 1. *cap.* 1. *numer.* 2. inter Doctorum tractatus, *tom.* 17. *pagin. mihi* 253. Cum maioribus, non niſi vltra dimidium iuſti pretii læſis iura ſubueniant, iuxta Imperatorum *Diocle. & Maximin.* decretum in *l.* 2. *§. fin. C. de reſcind. vendit. & in l. Si voluntate*, 8. *C. eod. titul.* vbi aiunt: *Hoc enim ſolum, quòd paulo Minori pretio fundum venditum ſignificas; ad reſcindendam venditionem inualidum eſt.* & *legis* 56. *titul.* 5. *part.* 5. cuius intra pretii metas, licitum contrahentibus eſſe ſe circumuenire, in prouerbium abiit, ab *Vlpiano* ( ex *Pomponii* ſententia acceptum) in *l. In cauſæ, ſecunda*, 17. *in ord. §. Item Pomponius, D. de minorib.* dicente: *Idem Pomponius ait, in pretio emptionis, & venditionis, naturaliter licere contrahentibus ſe circumuenire.* & à Paulo, in *l. Si pretio*, 25. *§. fin. D. locat.* verbis illis: *Quemadmodum in vendendo, & emenda, naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, Minoris emere: quod Minoris ſit, pluris vendere, & inuicem ſe circunſcribere: ita & in locationibus quoque, & conductionibus idem iuris eſt.* Qua de re infinitos penè agentes retulimus, in *Axiomatib. lit. C. numero* 201. per quos an, & quando procedat, videre licet.

21 Adeòque reſtitutionis auxilium diffunditur: vt etiam ad Iuriſperitos † Minores extendatur; quibus prodeſſe ( ex magis conſona iuri ſententia ) tradidere *Sarmient. ſelectar. opin. capit.* 12. & *Andr. Fachin. controuerſ. dicto libro* 3. *capit.* 5. eaque de re, *Sfort. Odd. dict. tractat.* 1. *part. quæſt.* 23. *art.* 7.

Pleraque præterea Pupillis iam à Nobis priuilegia aſsignata omittere, in mentem venit; ſed ne ſolum Pupillis competere viderentur: in Minoribus quoque loquentia Iura, Doctores, ceteraque ſpecialia adiicere Nobis conueniens viſum eſt. Vtque in tantæ latitudinis campo, & vaſto pelago, breuius iter conficere, & portum appellere poſsimus: nec onere preſſam, aut neceſſariis vacuam ratem freto damus: ita vt nec prolixitas, tędium; breuitas famem generet, vtilibuſque materiam priuet: compendioſa quoad fieri poſſit, via vtentes. Neque multum difficilis aſſequutio, ſi generalia quædam ( ex quibus in multorum ſimul cognitionem deuenitur, auctoritatibus firmata) ſupponamus.

22 Quorum ſit primum: Minorum ad Fiſcum † comparatio. Quæ omnia Fiſci priuilegia Minoribus competere, vbi contrarium expreſsè deciſum non reperitur, aut euidens diſparitas non adeſt, ſuadet, & comprobat *Accurſ. in l. Si procurator*, 5. *§. fin. verb. Soluto, in fin. D. de iure Fiſc.* eius textus deciſionem ( facultate habendi fidem de pretio, eum priuantis, cui res Fiſci diſtrahendi, data erat ) Minoribus commodans, &, cum multis confirmat *Euerar. in locis legalib. loco, A Fiſco ad Minores, numero* 1. *cum ſequentib.* tria alia ſimilia, dicta æquiparatione ſubnectens: De ſententia contra Fiſcum lata, quæ ſpeciali priuilegio, de nouo repertis inſtru-

trumentis retractari poteſt, *l. Imperatores*, 35. *D. de re iudic. vbi Gloſ. ver. Negocio publico*, idem Minoris cauſa dicit: De ſententia contra Fiſcum per falſas probationes lata, contra abſentem ſcienter factas, ipſo iure nulla: De Fiſco priuato ſuccedente, qui pro tempore præterito, priuati; pro futuro, proprio iure vtitur, *l. Fiſcus*, 6. *D. de iure Fiſci*, Minoribus tribuens: alterum, *Baldi auctoritate*; alterum, *Gloſſæ in l. Apud Iulianum, verb. Marcellus, D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* De quibus omnibus longius *infra, quæſtion.* 8. aliaque in huiuſce æquiparationis, & aſſertionis confirmationem ipſe proſequitur *Euerardus*. Quinimò, Minorum fauorem, Fiſci præferri fauori; iam *quæſt.* 3. *numero* 91. oſtendimus.

23 Secundum, omnia quæ Prodigis, † & Furioſis, priuilegia competunt; Minoribus etiam competere: & ex *titul. D. & C. de curat. furioſ.* deduci poteſt, & tradit (vtroſque comparando) idem *Euerard. loco A minoribus ad furioſos, mentecaptos, ſeu dementes, & Nos inferius, quæſt.* 19.

24 Tertium, priuilegiorum Eccleſiæ, † & Vniuerſitati conceſſorum, participes eſſe Minores diſcrimine non apparente; veluti inter quos ſimilitudo exiſtat, fiatque comparatio, vt per eundem *Euerard. loco de Minorib. ad Eccleſ. & de Pupillo ad Rempublicam, & Nos in Axiomatib. lit. A. numero* 514. Quæ quot, quantaque ſint, non facilè dictu, & laborioſè *quæſt.* 8. *&* 10. *infra* congeſsimus.

Quare, plura hìc omittere, quæ vel dicenda ibi, vel *quæſt.* 3. iam dicta extant, operæpretium erit. Veluti, De

25 mora, † quæ abſque interpellatione, re ipſa Minoris contrahitur fauore; De ſententia contra Minorem ex falſis allegationibus lata: De tacita hypotheca, quæ in curatoris malè adminiſtrantis bonis Minori competit: De alienatione, quæ abſque tutoris, vel curatoris auctoritate Iudicis decreto non tenet; ſi in Minoris vtilitatem cedat, valente: De re pecuniis Minoris empta, quæ eius fit; cum non æquè in ceteris quorũ pecunia res emitur, accidat: De Sene, qui non niſi ſeptuaginta completis annis à curæ onere excuſationem rectè petit, cum ab aliis perſonalibus muneribus quinquagintaquinque annorum eximat ætas: aliaque ſimilia alibi repetita, data opera prætermittimus, & tranſitum ad cetera facimus.

26 Licet conſuetudo priuilegium † à lege conceſſum tollat, cum Iuri communi præualeat, ex *Iuliani* reſponſo, *in l. De quibus*, 31. *in fin. D. de legib. & ibid. Gloſ.* 1. *& in cap. Fruſtra*, 7. *in ord.* 8. *diſt. gloſ.* 1. *& in cap. Mos antiquus*, 6. *diſt.* 65. *Salazar, de vſu, & conſuet. cap.* 2. *à numero* 1. Poſſeque conſuetudinem, ex vi & efficacia ſua, legem abrogare profitentur *Petr. Rebuf. ad conſtit. Gallic. tom.* 1. *in præfat. de conſuetud. quæſtion.* 5. *numero* 59. *Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Contractum feciſti, numero* 24. *C. de in integr. reſtitut. Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. lit. C. concluſ.* 806. *& concluſ.* 814. *Gregor. Lopez in l.* 1. *titul.* 2. *part.* 1. *Azor, inſtitut. moral. part.* 1. *libro* 5. *capit.* 17. *Suarez, de legib. libro* 7. *capit.* 18. ſi modo rationabilis, & legitimè præſcripta ſit, *Gregorius Nonus* diffinit, *in capit. fin. ad fin. de conſuetud.* & Conſtantinus Imperator *in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetud.* Quemadmodum enim dare priuilegium Conſuetudo poteſt (*text. in capit. Quia per ambitiones*, 5. in ordine, *diſt.* 64. *vbi notat Gloſ. verb. Antiquitas. text. in capit. Conqueſtus*, 8. in ordine, 9. *quæſtion.* 3. *& ibid. Gloſ. verb. Conſuetudo, in fine:*) ita & auferre, ex ratione *legis* 3. *D. de regul. iur.*

27 Minorum tamen priuilegia † conſuetudinem tollere non poſſe firmauit *Curt. in tract. de ſtatut. ſect.* 9. *numero* 33. inter tractatus Doctorũ, *to.* 2. *pag. mihi* 379. Eſſet enim irrationabilis, & ineſficax conſequenter, vt diximus. Omittimus in id quæſtionem ex textu in *l. Si*

*ſine*

*ſine hærede*, 33. §. *Lucius Titus*, *D. de adminiſtr. & pericul. tutor.* an conſuetudo Minores quoque vt maiores arctet.

28 Nec pariter ſtatuto † pœnali contra iuris communis regulas delictum puniente, Minores includi, aſſerunt *Marſil. ſingul.* 481. *in fin. Roman. ſingul.* 816. & multis comprobans *Farinac. praxis crimin.* 1. *part. quæſt.* 11. *numero* 29. *& ſeq.* licet ibi Doctores, & plures in contrarium rationes afferat: priorem tamen reaſſumit *idem ipſe, quæſt.* 15. *numero* 51. *& quæſt.* 24. *numero* 169. eam veriorē dicens, & *quæſt.* 92. *num.* 143. *& ſeqq. tom.* 3. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 15. *art.* 7. *numer.* 64. *Vincent. Carot. in tract. de Minore in delictis excuſand. quæſt.* 33. *numero* 3. *& ſeqq.* contrariis ſatisfaciens.

29 A pœniſque etiam Iure communi † ſtatutis, Conſultorum reſponſa, Imperatorumq; decreta Minores excuſant. Illorum, Vlpian. in *l.* 1. §. *Impubes, D. ad S.C. Syllan.* in hunc modum: *Ætas enim excuſationem meretur.* Paulus in *l. Fere,* 109. *D. de regul. iur. Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.* Claudianus: *In huius rei conſideratione, ætatis quoque ratio habetur.* de hoc ipſo agens, in *l. Aut facta,* 16. §. *Perſona, in fin. D. de pœnis.* Horum, *Verus, & Antonin.* in caſu ſaltem & modo infra proximè notando. *Regia* que *lex* 8. *tit.* 31. *part.* 7. Ne alia iura in infantibus, ac Pupillis loquentia (ſuo iam loco dicta) referamus. Excuſandos enim in
30 delictis etiam puberes, † Minores tamen, ætatis fragilitas ſuadet, & notat *Gloſ. in dict. l.* 1. §. *Impubes, verb. Ætas, & Dec. in dict. l. Ferè, numero* 3. Si non omninò (*Cum neque in delictis, neque in calumniationibus, Prætorem ſuccurrere oportere, certi iuris ſit.* vt Triphonius ait, in *l. Auxilium,* 38. §. *Et cum neque, D. de minor.* Veruſque, & Antonin. Imperatores: *Etenim malorum mores infirmitas animi non excuſat.* dicunt in *l.* 1. *C. ſi aduerſ. delict.*) magna ex parte, vt idem ipſe Triphonius in eadem *l. Auxilium,* §. *In delictis* (ſuam moderatus ſententiam) hunc in modum profitetur: *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit.* Imperatoreſque in dict. l. 1. *Si tamen delictum non ex animo, ſed extra venit, noxia non committitur, &c.* In hancque venere ſententiam prope innumeri, quos recenſet *Farinac. de pœn. temperand. quæſtion.* 92. *numero* 41. plurimos quoque *numero* 43. reſtitutionis auxilium ad id deſiderantes, totidemque *numero ſequenti* neceſſarium eſſe negantes, referens. Qua in re (vt aliorum allegationi parcamus) conſulendus nouiter *Vincent. Carot. in tractat.* quem *de Minore in delictis excuſando*, edidit. Nobis (præter iuris communis fundamenta, pro negantium parte adducta) textus adeſt in *in dict. l.* 8. *titul.* 31. *part.* 7. & pœnam, & tempus Minoribus ſic diminuens: *E ſi por auentura el que ouieſſe errado, fueſſe menor de diez años è medio, non le deben dar ninguna pena. E ſi fueſſe mayor deſta edad, è menor de diez e ſiete años; debeule menguar la pena que darian a los otros mayores por tal yerro.*

Illud prætereà in propoſita ſpecie adducere cogor, temperandam ætatis ratione pœnam delicti fore, etiam
31 ſi Minor ſolitus † ſit delinquere, ex *Carrerio in practic. crimin. in* 2. *tractat. de homicidio,* §. *Circa quartum, numero* 5. cum *Marſil.* ab eo citato, *ſingul.* 377. *incip. Geminatio, ad fin. Ioſepho Ludouic. deciſ. Lucenſ.* 17. *numero* 82. *& ſequentib. part.* 1. geminationem maiorum delicta, non Minorum aggrauare, firmante, *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſtion.* 80. *numero* 98. *Farinac.* (eoſdem referens) *dict. quæſt.* 92. *numero* 138. per quem plura hac de re ad longum tradita videre licet. A do-
32 loque & temeritate præſumpta † Minorem excuſari, *numero* 161. tradit, tenuereque (præter ibi citatos) *Bartol. in tract. de teſtib. n.* 108. *& Marc. Anton. Nat. conſ.* 16. *n.* 2. *lib.* 1. Inde (cum aliis, ad-

aduerſ. *Bart. Salicet.* & *Alex.*) inferens, ac defendens; ob libelli mutationem ad expenſarum ſolutionem Minorem non teneri.

33 In delictis autem in omittendo, † ipſo iure vigintiquinque annis Minorem excuſari (ex recepta, & communi ſententia, cum *Aret. Cagnol. Anton. Gomez. Petro à Plac. Ioſeph. Ludouic.* & aliis) *Farinac.* firmat *dict. quæſtion.* 92. *numero* 70.

34 Sententiam contra ius Minoris † latam ei non præiudicare, ex *l.* 1. & 2. *C. ſi tutor, vel curat. falſis allegation. excuſat. ſit*, deduxit *Gloſ. vnic. in dict. l.* 2. *verſicul. Item nota quod etiamſi.* Maiori-

35 bus † verò præiudicium afferre; ex *l. Quinquaginta*, 6. *C. de excuſation. tutor.* cuius ſententiam non ſequitur modo, ſed tranſcribit *Dionyſ. Gothofred. in annotationib. ad eandem legem, verb. Impetraſſe, lit.* O. proximeque adiiciendę Regiæ leges confirmant.

36 Sic & contra Minores indefenſos † ſententiam latam, eſſe ipſo iure nullam, *Dioclet.* & *Maxim.* Imperatores in *l. Cum & Minores*, 4. *C. ſi aduerſ. rem iudic.* his verbis decreuerunt: *Cum & Minores vos eſſe affirmetis, & indefenſos: nullum vobis præiudicium fieri Præſes prouinciæ pro ſua grauitate curabit.* Pauluſque in *l. Acta*, 45. *§. fin. D. de re iudic.* in hunc modum prædixerat: *Contra indefenſos Minores, tutorem, vel curatorem non habentes, nulla ſententia proferenda eſt.* & in *l. Contra Pupillum*, 54. *D. eod. titul. Contra Pupillum indefenſum, eumque qui Reipublicæ cauſa abeſt, vel Minorem vigintiquinque annis, propoſitum peremptorium nil momenti habet.* profitenturque *Sebaſtian. Bant. de nullit. ſentent. titul. de defect. proceſ. numero* 132. *verſic. Limitatur, Marc. Anton. Natt. conſil.* 18. *numero* 165. *libro* 3. *Grammatic. conſil.* 124. *numero* 9. & *ſeq. in ciuil. Roland. à Vall. conſil.* 72. *numero* 30. & *conſil.* 85. *numero* 77. *libro* 3. *Bernard. Diaz regul.* 219. *limit.* 3. *Franciſc. Viui. deciſ.* 86. *Franciſc. Perſon. conſ.* 8. *numero* 11. *libro* 1. Suntque *Regiæ leges* 11. *titul.* 2. & *l.* 12. *titul.* 22. *part.* 2.

37 Idque etiam ſi curatores habeant, † qui Minores indefenſos condemnari paſſi ſunt (argumento *legis primæ*, *§. Et quidem*, *D. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* & *dictæ leg. Cum & Minores, C. ſi aduerſ. rem iudic.*) ſingularis firmauit *Gloſ. in dict. §. Contra indefenſos, verb. Nec habentes.* vbi pariter *Bolegn. in gloſſa marginali* notauit, citationem tutoribus, vel curatoribus factam, non ſufficere vt contra Pupillos, vel Minores pro quibus tutores, vel curatores adeſſe recuſarunt; poſſit ſententia ferri.

38 Siue curatores non habeant, † contra quos ſententiam latam non tenere; etſi nullo iure expreſsè firmatum, ab omnibus tamen receptum dicit *Accurſ. in dict. l. Cum & Minores, verb. Nullum*, ſatiſque videtur expreſſum *dicta l. Acta in § fin.* & *in dict. l.* 11. *titul.* 2. *part.* 3. Quid autem ſi curator defenſurus Minorem adfuit, ſed abfuit poſtmodum? Quidvè ſi à principio non comparuit, in fine verò vtique; videre per *dictam gloſſam* licet.

39 Contra maiores verò citatos, † indefenſos, validam, firmamque ſententiam eſſe, *Iuſtinianus* ſanxit (forma contra abſentem procedendi, data) in *l. Properandum*, 11. *§. Sin autem reus*, *C. de iudic.* præſenſeratque Paulus, in *l. De vnoquoque*, 47. *§. Vnic. D. de re iudic.* ſanxereque *Regiæ leges* 10. *titul.* 22. *part.* 3. *l.* 3. *titul.* 10. *l.* 1. & 2. *titul.* 11. *libro* 4. *nouæ Regiæ collectionis*, quæ etiam lite non conteſtata, contra contumacem abſentem procedendi, ferendique ſententiam facultatem cōcedunt. In quo antiquius ius, conteſtationem ad id requirens, immutant, vt aduertit (plenè rem hanc pertractans) *Paz in praxi primi tom. parte ſecunda, per tot. pag. mihi* 80.

Et in hoc Minorū priuilegium, Ec-
40 cleſiæ † priuilegio fortius: contra eam ſiquidem indefenſam, & contumacem adminiſtratorem habentem, lata ſententia

tentia valet, diſpoſitione *textus in cap.
Prout,4.& cap.fin.de dol. & contum.* te-
nuitque ſic *Marſil. ſingul.44.* & cum
ſequutus *Bernard.Diaz, dict.regul.219.
fallent.3.*

Etſi hodie contra Minorem contu-
41 macem, † vel malitioſè latitantem ad
ſententiam, vel ad primum, & ſecun-
dum decretum procedi poſſe, *lex 3,
dict. titul. 11. libro 4. nouæ Regiæ collect.*
decernat. De cuius materia, & an in
abſentia, Minor condemnatus poſsit
poſt annum in integrum reſtitutionem
petere, ad ſe purgandum, defendēdum,
bonaque recuperanda; latè differit *Gu-
tier.practicar.quæſt.3.part. quæſt.34.per
tot.* Adhuc tamen citationem Minori
42 ſine curatore † factam (cum legitimā
perſonam ſtandi in iudicio non habeat)
nullam eſſe; ex eaque ideo neque con-
tumaciam ſi non compareat incurri;
neque condemnationem ſequi poſſe
(poſt *Auend.* à ſe adductum) *Azebedus*
firmat in *dict.l.1.numero 39. tit.11. lib.
4 nouæ Reg.collect.*

Contumaciaque Minorem notari †
43 non poſſe, dixerunt *Caccialup. de debito-
re ſuſpect.quæſt.5.numer.3.Matth.Brun.
deciſion.bonor. quæſt.3. quart.princip. nu-
mero 15.& 20.* Niſi in aperto ſit dolo,
vt ſi nolle comparere expreſsè dicat,
non ſi in præſumpto: veluti ſi perſona-
liter etiam citatus non compareat:
quod cum ex negligentia, dolovè præ-
ſumpto accidat; ab eoque Minorem
excuſari, *ſuprà num.32.* diximus: non
reputari hac in ſpecie Minorem con-
tumacem, ſequitur, & tradit ſic (ex *Bal.
Angel. Caſtr.Iaſ.Dec.* & aliis) *Proſper.
Farin.praxis crimin.part.1.quæſt.11.nu-
mero 27.* nec contra eum contumaciæ
ratione ſententiam latam exequi poſſe,
cum multis firmat *numero 26.* Ad cuius
finem (ex *Boſ. in titul. de bann. num.3.*)
ſecundum bannum (& ſic diffinitiuam
ſententiam) contra Minorem indefen-
ſum ferri non poſſe aſſerit, pariterque
*Maſtril.* fori iudicari non poſſe, *deciſ.
161.* Neque in mora conſtitui inter-
pellatione vera, & iudiciali, dixit *Steph.
Forcat.in tract.de mora, 1.part.num.23.*
Neque intereſsis pœnam, quòd edere
iuſſus, non edat (quam alii patiuntur,
iuxta *leg.Si quis ex argētariis,6.§.Ex hoc
edicto, l.Vbi, 8. & l.Argentarius, 10. §.
Cum autem, D.de edend. & l.Locum, 3.§.
Condemnatio, D.de tabul.exhib.* vel actio-
num denegationis, iuxta *Gloſſæ fin.* ſen-
tentiam, in *l.1.§ fin.D.de edend.*) Mino-
rem pati, *Vlpianus* prouidit *in eodemmet
§ fin.& ibidem* notauit *Accurſ.verb.Eis,
qui ob ætatem, & verb. Subuenitur. &
Marc.Anton.Natt.conſil.16.numero 2.
libro 1.*

Ad minuſque contumaciæ ratione
44 Minori condemnato, † reſtitutionis
auxilio ſubuenit Hermogenianus in *l.
Minor,9.D.de minorib. Minor,* ait, *etiam
ſi quaſi contumax condemnatus ſit; in
integrum reſtitutionis auxilium implora-
bit.*

In eius verò indefenſi abſentisvè fa-
45 uorem † ſentētiæ latæ, cuilibetque ge-
neraliter actui in ipſius vtilitatem ce-
denti firmitatem Iura dedere, in *l.Non
eò minus, 14. C.de procurat.* & quæ *Gloſ.
ibi verb.In damnis* numerat. *Minoribus
eni n ætas* (vt ibi Gordianus Imperator
ait) *in damnis ſubuenire, non in rebus pro-
ſpere geſtis ſubeſſe conſueuit.* in l.11. tit. 2.
part.3. *E el que de otra guiſa fizieſſe de-
manda contra a tal perſona que no ouieſſe
edad complida; ſi el juyzio fueſſe dado con-
tra el demandado non debe valer: è ſi fueſ-
ſe dado a ſu pro, è dano del demandador; es
valedero.* Simile in *l.3.titul.5. & l.12.
tit.22.verſ.Eſſo miſmo, ead.part.* ibi: *Eſſo
miſmo dezimos, que ſi el juyzio fueſſe dado
contra menor de veynte y cinco años, ò con-
tra loco, ò deſmemoriado, non eſtādo ſu guar-
dador delante, que lo defendieſſe: ca tal juy-
zio non debe valer: fueras ende ſi lo dieſ-
ſen a pro dellos.* Vt alia in Pupillorum
gratia *quæſtion. 3. numero 150. & 56.*
omittamus. Quorum & illud Mi-
noribus (multorum opinione) con-
uenit: ſtatuto ſolemnitates certas
in contractibus requirente; in Mino-
rum contractibus locum non habere,
46 quoties melior † eorum ſit conditio:

in qua extitere *Socin. conſ.* 160. *numero* 17. *libro* 2. *Ruin. conſil.* 161. *numero* 3. *libro* 2. *Gratian. conſ.* 46. *numero* 26. *libro* 1. *Roman. conſ.* 316. *numero* 2. *Mandoſ. in addit. ad eundem, conſ.* 353. *verb. Voluerit, Rip. in l. Furioſo, poſt princip. D. de re iudic. & in l. Is cui bonis, numero* 46. *D. de verbor. oblig. Andr. Tiraquel. de legib. connubial. gloſ.* 9. *numero* 76. quos referens, ſequitur *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 565. *numero* 56. addens *numero* 59. in rerum Minorum, vel Eccleſiarum alienatione requiſitas ſolemni-
47 tates remitti, ſi ex ea euidens † Minori, vel Eccleſiæ vtilitas reſultet. In confirmationem *Ancharranum* adducens in *clement.* 1. *notab.* 4. *de reb. Eccleſ. non alienan.* innixum *textu in cap.* 1. *eod. titul. & in cap. Sine exceptione, verſ. Quod non ſit dubium profuturum,* 12. *quæſt.* 2. *Corn. conſil.* 243. *numero* 3. *verſic. Prætereà, libro* 2. *Barbat. conſil.* 40. *numero* 1. *libro* 1. *& Rot. corã Cardin. Pãphilio, Romana inualiditatis cenſus,* 24. *Mai.* 1591. *& corã R.P.D. Sacrato, Romanæ domus de Cuppis,* 10. *Nouẽbris,* 1600. *ad fin. & corã R. P.D. Marco Mõtio, Bononienſ. cenſus,* 20. *Februar.* 1609. *verſicul. Non obſtat, quod prætendatur, in fin. & coram Cardin. Seraphino, Camerin. prædii,* 10. *Nouemb.* 1597. in datis prælo 1242.

Diſpoſitionemque *textus in l. Iulianus,* 14. §. *Si quis à pupillo, D. de actionib.*
48 *empti,* † *& in princip. inſt. de auctor. tutor.* (de quibus iam *ſuprà quæſt.* 3. *dict. num.* 50. ſermo habitus, in Pupillis loquentium, eorumque fauore contractus cum ipſis geſtos claudicare, in ipſorum nempè vtilitatem tenere, in damnum, nequaquam ſubſiſtere decernentium) ad Minores communiter Doctores extendunt, profitenturque *Tiraquel. de legib. connubial. gloſ.* 8. *numero* 91. *Sebaſt. Vant. de nullit. ſentent. titul. de nullit. ex defectu inhabilit. numero* 28. *Stephan Gratian. diſcept. forenſ. dict. tom.* 3. *capit.* 583. *num.* 7. *Petr. Surd. conſ.* 9. *num.* 10. *& deciſ.* 278. *num.* 22.

Ignorantiam prætereà iuris (quæ
49 neminem † regulariter excuſat, vt in *Axiomatib. noſtris liter. I. numero* 17. & iam *ſuprà quæſt.* 3. *numero* 248. nota-
50 mus:) Minores excuſare † dixit *Gloſ. verb. Ignorauerint, in l. Minoribus,* 8. *C. de reſtit. in integr. Bald. in l. Venditioni, numer.* 3. *C. de vſucap. pro emp. Thom. Grammat. deciſ.* 76. *numero* 10. *Aym. Crauet. conſil.* 142. *numero* 11. *conſil.* 413. *numero* 11. *& conſil.* 754. *numero* 13. *Proſper. Farinac. fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. numero* 278.

51 A muneribus perſonalibus † Minores excuſatos vult Vlpianus, in *l.* 2. §. 1. *D. de vacat. & excuſ. muner.* dum ait: *De minoribus quoque annis* 25. *ad munera, ſiue honores creandis, iuſta ætas ſeruanda eſt.* vbi *Gloſ.* verba illa, *ſeruanda eſt,* explicans, *id eſt, expectanda, quæ eſt* 25. *annorum,* ait. Cuius quidem textus deciſionem nimium arctauit nec ſine ipſius literæ repugnantia, de Pupillo ſolum intelligendum putans, *Petr. de Vbald.* iam à *Nobis infra quæſt.* 3. *numero* 195. *& ſeq.* relatus, licèt ſuam moderetur ſententiam in muneribus perſonalibus conſilium non deſiderãtibus, vt ibidem ſubiecimus. Indiſtincteque (*dicti* §. *Primi* generali diſpoſitioni conformis, à muneribus perſonalibus Minorem ætatem excuſare) firmauit *Petr. Antibol. in tract. de muner.* 3. *part. numero* 8. tantum à *Petro de Vbald.* diſtans: vt Minorem etiam vigeſimumquintum annum ingreſſum à muneribus perſonalibus excuſatum adſeueret.

52 Quam limites aſſertionem † cum *Caliſtrato* velim, in *l. Non tantum,* 11. §. *Neque enim, D. de decur. & cor. fil.* aliiſq; ab *Accurſ. ibidem* cõgeſtis, *verb. Ex cauſa,* cum nempè aliæ perſonæ, quæ munera publica gerere valeant, non extant.

53 Publicatis atteſtationibus, † teſtes amplius ſuper negotio principali admittendos non eſſe, Ciuilia, Canonica, & Regia iura præcipiunt. Ciuilia, in *authen. At qui ſemel, in princip. C. de probation. authen. de teſtib.* §. *Quia verò, verſ. Illud tamen, coll.* 7. Quæ neque Principis reſcriptum in contrarium obten-

tum poſſedere adiicit. Canonica, in *cap. Intimauit*, 18. vbi notat *Gloſ. verb. Eorum, cap. Ex tenore*, 33. *ad fin. verſic. Sed è cõtra, cap. Veniens*, 2. *in ord.* 38. *verſ. Pars autem reſpondit, cap. Conſtitutis*, 2. *in ord.* 46. *verſ. Mandamus quatenus, de teſtib. Clemẽt.* 2. *eod. tit.* Regia, in *l.* 37. & 39. *tit.* 16. *part.* 3. pleniſsimè (vt alios in re indubitata omittamus) *Farinac. de teſtib. quæſt.* 75. *num.* 68.

Cui ſe indubiæ concluſioni Mino-
54 rum † opponit, imò præponderat fauor. Publicatis namque atteſtationibus, ſuper eiſdem articulis teſtes alios producere Minores poſſe, profitentur *Crot. de teſtib. ver. Aggredior, numero* 58. *inter tractatus Doctorum, tom.* 4. pagin. mihi, 218. *Marcheſ. de commiſſ. titul. de commiſſ. reſtitut. in integr. part.* 2 §. 2. *numero* 102. ad id reſtitutionem concedendam (ex *Menoch. de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 35. *numero* 19. & *Montic.*) *Farin.* prodit *dict. quæſt.* 75. *numero* 271. & latiùs, *numero* 444. eam ſæpè communem, & vſu praxique receptam affirmans, similiterque *Sfort. Odd. de reſtitut. in integr.* 2. *part. quæſt.* 65. *art.* 11. *numero* 51. *verſic. Sed contra*, aduerſantibus *nu.* 52. & *ſeqq.* reſpondens.

55 Quod hodie, † dũmodo intra quindecim dies, à publicationis die numerandos, reſtitutio petatur; locum teſtiũ productioni eſſe, ſancitum *lege* Regia extat 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect.* poſt illud præfinitum tempus reſtitutioni viam præcludens.

Præſcriptiones decem, vel viginti
56 annorum, quæ contra alios † regulariter currunt, nõ currere cõtra Minores, neque pro iure ſuo reintegrando, eis reſtitutionis auxilio opus eſſe; ſed legis, ætatiſque beneficio, ius ſuum aduerſus præfati temporis curſum illæſum ſeruari; Cæſares decreuere, Gordianus, in *l.* 1. *in fin.* (*vbi* & *Gloſ.* notauit, *verb. Statuti temporis*) *C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe, &c.* Dioclet. & Maxim. in *l. Non eſt*, 3. *C. quib. non obiicit. long. tempor. præſcript. Non eſt ignotum* (aiunt) *id temporis, quod in Minori ætate tranſmiſſum eſt, longi temporis præſcriptioni non imputari. Ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem ætatem dominus rei peruenerit.* Iuſtinianus, in *l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* inquiens: *Sancimus fauore imperfectæ ætatis, exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere: ne dum in integrum reſtitutionem expectamus, aliquod emergat obſtaculum, per quod huiuſmodi beneficio Minor vti nõ poſſit, vel ne ſubſtantia eius ſubuertatur. Sed humanius eſt, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus caſibus, in quibus vetera iura currere quidem temporales præſcriptiones aduerſus Minores conceſſerunt, per in integrum autem reſtitutionem eis ſubueniebant; eas ipſo iure non currere. Melius etenim eſt intacta eorum iura ſeruari; quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere: videlicet exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in ſuo ſtatu remanentibus. l.* 8. *titul.* 29. *part.* 3. *l.* 9. *titul.* 19. *part.* 6. ſimiliter diſponens: *Pero dezimos, que las ganancias que ſe fazen por tiempo de veinte años, ò dende ayuſo; que non corre ninguno deſtos tiempos contra los que ſon Menores de veinte y cinco años, nin contra ſus coſas, nin les empece en ninguna manera para perder alguna coſa de lo ſuyo por tal razon. E eſto ſe debe entender, quando los tiempos de las tales preſcripciones comiençan a correr cõtra los Menores, ſeyendo ellos nacidos.* Ideoque neque contra Minores decennii tẽpus ad executionẽ petendũ currere, eoq; tẽporis ſpatio elapſo, eã petere poſſe, aduerſariumque de temporis curſu opponentem repellere, adnotauit *Parlador. rerũ quotidianar. libro* 1. *cap.* 1. *numero* 15. & *ſequent.*

Nec pariter tempus querelam in-
57 officioſi † teſtamenti mouendi, Minoribus currere Imperatores *Valerian.* & *Galien.* ſanciuere in *l.* 2. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & *l.* 4. *titul.* 8. *part.* 6. *verſic. Ca dezimos, que ſi alguno que fueſſe desheredado, callaſſe, è non querellaſſe faſta cinco años, deſpues que el heredero ouieſſe entrado en la heredad del teſtador: que de los cinco años en adelante no ſe podria quere-*

*querellar: è maguer ſe querellaſſe (queriendo moſtrar razon por que non debia ſer desheredado; non debe ſer oìdo. Fueras ende, ſi fueſſe menor de veinte y cinco años. E eſte a tal puede fazer tal querella, faſta que ſea de edad cumplida, è aun en los quatro años que ſe ſiguen deſpues.*

Certi iuris eſt (Alexander Imperator ait in l. Certi iuris, 5. C. de locat.) ea
58 quæ voluntate dominorum † coloni in fundum conductum induxerint: pignoris iure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus locatur, non eſt neceſſaria in rebus inductis, vel illatis ſcientia domini: nam ea quoque pignoris iure tenentur. tranſlata à l. 5. titul. 8. part. 5. ornata à Iaſone in §. Item Seruiana, & ibid. Bellon. à num. 20. inſtit. de actionib. Afflict. deciſ. 184. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 44. Cabal. milleloq. 635. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 84. & Ioan. Hieronym. Campanil. in Diuerſor. iur. canon. rubr. 11. cap. 10. num. 11.

59 Minoris tamē bona † in prædiū ruſticū, vel vrbanū, domūvè etiam cōductā illata, tacitè predii domino obligata nō cenſeri, firmat Octauian. Simoncel. de decret. libro 1. titul. 5. inſpectione 1. numero 18. & 19. inter tractatus Doctorum to. 6, p. 2. pag. mihi 307. pluribus fundamētis, eoque præcipuè: quòd quemadmodū abſque decreto Minoris bona alienari nequeunt, l. 1. l. Magis puto, §. Si Pupillus, & toto tit. D. de reb. eorum: ita nec tacite, niſi in caſibus in quibus expreſſe in Minorum rebus id lex prouidit, vt in legis 2. D. eod. tit. ſpecie. Cui etſi fundamento reſpondeat Iodochus Dambouder. in patrocinio Pupillorum, Minorum, &c. titul. de tut. & cur. mun. tom. 7. numer. 66. verſic. Sed contrarium, Quia ſicut tutore, aut curatore auctore Iudicis cum decreto Minoris bona alienari poſſunt, l. 1. C. de præd. & aliis reb. minor. l. Lex quæ tutores, C. de admin. tutor. ita cum legis auctoritate alienationem, & obligationem permiſſam videri dicat: & quia cum iure communi in præſenti Minor fuerit vſus, non videtur iuuandus, l. fin. C. de in integr. reſtit. minorum: Priorem nihilominus opinionem communiter approbatam fatetur. Pro qua conſiderandum adiicit, ex inductione ea nequaquam obligata videri, quæ ſpecialiter non erat obligaturus inducens, Vlpiani reſponſo in l. Obligatione generali, D. de pign. & hypothec.

60 Carcerari pro debito † Minorem non poſſe (aduerſus communem regulam, quam ſuprà quæſt. 3. numero 165. præfinimus) aſſerunt Angel. Aret. in §. fin. inſtit. de action. numero 2. Bald. in l. 1. numer. 24. C. qui bon. ceder. poſſ. Quintilian. Mandoſ. de inhibit. quæſt. 71. numero 21. Caccial. de debitore ſuſpect. quæſt. 5. nu. 3. Gaſp. Baeç. de inope debit. cap. 8. numero 12. Gregor. Lop. in l. 1. titul. 15. part. 5. verb. Todo. Ni res ſuas & ipſi gerant, earumque adminiſtrationem habeant, Ioan. Ian. Parlador. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 6. numero 15. & 16. An autem ſaltem bonis cedere † teneantur Minores, aut non cedendo valeāt pro debito capi: videndi Matth. Brun. deciſion. bonor. quæſt. 3. quartæ princip. num. 1. necnon Octauian. Simoncel. dict. tract. de decret. libro 1. titul. 6. numero 126. & ſeqq.

61 Excommunicatum ab agendo † repelli; & notum omnibus, & quæſt. 3. limitatione 12. notamus. Non tamen repelli Minorē dixit (ex Stephani Aufrer. ſententia in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 106.) Ioan. Maur. in tract. de reſtit. in integr. cap. 275. numero 1. & 2. quam neque ſequitur ipſe; neque id dicentē Aufrerium reperi; nec fundamentum, quod ab eo Maurit. refert (ex mariti ſuam repetentis vxorem, ſimilitudine, qui à iudicio excommunicationis exceptione repelli non poteſt, ſecundum Gloſ. in cap. Quoniam multos, 103. in ord. 11. quæſt. 3. verb. Vxores, quam etiam mendoſe allegat) præſenti aſſertioni conuenit, aptarivè commode poteſt.

Cuius quidem rei non magni diſputatio momenti, ſi conſuetudinem attendamus, de qua ferè vbique atteſtan-
62 tur Doctores, ſecundum quam, † excommunicationis exceptione non obſtante,

ſtante, ad agendum excommunicatos in foro ſeculari inueterato vſu, ſtyloq; forenſi admitti affirmant. Apud Gallos, *Ioan. Fauer, Andr. Tiraquel. & Ioan. Rupell.* vt eos refert *Couarru. variar. reſolut. libro 1. cap. 18. numero 5.* Qui pariter & apud Hiſpanos de eodem vſu, ſtyloque teſtatur. Apud Venetos, *Peregrin. de iure Fiſc. libro 2. titul. 11. numero 15. in fin.* Cuius licèt ſtyli præcitati non tam rationem, quàm admirationem oſtendant: eam tamen *Anton. Ricciul. de iure perſonar. extra Eccleſ. grem. exiſtentium, libro 4. capit. 31. numero 42.* eſſe arbitratur; quod excommunicationis exceptio non aliter quàm ſeruata forma à *capite 1. de exception. libro 6.* præſcripta, admitti debeat; quam adeò ſeruatu difficilem, vt vix debitè proponatur, *dicto capite 31. numero 40. & 41.* profitetur: indeque fieri, vt non frequenter à Iudicibus admittatur, & nè facilè in Curia quoque Romana proponatur, ex *Rot. deciſ. 8. de ſentent. excõmunic. in nouis*, quæ *numero 2. Ioannis Andreæ* opinionem *in eodem cap. 1.* probat, dicentis, excommunicationem nequaquam per denunciationem factam, ad effectum repellendi à iudicio aduerſarium, probari; cùm *text. in dict. cap. 1.* apertiſsima ad id documenta requirat; eiuſque opinionem in Curia ſeruari, *vbi rariſſimè* (Rota addit) *exceptio excommunicationis admittitur, quia numquam debite proponitur, & ſpecificatur.* Vndè meritò *Ricciulus dict. numero 42.* Tiraquellum carpit, quod his non (vt debuerat) attentus, exceptionis iſtius repulſam Galliæ ſolum conſuetudini tribuiſſet. Ita quoque (ex dicta *Rotæ deciſione*) firmat *Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 698. num. 20.*

Hæredem interfecti mortem non
63 vindicantem† priuant hæreditate, perceptiſque fructibus, iura. Sic *Papinianus*, ſic *Paulus*: ille, in *l. Hæredem, 17.* hic, in *l. Portiones, 21. D. de his quib. vt indign.* cẽſuerunt. *Hæredem* (Papinianus inquit) *qui ſciens, defuncti vindictam omiſit, & inſuper habuit fructus; omnes reſtituere cogendum exiſtimaui.* Paulus verò: *Portiones quoque eorum Fiſco vendicantur, qui mortem libertorum ſuſpectò decedentium, non defenderunt. Omnes enim hæredes, vel eos, qui loco hæredis ſunt, officiosè agere circa defuncti vindictam conuenit.* Sic ſimiliter in *l. 1. D. de iure Fiſci.* Caliſtratus ait: *Variæ cauſæ ſunt ex quibus nunciatio ad Fiſcum fieri ſolet. Aut enim ſe quis, quod tacite relictum eſt, profitetur capere non poſſe: vel ab alio præuentus, defertur: vel quod mors ab hæredibus non vendicetur.* Confirmaruntque Verus & Antonin. in *l. 1. C. vbi cauſ. Fiſcal. & in l. 1. C. de his quib. vt indign. l. 13. titul. 7. part. 6.* aliæque nouiores proximæ referendæ.

64 Minoribus † tamen & in hoc *Alexander* Imperator in *l. Minoribus, 6. C. eod. titul. de iis quib. vt indign.* indulget. *Minoribus viginti & quinque annis hæredibus, non obeſſe crimen inultæ mortis placuit,* ait. Cuius quidem deciſionis ratio ex iam ſuprà notatis deducitur; quod nempè à culpa, dolo præſumpto, delictovè in omittendo minor excuſet ætas, cuiuſmodi hæc exiſtit culpa. Hancque deciſionis rationem *Gomezius* aſsignat *3. tom. variar. capit. 3. numero 53. circa med.* & proſequitur *Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Vel aduerſ. dol. numero 65. C. de in integr. reſtit. Sfort. Odd. eod. tract. de reſtit. in integ. quæſt. 27. num. 40.* Sunt autẽ iura Regia, & tempus vindictæ terminãtia; & Minoribus non ſolis, ſed aliis etiam perſonis indulgentiam hanc concedentia, in *l. 1. tit. 3. libro 5. Ordinam. & in l. 11. titul. 8. lib. 5. nouæ Regiæ collect.* his verbis: *Si algun hombre fuere muerto a traicion, ò a tuerto, y ſus herederos quiſieren heredar ſus bienes por herencia, y los reciben: y la muerte no querellan dentro en cinco años, por querella de juſticia ante el Rey, ò ante ſus Alcaldes: pierdan la herencia que del finado han recaudado, para la nueſtra Camara. Y eſto ſe entienda en aquellos que han edad cumplida, y ſon varones, y ſi fuere ſabido quien fue el matador, y que ſea en la tierra, y que ſea poderoſo para demandar la muerte.* Neque ma-

maioris quidem ętatis ſuperuenientia, vindicandi mortem neceſsitatem vrgere; *Gloſſa* firmauit in *dict. l. Minoribus, verb. Reſpondere*, à Doctoribus communiter probata, teſtante *Gomezio, dicto loco*.

65 Qualibet in cauſa, ciuili, vel criminali ad deponendum † compelli teſtes poſſe, non obſcure oſtendunt Arcadius in *l. 1.* in verbis illis: *Etſi quibus non interdicitur teſtimonium; nec vlla lege à dicẽdo teſtimonio excuſantur.* Paulus in *l. 4.* Caius in *l. 5.* Sceuola in *l. Inuiti, 8. D. de teſtib.* dum certas excipiunt perſonas, quæ ad teſtimonium ferendum compelli nequeunt; in non exceptis percõſequens contrarium diſponere viſi. Cũ exceptio firmet in contrarium regulã, vt plenè in *Axiomatib. noſtris* comprobamus *lit. C. num. 16. & lit. E. num. 90.* Quo quidem argumẽto (ad aſſertionẽ hanc in criminali quoque cauſa probandam, ad eamque textus deciſionem trahendam, quæ in ciuili loquitur) vſus eſt *Accurſius in l. Si quãdo, 15. C. de teſtib. verb. Cauſis.* Oſtenditque *rubrum* (ſecundum vetuſtiora exemplaria) in *Decretalib. de teſtib cogend.* & nigrum in *cap. 1. & ſequentibus omnibus.* Quorum in criminali cauſa nominatim loquuntur *text. in cap. Super eo, 3.* ſecundum communem intellectum, in *cap. Peruenit, 4. Peruenit ad audientiam noſtram* (Alexander III. inquit) *quod cum I. prior ſancti Laurentii, coram te fuiſſet de ſimoniæ, & adulterii crimine accuſatus, &c.* poſt latiorem ſeriem concludens: *Reſpondemus, ad detegendum tantæ fraudis, & caliditatis commentum, ipſum teſtem meritò compellendum.* in *cap. Super his, 8.* cuius hæc verba: *Super his, & infra. Ceterum volumus, & mandamus, vt ſuper inquiſitionis articulis, tàm de fama delicti, quàm de literis contra eum ſub nomine longe maioris, & ſanioris partis capituli deſtinatis; cogatis teſtes qui nominati fuerint, perhibere teſtimonium veritati.* in *cap. Cum contra, 9. & in cap. Dilectorum, 10.* eiuſdem *tituli.* Teſtificandi enim munus publicum eſt, vt probant *text. in dict. l. 1. D. de teſtib. in l. Cum ab initio, 4. & in l. Sed ſi quis, 7. D. quemadmod. teſtam. aper.* & obſeruant *Andr. Gail. practicar. obſeruat. libro 1. obſeruat. 100. numero 2. Oſiſ. deciſ. Pedemont. 46. numero 4. Arumæ. deciſ. 10. numero 32.* Quod inuitus quilibet nominatim non exceptus, ſubire compellitur, vti *iidem ipſi* notant, & cũ aliis à ſe relatis *Arumæ. dict. loco, numero 33.* aſſeruereq; non pauci, quos refert, & probat *Farinac. de teſtib. quæſtion. 78. numero 57.* Habemuſque Hiſpani textum in *l. 35. titul. 16. part. 6.* ſic diſponentem: *Teſtigos es coſa de que ſe pueden los omes comunalmente mucho aprouechar en ſus pleytos. E por ende, todo ome que fuere llamado que venga a teſtiguar por otro delante del judgador, debe venir a dezir ſu teſtimonio de lo que ſabe. Ca mueſtraſe por obediente al Iuez aquel que lo faze: è demas faze merced, diziendo la verdad. E ſi alguno fueſſe rebelde, que non quiſieſſe venir a dezir ſu teſtimonio; puedele el Iuez apremiar, faziendole prendar faſta que venga.* Perſonas aliquas ad id non cogendas, exinde numerantem.

66 Seque à teſtificando ſubtrahentem, de corruptione, † ac falſitate ſuſpectũ reddere; eaque ratione, de vtroq; contra ſe inquirendi anſam præbere, dixit *Bart. in l. 1. §. 1. D. de falſ.* ſequutus ab *Abbate, Felin. Monticell.* & aliis relatis à *Farinac. dict. quæſt. 78. numero 132.* Etſi *Gregor. Lopez, in dict. l. 35. gloſ. 1. verb. Faze merced*, reſolutionem in hoc eſſe dicat, vt doloſum, non vt falſum teſtem hunc, non iuratum damnari, ad damna-

67 que, † & intereſſe litis teneri parti læſæ, ex *l. Argentarius, §. fin. D. de edend.* per quem ſic *ibidem* tenentes *Baldum, Angelum, & Caſtrenſem* refert, aliorumque auctoritate *Farinac. dict. loco, num. 136. Iacob. Menoch. de præſumption. libro 2. præſumpt. 55. numero 5. verſic. Vel etiam puniri poteſt, Ioſeph. Maſcard. de probation. tom. 1. quæſt. 5. numero 70.* Iudiciſq; arbitrio prætereà puniendum, ex *Bald. Boſ. Felin.* & aliis, *Farin. vbi ſupr. n. 138.* aſſerit.

68 Minorem † tamen volentẽ admitti, tenuen-

renuentem compelli ad teſtificandum non poſſe, *Vlpiani* reſponſum probat in *l. Videamus*, 4. §. *Adoleſcens, D. de in lit. iurand.* dicentis: *Adoleſcens verò, ſi velit, iurare poteſt.* Calliſtrati in *l.* 3. §. *Lege Iulia, D. de teſtib.* Impuberes ſolum teſtificari prohibens; puberes permittere viſus, vt *ibi Gloſ.* notat, *verb. Impubes*, inquiens: *Nam non prohibetur; ergo admittitur, vt ſup. eod. l.* 1. §. *Adhiberi.* Quibus Concilii Cartaginenſis ſimile decretum accedat, relatum *in cap.* 1. 4. *quæſt.* 2. *&* 3. clariorem hanc ſententiam reddens. *Ad teſtimonium autem* (inquit) *infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur.* dictumque §. *Lege Iulia eadem cauſa, & quæſt. in cap. Si teſtes,* 3. §. *Lege Iulia,* Gratianus tranſtulit. Et ſic (licet ſola *Calliſtrati* auctoritate in *dict.* §. *Lege Iulia*) tenet literatiſsimus *Oſual. Hillger. in Donel. enucl. libro* 25. *cap.* 16. *lit. H.* Non enim ea in pubere, quæ in Pupillo conſilii, iudiciique inopia; ob quam meritò à teſtimonio ferendo Pupillum Iura remouerunt, in *l. Inuiti,* 19. *in fin. D. de teſtib.* & præcedentibus: cũ quod vident, audiuntvè ignorent, ſintque iudicio carentes, vt *Paulus* ait in *l. Prætor,* 12. §. *Non autem, D. de iudic. & in l. fin. circa fin. D. rem Pupill. ſalu. for.* Papinianus in *l. fin. D. de iuris & fact. ignor.* Conſtantinus Imper. in *l.* 1. *ad fin. C. de falſ. monet.* Iuſtinianus in §. *Præterea, inſtit. quib. non eſt permiſ. facere teſtam.*

69 Ideoque neque iurare † poſſe, neque periurium committere Conſulti reſponderũt, Paulus in *l. Qui iuraſſe,* 26. *in fin. D. de iureiur. Quamuis Pupillus* (ait) *non videatur peierare, quia ſciens fallere non videtur.* Vlpianus in *dict. l.* 4. *D. de in lit. iurand. Videamus* (inquit) *in tutelari cauſa, quis iurare, & aduerſus quos poſſit? Et quidem ipſe Pupillus, ſi impubes eſt, non poteſt.* Nec Canonica diſſentiunt Iura in *cap. Paruuli,* 14. *& cap. Pueri, ſequenti,* 22. *quæſt.* 5. Illi hæc præbent initium verba: *Paruuli, qui ſine rationabili ætate ſunt, non coguntur iurare.* Huic, iſta: *Pueri ante annos quatuordecim, non cogantur iurare.* vbi *Gl. ſ. verb. Iurare,* ſuperiora eiſdem rationibus firmat; in doli capace limitanda cenſens.

70 Teſtem autem non iuratum † fidem non facere, Imperatores *Carus, Carin.* & *Numerian.* ſanxerunt, in *l.* 3. Conſtantinus in *l. Iuriſiurandi,* 8. *C. de teſtib.* Innocentius III. in *cap. Tuis,* 39. Honorius III. in *cap. Nuper,* 51. *extr. eod. titul.* & Regia partitæ *lex* 23. *titul.* 16. *part.* 3. Quod & *Senecæ*, & *Iuuenalis* temporibus viguiſſe, eorum dicta produnt. Illius, *de Ira libro* 2. dum ait: *Teſtis ſine iureiurando non valeret.* Huius, *ſatyr.* 5.

*Quamuis iurato, metuam tibi credere teſti.*

Puberem verò, vigintiquinque annis Minorem, & ad iuramentum, & teſtimonium admitti, non modo in ciuili-
71 bus ſuperiora probant: † ſed etiam in criminalibus *Venulei* reſponſum, in *l. In teſtamento,* 20. (à contrario ſenſu) *D. de teſtib.* idque ex ea deducit *Gloſ. in dict. l. Inuiti,* 19. *verb. Sed neque Pupillis, D. eod. titul.* tenentque multi à *Farinac.* congeſti, *quæſt.* 58. *numero* 19. Qua de re, quęſtionem iſtam dirimens eſt apud Nos *Regia lex* 9. *titul.* 16. *part.* 3. in criminalibus, viginti completos annos; in ciuilibus, quatuordecim in teſte requirens: etſi Minoris quoque ætatis præſtantis intellectus, teſtis dictum, ſi non probationem; magnam tamen præſumptionem inducere, addat.

Optimam, & efficaciorem omnium
72 probationum, partis confeſsionem † eſſe, ſciunt omnes. Veluti quæ condemnatum confitentem reddat, vt in *l.* 1. *D. de confeſſ.* Paulus ait: *Confeſſus pro iudicato eſt; quia quodammodo ſua ſententia damnatur.* multiſque in *Axiomatib. noſtris* comprobamus, *lit. C. numero* 128. *& ſeqq.* Quam infringere, aut retractare confeſſus nequit. *Nimis enim indignum iudicamus, quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt: id in eundẽ caſum infirmare, teſtimonioq; proprio reſiſtere.* Iuſtinianus ait in *l. Generaliter,* 13. *C. de non numer. pecun. & in l. Si quis,* 11. *C. de reb. credit.*

ſimi-

ſimiliter: *Satis enim abſurdum eſt, redire ad hoc, cui renuntiandum putauit.* Quod & Papinianus in *l. Quidam*, 30. *D. de donat.* ſic prædixerat: *Attamen, eum qui in iure confeſſus eſt, ſuam confeſſionem infirmare non poſſe*.

73 Minor † autem delictum ſine curatore in iuditio confeſſus, nullatenus ſibi præiudicat, *Iuſtiniani* decreto in *l. Clarum*, 4. *C. de auctorit. præſt.* per quam, & alia ibi relata iura (veram communemque ſæpè ſententiam hanc dicendo) ſic tenet *Farinac. praxis crimin.* 3. *part. quæſt.* 81. *cap.* 10. *num.* 352. ibique citatis *Afflictum* adde *deciſ.* 208. *Amendol. in annotat. ad Vincent. de Franc. deciſ.* 230. *numero* 2. & *Thorum in compend. deciſ. verb. Confeſſio Minoris.* In ciuilibus autem (cum Minoris præiudicii ſint) etſi Minoris confeſsio teneat; eam tamen aduerſus, reſtitutionem Minoribus Vlpianus in *l. Certum*, 6. §. *fin. D. de confeſſ.* his verbis concedit: *Minorem à confeſſione ſua reſtituemus.*

Priuilegium perſonale etſi perſonā ſequatur, † extinguaturque cum per-
74 ſona, vt vulgare fert axioma, ornatum à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. P. num.* 179.

Priuilegium tamen, auxiliumque Minoribus competens, ad eorum ſuc-
75 ceſſores † tranſire, in *l. Non ſolum* 6. *D. de in integr. reſtit.* & in *l. Minor*, 19. §. *Non ſolum, D. de minorib.* Vlpianus dixit. *Non ſolum autem Minoribus* (ait) *verum, ſucceſſoribus quoque Minorum datur in integrum reſtitutio, etſi ſint ipſi maiores.* Indeque notam regulam, *Hæreditatem non aditam, non tranſmitti* (quam in *Axiomatib. noſtris, lit. H. numero* 8. aſsi-
76 gnamus) in Minore, † *numero* 10. limitamus, qui aduerſus omiſſam hæreditatis extranei aditionem, ius petendi reſtitutionem, in extraneum etiam heredem tranſmittit. Et fideiuſſoribus quandoque Minorum etiam communicari fauorem, iam *quæſtion.* 3. notamus.

Sic pariter tot iuribus fulcitam regulam, totque auctoritatibus comprobatam, quam & *Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 40. *num.* 1. & *ſeqq.* præfinimus, & multipliciter ampliamus: Ven-
77 ditorem † de euictione reivenditæ emptori non teneri, ni emptor eidem litē denuntiauerit motam: Minorum quo-
78 que gratia limitamus, † Venditorem, qui ſuper re Minori vendita litem motam nouit; ſi liti non aſsiſtat, ſeque defendat, nulla etiam denuntiatione facta, de euictione teneri, *numero* 10. probantes.

79 Moratoriam prætereà dilationem † ad Minorum debita non extendi, *dict. part.* 1. *de priuileg. pauper. quæſt.* 44. *numero* 72. aduertimus.

Alia à quibus iam in quæſtionis huius initio mentionem fecimus locis, à *num.* 17. ad 26. excluſiuè (nè eandem repetamus) mutuare licebit.

## VTRVM VIRGINES, cælibemque vitam agentes Miſerabiles ſint? Legis noſtræ vnicæ priuilegio, quibuſque aliis gaudeant?

### SVMMARIVM.

1 *Virgines ex ipſius nominis vi,* legis noſtræ vnicæ, C. quando Imper. inter Pupil. & Vid. *diſpoſitione continentur. Etiam diuites, numero* 2. *Et tam prouectæ, quàm teneræ ætatis, numero* 3. *Et etiamſi Virgo ſtuprata contra ſtupratorem agat. numero* 4. *Et licet patrem habeat. numero* 5. *Contra, Virginem, aut cælibem legis noſtræ, forique priuilegium non habere. num.* 6. *& ſeqq.*

*Vidua, quæ? & vnde dicta? eod. num.* 1. *&* 10.

7 *Legis ratione deficiente, deficit quoque legis diſpoſitio.*

8 *Ex lata, aut impropria ſignificatione, contra ordinarias Iuris regulas exorbitans priuilegium inducendum non eſt.*

*Marci Antonii Peregrini error. ibid.*

In-

*Intellectus text. in* l. Malum. 242. §. Viduam, D. de verbor. ſignific. *dict. numero* 8. *& ſeqq.*

9 Mulieris *nomine, an Virgo, corruptaque contineatur?*

10 *Viri nomen, ad maritum refertur.*

11 *Lex ſi voluiſſet, expreſſiſſet.*

12 *Communis lequendi vſus attendi, & verborum proprietati præferri debet.*

13 *Intelligentia dictorum, ex cauſis eſt aſſumenda dicendi. Nec verbis, ſed rebus lex impoſita eſt.*

14 *Vi oppreſſa Virgo, fori hac electione gaudet.*

15 *Et quælibet alia, iure Regio, vi oppreſſa mulier.*

16 *In quacumque re vis interueniat, prædicto remedio violentiam, vimque paſſo Ius Regium ſuccurrit.*

17 *Prouectæ ætatis Virgini, aliis quoque circunſtantiis concurrentibus, Granatenſis Senatus hunc indulſit fauorem.*

*Mulier quinquaginta annos habens, ſenex dicitur. ibid.*

18 *Virginitas humanam conditionem ſupergreſſa, terrenam fœlicitatem, & Angelorum gloriam ſuperat. Pluresque Virginitatis laudes referuntur.*

19 *Numæ Pompilii temporibus, ſi Virgo Veſtalis in aliquem, qui ad mortem duceretur, incideret: eidem libertatem, immunitatemque parabat.*

20 *Deorum olim reſponſa Virginibus ſolū, ob ſtatus excellentiam, præſtare conceſſum erat. Eiſque in Virginitatis præmium Profetiæ donum à Deo O. M. conceſſum.*

21 *Virgines aliis loco, & inſeſſu ius anteponit.*

22 *Virginum teſtimonio magis quàm nuptarum, aut Viduarum fidem Iura adhibent.*

23 *Puellæ dicto ſe à tali fuiſſe corruptam, ſtari debet, etiamſi talis aſſertio ſimplex, nec iurata fuerit.*

24 *Virginitas, vt naturalis qualitas præſumitur, niſi deſloratio probetur.*

25 *Nec modo ſi à muliere ipſa Virginitas allegetur; ſed etiam à tertio.*

26 *Dolus fraus, aut deceptio præſumi non debet.*

27 *Virgo deſlorata decepta præſumitur.*

28 *Inter virum, & vxorem donationes à Iure ſunt probibitæ; factaſque irritas Ius decernit.*

29 *Nec conſtituendæ, vel augendæ dotis ratione vxori donationem facere Marito permittitur: etſi Mulieri diuerſa ratione permittatur. & num.* 32.

*Dotem conſtituere, eſt donare. ibid. dict. num.* 29.

30 *Dotis conſtitutio ſi à Marito ante contractum matrimonium cum relatione ad tempus matrimonii contracti fiat, non tenet.*

31 *Idem eſt aliquid tempore prohibito, aut inhabili fieri; vel in tempus inhabile, probibitumvè conferri.*

32 *Mulier dotem conſtituere, & augere conſtante matrimonio poteſt. Et quare?*

33 *A marito grandæuo, minoris ætatis Virgini, ſiue ante, ſiue poſt matrimoniū dotis factam conſtitutionem, tanquam remuneratoriam, Iura ſuſtinent.*

34 *Virginem violatam ſeductam ducere, & dotare, matrimonio etiam contracto, violator debet. Et an ſæpè ad vtrūque teneatur? ibid. remiſ.*

*Donari id dicitur, quod nullo Iure cogente conceditur. Neque enim in neceſſitatibus quis liberalis exiſtit. ibid.*

35 *Vxores etſi ſine dote duci nō ſoleāt: ſolēt tamen Virgines, aut minore ſaltem, quia pro dote Virginitas ipſa eſt. & numer. ſeq.*

# QVÆSTIO VI.

VIRGINES Ipſius vi nominis, *legis noſtræ vnicæ, C. quand. Imper. inter Pupill. & Vid.* priuilegio gaudere, ✝ eaſque
1 virtualiter, non per extenſionem, aut ſimilitudinem, Imperatoris verbis cōtineri; ex quo *Viduā* nominauit, poſſeq; vt Viduæ valēt, aduerſarios ſuos in cauſæ congreſſu ad Principem deferre; ab aliis autem nequaquam deferri ipſas poſſe; *Labeonis* auctoritas (à *Iabolene* pro-

probata (*in l. Malum, 242. § Viduam, D. de verbor. ſignific.* ſuadet. Dum, *Viduam non ſolum eam, quæ aliquando nupta fuiſſet; ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari ait Labeo.* Cuius quidem deciſione nixi, hoc fori priuilegium Virginibus, vt Viduis vniformiter competere, dixerunt & antiqui, & recentiores legalis diſciplinæ Magiſtri, *Azo. Cyn. Alberic. Bart. Fulgoſ. Guid. Pap. Rebuf. Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. Ioan. Lup.* & alii citati à *Couarru. practicar. cap. 7. numero 2.* Quibus (idem pariter tenentes, adhærenteſq; prioribus) addo *Iacobum Menoch. de arbitrar. libro 2. centur. 1. caſu 66. numero 8. Vincent. de Franch.* (ita ſæpè Senatu Neapol. deciſum affirmans) *deciſ. 100. numero 1. Mar. Giurb. deciſ. 82. numer. 1. Ioan. Mar. Nouar. in praxi electio. & variat. fori ſect. 1. quæſtion. 11. per tot.* & copioſiori allegatione *ibid. deciſ. 32. numero 1. Marquard. de Suſan. tract. de cælibat. Sacerdot. non abrog. part. 1. cap. 9. per tot. Garc. Maſtril. deciſ. 127. numero 8. Aloyſ. de Leo, in ead. noſtra l. vnic. numer. 5. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 56. de iuram. perhorreſc. numero 47. Benedict. Ægid. de priuileg. honeſtat. articul. 5. numero 5. Marcheſan. de commiſ. auoc. cauſ. part. 2. § 2. numero 39. Bernard. Græuæ. in practic. Camer. Imperial. concluſ. 1. conſider. 1. numero 11. Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. numer. 94. Iacob. Cancer. variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. numero 10. & 11. Nicol. Intrigliol. deciſ. 22. numero 5. & 6. libro 1. Marc. Anton. Peregrin. deciſ. 129. num. 6.*

Nec modò Virgini Principis fori priuilegium competere (ſimpliciter, ſed multipliciter aſſertionem hanc extendentes) ſuperiores, aliique aſſeclæ firmarunt.

2 Primò ergo etiam in Virgine diuite † ampliant *Franciſc. Milanes* (ex Nattæ reſponſo 590.) *deciſ. Reg. Sicil. 5. num. 2. libro 2. Franciſc. Viui. deciſ. 521. num. 7.* eoſque ſequutus *Bernard. Græu. dict. conſider. 1. numero 14.*

Secundò, non ſolum in prouectæ
3 ætatis † Virgine, quæque in cælibatu vitam ducere ſtatuit (in qua minus dubia ſententia eſt, iuxta *Couarru. practic. dict. cap. 7. numero 2. verſ. Ceterum quia Cyn. Andr. Gail. obſeruat. libro 1. obſeruat. 1. numero 41. & ſeq. Marcheſan. dict. 2. p. § 2. numero 39. verſ. Secundo limita, & verſ. Tertio limita, Vincent. de Franch. d. deciſ. 100. num. 4. & Philip. Paſchal. dict. cap. 2. numero 94.*) ſed etiam teneræ ætatis, quæque de matrimonio, viroq; ducendo cogitat. *Franciſc. Viui. dict. deciſ. 251. numero 1. & 4. Franch. vbi proximè, dict. numero 4. verſ. Sed quia,* ſemper indiſtinctè per ſacrum Concilium priuilegium hoc Virginibus concedi aſſerens, & cũ his *Græuæ. dict. conſider. 1. num. 13.*

4 Tertiò, etiamſi Virgo ſtuprata † cõtra ſtupratorem agat, vt per ſacrum Conſilium iudicatũ refert idẽ *Franch. deciſ. 599. Proſper. Carauit. ritu 19. numero 25. Ioan. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 1. & collect. 1137. Thor. in cõpend. deciſ. verb. Virgo,* quos refert, & ſequitur *Ioan. Mar. Nouar. dict. quæſt. 11. numero 2.* Quòd tempore delicti commiſſi, Virgine exiſtente, fuerit actionata, *Philip. Paſchal. dict. cap. 2. numero 95. Mar. Giurb. dict. deciſ. 82. numero 12. col. 2. poſt med. verſ. Et Virgo ſtuprata, Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. libro 17. cap. 20. lit. B. verſ. Sed an eadem cauſa.*

5 Quartò ampliant in Virgine etiam patrem † habente, *Calla, de modo procedend. & proband. numero 111. Vincent. de Franc.* (ita per magn. Curiam Vicar. iudicatum pluries aſſerens) *dict. deciſ. 100. numero 11. Benedict. Ægid. de priuileg. honeſtat. dict. articul. 4. numero 4. in fin.*

6 Contrariam † verò ſententiam (nequaquam ſcilicet fori hac electione Virginem, cælibemque gaudere, priore damnata) eruditiſsimus defendit *Couarru. dict. cap. 7. numero 2.* quem & alii nouiores ſequuntur, quos refert (in eorum placitum declinans) *Oſuald. citato loco, Andr. Gail. dict. obſeruat. 1. numero 42.* Aduerſantemque tunc demum pro-

procedere, ſi & orphana ſimul virgo ſit, firmant *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 421. num. 69. & cap. 565. nu. 69. & 82. Voſſemb. in tit. noſtro, quando Imperat. inter pupill. & vid. nu. 2. Mart. de iuriſdict. 2. part. cap. 21. numer. 2. Alexand. Trentac. variarum reſolutionum, reſolu. 2. tit. de citat. n. 16. Cabed. deciſ. 180. part. 1.* Conſequenter fatentes, non id Virginitati, ſed Orbitati conceſſum. Cui hoc competere priuilegium, *q. 4.* oſtendimus.

Quare, ſi ratione potius quā multitudine, aliorū ſupra alios ruentium, moueamur, nō optima rati, quæ magno aſſenſu recepta ſunt (*Senecæ* conſilio vſi, *de vit. beat. c. 1.*) nec quà itur, ſed qua eundum eſt, pergentes: poſterior hæc ſentētia præualebit. Vt enim legis noſtræ, forique priuilegio ſit locus, miſera conditio exiſtat neceſſe eſt, illudque deſiderātē Fortunæ iniuria premi, omnino eadē ipſa requirit. Virginitatē verò miſerandā inducere cōditionē, nec inſaniens quidem dixerit, ſed inuidēdā magis, quàm miſerendam fatebitur. Quòd ſi non miſeræ cōditionis intuitu fauorē hunc Virgo cōſequitur: neq; quòd *viduæ* appellatione, Virgo contineatur, conſequetur. Non ſolū, quia legis ratione (miſera nempè conditione)
7 deficiente, † legis quoque deficiat, ceſſetque diſpoſitio cōſequens eſt, vt vulgare fert axioma deductū à Paulo *in l. Adigere, 6. §. Quamuis, D. de iure patrona. & in l. Quod dictum, 33. D. de pact.* à *Tiraquello* ornatum in *tractat. ceſſante cauſa, part. 1. numero 130. & ſequentibus,* locupletatumque à *Nobis in Axiomatibus noſtris, litera L. numero 22.* quod infallibile augmentum præſtare, *Seraphinus* aſſerit, *de priuileg. iurament. priuil. 21. numer. 2.* cuius & *Nos* mentionem facimus *ibid. liter. A. numer. 343.* Sed quia licet *viduæ* appellatione, Virgo contineatur, id ex lata † impropriaque ſigni
8 ficatione accidit, vt ſemel & iterum in *dict. §. Viduam,* repetit *Accurſ. verb. Viduam,* verb. *Fuiſſet,* & verbo, *Appellari,* & plerique contrariæ partis fatentur.

Ex lata verò, aut impropria ſignificatione, contra ordinarias Iuris regulas exorbitans priuilegium (vt noſtrum) inducendum non eſſe; erudité firmat *Didacus Couarruuias dicto capit. 7. numero 2.* probantque dicta à *Nobis*, *de priuilegiis pauperum, quæſtion. 1. numero 11.* Ergo nullatenus Virgini, quòd virgo ſit, quòd vt appellatione *Viduæ* contineatur, remedium hoc competit.

Inde, vt argumentum hoc *Marc. Antonius Peregrin. dict. deciſ. 129. numero 6.* vitaret (priori contrariæ adhærens, infirmam aliter ſententiam ſuam ratus) dicere coactus eſt; ex propria ſtrictaque nominis, ſignificatione, appellatione *Viduæ*, Virginem contineri. Cuius error, & iam relatis, & ipſiuſmet *Labeonis* in *dict. §. Viduam,* verbis, *Viduæ* que denominatione ab eo deſignata, conuincitur. Cùm non tam Virgini, quàm cuilibet aliæ corruptæ fœminæ, quæ marito non fuerit copulata cōueniant. Quid enim (*Cum viduam non ſolùm eam, quæ aliquando nupta fuiſſet; ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuit.* Iabolenus dicat) firmare prohibet, non modò Virgines, ſed etiam corruptas, quæ non nupſiſſent, *Viduæ* nomine contineri, voluiſſe monſtrare? *Mulie-*
9 *ris* præcipuè verbo, † vſus, quod etſi latè ſumptum, Virgines, corruptaſque contineat, *l. Mulieris appellatione, 13. D. de verborum ſignificatione, l. quæritur, 14. §. Mulierem, D. de ædilit. edict.* propriùs, & ſtrictius tamen (corruptas *Vlpianus* multis in locis continere profeſſus eſt, *in l. Ex empto, 11. §. ſiquis Virginem, D. actionibus empt. Siquis Virginem* (ait) *emere putaſſet; cum mulier veniret,* &c. in *l. Alioquin, 11. §. Quod ſi ego me Virginem emere putarem; cum eſſet iam mulier,* &c. *D. de contrahend. emption.* & in *l. Si collectaneus, 13. ad finem, D. de manumiſ. vindict.* vbi pariter ait: *Idē etſi matrimonii cauſa Virgo, vel mulier manumittatur.* Firmaturq; ex eo, quod Cleobol. dixiſſe fertur: *Filias nuptui locare oportere, ætate Virgines; ſed prudentia, & ſcientia mu-*

mulieres, vt in eius vita, *Diogen. Laert.* prodit *de Philoſophor. vit. lib.* 1. Nō eſt ergo cur *Iaboleni, Labeonis* que ſententiã ad Virgines magis, quàm ad corruptas referamus, *viduæ* que nomine corruptam, quæ virum nō habuit (hoc eſt, maritum, *vir* enim † pro marito accipi-
10 tur, *cap. Quomodo Virginibus*, 10. *& cap. Quod ſi*, 13. *in ord.* 31. *q.* 1. *& ad Corinth.* 1. *c.* 7. vbi ſæpè *virum* pro marito *Apoſtolus* repetit) eodem modo, aut lato ſaltem vocabulo comprehendi nos dicamus. Cū & ipſi iidem *Iabolenus, Labeo* que ibidem *ſimiliter Viduam eſſe dictam, quaſi ſine duitate*, aſſeuerent. Quod tàm corruptæ virum non habenti, quàm virgini conuenit, ſiquidem vtraque *ſine duitate eſt.*

Præterea, ſi Viduam ſolum, aut Virginem demonſtratione præfata contineri, docere Conſultus vellet, id clarè †
11 effeciſſet (iuxta *l. vnic. §. Sin autē ad deficientis, C. de caduc. tollend.* coaceruataq; *à Nobis in Axiomat. lit. L. n.* 65. Improprietatiſque, circuitus, ac ſuperfluitatis notã vitaret, dicendo: *Viduã non ſolū eã, quæ aliquando nupta fuiſſet: ſed etiã virginē*, quin diceret: *Sed eã quoque mulierē, quæ virum non habuiſſet*, corruptam etiã non à marito complexus.

Quæ & ſtricta propriaque nominis ſignificatione Virginē appellatione *Viduæ* non cōtineri oſtendunt: & quēadmodū ad corruptã, quę maritū non habuit (ex eo quòd *Viduæ* lato nomine cōtineatur) *legis* noſtræ *vnicæ* priuilegium ſe nō extēdit, ita neque ad Virgines (alia miſerationis cauſa non interueniente) extēdēdū. Omittemus à loquēdi v-
12 ſu † argumētū, quod & attendi, & verborū proprietati præferēdū, multis probauimus in *Axiomatib. lit. V. n.* 191. Virginē autē, viduæ appellatione nullatenus cōmunis accipit loquēdi vſus. Quin imo, etſi Viduæ appellatio ſtrictè, proprièque Virginē contineret (quod falſum eſſe apparet) adhuc ex eo ſolo fori priuilegio (in miſera priuilegiati conditione fūdato) locus nō eſſet. Siquidē, †
13 *Intelligētia dictorū, ex cauſa eſt aſſumēda: quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.* Vt Hilarius inquit, *in c. Intelligētia* 6. *de verb. ſignif.* cōmuneque proberuiū, *legē non verbis, ſed rebus impoſitã* dictat, de quo *Nos in Axiomat. lit. L. n.* 33. Legis ergo noſtræ verba (miſerorū ſubuētioni intentæ) etiãſi alios eorū vi, & ſignificatione cōprehendere valeãt, mēte repugnante; illius diſpoſitio ad alios extendi non debet, vt etiã *ſupr. n.* 7. adnotamus. Cùm præſertim, & ipſaſmet à lege noſtra perſonas nominatas, ſi diuites ſint, permulti (quaſi non miſeras) eius fauore priuare intendant, vt latè *q.* 3. ſumus proſequuti.

Ex quibus & hæc tenenda, & reiiciēda prior videtur indubitanter opinio, niſi adhærēs Virgini qualitas legis noſtræ, fori priuilegium tribuat. Sed id à virginitate (vt diximus) ſeparatū. Cùm & quęuis aliū miſeranda qualitas, Fortunæ iniuria accidens (iuxta legis noſtrę vnicę, ſimiliūq; terminos) dignū fauore hoc reddat. Ideò, ſi pauper, ſi Infirma, ſi Orba minor, exiſtat (iuxta latè à Nobis præcedētibus queſtionibus notata.) Alio ve ſimili infortunio laboret Virgo, extra controuerſiam res eſt.

14 Inde vi oppreſſa, † nō quod virgo, aut quod virginitatis tēpore ei fuerit nata actio (vt cōtrariæ opinionis *ampliatione tertia* citati dicunt) ſed ob criminis immanitatem, hoc fori vtitur priuilegio, quod non tantùm Virgini, ſed cuilibet
15 † mulieri vim paſſæ leges tribuunt Regiæ, 5. *titul.* 3. *part.* 3. *& l.* 8. *titulo* 3. *libro* 4. *nouæ Reg. collect.* Neque in hac tantū
16 ſpecie, ſed in qualibet alia, ſi vis † interueniat, hoc remedio Regium idem Ius violentiam, vimque paſſo ſuccurrit, *in l.* 5. *tit.* 13. *eod. lib.*

17 Sic & ætatis prouectæ † Virginem (miſerandæque perconſequens conditionis) ſummæ honeſtatis, in Curia commorantem, & quinquaginta annorum metam excedentem, *Senatum Granatenſem* ad priuilegiū hoc meritò admiſiſſe, *Couar.* memorat *d. ca.* 7. *num.* 2. *verſ. Cæterum.* Cum & Senectus ſola hunc mereatur fauorem, vt

ſuo

ſuo præcipuo loco notamus. Mulierem autem quinquagenariam, ſenem eſſe, *de priuileg. pauperum, 2. part. quæſtio. 56. numer. 40.*

Vnde non eſt, quòd hac in re virginitas ſibi arroget. Sed in præcipuis aliis verè arrogat, quæ humanam conditio-
18 nem ſupergreſſa, † non terrenam modò fœlicitatem, ſed Angelorum gloriā ſuperat, vt Diui Ambroſii aliorumque Marquard. de Suſan. *de cœlibat. Sacerdo. non abrog. cap. 9. numero 7.* ſic teſtimonio comprobat: *Conſiderent earum excellentem ſtatum, & quòd omnes ſtatus mulierum excedit Virginitas, quæ inter metalla auro æquiparatur; & eſt ſumma gemma, theſaurus pretioſus margaritis refertus: & eſt ſicut lux Solis, reſpectu ſtatus coniugalis, & vidualis. Et dicit Bernardus, quòd ſola virginalis caſtitas eſt, quæ in hoc mortalitatis, & gloriæ repræſentat. Nam, quod Sancti habent in cœlo (ſcilicet integritatem, & munditiam corporis, & animæ:) hoc iam Virgines obtinent ex gratia in terra. Nam in Regno cœlorum neque nubent, Matth. 2. Marc. 12. Luc. 20. Et per terram, quæ facit fructum centeſimum figuratur Virginitas. Et Ambroſ. in libro de Viduis, dicit: Supergreditur Virginitas conditionē humanæ naturæ, per quā homines Angelis aſſimilantur. Maior tamen eſt gloria Virginum, quàm Angelorum. Angeli enim ſine carne viuunt: Virgines autem, in carne triumphant. Et in carne præter carnem viuere; non terrena vita eſt, ſed cœleſtis. Et in carne cœleſtem gloriam acquirere, maioris eſt meriti, quàm habere. Et ſicut Chriſtus in cœlo Angelos habet, & habuit antequam ingreſſus eſt mundum. Ita in mundo habet Virgines ſicut Angelos, & qui Angelos tranſcendunt.* Plura *numeris ſequentibus* proſequutus. Sic pariter Hieronymus in ſermone de Aſſumptione: *Profecto in carne præter carnem viuere; non terrena vita eſt, ſed cœleſtis. Vnde in carne Angelicam gloriam acquirere, maioris eſt meriti quàm habere. Eſſe enim Angelum, fœlicitas eſt: eſſe verò Virginem, virtus: dum hoc habere nititur eū gratia, quod habet Angelus ex natura.* Diuus itē Auguſtinus de bono coniug. ſuper illud: *Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocunque ierit*, ait: *Gaudia Virginum, non ſunt eadem cum non Virginibus, quamuis Chriſti. Nam ſunt aliis alia; ſed nullis talia.* Non abſimiliter Ioannes Franciſcus Paui. de viſitation. quæſtione 10. parte 2. numero 129. *Virginibus* (inquit) *datur fructus centenarius; viduis ſexagenarius; coniugatis autem tricenarius; & omnibus Beatis gaudium inexplicabile, quod oculus non vidit, nec in cor hominis aſcendit, meritis proportionatum; Quia in domo Patris, multæ manſiones ſunt, & ſtella differt ab ſtella.* Nuptiaſque terram, virginitatem paradyſum implere dixit *textus in capite Nuptiæ, 12. in ord. 32. quæſtione 1.* Multas præterea Virginitatis laudes cumulauit *Benedictus Ægidius de priuilegiis honeſtat. articulo 4. à numero 1. cum ſequentibus.*

Inque eo pretio apud Ethnicos etiam habita virginitas eſt; vt *Numæ Pompi-*
19 *lii* temporibus, ſi caſu † ad mortem ductus in Virginem Veſtalem incidiſſet, immunis à ſupplicio redderetur, quēadmodum *in ipſius Numæ vita Plutarc.* prodit, referente *Barthol. Taeg. tract. crimin. p. 19. n. 21.*

20 Deorumque reſponſa † ſolas Virgines antiquitus præſtare ſolitas, literis, poſterorūque memoriæ *Diodorus Sicul.* mandauit, *Bibliothec. lib. 16. c. 6.* hunc in modum: *Solebāt etiam primo illo tempore Virgines, ob naturam puriorem, & quod Dianæ videantur propinquitate quadam iungi ad officium illud diuina enuntiandi adſumi. Aptiſſima enim credebātur ad ſeruanda ea arcana, quæ in reſponſis continēatur.* Iiſdemque Profeciæ donū in Virginitatis præmiū à Deo O. M. conceſſum (ex Diuo *Hieron. lib. 1. aduerſ. Iouin.* tradit *P. Emanu. Roman. in elucidat. antiquit. Ordinis Carmelit. elucid. 11. in prin.*

21 Iura etiā in multis, cæteris eas fœminis anteponūt. Inceſſu † & loco. Primū

enim Virginibus concedunt, vt cum
*Baldo* affirmat *Felin.in cap.Cauſam,nu.*
4.*de probationib.*& poſt *Caſſan.* & *Mar-
quard.*quos refert*Benedict.Ægid.d.c.*4.
*num.*13.

22 Fide quoque, & teſtimonio. † Ma-
iorem namque Virginibus, quàm nu-
ptis, vel etiam viduis fidem Iura adhi-
bent,teſte *Bald.*&*Felin.d.proximè loco,
Barbat.in eod.cap.Cauſam, nu.*13. *Guill.
Bened.in repet.cap.Raynuntius,* 3.*p.verb.
Qui cum alia matrimonium contrahens,nu.*
45 *de teſtam.Proſp.Farin.prax.crimin.
tom.*2.*quæſt.*59.*numero* 50. *Anton.Gabr.
commun.opinion.lib.*1.*titul.de teſtibus,cõ-
cluſ.*4.*num.*67. Magna earum confidẽ-
tia, & fides ex *Cornel.Taciti* relatione
deducitur, apud Virgines Veſtales Ma
gnatum teſtamenta aperiri inſinuans,
eiſque committi, ſic *Annalium libro* 1.
inquiẽs: *Nil primo Senatus die agi paſſus,
niſi de ſupremis Auguſti. Cuius teſtamentũ
inlatum per* Virgines Veſtæ, *Tiberium,*
& *Liuiam hæredes habuit.*Cõuenit *Suet.
Tranquil.in vita Octaui.Auguſt.*Dictoq;
puellæ, ſe à tali fuiſſe defloratam fir-
23 mantis,† ſtandum,aſſeuerant *Iul.Clar.
in §.Stuprum,numero* 42.*verſ.Sed pone,*
& *ibid.*proſequitur latius *Baiard. num.*
41.*Farin.praxis crimin tom.*4.*q.*147.*nu
mero* 135.&*ſeqq.Antonin.Theſaur.deciſ.*
3.*numero* 2. *Ioan.Vincent.Honded.conſ.*
68.*numero* 12.*libro* 1. *Carol.Bardell.cõ-
ſil.*83.*numero* 61. *Paul.Fuſc.ſingul.* 32.
*litera V.Nicol.Intrigliol.ſingul.*214. *lib.*
1.*Martin.Nauar.in Manual.Latin. cap.*
16.*numero* 16.*in fin. Ioſeph. Maſcard. de
probation.tom.*3.*concluſ.*1412.*numer.*2.
Etiamſi talis ſit aſſertio ſimplex, non
iurata, ex *Fuluii Pacciani* ſententia, *de
probationibus,libro* 2.*cap.*2. *numero* 9.&
*ſeqq.* relata, & ſequuta à *Farin. d. loco,
num.*136.

Virginitas nanque, vt naturalis qua-
24 litas præſumitur, † niſi defloratio pro-
betur,*Ioan.Andr.in cap.*1.*de adulter.nu.*
2.*Abb.num.*5.*Anchar.*2.*Anton.de Butr.
num.*4.*Farinac.*(multis relatis)*d.quæſt.*
147.*n.*135.*Maſcard. d.concl.*1412.*n.*1.
*Camil.Gallin.de verb.ſignif.lib.*5.*c.*18.*n.*
137.*Iacob.Menoch.de præſumpt.libro* 6.
*præſumpt.*89.*Iacob.Mandel.conſ.*37.*nu
mero* 2. & *conſ.* 692. *numero* 2. *Carolus
Bardell.dicto conſ.*83.*numero* 6.*Adrian.
Neguſ.in ſylu. reſponſor.quæſtion.*444.*nu
mero* 11.

Nec modò ſi à Virgine ipſa, ſed etiã
24 à tertio † Virginitas allegetur, vt pro-
fitentur *Maſcard. d.concl.*1412.*numero*
11.*Baiard.ad Clar.in dict.§.Stuprum,nu
mero* 42.*Carolus Bardell.dicto conſ.*83.*nu
mero* 62.

26 Deceptaque (quantumuis dolus, †
fraus, vel deceptio alias præſumi non
debeat, iuxt.*legẽ Dolum,*6.*C.de dol.*ad-
ductaque à *Nobis in Axiomatib.*& *locis
commun.iur.lit.D.num.*177.)Virgo ſtu-
27 prata † præſumitur, patronumque *Iu-
ſtinianum* Imperatorem habet,*in l.vni-
ca,§.Si enim,C.de rapt.Virgin.* dicẽtem:
*Quia hoc ipſum velle mulierem, ab inſidiis
nequiſſimi hominis* (*qui meditatur rapinã*)
*inducitur. Niſi etenim eam ſolicitauerit,
niſi odioſis artibus circunuenerit; non facit
eam velle in tãtum facinus ſe prodere.* Pro-
fitenturque ſic ibid. communiter Do-
ctores, *Abb.* & *Anan.in d.cap.*1.*de adul-
ter.vterque num.*2. *Nauar.d.cap.*16.*nu.*
16.*Anton.Gomez in l.*80. *Taur.numero*
10.*Ioan.Gutier.canonicar.quæſt.lib.*1.*ca.*
37.*numero* 11. *P.Thom. Sanchez de ma-
trimonio libro* 8.*diſputat.*36.*numero* 12.
cumque aliis multis, *Iacob. Cancer.va-
riar.reſolut.libro* 3.*cap.*11.*numer.*47.In-
de ſic, Demophontis fallaciam, ipſum-
que ſeductorem Demophontem(cui ſe
circunuenta tradiderat) incuſſat apud
Ouidium *Phillis,* ipſius ad *Demophontẽ
epiſtola.*

*Fallere credentem non eſt operoſa puel-
lam.*
*Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.*
*Sum decepta tuis,* & *amans,* & *fœmina
verbis:*
*Di faciant laudis ſumma ſit iſta
tuæ.*
*Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria
parta eſt?*
*Quidque vir, eluſa Virgine, laudis
habet?*

Do-

Donationes inter virum, & vxorẽ,
28 à Iure prohibitas,† factaſque, irritas, &
inanes eſſe; nõ eſt qui ignoret, ſtãtibus
huius rei, ac prohibitionis, titulis *Dige-
ſtis, & Codice de donat. inter vir. & vxor.
c. fin. eod. tit.* Regiaque *lege 4. tit. 11. par.
4.* quibus Doctorum cumulum aſtrue-
re, non decens, & ſuperuacuum puta-
mus.

Eaſque habet hæc prohibitio vires,
& ſic (maritum præcipuè) arctat: vt ne-
29 que dotis conſtituendæ †, augendæ ve
ratione vxori donationem facere per-
mittat; cũ doté conſtituere ſit donare,
*l. final. §. Si à ſocero, D. quæ in fraud. credi.
l. ſiquis vxori, 60. D. de donation. inter vi-
rum, & vxor.* docentque *Abb. & Alex.
de Neu. in cap. Etſi neceſſe, vterque num. 2.
& Præpoſit. num. 1. de donat. inter vir. &
vxor. Barthol. Socin. in l. 1. num. 70. D. ſo-
luto matrimon. Palac. Rub. in rubr. de do-
nation. inter vir. & vxor. §. 30. numer. 1.
Syllueſt. verb. Dos, quæſt. 6. Angel. eod. ver-
bo, numer. 6. Armil. 8. Tabien. quæſt. 5. nu.
6. Baez. de non mel. ratione dot. filiab. cap.
16. num. 4. P. Thom. Sãch.* (his fideliter
relatis) *de matrimon. lib. 6. diſputat. 7. nu.
2.* Eorundem quoque iudicio id intelli-
gens, etiã ſi hæc donatio, dotis ve con-
ſtitutio ante contractum matrimoniũ
30 † fiat, ad contracti matrimonii tempus
relatione facta, ſi ea nempè lege detur,
*vt inito matrimonio adquiratur.* Cum fa-
ctam inter ſponſos, vel relatam ad ma-
trimonii tempus donationem, Impera-
tor *Gordianus* nullam *in l. 4. C. de donat.
ante nupt.* his verbis decernat: *Quod ſpõ-
ſæ ea lege donatur, vt tunc dominium eius
adipiſcatur, cum nuptiæ fuerint ſequutæ, ſi-
ne effectu eſt.* Ea quidem rationis parita-
te; quòd idem ſit aliquid tempore pro-
31 hibito, † aut inhabili fieri: vel in tem-
pus inhabile, prohibitum ve conferri,
vt *in Axiomatib. noſtris, lit. F. num. 135.*
comprobamus.

Maritũ præcipuè prohibitione hac
32 arctari diximus: quia mulieri, † conſti-
tuere, vel augere, conſtante matrimo-
nio, dotem, diuerſa ratio permittit.
Quod nempè apud eandem illius per-
maneat dominium, veniatque ſibi, ſolu-
to matrimonio, reſtituenda, vt multis
*de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 16. num.
6. col. 3. in princip.* oſtendimus. Dotem-
que ideò conſtante matrimonio mulie-
ri conſtituendi, agendique poteſtatem
fecit Iuſtinianus *in l. Si conſtante, 19. &
in l. Cum multæ, 20. verſ. Quare enim, C.
de donation. ante nup. & in §. Eſt & aliud,
verſ. Et primis quidem, inſtit. de donat.* di-
cuntque *Bald. Nouel. de dot. p. 7. priuileg.
8. Palac. Rub. in d. repet. rubr. §. 53. nu. 1.
& 2. Baez. d. tract. c. 5. n. 16. & ſeq. Car-
din. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib.
11. tit. 22. lib. 2.*

Eã tamen donationem, dotis ve con-
33 ſtitutionem, ſiue ante, ſiue poſt matri-
monium à marito grandęuo, † minoris
ætatis Virgini factam, tamquam remu
neratoriam ſuſtineri, profitẽtur *Accuſ.
in l. Si voluntate, 4. gloſ. 1. C. de dot. pro-
miſ. Bart. in l. ſi diuortio, 21. num. 4. D. de
verborum obligationibus, & ibidem Iaſon
numero 9. & in l. Ex hoc iure, numero 55.
D. de iuſtit. & iur. Abb. in cap. 1. numer. 8.
de adulter.* & *in cap. final. numer. 7. de do-
nation. inter virum, & vxor. Tiraquel. de
nobilit. cap. 18. numer. 19. Didac. Gouar-
ruu. in 4. Decret. 2. part. cap. 3. §. 3. nume-
ro 2. Antonio Gomez in l. 52. Taur. nume-
ro 66. caſu 4. & variarum, tom. 2. cap. 4.
numer. 23. Villalobos in commun. opinion.
litera D. numero 229. Petr. Dueñ. regul.
121. limitation. 11. Gaſpar Baez. de non
meliorand. rat. dot. filiabus, dict. cap. 16. in
fin. Ayora de partition. 1. part. cap. 7. nume
ro 31. & 36. Petrus Barboſa in l. Quæ do-
tis, 34. numero 56. D. ſoluto matrimonio,
Aluarus Valaſcus conſultation. 4. nume-
ro 7. & conſultation. 5. numero 18. Ange-
lus verbo, Dos, numero 6. Syllueſt. quæſtio-
ne 6. Tabien. 5. numero 6. Armil. numero
8. Molina de iuſtit. & iure, tom. 2. tracta-
tu 2. diſputation. 289. §. Tertius ſi fiat, &
diſputation. 439. §. Secundum, ſi eadem
confeſſio, Sanchez* (his, & aliis quàm mul
tis relatis) *d. lib. 6. diſputa. 7. numer. 3. ad
medium, verſ. Sed dicendum, Philipp. Paſ-
chal. de viribus patr. poteſtat. part. 1. cap. 4.
num. 45.*

34 Fortiorique ratione ſi huiuſmodi donatio, dotis ve conſtitutio ab ſtupratore conſtante matrimonio fiat: cum & vxorem ducere, & dotare, qui Virginē ſeductam violauerit, teneatur, ex *capit. 1. de adulter.* ac ideò nec donatio appellari poſsit, cum ex neceſsitate, Iureq; cogente proueniat. Donari autem id dicitur, quod nullo Iure cogente conceditur, vt *Papinianus*, inquit, *in l. Donari, 29. D. de donat.* repetita in *l. Donari, 83. D. de regul. iur.* Neque liberalis quis in neceſsitatibus exiſtit, vt *in Axiomatib. noſtris, lit. L. num. 70. & 71.* multis probamus. Sic tenet in propoſito, *Ioan. Lup. in d. repet. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 30. n. 3.* & cū eo *Sāch. d. cap. 7. n. 6.* De intelligentia verò textus *in d. ca. 1. de adulter.* an & quando ad vtrumq; Virginis violator (ducendum ſcilicet, & dotandum) obligatus exiſtat: præter ordinarios ibidem, videndi (vt multorum allegationi parcamus) *Farin. prax, criminal. part. 5. quæſtion. 147. num. 97.* cum multis ſequentib. & *deciſion. 779. in 1. collectan. nouiſſim. Sanchez de matrimon. lib. 4. diſputa. 13. num. 2. in med.* ceterique ab *Auguſtin. Barboſa in collect. ad eundem capit. 1. numero 7.* congeſti ab eoque non adductus, *Ioan. Gutierrez canonicarum quæſtion. lib. 1. capit. 37. per totam.*

Quibus & illud conuenit: Quòd li-
35 cet ſine dote † vxores duci non ſoleāt, vt & experientia monſtrat, & *1. par. de priuileg. pauper. quæſt. 17. num. 49.* notamus: ſolent tamen Virgines: quæ ſatis virginitate ipſa dotatæ ſunt, teſte *Apuleio in apolog.* dicente: *Virgo formoſa, etſi ſit oppido pauper; tamen abunde dotata eſt.* Inæſtimabilis nanque (vt *numero 18.* diximus) theſaurus Virginitas eſt. Quòd ſi omnino indotatam, vel hominum malitia, vel neceſsitas reſpuat; minori tamen dote, quàm corrupta, in matrimonium frequenter admittitur, vt & experimur, & aduertunt *Curtius Senior cōſil. 27. numero 14. Pellic. ad conſuetudin. Auer. capit. 8. numero 164. Phanut. de dote, gloſſ. 10. numero 28. Iacobus Menochius de præſumptionib. libro 3. præſumption. 6. numero 30. Fuluius Pacian. de probation. cap. 2. num. 70. lib. 2.* & cum aliis, quos refert *Mar. Giurb. in conſuetudin. Senat. Meſſan. cap. 8. gloſ. 1. numero 10. part. 1.*

36 Decor enim ille integritatis † illæſiq; pudoris, hominum voluntates ad ſe allicit, in ſuique rapit amorem; qui virginitate amiſſa langueſcit, vt cecinit pulcrè *Catulus in carmine nuptiali*, mihi pagina 15.

*Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis.*
*Ignotus pecori, nullo contuſus aratro.*
*Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber;*
*Multi illum pueri, multæ optauere puellæ:*
*Idē cū tenui carptꝰ defloruit vngui:*
*Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:*
*Sic Virgo dum intacta manet, dum caſta ſuis: ſed*
*Cum caſtum amiſit (polluto corpore) florem;*
*Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.*

## Vtrùm Nupta inutilem Maritū habens, legis noſtræ vnicæ fori priuilegio gaudeat?

## *SVMMARIVM.*

1 *Negatiua pars proponitur. Affirmatiua, num. 2. & ſeqq. defenditur. Limitatur, num. 14.*

*Nupta inutilem Maritum habēs an impropriè, vel etiā propriè Orba, Viduaque dicatur? d. n. 1. & num. 3. 4. & 5.*

5 *Cōmunis loquendi vſus attendi, & propriæ etiam verbi ſignificationi preferri debet.*

6 *Eadem Orbitatis, & Miſerationis in Vxorata inutilem maritum habente, quæ in Vidua exiſtit ratio, iuſque idem percōſequens adeſſe debet.*

7 *Nupta inutilē Maritū habēs, legis noſtrę* vnic. C. quād. Imp. int. pupil. & vid.

*diſpo-*

*diſpoſitione continetur, non extenſionis beneficio, ſed comprehenſionis natura, & numer. ſeqq. præcipuè numero* 12. *Ratio eadem vbi adeſt, eadem dicitur adeſſe lex.*

8 *Extenditur etiam lex pœnalis, expreſſa ratione diſpoſitionis exiſtente.*

9 *In correctoriis, & exorbitantibus à iure, tunc quoque fit extenſio.*

10 *Statutum in Viduæ loquens, in Vxorata inutilem Maritum habente intelligitur.*

*Priuilegium à lege, vel ſtatuto Viduæ conceſſum, huiuſmodi Vxoratæ conceſſum videtur. ibid.*

11 *Paria ſunt non habere Maritum, vel habere inutilem.*

12 *Legis aperta diſpoſitio, argumentis, aut coniecturis vti prohibet.*

*Abſens pro mortuo, Infirmus pro abſente reputatur. ibid.*

13 *Marito infirmo, vel miſero exiſtente, Vxor infirmari, Miſeraque cenſetur.*

## QVÆSTIO VII.

QVA Ratione quæſtione præcedenti *Virginem* legis noſtræ vnicæ, Regiarumque ſimilium priuilegio non gaudere probauimus(quod nempè ex lata, impropriaque ſignificatione *Viduæ* nomine contineatur; ex impropriaque ſignificatione, à communibus Iuris regulis deuium, exorbitansvè priuilegiũ
1 induci nequeat:) eâdem, † Nuptam, inutilem Maritum habentem (ſi alia ſpeciali Fortunæ iniuria non prematur)priuilegio iſto frui non debere, videbatur dicendum. Nupta namq; inutilem Maritum habens, etſi aliquo modo Vidua dici poſsit: largè tamen, & impropriè; non ſtrictè. Siquidem propriè, ſtricteque *Vidua* illa dicitur, cuius Maritus mortuus eſt, vt profert *Couar. practicar. quæſt. cap.6. num.2.* In ſpecieque, mulierem hanc inutilem Maritũ habentem, latè, ac impropriè Viduam nominari. *Iacob. Cancer.* profitetur, *variar. reſolut. tom. 2. capit. 2. numero* 10.

Sed, ne veritatem retardemus, con-
2 traria ſententia † non ſolum communis, ſed ſine contradictore (quem viderim) exiſtit, eamque tenuit in primis *Gloſ.* celebris, *verb. Orbitates, in l. fin. C. ad leg. Flau. de plagiar.* laudata, ſequutaque à *Iaſone in l. Si is qui pro emptore, numero* 86. *D. de vſucap. Marſil. in l. vnic. numero* 214. *&* 222. *C. de rapt. virgin. Tiraquel. in l. 6. connubial. gloſ. 1. part. 6. numero* 12. *Franciſc. Viui. deciſ. 65. Vincent. de Franch. deciſ. 100. numero 18. Thom. Act. de ludo ſcach. quæſt. 8. princip. numero 43. Iacob. Menoch. de arbitrar. libro, caſu 66. numero 9. Vueſemb. ad tit. noſtrum, C. quando Imper. inter Pupill. & Vid. numero 2. Ioann. Mar. Nouar. in pract. election. & variat. for. ſect. 1. quæſtion. 7. numero 10. Didac. Couarru. dict. cap. 7. numero 2. verſicul. Eſt in hoc, Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 56. numero 35. Azebed. in l. 9. titul. 3. numero 10. libro 4. nouæ Regiæ collectionis, & in l. 1. titul. 3. numero 7. libro 6. Euia in Cur. Philip. 1. part. §. 9. numero 13. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 666. numero 9. tom. 4. Iacob. Cancer. dict. tom. 2. capit. 2. numero 8. Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. capit. 2. numero 93. Sigiſmund. Scacc. de appellat. quæſt. 7. numero 116. Marcheſ. de commiſſ. 2. part. §. 2. titul. de auoc. cauſar. numero 36. Alexand. Trentac. variar. reſolut. libro 2. titul. de citatione, reſolut. 2. numero 16. Petr. Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 44. numero 67. Perez de Lara, de capellan. & anniuerſ. libro 1. capit. 21. numero 36. Bobadill. in Politic. libro 1. capit. 11. numero 7. Petr. Barboſ. in l. 1. part. 1. numero 47. D. ſolut. matrim. Oſuald. Hilliger. in Donel. enucl. libro 17. capit. 20. liter. B.* Exemplificantes in Marito longe abſente, ad triremes damnato, ab hoſtibus capto, longa, grauique infirmitate laborante, vel fatuo.

Neq; contrariũ propoſitũ argumen-
3 tũ † huic veriſsimę cõcluſioni quidquã

obeſt. Quia non ex verbi ſolum ſignificatione;ſed ex rei veritate,miſeraque huiuſmodi fœminæ conditione ad hãc aſſertionem mouemur. Vtrumque autem eam infallibilem reddit. Pro Virgine enim, non alia, quam nominis ad hoc priuilegium obtinendum, ſignificatio, ex *Viduæ* appellatione deducta, pugnabat ( vt eâdem *quæſtione præcedenti,à numero* 8.proſequimur) meritòque eo in caſu, ex lata, impropriaque ſignificatione contra Iuris communis regulas, exorbitans priuilegium inducendum non eſſe, firmauimus: At in præſenti,fœminam hanc inutilem Maritum habentem,verè quoad effectum, Viduam,Orbam,& Miſeram reputari, dignamque per conſequens *legis noſtræ vnicæ* fauore, iure quidem optimo relati cenſuerunt.

Neque enim infœlicis, aut inutilis Mariti vita,† Orbitatem,miſeramque
4 fœminæ conditionem tollit,ſed efficit. *Conſtantini* verba, vt breuiter, ſic eleganter id probantia, *dict. l.fin.C.ad leg. Flau. de plagiar.* in medium prodeant: *Plagiarii,qui viuentium filiorum miſerandas infligunt parentibus Orbitates, &c.* Et Orbos, & Miſeros parentes, filiis viuentibus, quos in vſu non habent, meritò vides nominatos. Quibus ex verbis, ad vxorem inutilem Maritum habentem dicta *Gloſſa ibi* deſcendit. & Viduam,& Miſerabilem dicens. Idq; non ex impropria verbi ſignificatione ſi *Labeonis* ſententiam ſpectemus in *l. Malum,* 242. *§ Viduam, D.de verbor. ſignific. Quia vidua* ( inquit ) *ſic dicta eſt, quaſi vecors,veſanus;qui ſine corde, aut ſanitate eſſet: ſimiliter Viduam eſſe dictam, quaſi ſine duitate.* Nuptamque hanc, Latinitatis,bonarumque literarum Sectatores Viduam appellant. *Cornel.Tacit. annal.libro* 16.ita inquiens: *Contrà,filia intra viceſimum ætatis annum, nuper marito Annio Pollione in exilium pulſo, Viduata, deſolataque.* Penelopen quoque Vliſis abſentis vxorem, Viduam Miſeramque *Plautus* nominauit, in *Stich. actu* 1.*ſcen.*1.

*Credo ego* miſeram *fuiſſe Penelopam*
*Soror , ſuo exanimo , quæ tamdiu Vidua*
*Viro ſuo caruit.*

Vt alios à *Tiraquello dict.l.6.gloſ.*1.*p.*6. *numero* 12.relatos omittamus.

Quam quidem ſignificationem com-
5 munis ſimul vſus loquendi † probauit, eximio venerandoque teſte *Innocentio III.P.M. in cap.*2. *§. Sed neque,de tranſlation.Epiſcop.* dicente: *Sicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Eccleſia Viduata, quæ licèt Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Quem, nominis propriæ ſignificationi præualere,potiuſque attendi debere; *quæſtione* quoque *præcedenti* aduertimus.

Quod ſi adhuc *Viduæ* nomine, Vxoratam inutilem Maritum habentem contineri neges, nec bonarum literarum Profeſſoribus credens, nec communi loquendi Vſui deferens; aut obtemperans,ſubterfugia quęrens: veritatem, rationemque fugere nequibis.
6 Quæ cum eadem in Vxorata † inutilem Maritum habente, Orbitatis, & Miſerationis, in Vidua adſit: idem, per conſequens, Ius adeſſe, & vigere debet,ex vulgari regula *text.in l.Illud,* 32.*D.ad leg.Aquil.in l.A Titio,* 108.*D. de verbor.oblig.in l.Si poſtulauerit,* 25.*§. De eo,D.ad leg. Iul.de adulter.* cum aliis de quibus *Nos in Axiomatib. liter. R. numero* 14.

Hancque Vxoratam, tàm legis no-
7 ſtræ diſpoſitione, † quàm Viduam cõtineri, non extenſionis beneficio, dicendum eſt rationis identitate id efficiente, quæ vbi adeſt, eadem dicitur Lex adeſſe,ex *l.Illud,* 16. *C. de ſacroſ. Eccleſ. in l.His ſolis,* 7. *verſic. De ceteris autem,quæ portentoſæ vilitatis, abiectæq; pudicitiæ ſunt, ſatis etiam tacitè cautum putamus, C. de reuoc.donat.l.Nominis,*6. *D.de verbor.ſignif.* vbi apertius idipſum Vlpianus: *Verbum* ex legibus, *ſic accipiẽdum eſt: tàm ex legum ſententia, quàm ex verbis.* Quam multos in id congeſſimus *dict.tit.R.numero* 15.quibus (opti-

mè

mè loquentem, & aſſertionem comprobantem) *Farinacium* addimus *fragmentor. criminal. part. 1. liter. E. numero* 167.

8 Quod & in lege pœnali, † expreſſa diſpoſitionis ratione exiſtente (ex *Villagut. Lara, Menoch. Mario Antonin. Rebell.* & aliis) *dict. lit. R. num.* 17. ampliauimus, addimuſq; ſimiliter *Farinacium* eundem, *num.* 168.

9 In correctoriis etiã, † & exorbitãtibus à iure, idem dicendum, eademmet Iura ſuadent, profiteturque (prope innumeris relatis, in idem ſæpè reſidens) *Ioan. Gutier. practicar. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 75. *& ſequentib. vſque ad numerum* 88.

Eamque Viduæ, & Vxoratæ inutilem Maritum habentis paritatem, ſeu con-

10 iunctionem eſſe; † vt de Vidua ſtatutum loquens de habente Maritum inutilem intelligendum, profiteantur *Iodoc. Damhoud. in Enchirid. parium, aut ſimil. iur. verb. Eſſe inutiliter,* & *verb. Maritus inutilis. Andr. Tiraquel. de legib. connubial. repetita l.* 6. *numero* 12. *Didac. Per. in l.* 1. *titul.* 1. *libro* 3. *Ordin. verſicul. Cum iam, ſit viſum col. mihi* 461. Ideoq; ſiue lege, ſiue ſtatuto Viduæ priuilegiũ conceſſum, Vxoratę inutilem Maritũ habenti conceſſum videri, firmat etiã *Girond. de priuileg. num.* 1441.

Hæc quidem, ſi à lege noſtra vnica, concordibuſque Regiis (*quæſt.* 3. *num.* 1. ſæpèque aliis in locis relatis) Viduæ ſolum nominatim fori priuilegium, vt aduerſarios in prima cauſæ diſcutione ad Principem trahere valeat: trahi verò ab aliis ipſa nequeat; conceſſum extitiſſet. Quia identitatis (vt diximus) ratione, omnimodaque Vxoratæ inutilem Maritum habentis, cum Vidua, paritate; in Vidua diſpoſitum, in huiuſcemodi pariter Vxorata diſpoſitum cenſendum foret, cùm tot eam Viduam, & Orbam iudicari auctoritatibus comprobatum extet, pariaque eſſe, non

11 habere Maritum, † vel habere inutilem. Quibus & in *Axiomat. noſtris* ad id citata iungimus, *lit. H. num.* 3.

Sed cùm non Viduæ ſolum, longa infirmitate Contritis, aut Pupillis; ſed

12 aliis quoque Fortunæ iniuria † Miſerabilibus hoc prædictæ leges beneficium nominatim, expreſſeque indulſerint: non à paritate aut identitate rationis, aliovè argumento opus eſt, cum aperta legis diſpoſitio adſit, quæ argumentis, aut coniecturis vti prohibet, iuxta notata à *Nobis in Axiomatib. lit. C. num.* 74. *& lit. V. num.* 84. Orba, Miſerabilique ſic Vxorata exiſtente, ſiue abſens in longinquo Maritus ſit, cum interim (vt probauimus) Viduata exiſtimetur, idem abſentia, quod morte operante, cum & pro mortuo abſentem haberi, iã *ſuprà quæſt.* 5. *n.* 15. dixerimus. Multoque fortius ſi in exilio, aut triremibus, ſiue etiam domi longa infirmitate grauetur. Siquidem & vxori per eã inutilis factus ſit, & abſens reputetur Infirmus, *vt dict. quæſt.* 5. *num.* 14. comprobauimus. Imò infirmari Vxor † ipſa, Marito infirmo, videatur, cum ſint vna, & eadem caro, *Geneſ. cap.* 2. *in fin.* ex miſeraque Mariti conditione, & Vxor Miſera dicatur. Quod neque *Ouidium* latuit, dum exilium ſuum deplorans, *Triſtium libro* 5. *Eleg.* 14. *ad Vxorem,* ait:

*Cumque Viri cauſa poſſis Miſeranda videri.*

Tot ergo ex capitibus Vxorata inutilem Maritum habens, Miſerabilis exiſtens, expreſſeque à lege noſtra, conſimilibuſque Regiis conſequenter ad fori beneficium admiſſa: nec dubitationem aliquam principalis concluſio recipit: neque ponderis quidquam incontrarium argumentum oppoſitum, tot etiam rationibus dilutum.

14 Eandem tamen limitant † concluſionem *Marcheſanus de commiſſ.* 2. *part. dict. §.* 2. *titul. de auoc. cauſar. num.* 38. *& Ioan. Mar. Nouar. dict. ſect.* 1. *quæſt.* 7. *numero* 10. *praxis electión. & variat. fori,* quando Miſera conditio, inutilitaſque Mariti, Vxoris culpa prouenisset. Quam eandem ſublimitandam, intelligendamque cenſeo, ſi Vxoris culpa ad ca-

caſum præordinata ſit, non aliter, *iuxta latè deducta à Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 54. numero 7. cum ſequentib.* præſertim *num. 25.*

Cetera huiuſcemodi Vxoratæ priuilegia, à Viduarum priuilegiis (quæ iam *quæſt. 3.* ſumus proſequuti, cum Viduæ appellatione contineatur, per legemque vel ſtatutum Viduis conceſſa; Vxoratæ inutilem Maritum habenti, conceſſa videri dixerimus) repetere licet, & ab his quæ generaliter in Mulierum fauorem explicite, aliorum vè relatione eadẽ *quæſt. 3.* tradidimus. Ne matrimonii materiam, à noſtra ſeparatã, captare velle videamur inepte, ſi interius Nuptarum ſcrutemur fauores, quod à noſtro eſt inſtituto alienum.

## VTRVM ECCLESIA inter Miſerabiles perſonas contineatur? Legis noſtræ vnicæ vtatur fauore? quatenusq; priuilegiata exiſtat?

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an Minoribus, & Pupillis æquiparetur, eorumque vice fungatur? & num. 3. 7. & ſeqq.*

2 *Eccleſia an Miſerabilium numero contineatur? & numero 5. 9. & 10.*

4 *In fauorem etiam Eccleſiæ diſponendi profanis legibus poteſtas non eſt, niſi & Canonica ſanctione approbentur.*

5 *In hiſce Caſtellæ Regnis, Cathaloniæ, & aliis an Eccleſia Miſerabilis perſona reputetur, vt primum Iudicem Senatum habere poſſit? ab expenſiſque in cauſæ proſequutione excuſetur?*

6 *Doctoris dictum, ſecundum legem, vel auctoritatem ab eo allegatam intelligendum eſt.*

7 *Æquiparatorum non ſemper idem, niſi eadem ſit ratio, iudicium eſt. Vtque ab æquiparatis argumentum procedat, omnimoda in caſu æquiparato ſimilitudo adeſſe debet.*

8 *A Minoribus ad Eccleſiam non ſemper æquiparatio procedit, nec ſemper Minorum vice Eccleſia fungitur. Et an ſolum quoad reſtitutionis beneficium? Et an quoad illud etiam ſemper comparetur?*

9 *In ſpecie, & quæſtione noſtra, diſſimilitudo inter Minores, & Eccleſiam exiſtit.*

10 *Eccleſia potentior reputatur, & in eã, tanquam in potentiorem, alienatio fieri nequit, factaque viribus non ſubſiſtit.*

*Teſtes qualiter in nobilitatis probationibus interrogandi? ibid.*

11 *Eccleſia Prælatum habens (ad Minoris ſimilitudinem, patrem habentis) neque Orba, neque Miſerabilis ea ratione exiſtit.*

12 *Eccleſia, filiæ; Prælatus, parentis locum tenet.*

13 *Eccleſia, vxor; Prælatus, Maritus eius appelletur. Et quemadmodum vigintiquinque annis minor Maritum habens, licèt patre careat, hoc fori priuilegio non vtitur: ſic Eccleſia (in hoc Minori etiã comparata) Prælatum habens, non vtetur.*

14 *Eccleſia Cathedralis Epiſcopo mortuo, vel inutili effecto, Viduata dicitur. Et an idẽ in Eccleſiis Collegiatis, vel Parochialibus Rectoribus mortuis, vel inutilibus?*

15 *Vicarius Eccleſiæ Parochiali deſignatus, dum de proprio Rectore prouidetur; non Rector eius, ſed procurator exiſtit, legitimam adminiſtrationem habens.*

*Alterius regimini, præterquam parentis, aut, Mariti ſuppoſitus, hoc fori priuilegium habet. ibid.*

16 *Beneficiarius Eccleſiæ ſuæ prouentuum in vita vſumfructum habet: in morte (generali recepta conſuetudine) aut de eis libere diſponit: aut inteſtatus, parentes, vel conſanguineos in eis ſucceſſores habet.*

*Beneficiarius tutori non comparatur. ibid.*

17 *Religionum Superiores, aut Præpoſiti,* Prælatorum *nomine continentur, verique Prælati dicuntur.*

18 *Eccleſia pauper, vel etiam diues ſpoliata, propriaque re per vim priuata, hoc fori gaudet priuilegio, & coram quo malit Iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari ſpoliatorem conuenire poteſt.*

19 *Quod hodie cuilibet, etiam laico ſpoliato, vimque paſſo, conceditur.*

*Eccleſiaſticus vel ſecularis, cui ab Eccleſiaſtico iudice violentia, aut vis illata eſt; pro ea, grauamineque tollendo, an & qualiter Regium adeat tribunal? ibid.*

21 *Eccleſia an Fiſco comparetur? Eius priuilegiis vtatur? De Fiſcoque ad Eccleſiam, & è conuerſo argumentum procedat? Et num. 25.*

22 *Eccleſiæ fauor, validior eſt quam Fiſci, qui vltimus priuilegiatorũ exiſtit; Eccleſia priorum.*

23 *Contra Fiſcum in dubio eſt iudicandum.*

24 *Pro Eccleſia iudicandum in dubio eſt.*

25 *De priuilegio Eccleſiæ, ad priuilegium Fiſci, non valet argumentum.*

26 *Eccleſia an verè Fiſcum habeat, qui tacita in bonis cum eo contrahentis hypotheca, vt cum ſeculari, gaudeat? Quique in Clericorum bonis vacantibus, & ſine hærede legitimo decedentium ſuccedat? Et cui Clericorum delinquentium pecuniariæ applicentur pœnæ, ac bona confiſcata, ſecularis Fiſci adinſtar? Et num. 27. 29. 30. & 31.*

28 *Eccleſia pro decimis ſibi debitis, tacitã in prædiis hypothecam habet, inque emphyteutæ bonis, qui emphyteuticum Eccleſiæ prædium reddidit deteriorem.*

32 *Eccleſia Imperii priuilegiis gaudet, & fraternizat vtrumque.*

33 *Minorum, & Pupillorum iure, an, & quando vtatur.*

34 *Reſtitutio à priuato quolibet in foro eius aduerſus quem poſtulatur, petenda eſt.*

35 *Eccleſia an aduerſus laicum, coram Eccleſiæ Iudice reſtitutionẽ petat? Et quid ſi de propriis Clerici bonis tractetur?*

36 *Tacitam hypothecã habet in bonis Prælati malè adminiſtrantis, ad Minoris, Mulieriſque pro dote ſimilitudinem. Et num. 45.*

37 *In aliorum adminiſtratorum bonis, tacita hypotheca non contrahitur.*

38 *Inter Minores, & Eccleſiam, qui plures ſimilitudinem congerant?*

39 *Pro rebus malè ablatis, in bonis reſtituere debentis Eccleſia, cui reſtitutio faciẽda eſt, tacitam habet hypothecam.*

40 *Contra furem, vel eius hæredem, nõ hypothecaria, ſed actio tantum rei perſecutoria, ea exiſtente; vel non extante, ad eius æſtimationem competit.*

41 *Eccleſia Reipublicæ comparatur, omnibuſque Reipublicæ priuilegiis conceſſis vtitur, quando aptabilis caſus eſt, cõtrariumque à Iure deciſum non reperitur.*

42 *Eccleſiæ fauor, Reipublicæ fauori præponderat.*

43 *Militum priuilegiis, vbi inæqualitatis non adeſt ratio, Eccleſia potitur.*

44 *Et libertatis.*

45 *Et dotis, rationis identitate exiſtente. Et an non tantùm pro dote ſua; ſed etiã pro aliis bonis dotis priuilegiis Eccleſia gaudeat? ibi.*

46 *Dos Eccleſiæ pluribus priuilegiis gaudet quàm Mulierum.*

47 *Pro Eccleſiæ dote, re quæ euicta, aduerſus promittentem, vel Rectorem, qui eã recepit, tacita, vt ſæculari, competit hypotheca.*

48 *Eccleſia fauore alimentorũ, an & quãdo fruatur?*

49 *Piarum cauſarum priuilegiis Eccleſia gaudet, & principem locum inter eas tenet.*

50 *Eccleſiæ datum, eiuſque fauore conſtitutum eſt, vt ad eam pro criminibus confugientibus præſtetur immunitas, ne ab illa extrahi queant. Et an ex Veteris Teſtamenti lege, aut Euangelica cõceſſa ſit? ibid. remiſ. Apud Etnicos id quoque obſeruatum oſtenditur.*

51 *Confugientem ad Eccleſiam extrahens, qualiter puniatur? Et an læſæ Maieſtatis reus iudicetur?*

52 *Eccleſia ad quam reus confugit obſideri non debet, neque in ea vinculis, aut compedibus detineri.*

53 *Eccleſia priuato ſuccedens, contra quam*

*præ-*

præſcriptio cœperat, an priuilegio ſuo aduerſus præſcriptionem vtatur?

54 Et quid in aliis priuilegiatis, vt in dote, & minore?

Qui à priuato emphyteuſim accepit, ſi ad Eccleſiam peruenit, intra biennium ad canonis ſolutionem ſub caducitatis pœna arctatur, ibid.

55 Res Eccleſiæ, vt Minorum, non niſi cũ cauſa, & ſolemnitatibus alienari poſsũt. Et quæ ſunt? remiſſiuè.

56 Si in euidentem Eccleſiæ vtilitatem alienatio facta ſit, etiam ſine requiſitis ſolẽnitatibus, an teneat? contrahenſque omnino, Eccleſia volente, ſtare contractui debeat? & num. ſeq.

Abſque forma ſubſtantiali, nihil in rerum natura ſubſiſtit, ibid.

In facto notorio ſolemnitates alias requiſitæ relaxantur, ibi.

58 Nudus miniſter, teſtamentique executor aduerſus hæredes, hæreditarios ve debitores actiones mouere, agereque non poteſt.

59 Eccleſiæ fauore poteſt.

60 Eccleſiam defendere, proque illa de populo quilibet comparere valet, & numero 62.

61 Etiam Eccleſia inuita, & contradicente Prælato.

63 Sine mandato pro alio in iudicio experiri, licet regulariter nemini.

64 Officio ſuo procuratorem compellere Iudex poteſt, vt mandatum oſtendat.

65 Admitti in iudicio, niſi pro ſuo intereſſe quis non debet.

66 In inuitum beneficium conferendum nõ eſt.

67 Eccleſiæ, inuitæ quoque, non ſolum beneficium datur; ſed etiam alteri, ſi Eccleſiæ vtilitatem reſpiciat.

68 Iudex ex officio Eccleſiam defendere, in integrumque illi reſtitutionem dare poteſt.

69 Aliis, non niſi petentibus officium ſuum impartiri Iudex debet.

70 Incertitudo omnem vitiat diſpoſitionem.

71 Fauore Eccleſiæ fallit, publici fauoris adinſtar.

72 Legatum pro Eccleſia conſtruenda, licet ædificio fiendo locus à teſtatore deſignatus non ſit; caducum non redditur.

73 Pro alio ædificio conſtruendo, loco certo non deſignato, deriſoriũ legatum eſt. Loci enim incertitudo actum promiſſionemque vitiat.

Loci, & nominis incertitudo æquiparatur, ibid.

74 Ædificium ſolo cedit.

75 Ædificium alieno in ſolo pecuniis Eccleſiæ conſtructum, ſolo nõn cedit, ſed ſolum ædificio, & ſic vtrumque Eccleſiæ. Indubitabiliuſque ſi ædes ſacra ſolo ædificata ſit alieno, & num. ſeq.

77 A muneribus præcipuè perſonalibus Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ immunes exiſtunt. Communis vtilitatis, aut neceſſitatis caſu excepto, & num ſeq. Et quid circa patrimonialia munera? num. 79.

Et an in caſibus in quibus ad munera Eccleſiaſtici tenentur, à ſecularibus iudicibus ad ea cogi poſſint? ibid.

80 Immunitas hæc an ad Eccleſiæ vaſſallos, colonos, Eccleſiæ ve ſeruientes porrigatur?

81 Eccleſiæ emphyteuta an rei emphyteuticæ ratione ea immunitate gaudeat?

82 Pro Eccleſiaſtica penſione ex beneficii fructibus conſtituta, tacita in eis hypotheca illi in cuius fauorem conceſſa eſt, ad alimentorum ſimilitudinem competit, & num. 85.

83 Pro aliis penſionibus, etiam ex certo fundo relictis, debitis, aut conſtitutis, actio ſolum perſonalis competit.

84 Tacita contrahitur hypotheca pro penſione ſuper certo fundo, aut certis bonis conſtituta.

86 Donatio quingentorum ſolidorum ſummam excedens, ad ſui valorem inſinuationem requirit, inque exceſſu, nullitatis vitium patitur.

87 Eccleſiæ vltra dictam ſummam donatio facta, inſinuatione non eget.

88 Donatio etiam immenſa Eccleſiæ facta ſuſtinetur.

89 Omniumque etiam bonorum præſentiũ, & futurorum.

Communi iure, præſentium, & futuro-

rum

*rum bonorum donatio improbatur. Regio verò, etiam præſentium tantum, ibid.*
90 *Regalia poteſt Princeps Eccleſiæ donare.*
91 *Priuatis Regalium donationem, in Coronæ præiudicium facere Princeps nequit.*
92 *Victus victori in expenſis condemnari regulariter debet.*
93 *Eccleſiæ fauore limitatur.*
94 *Fiſcus victus, in expenſis non condemnatur.*
95 *Emphyteuta Eccleſiæ per biennium in ſolutione ceſſans, emphyteuſi priuatur.*
96 *Secularis per triennium.*
97 *Eccleſia ſi ab alio emphyteuſim teneat, præfatoque temporis ſpatio non ſoluat; an emphyteuſi priuetur?*
98 *Eccleſia, quæ ob canonem non ſolutũ à iure ſuo cecidit; in integrũ reſtitutionẽ, vt canonem ſoluat, implorare poteſt.*
99 *Contractus in dubio cenſualis potius, quàm emphyteuticus præſumitur.*
100 *Eccleſiæ fauore, an emphyteuſis potius ratione, quàm cenſus videatur facta ſolutio?*
101 *Cenſuarius mille etiam annis cenſum non ſoluens, à iure ſuo non cadit.*
102 *Cenſus, rem noſtram eſſe demonſtrat; canon, alienam.*
103 *Cenſum inconſulto Domino alienans, à iure ſuo non cadit; emphyteuta cadit.*
104 *Aduerſus Eccleſiam, quadragenaria ſolum præſcriptio procedit; aduerſus quã ex capite ignorantiæ, Eccleſiæ reſtitutio conceditur, & num. ſeq. Et intra quod tẽpus competat? num. 107.*
106 *Et quid ſcientia interueniente?*
108 *Aduerſus triginta annorum præſcriptionem, etiam ignorantiæ titulo (ex probabiliori ſententia) reſtitutio aliis denegatur.*
109 *Eccleſia, data quoque ſcientia, enormiter læſa, poſt quadriennium reſtitutionem conſequitur.*
110 *Et intra quod tempus præterito quadriennio?*
111 *Abſque interpellatione debitorem in mora conſtituit Eccleſia.*
112 *Qui Eccleſiæ vendit, quamuis ei litem motam Eccleſia non denunciauit, de euictione tenetur.*
113 *Sine interpellatione, mora committi non ſolet.*
114 *Venditor cui lis ab emptore nõ fuit denunciata, nec vt liti aſſiſteret facta interpellatio, de euictione non tenetur.*
115 *Ex contractu inutili, traditione interueniente, poſſeſſione transfertur.*
116 *In re Eccleſiæ, vel Pupilli fallit.*
117 *Procurator generaliter ad vendẽdum conſtitutus, fidem poteſt habere de pretio, & abſque eius receptione dominiũ trãſferre, licèt mandato ſit adiectum.* Et ad petendum, recipiendum, & de recepto liberandum.
118 *In Eccleſiæ, Fiſci, vel Minoris procuratore fallit, qui fidem habere de pretio nequit, fidemque habendo, dominium nõ transfert, integro etiam ferè pretio recepto, vno deficiente nummo, & numero ſeq.*
120 *Succeſſor ſingularis præceſſoris locationi ſtare non tenetur.*
121 *Locationi de rebus Eccleſiæ per triennium à Prælato factæ, ſi vtilis Eccleſiæ ſit, ſtare compellitur.*
122 *Mutui obligatio efficax eſt, debitoreſque ſolutionem differentes, multiformiter caſtigantur, remiſ.*
123 *Contra Eccleſiam ita demum oritur, ſi in illius vtilitatem mutuũ conuerſum probetur.*
124 *Dominium abſque traditione, vel apprehenſione regulariter non transfertur.*
125 *Fallit in Eccleſia, & nu. 449. Limita, & intellige, vt nu. 126. 127. 128. 129. 130. & 131.*
126 *Sæpè dominiũ, non verò poſſeſſio trãſfertur, remiſſiuè.*
131 *Dominium, & poſſeſſio rerum eius, qui ſe, ſuaque Eccleſiæ deuouit, an in illam abſque apprehenſione tranſeat?*
132 *Donatio non præſumitur, remiſſiuè.*
133 *An Eccleſiæ fauore, vt dotis, præſumatur?*
134 *Priuilegium Eccleſiæ conceſſum (cum num-*

numquam moriatur) reale perpetuumq; cenſetur.

135 In dubio, perſonæ priuatæ, vel ab ipſa Eccleſia conceſſum, perſonale iudicatur.

136 Aduerſus cõtractum iuratum, nec per reſtitutionis quidem auxilium Minor admittitur. Abſolutioneque ad agendũ, vel excipiendum eget.

137 Ad agendum, vel excipiendum abſolutione obtenta, non pinguius ius, quã maior conſequitur Minor.

Qui relaxationem à iuramenti vinculo inique obtinuit, in periurium recidit, ibidem.

138 Eccleſia contractum iuratum, abſolutione etiam non petita, impugnare valet, aduerſuſque illum in integrum reſtitutionem poſtulare.

139 Eccleſia habetur loco filii, facitque deficere conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, & ſubſtituto in defectum liberorũ excluſo, Eccleſia bonorum capax, admittitur.

140 Siue Religioſorum, ſiue Clericorum Eccleſia ſit.

141 Tacita pupillaris ſubſtitutio pupilli matrem non excludit.

142 Niſi Eccleſia, vel pia cauſa ſubſtituta ſit. Et an indiſtinctè procedat?

143 An ſolus Prælatus hæreditatem, legatum ve Eccleſiæ relictum repudiare poſſit?

144 Eccleſiæ iniuriam ſolus Prælatus non remittit.

145 Donatio Eccleſiæ, vel pauperibus abſentibus facta, ante acceptationem reuocari an poſſit? & numer. ſeq. Regulariter poteſt, ibidem. Et quid hodie iure Regio? num. 146.

147 Tollendæ dubitationis gratia, dubio exiſtente legato; non melior, ſed minima, aut mediocris ſaltem res debetur.

148 Eccleſiæ melior præſtanda in dubio eſt.

Et quidem vouente aliquid Eccleſiæ, ſi dubium circa voti implementum adſit? ibidem.

Intellectus text. in cap. Ex parte, 18. de cenſib. ibid.

149 Priuilegium quanto tempore præſcribatur, amittatur ve à ſecularibus, aut ab Eccleſia? & num. ſeq.

151 Statutum quemadmodum vno actu conditur; vnica etiam contrauentione tollitur.

152 Et quid in ſtatuto Eccleſiæ fauorabili?

Vnus ſolus de Eccleſia omnibus reſiſtere poteſt, actumque eorum in Eccleſiæ præiudicium factum retractare, ibid.

153 Princeps poteſt priuilegium ſimplex ſubdito conceſſum, ad libitum, & ſine cauſa reuocare.

154 Fallit ſi Eccleſiæ priuilegiũ huiuſmodi ſit conceſſum.

155 Per legem generalem priuilegiũ Eccleſiæ datum, an generali quoque lege tolli poſſit? remiſ.

156 Nemo contra ſe arma præbere, aut inſtrumenta edere tenetur.

157 Niſi ad Eccleſiæ, Fiſcique fauorem.

158 Mobilium legato, quæ poſt teſtamentum patrimonio teſtantis accreuere, non continentur.

159 In Eccleſiæ mobilium legato fallit.

160 Sententia contra Eccleſiam abſente Aduocato, vel Procuratore lata, nulla eſt, ad Fiſci ſimilitudinem, cui hoc eſt ſpeciale ius conceſſum, & num. ſeq.

162 Quid in priuato, aduerſus quem abſente Aduocato ſententia lata eſt?

163 Repertorum inſtrumentorum prætextu, inſtaurari lis nequit.

164 In Eccleſiæ cauſa, Fiſci, Reipublicæ, & Minoris poteſt. Et an ipſo iure? & duobus num. ſeqq.

165 Intellectus textus in cap. Inter Monaſterium, 20. & cap. Suborta, 21. de ſent. & re iudic.

167 Poſt concluſionem in cauſa inſtrumenta reperta, ab Eccleſia producta, Prælati etiam negligentia in eis perquirendis data, admittenda ſunt.

168 Aliis, huiuſmodi ius poſt concluſionem in cauſa, niſi omnimoda diligentia adhibita, denegatur.

169 Concluſio cauſæ, ſententiæ comparatur.

170 Poſt concluſionem in cauſa, non amplius

*plius iudicium dicitur.*

171 *Poſt litem conteſtatam exceptiones dilatoriæ opponi non poſſunt.*

172 *Neque in appellationis inſtantia.*

173 *In* Eccleſia, *& minore limitationem præcedens recipit aſſertio.*

174 *Deperditi inſtrumenti non niſi teſtibus peritis probari poteſt.*

175 *Eccleſiæ, vel Fiſci etiam non peritis probatur.*

176 *Fiſcus quatenus in ſui debitoris, aduerſuſque eiuſdem debitoris creditores priuilegiatus in hypotheca exiſtat? Et an eius in hoc priuilegio, Eccleſia, doſque vtantur? & num. ſeq.*

178 *Eccleſia, & Fiſcus in perſonali actione prælationis iure gaudent, etſi in ea regulariter prælatio non detur, neque ex tempore, ſed ex cauſa priuilegia æſtimentur.*

179 *Legatum ab vno hærede nominatim relictum, ab aliis nequit poſtulari.*

180 Eccleſiæ *ſic relictum, ab omnibus hæredibus (alimentorum inſtar) exigi poteſt.*

181 *Futuræ ſucceſſionis pactum inter priuatos, iura improbant.*

182 *Eccleſiæ fauore, huiuſmodi pactum (ad militaris priuilegii ſimilitudinem) ſuſtinetur.*

183 *Minutam ſolutionem creditor accipere non adſtringitur.*

184 *Eccleſiæ, & libertatis cauſa creditor compellitur.*

185 *Donatio, remiſſio, aut renunciatio nūquam præſumitur.*

186 *Multis in caſibus fallit, & qui ſint?*

187 *In caſibus in quibus donatio, remiſſio, aut renunciatio præſumitur; Eccleſiæ fauore non præſumitur.*

188 *Operas ſuas in perpetuum locare, ad promiſſaſque adſtringi quis non poteſt.*

189 *Eccleſiæ fauore in perpetuum operarū obligatio tenet, ad eaſque compellitur promiſſor.*

190 *Seruus* Eccleſiæ *in dignitate cōſtitutus dicitur.*

191 *Eccleſiæ, vel Vniuerſitatis adminiſtrator, nec palam eius bona emere poteſt.*

192 *Secus in adulti; vel etiam pupilli adminiſtratore, iure ſaltem communi.*

193 *Eccleſiæ Rector, ſiue Adminiſtrator, eius bonis ditatus præſumitur, aduerſuſque eos Ecleſiæ conceditur repetitio.*

194 *Aliis, etiam Reipublicæ, aut Fiſco, nō vtique, & num. ſeq.*

196 *Legatum* tot aureorum *Eccleſiæ factum, annuum præſumitur.*

197 *Aliis, vnica tantum præſtatione fit ſatis.*

198 *Scriptura priuata ad ſui firmitatem, Conſulis, dieique appoſitionem non requirit.*

199 *Ad probationem requirit.*

200 *Quid Eccleſiæ fauore?*

*Solutio ab Eccleſia facta, etſi quantitas non fuerit expreſſa, ſi per relationem certificari poteſt, probatur, Eccleſiamque liberat, ibid.*

201 *In præiudicialibus taciturnitas conſenſum non inducit.*

202 *Eccleſiæ, ac diuini cultus fauore, inducit.*

203 *Creditor videns pignus in Eccleſiam diſtrahi, aut alienari, ſibi præiudicat tacendo, pignuſque intelligitur remiſiſſe: ad libertatis, Fiſcique ſimilitudinē, quibus id conceſſum eſt, & num. ſeq.*

205 *Regulariter, per ſcientiam, & patiētiam diſtractionis pignoris, non aliter ſibi creditor præiudicat, quàm ſi expreſsè conſenſerit.*

206 *Vendere rem ſuam nemo compellitur.*

207 *Pro Eccleſia conſtruenda, ædificanda, vel amplianda, domum ſuam vendere quis cogi poteſt, ampliatur num. ſeq.*

209 *Meretrix propè Eccleſiam, propriam inhabitans domū, expelli poteſt. Et quid de vxorata inhoneſte viuente, numero 211.*

210 *Quemadmodum meretrix à vicinia expelli poteſt: an à propria etiam domo expellatur. & num. ſeq.*

212 *Domum leuare, aut feneſtras facere ad Monialium cœtum proſpectum habentes, non licet, poſſuntque factæ deſtrui.*

213 *Iuxta Eccleſiam nil conſtrui, aut extolli*

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

*tolli poteſt, quod illi præiudicium affe-rat, etſi pium opus contineat.*

214 *Poteſtque hoc caſu, ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi, vicinus cogi, etiam via publica intermedia.*

215 *Cogi non poteſt quis ad vendendum ius ſibi competens; nec domum ſuam leuare altius prohiberi. Amplia numero* 216. & 217. *Limita num.* 218.

219 *Legatum factum, alienatione voluntaria videtur ademptum.*

220 *Legati ademptio ex coniecturis deducitur, eiſque probatur.*

221 *Legatum Eccleſiæ factum, alienatione voluntaria non extinguitur.*

222 *Fideicommiſſum vniuerſale, abſquè reſtitutione in Eccleſiam, eius priuilegio tranſit.*

223 *In aliis, reſtitutio in fideicommiſſo vniuerſali deſideratur.*

224 *Et quid in fideicommiſſis particularibus? Et an in eis, vt in legatis, à morte teſtatoris, dominium fideicommiſſi trãſeat? & num. ſeq.*

226 *Eccleſia an inſtituta cenſeatur hæres, ſi inter amicos prædixiſſet defunctus:* Poſt eius mortem inſtituere Eccleſiam velle, *eo poſtmodum inteſtato decedente?*

227 *Eccleſiam defendere promittens, etiã nõ requiſitus, nec certo tempore deſignatus, eam defendere tenetur.*

228 *Fauore Eccleſiæ, vt Minoris, re ipſa, abſque interpellatione mora cõtrahitur, remiſſiuè.*

229 *In aliis, requiſitio, interpellatioque ad obligationis executionem deſideratur.*

230 *Res pecunia Eccleſiæ empta, an ipſius fiat: poſſitque illam Eccleſia vendicare?*

231 *Et res illa cum prælationis priuilegio hypothecata Eccleſiæ exiſtit, adinſtar Pupilli, & Militis.*

232 *Aliorum pecunia res empta, emẽtis fit, non illius cuius pecunia erat.*

233 *Res dotali pecunia empta, an fiat dotalis?*

234 *Per ſuperuenientiam liberorum, omnium bonorum donatio reuocatur.*

235 *Et quid ſi Eccleſiæ facta ſit?*

236 *Ex ſolo titulo donationis, etiam præſumptæ, dominium rei donatæ ipſo iure in Eccleſiam tranſit.*

237 *Sine poſſeſſione regulariter dominium non transfertur.*

238 *Per* conſtitutum *poſſeſſio in eũ trãſfertur, cuius fauore* conſtitutum *celebrantum eſt.*

239 *In Eccleſia fallit, & duobus numer. ſeqq.*

240 *Inutile* conſtitutum *eſt, ſi conſtituẽs non poſſideat.*

241 *Rerum Eccleſiæ poſſeſſio apud Chriſtum Dominum, ſiue vniuerſalẽ Eccleſiam exiſtit, nec Prælati morte earum poſſeſſio vacat.*

242 *Donatione facta priuato, cum pacto,* quòd poſt eius mortem, res donata ad Eccleſiam tranſeat; *non poteſt donator ante donatarii mortem in Eccleſiæ præiudicium pactum reuocare, aut diſponere, vt res ad alium tranſeat.*

243 *Et an id ſpeciale in Eccleſia ſit: remiſſiuè.*

244 *Rem propriam ab Eccleſia ſcienter, tanquam Eccleſiæ in emphyteuſim recipiens, illam Eccleſiæ donare videtur.*

245 *In aliis, dicta præſumptio non procedit, & tribus numer. ſeqq.*

246 *Rei propriæ conductio inutilis eſt.*

247 *Quod nullum eſt, nullum producit effectum.*

248 *Fatuitas potius, & actus nullitas, quã donatio præſumitur.*

249 *Donatio Eccleſiæ facta, appoſito modo, eo non impleto, an reuocetur, vindicatioque rei ſic donatæ ſit locus?*

250 *Contractus cum Fiſco celebratus, an ex non implemento annulletur, aut reſcindatur?*

251 *Contractus ex non implemento, an & quando reſcindatur: & num. ſeq.*

253 *Ingratitudinis cauſa donationis reuocationem concedit.*

254 *Donatio Eccleſiæ facta, ob Prælati, vel Capituli, vtriuſque ve ſimul ingratitudinem non reuocatur. Amplia in dote pauperi data, vel pro redimendis captiuis donatione facta, num. ſeq. Et quid ſi cum pacto de reuocando donationem, ſi ingra-*

*ingratitudo adſit, facta donatio ſit? nu. 256. remiſſiuè. Et an Prælati ſaltem vita durante, quando ab eo, cum Capitulo ingratitudo cōmiſſa eſt, reuocetur? num. 257. remiſſiuè.*

258 *Eccleſia ſine ceſſione agere poteſt.*

259 *Per alium ipſo iure acquiri actio nequit, ceſſioque neceſſario requiritur. Et quid ſi iuramentum interueniat? Quidque regulariter hodie? ibid.*

260 *Eccleſiæ Rector in præiudicialibus Eccleſiæ, eiuſdem Eccleſiæ nomine cōtra factum ſuum venire poteſt.*

261 *Quilibet etiam adminiſtrator, tutor, vel curator.*

262 *Factum ſuum impugnare, nemo regulariter poteſt.*

263 *Intruſus neque ſibi, neque alteri per intruſionem ius quærit.*

264 *Per intruſionem titulus, vel poſſeſſio iam quæſita perditur.*

265 *Eccleſiæ per intruſum adquiritur.*

266 *Executio Iuris ordine non ſeruato, nulla eſt.*

267 *Eccleſiæ fauore, Iuris ordo in executione peruerti poteſt.*

268 *Spoliatus ante omnia, qualibet exceptione poſthabita reſtituendus eſt.*

269 *Eccleſia aduerſus ſpoliatum, ante reſtitutionem, ſi ſe incontinenti offert probaturā, an de dominio opponere poſſit?*

270 *Proprias res, vel alienas propria auctoritate inuadens, quib⁹ plectatur pœnis?*

271 *Et an ab eis Eccleſia, cuius Prælatus inuaſor extitit, liberetur?*

272 *Immemorialis conſuetudo, an in Eccleſiæ præiudicialibus admittenda ſit? Et an, & quanto tempore contra Eccleſiā conſuetudo inducatur? ibi. & nu. ſeq.*

274 *Ad conſuetudinem in priuatorum incommodum, aut præiudicium inducendam, triginta annorum, ad ſummum, deſideratur ſpacium.*

275 *Promittens factum, ad illud non obligatur præciſe, & intereſſe præſtando liberatur.*

276 *Si Eccleſiæ promittat; ad factum præciſè tenetur, vniuerſitatis, publici ve fauoris adinſtar.*

277 *Regio iure, quilibet, & in omni caſu obligatus ad factum, præſtare illud cogitur, ſi poteſt.*

278 *Prohibita alienari, poſſunt ad Eccleſiam transferri.*

279 *Alienationis prohibitio, diſpoſitio vt ne in aliquem fieri alienatio poſſit, an filium comprehendat?*

280 *Prohibita alienatione, vt bona in familia perpetuo maneant, poſt quartū gradum alienari in Eccleſiam poſſunt, & an ſpeciali id in Eccleſia ſit? & num. ſeq.*

282 *Legis taxatiuè loquentis, ex identitatis ratione fauore Eccleſiæ fieri extenſio ſolet.*

283 *Dictio taxatiua, omne aliud præter expreſſum excludit.*

284 *Fideiubere Clerici prohibentur.*

285 *Pro Eccleſia fideiubere poſſunt.*

286 *Etſi Clericis in ſeculari foro poſtulare non liceat; pro Eccleſia licet.*

287 *Legata hæreditatem ſuperantia, diminutionem patiuntur pro rata, ſiue quantitatem, ſiue ſpeciem, vtrumque ve ſimul contineant.*

288 *Eccleſiæ relicta, pro dote, vel alimētis aliove legato pio, integra, & ſine diminutione debentur. & nu. 289. & 290.*

291 *Et an reſpectu etiā legitimæ, vel vt ea integra præſtetur, deductio, diminutioque iuxta dictam normā, de legatis piis, ac non piis facienda ſit?*

292 *Falcidia, & Trebellianica an de legato Eccleſiæ facto detrahatur? & n. 293. 294*

294 *Diſpoſitio* auth. Cōtra cū rogatus, C. ad S.C. Trebell. *(in dote, & captiuorum redemptione loquens) an in Eccleſia procedat?*

295 *Conſtruere, vel dotare Eccleſiam ſine decreto minor poteſt.*

296 *Conſtruere, vel dotare Eccleſiam quid ſpirituale eſt.*

*Ius patronatus eſt ſpirituali annexū, ibi.*

297 *In ſpiritualibus, vel ab eis dependentibus, minor pro maiore reputatur.*

298 *Donatio propter nuptias à minore facta ſine decreto valet.*

299 *De dote profana, ad ſpirituale, Eccleſiæq; dotē argumentū valet, & fœminarum dotibus priuilegia conceſſa, Eccleſiæ doti competunt, & num. ſeq.*

301 *Minores neque cum decreto donare poſſunt.*

302 *Teſtatoris voluntas vſque ad vltimũ vitæ exitum deambulatoria eſt.*

303 *In Eccleſiæ fauorẽ à teſtatore diſpoſita, reuocari quandoque nequeunt.*

304 *Legatum quod pro non ſcripto habetur, ſi Eccleſiæ, vel piæ cauſæ relictum ſit, debetur.*

305 *Si alteri, apud hæredem, vel ſubſtitutum remanet.*

306 *Eccleſia ad maius pretiũ non tenetur pro re ab hoſtibus capta, quàm ab eis redempta eſt.*

307 *Res tantum valet, quanti vendi poteſt.*

308 *Compenſatio in omnibus actionibus fit ipſo iure.*

309 *Eccleſiæ decimas petenti obiici cõpenſatio an poſsit? & an Fiſco? ibi.*

310 *Et quid in decima Papali?*

311 *Subditi dominorũ iuſsibus, etiã de quorũ iuſtitia anceps iudiciũ eſt, obedire debẽt*

312 *Domino Eccleſiam perſequenti obſequi ſubditus non debet.*

313 *Expoſito an Eccleſia ſuccedat?*

314 *Condemnationis, vel cõpoſitionis pro Clerici offenſione factæ, pars dimidia Eccleſiæ competit, etiam conſanguineis Clerici extantibus.*

315 *Ex pacto nudo, aut pollicitatione actio Eccleſiæ oritur.*

316 *Regulariter contrà de iure Ciuili, & Canonico etiam, ex communiori ſententia*

317 *Quid iure Regio?*

318 *Nudæ cogitationis pœnã nemo patitur*

319 *Si contra Eccleſiam ſit, nuda cogitatio plectitur.*

320 *Legatũ in non perfecto teſtamento Eccleſiæ, vel piæ cauſæ relictũ, ſi per trienniũ præſtari cõtingat, in futurũ debetur.*

321 *Tempus non eſt modus inducẽdæ obligationis. Limita num. ſeq. Eccleſiæ, vel piæ cauſæ fauore.*

323 *Debitorẽ Eccleſiæ ne capiatur celans, vel fugientem recipiens; an de ſuo Eccleſiæ ſoluere teneatur? & num. 325.*

324 *In aliis, non niſi per vim à familiæ manu eximens, tenetur.*

325 *Intellectus text.* in l. quoties, 3. C. de exaction. tribut. lib. 10.

326 *In fauorem Eccleſiæ cum procuratore illegitimo ſententia lata, valida eſt. Regulariter ſecus, num. ſeq.*

328 *Ratificatio poſt ſentẽtiã interueniens, eã nõ validat, neq; ante ſentẽtiã falſi procuratoris pro validatione actuũ in Principis cõſiſtorio geſtorũ, ratificatio admittitur*

329 *In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter.*

330 *Primus conductor cõtendit inepte, vt ſibi potius quã alteri rei dominus locet.*

331 *Eccleſia tempore locationis finito, ſi velit ſoluere, quantum alius offert; à re locata non expellitur.*

332 *Confeſsio iudicialis etiam, abſente parte facta, non probat.*

333 *Eccleſiæ, vel piæ cauſæ fauore, etiã extraiudicialis probat.*

334 *Sibi in teſtamento adſcribens, & legis Corneliæ pœnam incurrit; & emolumentum perdit.*

335 *Clericus legatũ ſibi adſcribens, Eccleſiæ vtilitatem reſpiciens; nec pœnam incurrit; nec emolumentum perdit.*

336 *Sententia conformis libello eſſe debet.*

337 *Pro Eccleſia, etiam libello non conformis ſuſtinetur.*

338 *Quæ de iure Ciuili in teſtamentis ſolemnitas deſideretur?*

339 *Et quæ de iure Canonico ſufficiat?*

340 *Teſtamentũ ad Eccleſiæ, vel piæ cauſæ vtilitatem factũ, duobus teſtibus ſuſtinetur, etiamſi vicini non ſint. & num. ſeq. Ampliatur num. 341. & 342.*

341 *Specialia duo circa idẽ cõcurrere nõ poſſunt; Eccleſiæ fauore poſſunt, num. ſeq.*

343 *Conductores, ſeu illorũ hæredes poſt tẽpora locationis impleta, inuiti retinẽdi, vel ad reconductionem compellendi non ſunt.*

344 *Rerũ Eccleſiæ conductor, qui multum fuit lucratus, ad recõductionẽ cõpelli poteſt.*

345 *Hæreditas nõ adita, nõ tranſmittitur*

346 *Ingreſſus monaſterium, qui ante aditam patris hæreditatem deceſsit: eam Monaſterio tranſmittit.*

347 *Monaſterium habetur loco filii.*

348 *Filii etiam non aditam parentum hæreditatem tranſmittunt.*

349 *Conficiendi inuentarium obligatio, vt vltra vires hæreditatis eam adiens nõ aſtrin-*

*aſtringatur, omnes tenet. Et an Eccleſiam quoque? num. ſeq.*

351 *Alienationem annullare, aut reſcindere volens, pretium reddere debet.*

352 *Pro re Eccleſiæ male alienata fallit. Limita, & intellige num. ſeq.*

354 *Rei Eccleſiæ emptor, emptione reſciſſa, vel annullata, cũ fructib⁹ eã reſtituere debet*

355 *Bonæ fidei emptor fructus ſuos facit.*

356 *In contractibus innominatis eſt pœnitentiæ locus. (fauore?*

357 *Et in celebratis Eccleſiæ, vel piæ cauſæ*

358 *In dubio, pari ve cauſa melior eſt conditio poſſidentis, qui in aduerſariũ onus probandi transfert.*

359 *Eccleſiæ fauor, poſſidentis fauori præfertur, & in poſſeſſorem onus probandi remittit.*

360 *Indebite ſolutum repeti non poteſt.*

361 *Eccleſiæ indebite ſolutũ non repetitur. Limita num. ſeq. niſi ex tali ſolutione ad paupertatem ſoluens reducatur.*

363 *Cõtra Eccleſiæ debitores, in liquidis, an (vt contra debitores Fiſci) via procedatur executiua, & ſummaria?*

*Eccleſiæ cauſæ prius quam aliæ expediri debent, ibid.*

364 *Regulariter, plenè, & ordinarie procedendum eſt, executiue autem non niſi in caſibus à iure expreſſis.*

365 *Soluere decimam executionis an Eccleſia debeat? remiſſiuè.*

366 *Appellatio omnibus perſonis, & omnibus in cauſis concedenda eſt.*

367 *A ſententia de reſidendo in Eccleſia an appellari poſſit?*

368 *Exceptio non numeratæ pecuniæ poſt biennium non admittitur.*

369 *Fallit in Eccleſia, & quãdo exceptionẽ hãc perpetuo opponere poſſit? remiſſiuè.*

370 *Fœminæ pro aliis intercedere prohibentur.*

371 *Pro Eccleſia, vel pia cauſa nõ vtique.*

*Dilapidatorem bonorum Eccleſiæ accuſare poſſunt, licèt accuſare regulariter prohibeantur, ibi.*

372 *Clericus legatione pro Eccleſia, etiam extra curiam fungens, à creditoribus nequit interim conueniri?*

373 *Quid in aliis legatis? & num. ſeq.*

375 *Rector, vel adminiſtrator Eccleſiæ, loci ve pii, ad redditionem rationũ, vel reliquorũ ſolutionem condẽnatus, ad finẽ ſuſpenſiuum appellare non poteſt.*

376 *Et an id ſpeciale in Eccleſia, vel in minoris, Reipublicæ aliove adminiſtratore procedat?*

377 *Altari ſtipulari nemo poteſt.*

378 *Eccleſiæ quilibet ſtipulari valet. Et an cuilibet hodie?*

379 *Maſculinum concipit fœmininum.*

380 *In præiudicialibus Eccleſiæ fallit.*

381 *Odia reſtringenda ſunt.*

382 *In Eccleſia, vniuerſitatis, militumve fauorem, non reſtringuntur.*

383 *Legatum ab hærede nominatim relictũ à fideicommiſſario non debetur, nec cenſetur repetitum.*

384 *Fallit ſi Eccleſiæ ab hærede nominatim relictum ſit.*

385 *Prælegata in fideicommiſſi reſtitutionem veniunt, quando Eccleſia, vel pia cauſa ſubſtituta eſt.*

386 *Regulariter contra.*

387 *Falſi querella viginti annorum intermiſſione perimitur.*

388 *Aduerſus Eccleſiam crimen falſi commiſſum nunquam præſcribitur.*

389 *Lite non cõteſtata, nec teſtes recipi, nec contra abſentem (iure communi) procedi ad ſententiam poteſt.*

390 *In cauſa liberali, in qua de ſtatu Eccleſiæ agitur, ante litem conteſtatam teſtes recipi, & ad ſententiam diffinitiuã procedi poteſt.*

391 *In libertatis cauſa, ante litis conteſtationem teſtes recipi valent.*

392 *Et pro iuribus Eccleſiæ male occupatis.*

393 *Debitor ſpeciei, re ante moram perempta? liberatur.*

394 *In debitore Eccleſiæ fallit.*

395 *Falſum inſtrumẽtũ producens, & falſi pœna, & cauſæ plectitur amiſſione.*

396 *Ampliatur in pupillo, cuius tutor falſam ſcripturam produxit.*

397 *Et quid in Domino, cuius Procurator falſa ſcriptura vſus eſt?*

398 *Ab Eccleſia adminiſtratore falſum inſtrumentũ productũ, Eccleſiæ nõ nocet.*

399 *Niſi à toto Capitulo productum ſit.*

400 *In ſui fauorem inſtrumentum producens, illud impugnare non poteſt.*

401 *Si producat Eccleſia, poteſt.*

402 *Ceſsionem, vel alienationem in potentiorem faciētes, cauſæ iactura mulctātur*

403 *Et tamē pœnæ Eccleſia nō ſubiicitur.*

404 *Teſtatoris voluntas ad amuſim ſeruanda eſt, legiſque inſtar habetur.*

405 *Si teſtator alicui* ſi nubat *mille relinquat*, Si Religionē ingrediatur, *cētū; an Religionē intranti mille debeantur?*

406 *Æquitas non ſcripta, ſcripto rigori ſuccumbit.*

407 *Eccleſiæ fauore, æquitas ſeruanda, non rigor ſcriptus.*

408 *Pro futuris culpis excommunicatio ab homine ferri non poteſt.*

409 *Fallit Eccleſiæ, & decimarū fauore.*

410 *Dominus ab emphyteuta, qui ob canonem non ſolutū, ab emphyteuſi ceciderat, penſionem recipiens; caducitatē videtur remittere. Amplia num. ſeq. etiamſi cū proteſtatione ſibi non præiudicandi, præteritas penſiones recipiat.*

412 *Procurator, vel Prælatus Eccleſiæ præteritas penſiones recipiens, caducitatem non remittit, nec expellendi emphyteutam ius perdit.*

413 *Eccleſia conductoris hæres exiſtens, nō cogitur in conductione perſiſtere.*

414 *Hæres in omnibus obligationibus defuncti, actiuis, & paſsiuis ſuccedit, & conductoris hæres in conductione perſiſtere cogi poteſt.*

415 *Fiſcus, & Eccleſia an, & quibus in caſibus debitorem ſui debitoris, non excuſſo principali conueniant? & num. ſeq.*

417 *Creditor debitorem ſui debitoris an, & quando conuenire poſsit?*

418 *Fiſcus pecuniā poſteriori creditori ſolutam, etiā conſumptam repetere poteſt. Alii nequeunt, & nu. ſeq. Et an id in Fiſco perpetuum ſit? num. 420. & 421. Et quid in Eccleſia? n. 419. & duobus ſeqq.*

422 *Legatū Eccleſiæ relictū, anno tertio, vel quarto, in principio anni, ad libertatis, & militiæ comparationem debetur.*

423 *Aliis in fine anni præſtari ſufficit.*

424 *Legatum Eccleſiæ, vel piæ cauſæ relictum, ſi cancellatum reperiatur; caſu, & inconſulte, præſumitur deletum, ſi de mādato teſtatoris non conſtet.*

425 *Regulariter conſulto cancellatum præſumitur.*

426 *Diſpoſitio* legis fortiſsimi, 6. & legis Nulli, 7. C. de erogat. milit. an non. lib. 12. *publico fauore introducta, in Eccleſia locum habet, & num. ſeq.*

427 *Creditor Eccleſiæ, qui tempore debito annuas differt præſtationes recipere, ſi infra annum non petat; ab earum deinceps petitione arcetur.*

428 *Differens vſque ad iudicium debitum Eccleſiæ ſoluere, in duplū tenetur. Secus in aliis, etiam Fiſco, Republica, aut pro redemptione captiuorum. ibid.*

429 *Quietatio facta à Prælato Eccleſiæ procuratori, in eius præiudicium non valet.*

430 *Fiſcus, vel* Eccleſia *rem communem cū alio habens, totam poteſt vendere, vel pignorare, & num. ſeq.*

432 *Priuatus non vtique.*

433 *Vxor teſtatoris omnium bonorum vſufructuaria relicta, ſi Eccleſia inſtituta ſit, an ſolum alimenta percipiat?*

434 *Eccleſia vſufructuaria relicta, filio hærede inſtituto, an integrum habeat vſumfructum, legitima excepta, ſi ex ea vnde ſe alat filius percipere valeat?*

435 *Filio non deberi legitimam in bonis parentis Religionem ingreſsi, niſi poſt patris mortem; plurimorum fuit opinio.*

436 *Eccleſiæ neceſsitas, Patroni neceſsitati, alimentiſque præfertur.*

437 *De dote Eccleſiæ Epiſcopalis Canonica portio defalcanda non eſt; nec eius dos præſcribitur, remiſsiue.*

438 *Theſaurus in Eccleſiæ loco inuentus, illi remanet, nec Rectori adquiritur, & num. ſeq.*

*Theſaurus in loco rei vſufructuariæ inuentus, ad vſufructuarium non pertinet, ibid.*

439 *Beneficiarius, Eccleſiæve Rector, vſufructuario, vel vſuario in beneficii prouentibus comparatur.*

440 *In concernentibus Eccleſiam non poteſt Prælatus in arbitratorem de iure, & de facto compromittere.*

441 *Tranſ-*

441 *Tranſactio cum Eccleſia facta inualida eſt, niſi res qua de agitur, apud eam remaneat, etſi aduerſarius poſſideat.*

*Tranſactio per quam res abdicatur, alienatio eſt: cenſeturque prohibita his, quibus alienandi facultas interdicta eſt, ibid.*

442 *Pars delatori applicanda, ſi delator deficiat, vbi vertitur Eccleſiæ fauor, iudici ex officio agenti applicatur. In aliis, non vti, num. ſeq.*

444 *Turpitudo propria Eccleſiæ fauore allegari poteſt, cum aliter nequeat.*

445 *Iuris patronatus beneficii permutatio, patroni conſenſu non requiſito, & obtento, an validè fiat? remiſsiuè.*

446 *Si permutatio hæc vtilis Eccleſiæ ſit, conſenſu à patrono requiſito, licet nõ obtento, fieri poteſt, & ab Ordinario approbari. Et an magna ad id neceſsitas deſideretur? num. ſeq.*

448 *Duobus in ſolidum rem ementibus, ille præfertur, cui res prius tradita eſt.*

449 *Eccleſia ſecundo emptori, cui res tradita fuit, præfertur.*

# QVÆSTIO VIII.

AFFIRMATIVAM partem,
Eccleſiæ cum Pupillis, Mino-
1 ribuſque equiparatio † probat.
Quam tradũt *textus*, ibique Doctores,
*in c. 1. & in c. Auditis, 3. de in integr. reſtit. in l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Gloſ. fin. in fin. in l. Si procurator, 5. D. de iure Fiſci, in l. Imperatores, 35. verb. Negocio publico, D. de re iudic. Gloſ. fin. in fin. in l. Libertos, 5. C. de excuſat. tutor. Gloſ. in l. Reſpublica, 4. verb. Solet, & ibid. Doctores, C. quib. ex cauſ. maiores.* Plenè *Mattheſ. & ibi eius Additionator ſingul. 44. Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſtion. 252. nu. 5. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 4. Iulian. Viuian. in pract. iurispatronat. 1. part. lib. 2. cap. 5. num. 25. verſ. Quinto, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 955. num. 10. Andr. Fachin. controuerſ. lib. 1. cap. 53. verſ. Secundo moueor, Iodoc. Dambouder. in Enchir. parium, ſeu ſimil. verb. Eccleſia, ſecundo.* De illis què ad Eccleſiam argumentum valere *de priuileg. pauper. 1. p. q. 25. num. 14.* & in *Axiomatib. lit. A. n. 510. cũ duobus ſeqq.* multis oſtendimus. Quod præcipuum eſt huius ſententiæ in iuris communis terminis, fundamentum, ab eruditiſsimo *Didaco Couar.* expenſum, *practicar. quæſt. cap. 7. num. 3. verſ. Habuit verò*, ante *verſ. His accedit.* Quodque *Marcum Antoniũ Genuenſem* in eandem traxit, *in practicabilib. Eccleſiaſt. tricenario 10. quæſt. 276.*

Multi præterea alii, non eadem ra-
tione, eiuſdem placiti extitere, profe-
rentes ſimpliciter: Miſerabilium nume-
2 ro † Eccleſiam contineri, & participẽ,
conſequenter, cum cæteris Miſerabi-
libus *legis* noſtræ *vnicæ* fauoris, vt ad Principis Curiam aduerſarios laicos in prima cauſæ diſcutione adferre poſſit. In qua extitere *Iacobus Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 66. n. 19. Anton. Theſaur. deciſ. 177. n. 1. ad fin. Mart. in ſumm. ſucceſion. legal. p. 4. q. 18. art. 4. n. 18. Vincent. de Franch. deciſ. 234. n. 4. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. p. 1. tit. 56. de iurament. perhorreſcent. nu. 28. Carol. de Graſ. de effect. clericat. in prælud. n. 422. & 423.* Auctoritate inixi *Andreæ de Iſern. in cõſtit. Statuimus, n. 3. & ibid. Afflict. n. 16. Proſperi Carauit. in ritib. M. Cur. ritu 219. num. 3. & Capicii, deciſ. 160.* Nam *Petrus Rebuffus* (à pleriſque ex ſuperioribus in id ipſum citatus) *in conſtit. Gall. de ſentent. prouiſional. art. 3. Gloſ. vlt. numer. 5.* falſo allegatur. Quibus accedunt *Ioan. Aloyſ. Ricc. in praxi variar. reſol. reſolut. 317.* & *Iul. Cæſar Imbrian. de primo, & ſecund. benefic. conſider. 3. num. 151.*

3 Negatiuam † defendunt *Couarruuias dict. num. 3. Sigiſmund. Scacc. de appellationib. quæſtion. 7. numero 130.* relatis iidem *Afflict. in cõſt. Regn. rubr. 37. Statuimus, n. 17. verſ. An autem Eccleſia, lib. 1. & deciſ. 257. Dicit conſtitutio, n. 2. Carauita, ritu 233. Item Clericus, q. 1. n. 1. in vltimis verbis, & n. 2. Marcheſ. de cõmiſſ. tit. de auoc. cauſ. p. 2. § 2. n. 59. & ſeq.*

*& Couar. dict. loco.* Hancquè veritatē, & communem ſententiam, aſſerit *Iacobus Cancer, variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. nu. 15. Camil. Borrel. dict. tit. 56. de iuram. perhorreſc. num. 29. Ioan. Mar. Nouar. in praxi electiòn. & variat. fori, ſect. 3. q. 2. per totam, Nos de priuileg. pauper. 1. p. quæſt. 52. à num. 30. & antecedentibus* etiam.

Idque iure optimo, cum neque de Eccleſiâ mentionem lex noſtra vnica faciat; neque ex nominatarum in ea perſonarum ſimilitudine, ad Eccleſiam priuilegium hoc poſsit extendi, vt patebit inferiùs. Quinimo nec ſi de illa
4 mentionem lex faceret, † poſſe illius virtute Eccleſiam huiuſmodi priuilegium oppetere, *idem ipſe ibi* profitetur *Nouarius* nulla ad id Canonica ſanctione exiſtente. Cùm etiam in Eccleſiæ fauorem profanis legibus diſponendi *Innocentius III.* P.M. poteſtatem negarit, factaſque nullius firmitatis diſpoſitiones eſſe decernat, *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, 10. de conſtit.* inquiens: *A quibus ſi quid Motu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum etiam reſpiciat commodum, & fauorem; nullius firmitatis exiſtit, niſi ab Eccleſia fuerit approbatum.* Et firmat cum multis à ſe relatis, *Ant. Dian. reſolut. moral. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſolut.* 13. à quibus prædicti *textus* limitationem, intellectumque licet colligere.

Quare, nec dictæ legis virtute, neq; etiā ſpecialis ſtatuti conſtitutione hoc iure Eccleſiā vti poſſe deducitur. Neq; qui contrariam amplectuntur ſententiam (nempè *Andreas de Iſern. Afflict. Carauit. & Capic.* quorum auctoritate, cæteri mouentur relati) legis noſtræ,
5 ſed ſpecialium † conſtitutionum vigore, vſuque forenſi tuentur eam: vt & in hiſce Caſtellæ Regnis receptam fatetur *Couar. d. c. 7. num. 3. poſt princip. verſ. At in hoc Caſtellæ Regno,* ſi ex quatuor Ordinibus Mendicantium Monaſterium ſit: Diuorum ſcilicet Fráciſci, Auguſtini, Dominici, & Carmelitarū: Monialium ve cuiuſcumque Ordinis, aut inſtituti: pauperum quoque Hoſpitale: quāuis Eccleſiæ iſtæ diuites ſint, pingueque patrimonium habeant. Ex forenſi quoque vſu, quamlibet aliā Eccleſiam hoc fori priuilegium apud noſtrates vindicaſſe, aſſerens. Cuius rei *Nos* etiam *de priuileg. pauper. 1. p. q. 52. n. 33. & ſeq.* meminimus. Sic & in Cathalonia, per *Regiam pragmaticam Caroli, Barcinonæ datam 16. Ianuar. anno* 1520. ſtatutum, omnia Monaſteria, cæteroſque Religioſos Cōmendatarios quoad hoc priuilegium pauperes reputari, *Iacobus Cancerius* refert, *d. lib. 2. variar. reſol. cap. 2. num.* 17. Etſi quoad expenſas proſequutionis cauſæ, hos non excuſari aduertat. Quod in hiſce Caſtellæ Regnis (aduerſus ſanctionē à *Couarruuia* memoratam, *d. c. 7. n. 3.*) ſeruatum in foro experimur.

Vndè cum *Iſernia, Afflictis, Carauita, & Capicius* in ſtatuti caſu loquantur (quātūuis etiā in eo dubia reſolutio ſit, ex prædicti *textus Eccleſia ſanctæ Mariæ* deciſione) in eo pariter eorum ſequaces (& ſi indiſtinctè priuilegium id Eccleſiæ competere dicant, cū priorum auctoritate moueantur) loqui cen
6 ſendi ſunt. Doctoris namque dictum, † ſecundum legem, Doctoremve allegatum ab eo intelligendum eſſe, probant *textus, & ibi Bart. n. 7. in l. Non ſolum, 9. §. Si liberationis, D. de liberat. legat. & in auth. Sed ſi iam neceſſe, & ibi Bald. C. de donation. ante nupt. Iaſ. in §. Rurſus. num. 32. inſtit. de actionib. Deci. conſil. 189. numer. 1. Socin. conſil. 68. num. 27. volum. 1. Grammat. deciſ. 57. num. 28. & conſ. crimin. 22. num. 14. Bellon. conſ. 5. num. 17. in fin. & conſil. 16. numer. 10. Cephal. conſil. 341. numer. 50. Roland. à Vall. conſil. 39. num. 32. volum. 4. Menoch. conſil. 35. num. 30.* adducti, & probati à *Surd. conſil. 9. numer. 5. conſil. 132. numer. 63. conſil. 135. numer. 66. conſil. 177. numero 21. conſil. 251. numer. 10. & conſil. 271. num. 40. Ioan. Vincent. Honded. conſ. 3. num. 31. & conſ. 101. num. 46. lib. 1. Ioſeph. Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 16. num. 5.*)

Neque

Neque poſteriori negatiuæ opinioni contrarium, præcipuumque de Pupillo, aut Minore propoſitum argumẽtum obſtat. Aequiparatorum enim † non ſemper idem, niſi eadem ſit ratio, iudicium eſt, vt *de priuileg. pauper. 1. p. quæſt. 36. nu. 5.* aduertimus. Debetque vt ab æquiparatis argumentum procedat, omnimoda, in caſu ſaltem æquiparato, ſimilitudo adeſſe, vt multis pariter *in Axiomatib. noſtris, lit. A. num. 302.* oſtendimus.

8 A Minoribus autem ad Eccleſiam † non ſemper æquiparationem procedere, nec ſemper Eccleſiam Minorum vice fungi, tradit *Menchac. quæſt. forenſ. cap. 9. num. 2. & de ſucceſ. creat. §. 10. numer. 63.* & alijs, *Cald. Pereir. in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, num. 4. C. de in integ. reſtit. minor.* ex diſpoſitione *legis final. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* Quam in Eccleſia non habere locum profitentur.

Imò quoad reſtitutionis beneficium tantum, Eccleſiam Minori comparari, neque adhuc ſemper in ea; apertè docuit *eadem ipſa Gloſſa*, quam pro prima opinione adduximus, *in cap. Auditis, 3. verb. Iure minoris, verſ. Sed in quibus caſibus, de in integr. reſtit.* Et ſi in reſtitutionis materia, omnia quæ Minoribus priuilegia competunt, Eccleſiæ competere; profiteatur *Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 3. num. 17. & 18.* Pupilli verò iure Eccleſiam non fungi; *Eadem ipſa Gloſſa, verſ. Sed non fungitur iure Pupilli*, aſſeuerat.

In ſpecie autem noſtra, non modo ſimilitudo inter Miſerabiles, Pupillum, vel Minorem, & Eccleſiam; ſed omnimoda diſſimilitudo † exiſtit (quæ
9 ſecundum aduerſæ partis deſtruit fundamentum) Illis enim imbecilla natura (ob quam, paruam etiam potentiam perhorreſcunt) hunc fauorem adepta eſt, vt *Baldus* notat *in auth. Habita, C. ne fil. pro patr. num. 62.* Eccleſia vero tantum â Miſerabili conditione, vtque alterius potentiam perhorreſcat, abeſt:
10 Vt potius eadem † potentior reputetur; & in eam, tanquam in potentiorem, alienatio fieri nequeat, aut facta, viribus non ſubſiſtat, ex ſententia *Speculatoris, Anchar. Iaſonis*, & aliorum, quos refert, & ſequitur *Iacobus Menoch. conſ. 216. num. 38. & 41.* & à *Nobis quæſtione ſequenti* allegandorum. Inde, in Nobilium probationibus, ex Fiſci parte, Regiique Iuris, hæ fiendæ teſtibus interrogationes in Regio ſcribuntur diplomate. *Si es por ſer tan pobres, que no ayan tenido de que pechar? o tã ricos, que no les oſaſſen empadronar? o por ſer criados de allegados, y fauorecidos de algun Cauallero? Yglesia o Monaſterio, o perſona poderoſa?* Deductæ ex *l. 27. tit. 11. lib. 2. nouæ Reg. Collect. verſ. Y anſi miſmo.*

Quod ſi aliqua in præſenti inter Eccleſiam, Minoreſque ſimilitudo adeſt: pro hac eadem poſteriori ſententia vrget. Aut enim Eccleſia Prælatum habet, aut non: Si Prælatum ha-
11 bet † (ad Minoris ſimilitudinem, Patrem habentis, qui neque Orbus eſt, neque Miſerabilis reputatur, vt *quæſt. 5.* aduertimus) neque ipſa Orba, aut Miſerabilis exiſtit, neque per conſequens huius fauoris cum miſerabilibus particeps, ſiquidem Patrem habet
12 Prælatum. Eccleſia enim filiæ, † Prælatus Parentis locum tenet. Quos eo nomine *Vrbanus Secũdus*, Auguſtini verbis appellat, *in cap. Quorum vices. 6. in ordine. 68. diſt.* Quorum quidem pulcritudo, ac elegantia quamuis integram poſtulet translationẽ: vt lõgitudini parcamus, diminutã facere cogimur, hic contenti: *Ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in Sedibus Patrum. Non ergo teputes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es. De prole tua tibi creuit Paternitas.* Vbi ad parentum filiorumque ſimilitudinem, *Gloſſa verb. Eccleſia, & verb. Illos*, neque cõuenire Eccleſiam, ſine auctoritate Prælati; neque conueniri, ſed eius nomine Prælatum poſſe, notat.

13 Siue vxorem † Eccleſiam appelles,
Prælatumque, Maritum, vt illũ *Eua-
riſtus* nominat *in cap. Sicut vir.* 11 *in ord.*
7. *q.* 1. & Rhemenſe Concilium, transla
tum *in c. Sicut*, 4. *in ord.* 21. *q.* 2. inquiẽs:
*Sicut in vnaquaque Eccleſia vnus Presby-
ter debet eſſe: ita ipſa, quæ Spõſa, vel Vxor
eius dicitur, non poteſt diuidi inter plures
Presbyteros.* Notatq; *Gloſ. in d. c. Quorũ
vices, verb. Eccleſia*, 86. *diſtinct.* Quemad
modum enim vigintiquinque annis Mi
nor, maritum habens, Patre quoque ca
rens, legis noſtrę, forique priuilegio nõ
vtitur (miſeræ conditionis, Mariti exi-
ſtentia, ratione deficiente, vt iam *q.* 4.
firmauimus:) ſic neque Eccleſia (in hoc
etiam Minori comparata) vtetur.

14 Si Prælatũ, † Epiſcopum ſcilicet,
Eccleſia non habet, aut inutilem quidẽ
habet (cum vtroque modo Vidua dica
tur, *cap. Quia propter*, 42. *de elect. capit.* 2.
*§. Sed neque, de translation. Epiſcop.* ſi le-
gem noſtram ciuilemq; attendamus)
hoc gaudebit priuilegio, œconomo, ad
miniſtratore ve, qui eius nomine age-
re valeat, exiſtente. Similiter & Colle-
giata, vel etiam Parochialis Recto-
re carens. Quamuis enim Cathedralis
tantùm Epiſcopi morte, propriè, non
etiam aliæ Eccleſiæ Rectorum morte
Viduatæ dicantur, vt notat *gloſ. fin. ad fi
nem, verſ. Hodie verò, in cap. Cũ terra*, 14.
*& gloſ.* 1. *in d. cap. Quia propter, de electio.*
quia non ſic Rector, aut Beneficiatus
cum Eccleſia ſua, ſicut Epiſcopus ma-
trimonium contrahere cenſetur; vt e-
tiã, cũ *Lambertino* aſſerit *Ioan. Gutier.
canonicar. quæſt. lib.* 2. *q.* 7. *num.* 48.) Ne-
gari tamen non poteſt, quin Orbitatẽ,
Rectoribus mortuis, prædictæ Eccle-
ſiæ contrahant, Viduæque impropriè
ſaltem reputẽtur, vt & citatæ *Gloſ.* fa-
tẽtur, & ſatis aperte *textus in d. cap. Si-*
15 *cut*, oſtendit. Vicarius namque, † ſiue
Commendatarius deſignatus, dum ſit
de proprietario prouiſio; non Prælatus,
aut Rector, ſed procurator exiſtit, vt
ex *textu in cap. Obitum*, 16. in ordine, &
*cap. Catinenſis ſequenti*, 61. *diſtinct.* dixit
*Gloſſa vnic. in ca. Qui plures*, 3. *in ord.* 21.
*q.* 1. Quãuis & hic legitimã adminiſtra
tionẽ habeat, vt probat *tex. in c. Relatio*,
5. *eadẽ cauſ. & q.* & aduertit *Gloſſa in cap.
Nemo deinceps*, 15. *verb. Commendare, cir
ca princip. verſ. Et primo quæro, de electio.
lib.* 6. Id quod & priuilegio huic locum
facit. Eum enim, qui alterius arbitrio,
aut regimini (præterquam Parẽtis, aut
Mariti, vt prædiximus,) ſuppoſitus
eſt, illius beneficium ſentire; iam *quæ-
ſtion.* 5. ſumus profeſsi.

Prouiſione autẽ de Rectore facta, ea-
met ratio huic iuri locũ nõ eſſe ſuadet;
cum Maritũ Eccleſia videatur habere,
*dict. cap. Sicut*, 21. *q.* 2. qui non vt alie-
nas, ſed proprias res Eccleſiæ ſuæ per-
16 tractet. Cuius veluti prouentuum † v-
ſufructuarius in vita exiſtat ſecundum
quã *de priuileg. paup. q.* 4. *§.* 1. *n.* 94. opi-
nionẽ retulimus; & tradit, cũ aliis, *An-
guſ. Barb. in collect. ad c. fin. de offic. Ordin.
numero octauo.* In morteque (ex genera-
li recepta conſuetudine) aut teſtatus li
berè diſponat: aut inteſtatus, ſucceſſo-
res in eis parentes habeat, vel conſan-
guineos, vt cum *Couarru. in cap. Cum in
officiis, n.* 23. dicunt cęteri *in dict. §.* 1. *n.*
95. *à Nobis* citati. Nequaquam tutori
comparatus, vt elegans oſtendit *Gloſſa*
1. *ad fin. in cap. Quia Epiſcopus*, 5. *quæſtio-
ne* 3.

17 Eademque † de iure (ſpeciali priuile
gio, aut conſuetudine ſemota) in viro-
rum Monaſteriis procedere firmandũ
videtur. Cum eorum Rectores Supe-
riores ve Parentum (vt diximus) locũ
teneant. Prælatorum enim appellatio-
tione continentur. *Gloſ. in Clementin.* 1.
*verb. Prælatum de electione. Syluest. in Sũ-
ma verb. Prælatus, num.* 1. *Emanuel. Ro-
der. in Summa, verb. Prelados, cap.* 30. *num.*
1. Eccleſiæ autem Prælatum nomina-
ri Parentem iã *n.* 12. *&* 13. potuit; ali-
ter in fœminarũ cœnobiis Pietas ſua-
det, imbecillis ſexus, & quæ ei acce-
dit recluſio, & quia per adminiſtrato-
res cogũtur. Ex quibus id iure optimo
priuilegiũ forẽſis illis arrogauit vſus.

Si verò Eccleſia pauper ſit, †
18 hoc fori priuilegio vti poſſe, extra

con-

controuerſiam eſt; quo quidem caſu *Iulius Cæſar Vmbrian. & Aloyſ. Ricc.* (cuius auctoritate *Vmbrianus ipſe ſupr. num. 2.* relatus in contrariam mouetur) loquitur. Etſi enim de Eccleſia indiſtinctè, quæſierit; de pauperũ hoſpitali reſpondit, pro eoque fundaméta iecit, vel etiam ſi diues Eccleſia ſit; ſpoliata tamen, propriaque re per vim priuata. Poſſe namque tunc ſpoliatorem laicũ corã quo malit Iudice, Eccleſiaſtico, vel Seculari, Regiis ve etiam Senatoribus in prima cauſæ diſcuſsione Eccleſiam conuenire; commune Doctorum placitum affirmat, *in cap. Si Clericus, 5. & in cap. Cùm ſit generale, 8. de foro competent. Didac. Couarruu.* teſte in *d. cap. 7. practicarum quæſtio. numer. 3. Matth. de Afflict. deciſ. 257. numer. 2. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. dict. caſu 66. num. 19. in fin. Sigiſmund. Scacc. de appellation. d. q 7. num. 130. verſ. Subdiſtingue 1. Ioã. Mar. Nouar. in praxi electión. & variat. fori, ſectione 3. q. 11. num. 5. pag. mih. 306. Nos de priuileg. pauper. 1. part. q. 52. num. 29. & ſeq. & num. 33. & ſeq.*

Quam hodiè non Eccleſiæ modò,
19 ſed priuato † cuilibet, per vim re propria ſpoliato ad Principis tribunal in prima cauſæ cognitione ſpoliatorem trahendi, facultatem Regiæ concedũt leges *5. tit. 14. lib. 3. Ordinamẽt. Reg. 5. & 6. tit. 13. lib. 4. nouæ Reg. collect.* Quodq; magis eſt, Eccleſiaſtico, vel ſeculari ab Eccleſiaſtico Iudice violentiam vimque illatam paſſo, pro ea repulſanda, grauamineque tollendo, Regium tribunal adeundi poteſtatem eſſe. Formã præſcribit *l. 36. titul. 5. lib. 2. nouæ Reg. collect.*

20 Vi ergo, ſpolio, paupertate, præcipua lege, aut cõſuetudine non exiſtente, fori hoc priuilegio Eccleſiam Prælatum, aut Rectorem non inutilẽ quidem habentem, vti non poſſe; ſatis noua hæc (à nemine, quem viderim, vſq; adhuc perpenſa) comprobare vidẽtur. Et præter huius quoque ſententiæ ſequaces, quos iam retulimus, ſic in ſpecie (non altiori licèt indagine) *Nouarius* tradit, *in praxi electio. & variat. for. ſect. 3. quæſt. 2. n. 8. pag. mihi 286.*

*Prope infinita* alia priuilegia, fauoreſque Eccleſiæ ſuperſunt; quos non poſſumus non ad longum recenſere; vt & obſequiũ Matri piiſsimæ præſtemus; quamque poſſumus ei gratiam referamus; & vt eorum in præſenti relatio, ab iterata multis huius tractatus locis ſimilium mentione excuſet. Generalia ideò ad id in primis quædam (vt ex eis ad alia licèt non ſpecialiter deſignata deueniri poſsit) præfiniemus.

Fiſco igitur comparari Eccleſiam,
21 † Fiſcique priuilegiis vti, & de Fiſco ad Eccleſiam argumentum valere, ex *l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* firmarunt *Addit. gloſſæ, verb. Rebus ſuis, in cap. 2. extr. de iur. iur. Andr. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuil. 143. Euerard. in locis legalib. loco à Fiſco ad Eccleſiam, Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. q. 174. num. 3.* & latius, *quæſt. 251. Iulian. Viuian. in praxi iuriſpatron. part. 1. libro 2. c. 5. num. 25. Stephan. Gratian. diſcepta. forenſ. cap. 377. numer. 31. tom. 2. Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. concl. lit. F. cõcl. 395. n. 1. Borgni. Caualc. deciſ. 31. n. 260. p. 2.* Etſi in caſibus ſolum à iure expreſſis de Fiſco ad Eccleſiam argumentũ, æquiparationemque procedere, aſſeueret *Couar. practicar. cap. 8. num. 3. col. 1. in fin.* acriterque defendit *Gregor. Lop. in l. 19. tit. 8. p. 5. gl. 5. verb. Dos caſos.*

22 Sed validior quidem Eccleſiæ, † quã Fiſci exiſtit fauor. Cùm hic, priuilegiatorũ ſit vltimus: illa primus, vt tradũt *Genuenſ. d. quæſt. 251. numer. 4. & Iulianus Viuian. proximè relato loco.*

Contra Fiſcum enim in dubio iudi-
23 candum † (ex *Modeſtini* reſponſo in *l. Non puto, 10. D. de iure Fiſc.* dicente: *Nõ puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra Fiſcum facilè reſponderit*) firmarunt *Genuenſ. & Viuian.* vbi *proximè Didac. Couarrũ. variar. lib. 1. cap. 16. nu. 1. Petrus Surd. conſ. 173. numero 59. & conſ. 199. numer. 8. Marc. Anton. Peregri.* de

de iure Fiſc. lib. 6. titul. 6. numer. 32. & libro 7. titul. 3. numer. 45. Proſper. Farina. conſ. 78. numer. 28. in fin. & latius fragmẽtorum criminalium, 1. part. litera F. num. 189. Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. par 2. defenſ. 29. capit. 1. numer. 1. Alexander Trentacinq. variarum reſolution. libro 1. titul. de iure Fiſci, reſolution. 9. numero 1. verſicul. In primo caſu, Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conuention. libro 11. titul. 25. numer. 22. Flores Diaz de Mena variarum, quæſtion. 6. articul. 3. numer. 9. plenè Cardinal. Tuſch. dict. liter. F. concl. 399. per tot.

24 Pro Eccleſia autem in dubio † iudicandum, meritò quidem Iura ſanxere in l. Sunt perſonæ, 14. in fin. D. de religioſ. & ſumptibus funer. & alia quæ adducit Roman. in Authent. Similiter, num. 38. & 39. C. ad legem Falcidiam, probãtquè Tiraquell. de pia cauſ. priuileg. 148. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 140. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 88. num. 6. & diſcept. 131. num. 2. Ioann. Cephal. conſ. 11. numer. 20. lib. 1. Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt. 53. numero 5. in fin. & quæſt. 8. num. 8. etiam in fin. Borgnin. Caualc. deciſ. 46. numer. 342. part. 1. deciſ. 43. num. 73. & deciſ. 45. num. 56.

25 De priuilegio ideo Eccleſiæ † ad priuilegium Fiſci, argumentum nõ valere (ex Bart. Imol. & Iaſ. in l. Fructus, D. ſolut. matrim.) protulit Marcus Anton. Genuenſ. dict. quæſt. 252. num. 6.

26 Vereque Eccleſiam Fiſcum † habere, qui tacita, vt temporalis, in bonis cum eo contrahentiũ hypotheca gaudeat, iuxta legem 2. 3. & l. Aufertur. 46. §. Fiſcus autem, D. de iure Fiſc. l. Similes. 10. D. ad municip. l. 2. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrah. l. 33. tit. 13. part. 5. Quique in Clericorum bonis vacantibus, & ſine hærede legitimo decedentiũ ſæcularis quoque Fiſci adinſtar, iuxta l. 1. D. de iure Fiſc. l. 1. l. Vacantia, & per tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 1. C. vnde vir, & vxor, l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 11. ſuccedat, & cui Clericorum delinquentium, pecuniariæ applicentur pœnæ; illorũque bona (ſi criminis commiſſi qualitas bonorum priuationem, confiſcationemque inducat) ad Eccleſiæ, Epiſcopalemque Fiſcum pertinere, in ſæculari veluti, iuxta auth. Bona damnatorum, C. de bon. proſcript. ſeu damnator. cap. cum ſecundum leges, 19. de hæretic. lib. 6. profitentur Gloſ. in dict. cap. quia diuerſitatem, verb. Præter eius, in fin. Cardin. in clement. Nolentes, §. 1. quæſt. 3. de hæretic. Rota Roman. in antiq. tit. de teſtam. deciſ. 7. Couar. variar. lib. 2. cap. 9. num. 11. Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſc. lib. 1. tit. 1. cap. 2. de his qui iura fiſcalia habent, num. 105. verſ. Sed contra, pro Epiſcopo, & ſeqq. Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. 3. part. allegat. 107. num. 16. & duob. ſeqq. Ioan. Roj. in epitom. ſucceſ. cap. 34. num. 37. Bernar. Diaz in pract. crimin. Canon. cap. 142. numer. 2. & ibid. Salced. lit. B. Proſper. Farin. de hæreſ. quæſt. 190. §. 11. à num. 154. Marc. Anton. Genuen. dict. tract. quæſt. 250. num. 1. & ſeqq. Ioan. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſolut. 387. num. 2. per textum in cap. ſi quis in atrio. 7. & in cap. ſi quis deinceps, 22. in ordine. 17. quæſt. 4. in cap. Quia diuerſitatem. 5. de conceſ. præbend. & in cap. penult. de Cleric. non reſid.

27 Priorem tamen (vt verum fateamur) aſſertionem, quæ dictat, † Eccleſiam bona ſecum contrahentis, ſæcularis Fiſci adinſtar, tacite hypothecata habere, à Marco Antonio Genuẽſi in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 472. num. 3. & 4. confirmatam refellit, contrariamq; amplectitur, & defendit Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 601. num. 20. Quòd nulla talem hypothecam inducens extet lex, idque ipſum notantes adducit Baldum in rubr. C. de priuileg. Fiſc. & in l. vt inter Diuinum, 19. numer. 9. colum. 3. poſt princip. verſ. Vlterius quæro, C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 104. in fin. & ibid. Addition. verb. Ciuitas, lib. 6. & in l. 1. §. ſi hæres, in fin. D. ad Trebell. & Neguſ. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 122. Sic pariter aſſerit Gregor. Lopez in dict. l. 19. tit. 8. part. 5. gloſ. 5. & in l. 25. tit. 13. ead. p. gloſ. 6. verb. Obligados.

28 Niſi

28 Niſi pro decimis † illi debitis, ad tributorum Fiſcalium ſimilitudinem, caſum excipias; pro quibus, eas debentium prædia, Eccleſiæ hypotecata exiſtere, probat *Nicolaus Euerard. in topic. legal. loco* 112. *de Tributo ad Decimam, nu.*3. *Ioan. Gutier. tractat. de gabel. quæſt. num.* 24. *& ſeq.* in id etiam adducens *legem* 6. *ad fin. tit.* 20. *part.* 1. Vel cũ Eccleſiæ emphyteuta prædium illius emphyteuticum deteriorem reddidit, iuxta diſpoſitionem *authenticæ de non alien. aut permut. §. Scire, coll.* 2. & notat *Gregor. Lopez, dict. verb. Obligados, in fin.* vel pro dote Eccleſiæ promiſſa, iuxta dicenda *infrà num.* 46. *&* 47.

Cæteræ verò aſſertiones prædictæ procedunt expeditius. Ad Fiſci namq;
29 temporalis ſimilitudinem, † ob hæredum ex teſtamento, & ab inteſtato deficientiam, Fiſcum Eccleſiaſticum ſuccedere (præter iã *dictam gloſſam in cap. quia propter*) firmarunt *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *C. de bon. vacant. lib.* 10. *Rota Roman. d. deciſ.* 7. *Ioan. Roj. dict. num.* 37. *Aloyſ. Ricc. dict. reſolut.* 387. *num.* 1. & ex relatis, *num.* 26. plerique.

Quod intelligendum ait *Rojas dict. loco, num.* 38. ſi Clericus Eccleſiã propriam in titulum non habeat. Si Eccleſiam namque habeat; ipſam, non Epiſcopalem Fiſcum ſuccedere, dicit ex *cap.* 1. *de ſucceſ. ab inteſt. cap. vlt.* 12. *quæſt. fin. auth. de Eccleſiaſt. tit. §. Si quis Epiſcopo, coll.* 9. cuius quoque voti extat *Ricc. dict. reſolut.* 387. *num.* 3. textum allegans *in cap. excommunicamus,* 13. *§. Dãnati, de hæretic. Bald. Paul. Peregrin.* & alios.

30 Pro crimine à Clerico commiſſo, † pecuniariam pœnam Epiſcopum imponere, Fiſcoque, aut Cameræ ſuæ applicare poſſe; aduertunt *Gloſ. verb. Pœnam in cap. licet,* 3. *de pœn.* & cũ *Hoſtienſ. Ioan. Andr. Butr. Cardin. Annan. Felin.* & aliis *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſc. dict. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *D. his qui iura Fiſcalia habent, nu.* 106. *Iul. Clar. in pract. crimin. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 80. *num.* 5. *Bernard. Diez in pract. cap.* 134. in nouis 142. *& ibid. Salced. Palac. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 39. *num.* 13. *Didac. Couar. lib.* 2. *variar. dict. cap.* 9. *num.* 8. *verſ. Poſtremo, Azebed. in l.* 12. *tit.* 6. *lib.* 3. *nouæ Reg. collect. num.* 3. *Aloyſ. Ricc. dict. reſol.* 387. *num.* 2. *Bouadill. in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 199. *Cabed. deciſ.* 85. *part.* 1. *Petr. Cened. ad Decret. collect.* 170. *num.* 1. *Zerol. in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Compoſitio, verſ. Secundo, Auguſtin. Barboſ.* (qui & hos refert) *dict. alleg.* 107. *num.* 18.

Sic & ad Eccleſiæ Fiſcum Clerici
31 de hæreſi † damnati bona patrimonialia pertinere, cum multis à ſe adductis, conſtantiſsimè *Farinacius* reſoluit, *in tract. de hæreſ. quæſt.* 190. *§.* 11. *à nu.* 154. Et ſi aliter apud nos, in hiſce Caſtellæ Regnis, praxis (Iuri quidem conformis) obſeruet. Quam probant eruditiſſimus *Couar. dict. cap.* 9. *num.* 11. *&* 12. *Azebed. in l.* 1. *num.* 200. *tit.* 3. *lib.* 8. *nouæ Reg. collect. Salced. ad Bernard. Diaz, d. cap.* 114. *verb. Hæretici, lit. F. Bouadill. in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 201. *lit. D. P. Sanchez ſuper præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 20. *à num.* 1. *Cened. ad Decret. collect.* 55. *num.* 6. *Auguſt. Barboſ.* (his ſimiliter relatis) *dict. loco, num.* 17.

32 Imperiique priuilegiis † Eccleſiam gaudere, tenet *Gloſ. verb. Iure minoris, in dict. cap. Auditis,* 3. *de in integr. reſtit. Marc. Anton. Genuenſ. dict. quæſt.* 252. *num.* 7. *Iulian. Viuan. in praxi iuris patronat. part.* 1. *lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 25. *verſicul. Septimò, Auguſtin. Barboſ.* alios referens *in collect. ad dict. capit. Auditis, numer.* 9. *Franciſc. Balb. de præſcript. part.* 5. *quæſt.* 5. *pagin. mihi,* 412. *Gregor. Lopez, in dict. l.* 19. *tit.* 18. *part.* 5. *gloſ.* 5. Eccleſia namque, & Imperiũ fraternizant, *auth. quomod. oport. Epiſc. in princip.* quem textum ad Imperii, Eccleſiæque priuilegia exornant *Bald. in l. fin. num.* 10. *C. de quadriẽnii præſcript. Iaſ. in l.* 1. *num.* 23. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol.* 375. *num.* 2.

33 Minorum, † Pupillorumque Eccleſiam iure fungi, iam *ſupra num.* 1. diximus.

mus. Quod procedere aduertit *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 88. num. 37.* vbi poſsibile eſt, eo iure Eccleſiam fungi.

Vnum interim aduertere libet, quòd in petenda reſtitutione (in qua præcipue Minoribus Eccleſia comparatur, iuxta dicta *proximè, num. 8.*) etiam præcipuum habet Eccleſia: etſi enim in illius foro, † aduerſus quem reſtitutio
34 poſtulatur, impetranda ſit, *l. 2. C. vbi, & apud quem, Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 4. ſtatim in princip.* plenè materiam, qua ſolet eruditione, eo capite tractans, & exornans. Eccleſiæ verò aduerſus laicum agenti † ſpeciali iu-
35 re datum eſſe, vt coram Eccleſiaſtico, ipſiuſque Eccleſiæ Iudice in integrum reſtitutionem petere poſsit, manifeſte *Innocent. III.* decretum oſtendit *in cap. Ad noſtram, 11. de reb. Eccleſ. alien. vel non,* inſinuat *textus in cap. 1. de in integr. reſtit.* & obſeruant *ibid. Abb. num. 18. & in cap. Cùm ſit generale, 8. de de foro compet. num. 10. & ibid. Marian. Socin. num. 13.* Cuius rei rationẽ *Couarruuias aſsignat dict. loco, num. 2.* De huius licet aſſertionis veritate (etſi eam communem fateatur) dubius, relatis Iuribus ſub eadem dubietate reſpondens. Illud intrepidè affirmans; in rebus patrimonialibus Clericorum, eam non procedere opinionem, ac circa eas Clericum læſum, in reſtitutionis in integrũ iudicio, coram Iudice ſeculari laicum conuenire debere, ex generali tam Legum, quàm Canonum ſanctione, quæ *reum coram ſuo iudice, inque ſuo foro conueniendum,* dictat, ad reſtitutionis quoque in integrum ſpeciem deducta, in *l. 2. C. vbi & apud quem,* & in hac reſidet *Gregor. Lop. in l. 10. tit. 19. part. 6. gloſ. 1.* etſi priorem tenens, etiam huic contradicat, in bonis quoque Clericorum illam amplians *Sfort. Odd. in tract. de in integr. reſtit. quæſt. 32. num. 23. & ſeq.*

Ad Minoriſque ſimilitudinem taci-
36 tam † hypothecam in Prælati bonis male adminiſtrantis, Eccleſiæ competere, aſſerit *Gloſſa in cap. Ex literis, 5. verb. Obligata, de pignorib. Palac. Rub. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 21. Petr. Rebuf. tom. 2. ad leg. Gallic. tit. de conſtit. reddit. tit. 1. gloſ. 14. num. 30. Anton. Neguſ. de pignor. 2. part. princip. membr. 4. num. 120. & ſeq. Syluest. in ſumm. verb. Clericus, 4. num. 4. Iacob. Menoch. conſil. 114. num. 27. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de bonis Clericorum, §. 1. num. 12. Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt. 138. num. 3. Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. part. 1. lib. 2. dict. cap. 5. num. 54. Eſcobar, de ratiocin. cap. 39. nu. 13. verſ. Sed prædictis non obſtantibus.*

Cum in aliorum adminiſtratorum
37 bonis † præterquam Minorum, vel ſimilium (quibus curatores quaſi debilibus dantur, Prodigo nempe, Surdo, Muto, vel Fatuo) priuilegium hoc non cõpetere, tacitamque hypothecam non contrahi, *in l. idem priuilegium, 6. D. de priuileg. creditor.* his verbis *Vlpianus* decernat: *Sed ſi bonis datus ſit curator, vel abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti hæredes de adeunda hæreditate: non oportet priuilegium dari: non enim eadem cauſa eſt.* Et ita tenet *Eſcob. d. loco, num. 5.*

38 Plures alios inter Minores † & Eccleſiam ſimiles congerit caſus, lateque proſequitur *Bernard. Diaz* videndus, *regul. 219. lit. E. Nicol. Euerard. in Topic. Iuris, loco 74. A Minoribus ad Eccleſiam.* Et *Nos quoque inferius, num. 55. & duobus ſeqq.* proſequimur.

In eo autem (circa propoſitam materiam) Minores etiam Eccleſia exce-
39 dit, † quòd pro male ablatis, Eccleſiæ cui reſtitutio facienda eſt, in bonis reſtituere debentis, etiamque hæredum competat hypotheca, vt (cum *Bald. & Salicet. in l. furti, C. de furt.*) firmat *Antonius Neguſ. de pignor. 2. part. princip. memb. 2. num. 124.* quem ſequitur *Viuian. d. cap. 5. num. 78.*

Cùm nullam in bonis furis, vel eius
40 hæredis Ius hypothecam, † ſed actionem tantum cuilibet rei perſecutoriã,

ea

ea extante, concedat, *in l. ſi pro fure, 7. §. 1. D. De condict. furt.* vel re non extãte, ad eius æſtimationem, *in l. In re furtiua, 8. D. eod. §. fin. inſtit. de obligation. quæ ex delict. naſcuntur.*

41 Reipublicæ † item Eccleſiam comparant Iuſtinianus in *l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. coll. 2. Gloſ. vnic. in fin. in l. Rempublicam, 3. C. de iure reipubl. lib. 11. Gloſ. in l. Imperatores, 35. verb. Negotio publico, D. de re iudic. Nicol. Euerard. in Topic. iur. loco 67. à Republica ad Eccleſiam.* Omnibuſque, Reipublicæ priuilegiis vti, eius æquiparationis virtute, proſequens *num. 2.* quando ſaltem caſus eſt aptabilis, contrariumque à Iure deciſum non reperitur, aſſentiuntur que *Iulian. Viuian. dict. 1. part. lib. 2. cap. 5. num. 25. verſ. Sexto gaudet, Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 252. num. 6. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 196. num. 10. Gregor. Lop. in l. 1. tit. 25. part. 3. gloſ. 5. & in l. 10. tit. 19. part. 6. gloſ. 1.* vbi Eccleſiam Rempublicam appellat.

42 Imò Eccleſiæ fauorem, † Reipublicæ præponderare fauori, dixerunt *Felin. in cap. Nonnulli, num. 53. de reſcript. Azebed. in l. 2. tit. 13. lib. 9. nouæ Reg. collect. num. 5. Eſcobar, de ratiocin. cap. 39 num. 13. ante fin. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 602. numero 15. Iulian. Viuian. d. cap. 5. num. 113. Rot. Roman. Diuerſor. part. 1. deciſ. 454. num. 8.*

43 Militum etiam priuilegiis, † vbi inæqualitatis ratio non adeſt, Eccleſia gaudet, ſententia *Gloſſæ, & Doctorum, in l. Si vt proponis, 8. verb. Non negabit, C. de reivendic. & in cap. Inquirendum, 3. verb. Comparauit, extr. de pecul. Clericor. Nicol. Euerard. in Topic. legal. loco A milite ad Eccleſiam, Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſ. quæſt. 185. numer. 3. & dict. quæſt. 252. numero 1. Viuian. dict. loco, num. 25. verſ. Secundo, Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 36. verſic. Primus eſt, cum verſic. Tertius caſus.*

44 Et libertatis, † tradunt *Nicol. Euerard. in Topic. iur. loco 58. A libertate ad piam cauſam, num. 1. Marc. Anton. Genuenſ. dict. quæſt. 252. num. 2. Iulian. Viuian. dict. cap. 5. num. 25. verſ. Secundo, ad fin.* ex Bartoli *in l. Si vnus, 12. C. de teſtam. Baldi,* & aliorum, non tamen certa relatione.

45 Dotis quoque priuilegiis † Eccleſiam frui, à parique cum dote Eccleſiã iudicari, deducitur ex *text. in cap. 1. §. Donare, qualiter olim poterat feudum alienari, in vſib. feudor.* & profitentur (rationis identitate exiſtente, cum *Bart. in l. 2. § fin. D. de donation. & in l. Si ego, D. de iure dot.*) Nicolaus Euerardus *in locis legalib. loco 60. de dote ad piam cauſ. num. 1. & 3. Genuenſ. dict. quæſt. 252. num. 4. Viuian. dict. loco, verſic. Quarto.* Quod non ſolum pro dote Eccleſiæ; ſed pro cæteris quoque illius bonis (diſparitate non exiſtente) procedere videtur, pro quorum veluti adminiſtratio Prælati, vel adminiſtratoris bona tacite Eccleſiæ ſunt obligata, ſicut mariti pro dote vxori, ex *textu, & ibi Gloſ. verb. Obligata, in cap. Ex literis, 5. de pignorib.* cum *ſupra citatis num. 36.* Pro dote namque ſua Eccleſiam iiſdem, quibus pro dote ſua Mulier priuilegiis vti-

46 tur, gaudere, † pluribuſque etiã, oſtendit, fuſeque proſequitur per tres, & quinquaginta numeros *Lambertin. de iure patronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 5. princip. art. 8. per tot.* Inter quæ, pro Eccleſiæ dote tacitam in promittentis bo-

47 nis, † proque re euicta, & aduerſus Rectorem, qui dotem recepit, hypothecam vt ſeculari doti competere, tradit *num. 5. verſ. Tu aduerte, & num. 7.* cum *Paul. Citandin. eod. tract. part. 3. quæſt. 17. cauſa ſecũda,* ſic etiam *Iulian. Viuian. eod.* pariter *tract. dict. lib. 2. cap. 5. num. 121.*

48 Alimentorum quoque priuilegiis, † iam dicta æquiparatione, Eccleſiam frui, tradunt *Euerard. in locis legalib. loco 59. Ab alimentis ad piam cauſam, Marc. Anton. Genuenſ. dict. quæſt. 252. num. 3. Viuian. vbi proxime num. 25. verſ. Tertio gaudet, Petr. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 3. per tot.* vbi an & quando de pia cauſa

ad

ad alimenta, & è contra, argumentum procedat. De quo & *Nos in Axiomatib. & locis communib. iur. lit. A. num.* 315. Piarum enim cauſarum (ex quibus fit ad alimenta, & contra comparatio) principem locum † Eccleſiam tenere,
49 nulli dubium eſt, firmatque *Tiraquel. de pia cauſ. in præfation. numero* 2. *& ſeq.* & *Iodoc. Damhouder. in Enchir. pi.rium, ſeu ſimil. verb. Eccleſia, & pia cauſa.* Eccleſiæque relictum, in piam cauſam relictum dici, probat *text. in cap. Requiſiſti*, 15. *de teſtament.* & notat *ibid. Auguſtin. Barboſ. num.* 8. *Petr. Surd. deciſ.* 292. *numer.* 1. Aliiſque piis cauſis priuilegiis conceſsis Eccleſiam vti, *iidem ipſi* aduertunt, & *Lopez de contractib. lib.* 2. *cap.* 44. *verſ. Vltimo.*

o Eccleſiæ præterea datum eſt, † vt ad eam pro quolibet regulariter crimine confugientes, ſeruet, neque ab illa inuiti extrahi queant Diuinæ Maieſtatis reuerentia, cuius eſt Eccleſia domus, *Ioan. cap.* 2. ſic decreuere *text. in cap. Inter corporalia*, 6. *de immunit. Eccleſ. cap. Minor*, 8. *cap. Reum*, 9. *cap. Frater*, 10. *cap. Definiuit*, 35. *cap. Id conſtituimus*, 36. *in ordin.* 17. *quæſt.* 4. *in l.* 2. *l. Præſenti*, 5. *& toto tit. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* de iure Regio, *l.* 2. *tit.* 11. *part.* 1. *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. *nouæ Reg. collect.* Exornant (præter ordinarios dictis in locis, plenè hac de re agentes) *Didac. Couar. variar. lib.* 2. *cap.* 20. *Remig. de Gonn. de immunit. Eccleſ. regul.* 1. *& toto tractatu, Ioan. Gutier. practicar. lib.* 2. *quæſtion.* 1. *num.* 3. *& per tot. & quæſtionibus ſeqq. vſque ad octauam, Petr. Cened. in collect. ad Decret. collect.* 54. *Paz in praxi*, 4. *part.* 1. *tom. cap.* 3. *§.* 3. *per tot. Petr. Gregor. Syntagm. iur. vniuerſ. lib.* 33. *cap.* 21. *num.* 3. *&* 4. *Tiber. Decian. tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 1. *& ſeqq. Villag. de extenſ. leg. cap. fin. nu.* 4. *&* 5. *Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. E. concl.* 10. *num.* 1. *& ſeqq. Alex. Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap.* 1. *Proſp. Farinac. eod. tract. cap.* 2. *à num.* 1. *cum ſeqq.* vbi huius concluſionis materiam ampliationibus, limitationibus, & intellectibus implet. Et *praxis crimin. quæſtion.* 28. *num.* 1. *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. cap. Inter alia, Leand. Galganet. de iure public. lib.* 3. *tit.* 69. *à num.* 7. *vſque ad* 61. Ex Theologis, *Angel. in ſumm. verb. Immunitas, num.* 16. *verſ. Vtrùm committentes maleficium, Syluest. eod. verb.* 3. *num.* 1. *Tabien. num.* 9. *Armil.* 2. *Roſel. eod. verb.* 1. *in princip. &* 2. *verſ. Nullus ad Eccleſiam, D. Antonin in ſumm.* 3. *part. tit.* 12. *cap.* 3. *§.* 1. *in princip. Franciſc. Suar. de Religion. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *& cap.* 11. *num.* 4. nouiſsimè *Paul. Laymann. de virtute, & ſtatu Religionis, lib.* 4. *tract.* 9. *num.* 16. *& per tot.* A quo (poſt *Couar. dict. cap.* 20. eruditiſsime loquentem, & *Suar.* à ſe relatos, *ibidem, num.* 1. *verſ. Enim verò*) præcipuè diſces, an ex veteris Teſtamenti lege, vel Euangelica, immunitas hæc ſit conceſſa, etiamque ab *Antonio Ricciulo de iure perſonar. extra Eccleſiæ grem. exiſtent. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 5. & *Tiberio Deciano dict. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 2. qui *num.* 3. *& ſeq.* Ethnicorũ quoque legibus, ac moribus, templis ſuis immunitatem hanc ad ea confugientibus conceſſam pulcrè oſtendit, pœnarumque genera in huius immunitatis violatores à Diis inflictas recenſens, ad quem recurrere curioſo licebit. Nobis ſatis, ſi in id à *Iuſtino hiſtorico, lib.* 28. *pag. mihi* 261. hæc prodita ſuperaddamus: *Laudomia autem* (inquit ille) *cum in aram Dianæ confugiſſet; concurſu populi interficitur. Quod facinus Dii immortales aſsiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi vindicarunt. Nã ſterilitatem, famemque paſsi, & inteſtina diſcordia vexati, externis ad poſtremum bellis penè conſumpti ſunt. Milioque Laodomiæ percuſſor in furorem verſus; nunc ferro, nunc ſaxo; in ſumma, dentibus laceratis viſceribus, duodecima die interiit.* Quodque de *Ageſilao* in eius vita *Æmilius Probus* his verbis refert: *Huius victoriæ, vel maxima fuit laus: quod cum plerique ex fuga ſe in templum Mineruæ conieciſſent, quæreretur que ab eo, quid his vellet fieri; & ſi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui* ad-

*aduerſus arma tulerant: tamen antetulit iræ Religionem, & eos vetuit violari. Neque verò hoc ſolum in Græcia fecit, vt templa Deorum ſancta haberet; ſed etiam apud barbaros ſūma religione omnia ſimulacra, araſque conſeruauit.* Antiquis pariter Aſylis à *Didaco Couar.* deſignatis *dict. lib. 2. variar. cap. 20. num. 2.* aliud quoque adiicimus, quod *Palice* extitiſſe *Diodorus Sicul. Bibliothec lib. 11. pagin. mihi* 631. eiuſque venerationem in hunc modum refert: *Eſt autem hoc templum ex certis quibuſdam temporibus Aſylum tutiſsimum, & inuiolatiſsimum ſupplicibuſque quocunque infortunio, vel calamitate oppreſsis, vel his, qui in dominos ingratos, violabūdoſque inciderint ſeruis, plurimum ſubſidii præbet. Nam qui eo confugerint, nulli domino, quacunque conditione, ſeu vi, aliove quouis pacto, licet eos abducere; ſed ibidem intactos permanere, inuiolatoſque oportet, donec per certos amicos, aut arbitros æqui & boni perſuaſi, & adducti domini, tum iureiurando de conuentis adacti, & promiſsis ſeruandis per fidem eo modo formatam admittātur. Neque vllus adhuc memoriæ proditus inuenitur, qui eā fidem ſupplicibus præſtitam, irrumpere ſit auſus.* Aliquibuſque interiectis, de *Ducetio* in Syracuſos cōſpiratore, ad Aras confugiente, aliis morte plectendum ſentientibus; ſaniore tandem iudicio vita donato, concludit. Nec poſſumus non his adiungere, quod *Papinius Statius Thebaidos lib. 12.* extitiſſe refert, beleque deſcribit.

*Vrbe fuit media, nulli conceſſa Potentum,*
*Ara Deum: mitis poſuit Clementia ſedem:*
*Et miſeri fecère ſacram: ſine ſupplice nunquam*
*Illa nouo: nulla damnauit vota repulſa:*
*Auditi quicunque rogant, noctéſque dieſque*
*Ire datum, & ſolis numen placare querelis.*
*Parca ſuperſtitio: non thurea flamma, nec altus*
*Accipitur ſanguis: lacrymis Altaria ſudant;*
*Mœſtarumque ſuper libamina ſerta comarum*
*Pendent; & vectes, mutata ſorte, relictæ.*

Et continuo ferè:

*Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo*
*Forma Deæ; mentes habitare, & pectora gaudet.*
*Semper habet trepidos, &c.*

Iuraque noſtra, eum qui ad Eccle-
51 ſiam confugit, † per vim extrahentem ſeueriſsime puniunt, vt apud *Decianum dict. lib. 6. cap. 29.* plurimoſque ex proximè relatis, videre eſt. Inter quas, illa grauiſsima, quæ ſic ab Eccleſia extrahentem læſæ Maieſtatis reum facit, auctoribus *Honorio, & Theodoſio* Imperatoribus *in l. 2. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* dicentibus: *Fideli, deuotaque præceptione ſancimus: nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere; ſub hac videlicet definitione: vt ſi quiſquam cōtra hanc legem venire tentauerit; ſciat ſe Maieſtatis crimine eſſe retinendum.*

Eamque ſecuritatem ad Eccleſias
52 confugientibus Iura tribuerunt; † vt neq; in vinculis, aut cōpedibus eos aſtringi; neque Eccleſiā obſideri permittant. Sic probant *text. in dict. l. Præſenti, 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. dict. cap. diffiniuit, 17. quæſt. 4. & in l. 2. titul. 11. part. 1.* & tenent cum *Paz dict. 4. part. tom. 1. cap. 3. §. 3. num. 4. 5. & 6.* plerique ex iam relatis. Nullo nāque modo Eccleſiæ libertas infringi, eiuſve debet reuerentia lædi. Ob quā non ſeruatam (proditionis quoque conuictos falſis etiam Idolorum templis) graui Ethnicos ſupplicio affectos, hac in ſpecie, *Diodorus Sicul. Bibliothec. lib. 11. pagin. mihi* 561. referens, ſic literis, memoriæque mandauit: *Pauſanias id præſentiens, ne vlla ſalutis ſpes eſſet, comperto flagitio, extremum occupare præſidium ſtudet: ad Deos in templum Palladis æneum confugit. Dubitantibus tum Lacædemoniis, num fas eſſet, ſupplicem abſtractum ab aris,*

*aris deposci ad ſupplicium: fama eſt Pauſaniæ matrem id templum petiſſe, taciturnamque intraſſe, neque quidquam præterea illic agitauiſſe, quàm laterem, quem tectum ſecum attulerat, in limine tẽpli depoſuiſſe: moxque hoc peracto, domum ſe recepiſſe. Tum Lacedæmonios matris iudicio, & facto admonitos, aditus templi omnes muro obſtruxiſſe; atq; ita per inediæ neceſſitatem, conſumpta vita, expiraſſe Pauſaniam. Eius cadauer his, quorum intererat, permiſſum ſepeliri. Verùm Numen videre ſupplicium ſalutis contra fas, iræque ob id ſuæ, haud incertum ſignum dedit. Nam cũ Lacedæmonii Delphos ad oraculum capiendum miſiſſent; à Deo reſponſum: Oportere eos Deæ ſupplicem reſtituere. Quod cum nullo pacto à ſe ita vti iuſſum erat, fieri poſſe cernerent: Spartiatæ per multum tempus ambigua ſententia, quid potiſſimum facto opus eſſet, ſoliciti ferebant. Conſilio demum ad eam rem, qua licuit, inito; ſtatuas duas Pauſaniæ æreas extruxere, quas in templo Palladis pro ſupplice conſtituerunt.* Ad alia iam.

Eccleſia priuato ſuccedens, † con-
53 tra quem præſcriptio cœpta erat; pri-
uilegio ſuo aduerſus præſcriptionem
vtitur, ita vt non minori quàm quadra-
ginta annorum ſpacio perficiatur, etſi
decem, vel viginti apud priuatum, con
tra quem cœpta erat, terminaretur, vt
contra *Gloſſam in auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* eſt communis opi-
nio, teſte *Iaſone ibid. num. 36. Franciſc. Balb. de præſcript. part. 5. quæſt. 3. Ioan. Aloyſ. Ricc. in praxi variar. reſolut. reſolut. 534. num. 5. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. 93. n. 5. lib. 3. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 16. num. 4.* in confirmationem adducens, *num. 5.* Eum qui à priuato emphyteuſim accepit, ſi ad Eccleſiam perueniat, infra bienniũ ad canonis ſolutionem ſub caducitatis pœna arctari.

Regulariter † verò contra, etiamſi
54 poſt incœptam præſcriptionem priui-
legiata res eſſe cœperit. In re veluti in
dotem data, quæ ſi antequam dotalis
facta eſſet, præſcribi cœpiſſet, ordina-
ria præſcriptionis meta includitur, etſi
aliter inalienabilis, & inpræſcriptibi-
lis foret, vt *Triphonius* reſpondit *in l. Si fundum, 16. D. de fund. dotal.* vel Minoris, aduerſus quem ordinariam præſcriptionem cum non priuilegiato cœptã, continuari, *Paulus* cenſuit, *in l. Æmilius Largianus, 39. D. de minor. gloſ. vnic. ante fin.* communiter recepta, *in l. vnic. C. ſi aduerſ. vſucap. Franc. Balb. de præſcript. 1. part. 6. part. num. 34. Bernard. Diaz regul. 467. Cald. Pereyr. in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, num. 46. 48. & ſeq. C. de in integr. reſtit.*

Præterea, quemadmodum in Pupil
lis, Minoribuſque ſuis locis tradidi-
mus, eorum rerum alienationẽ, & con-
tractus debita auctoritate Tutorũ, Cu
ratorumve non interueniente celebra
tos, firmitatem non habere, niſi in eo-
rum euidentem vtilitatem geſti ſint;
claudicareque, aduerſus Iuris regulas
55 notas: ita & Eccleſiæ fauore † Docto-
res conſtituunt. Cuius etſi bonorum
alienatio inutilis ſit, abſque ſolemnita-
tibus à iure requiſitis in *cap. Sine exceptione, 12. quæſt. 2. cap. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. cap. Tua, 8. de his quæ fiunt à Prælat.* De quibus plenè *Maſcard. de probation. lib. 1. cõcluſ. 75. per tot.* præcipue *num. 6. Rodoan. in tract. de reb. Eccleſ. alien. vel non, quæſt. 4. de rerum mobil. alien. num. 14. & quæſt. 12. numer. 33. & 34. Didac. Couar. variar. lib. 2. cap. 17. numer. 1. & 2. Siluest. in ſum. verb. Alienatio, per tot. Proſp. Farin. deciſ. 201. num. 3. deciſ. 218. num. 3. Martin. Bonacin. in ſpeciali tract. de alienation. bonor. Eccleſiaſticor. diſputat. 2. quæſt. vnic. puncto 4. propoſit. 1. per tot. Borgnin. Caualc. deciſ. 45. num. 27. 28. 30. 33. 34. 40. 44. 45. & 46. num. 369. & ſeq. part. 1. Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 37. num. 1.*

Si tamen in euidentem Eccleſiæ vti
56 litatem, † etiam ſine requiſitis ſolem-
nitatibus alienatio facta ſit, validam
eam eſſe, aſſeruit firmiter *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſtic. tricepar. 5. quæſt. 136.* eiuſdem voti allegans

*Affli-*

*Afflictũ, in rubr. de vaſſal. qui contr. conſt. Lothar. benef. alien. n. 2. Petrũ de Anchar. conſ. 193. incip. Subtilitèr, & ad plenũ, Socin. conſ. 28. n. 10. & cõſ. 71. n. 69. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 16. n. 99. lib. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 7. n. 28.* Repetitque *idẽ Genuenſ. in praxi Cur. Archiepiſc. Neapol. cap. 88. n. 2.* Hac in ſpecie contractũ claudicare dicens; poſſeque Eccleſiã rerũ ſuarum alienationem ſibi vtilem ſuſtinere, vtque contractui ſtet, contrahentem compellere: ipſum vero contrahentem, ſolemnitatis non ſeruatæ prætextu, contractum ſubuertere, aut alienationem, invita Eccleſia, nequire: allegat (poſt *Innoc. Abbat.* & communẽ) *Puteum, deciſ. 310. lib. 1. Crecent. deciſ. 1. de locat.* & ita *in vna Roman. Palatii, die 15. Martii 1504. coram Illuſtriſſimo Domin. Pamphyl. & in vna Roman. domus, die 4. Decemb. & in vna Segouienſ. præſtimonii, coram Domin. Cantuſ. die 24 Octobris,* dictum referens, ad Minoris alienationis ipſi proficuæ, abſque tutoris auctoritate celebratæ ſimilitudinem. Obſeruantque *Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 27. art. 9. Ricc.* & alii ab eo citati in *d. praxi Archiepiſc. Neapol. deciſ. 7. numero 4. verſic. Declara, & deciſ. 9. Ioſeph. Maſcard.* (alios quoque adducens) *de probat. d. cõcl. 75. n. 6. verſ. Ab hac ſententia, & nu. 7. cum ſeqq.* & ita in Senatu *Pedemontano* deciſſum tradit *Gaſp. Anton. Theſaur. d. q. 37. n. 2.*

57 Contrariã† licet tenuerint ſententiã *Sarmiẽt. de redditib. Eccleſiaſtic. p. 1. c. 23 & 24. Molin. diſp. 468. Suar. lib. 5. de legib. cap. 24. n. 9. Pinel. Vazq.* & alii, quos numerat *Bonacin. d. tract. diſp. 2. q. vnic. punct. 4. propoſ. 3. n. 14.* ſecundũ quã, ſæpè iudicatũ *Ricc.* profert *d. deciſ. 7. n. 3.* Huius opinionis ſequaces rationẽ reddunt: quia abſq; forma ſubſtãtiali, nihil in rerum natura ſubſiſtit, quæ dat eſſe rei, vt vulgaria ſunt iura, de quibus *Nos in Axiomatib. lit. F. n. 154. & ſeqq.* pro formaq; ſolẽnitates eas in rerũ Eccleſiæ diſtractione à dictis iuribus eſſe præſcriptas.

Aduerſantis: quia ideò ſolẽnitates deſiderãtur, vt de Eccleſiæ vtilitate cõſtet: eaq; apparente, ſuperfluã aliã inquiſitionẽ, diſcutionẽ, aut ſolẽnitatem eſſe, quã facti euidẽtia ſupplet: in facti ſiquidẽ notorio aliàs requiſitæ ſolemnitates relaxantur, ex *cap. Ad noſtrã, 3. in ordin. 21. de iure iurãd.* vt latè per vtriuſque partis aſſertores videre licet, apud quos totius materiæ cognitionem ſic digeſtam reperies: vt vlterius nil deſideres, pedẽ ideò (inſtituto quoque noſtro cogente) retrahimus.

58 Nudum miniſtrũ, †teſtamẽtique exe
cutorẽ, aduerſus hæredes, debitores hę
reditarios, actiones mouere, agereque
non poſſe; multis iuribus, & auctorita-
tibus oſtẽdimus *de priuileg. pauper. 2. p.*
59 *q. 63. n. 1.* ibidem pariter limitantes, †
pauperũ, & pię cauſę fauore. De Eccle
ſiaque ſpecificè loquens, hãc eandẽ in
ea limitationẽ aſsignat *Stephanus Grat.*
*diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 131. num. 18.*
60 Quẽlibet de populo † Eccleſiã de-
fendere, pro illaque in iudicio cõpare-
re poſſe, *Simaci* Papæ conſtitutio pro-
bat *in cap. Si quis, 6. §. Sed etiã, de reb. Ec-*
*cleſ. alien. vel non.* per quã ſic *Genuẽſis* te-
net *in practicabil. Eccleſiaſt. q. 282. n. 2.*
61 etiã in Eccleſia inuita, † Prælatoq; cõ-
tradicente, ibidẽ amplians, & repetit
*q. 554.* per textũ in *cap. Olim, de teſtib. c.*
*Non liceat, 12. q. 2. & c. Si quis Præsbyte*
*rorũ, de reb. Eccleſ. alien. vel non.* Eamque
62 ſententiã, cũ relictũ pro conſtruenda, †
reparandave Eccleſia petitur; probat
ſingularis textus *in auth. de Eccleſ. tit. §.*
*Si vero ſanctiſsimus, coll. 9.* quẽ ad id ex-
tollit *Romanus in auth. Similiter, n. 40. C.*
*ad leg. Falcid.* & ſequitur *Stephan. Gra-*
*tian. diſcept. forenſ. cap. 358. num. 13. &*
*14. tom. 2.*
63 Cũ pro alio† ſine mãdato in iudicio
cõparere, nemini regulariter liceat, *l.*
*Si Procurator, 10. C. de Procuratorib. cap.*
*1. extr. eod. tit. cap. Venerabilis, 10. de dol.*
*& contum. l. 10. tit. 5. p. 3.* cum adductis
à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. q. 13.*
*num. 1.* Sicque receptum, officio ſuo Iu
63 dicẽ poſſe Procuratorem† vt mandatũ

K oſten-

oſtendat, compellere, vt docet *Gloſſa in cap.* 1. *verb. Abſenti, de elect. lib.* 6. *Paz in praxi, annot.* 4. *de procuratore, numero* 8. expreſsè Regiis iam legibus cautũ, *in l.* 55. *titul.* 1. *lib.* 3. *& in l.* 3. *titul.* 2. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect.* quæ neceſsitatem ac præceptum tabellionibus, Iudicibuſque imponunt, ne procuratorio nomine comparentẽ, ſine legitimo mãdato recipiant. Neque aliter quã pro ſuo
65 quęque intereſſe † admittẽdũ, Iura permittunt, vt *in Axiom. noſtris, lit. I. nu.* 92. *& ſeqq.* multis oſtendimus. Neque
66 in inuitum † ſit beneficium conferendum, vt vulgaria dictitant Iura, de quibus in eiſdem *Nos Axiomatib. lit. B. numero* 8. Cuius contrarium non ſolum Eccleſiæ ipſi (vt diximus) conceſſũ ex-
67 tat: ſed alteri † quoq; ſi in Eccleſiæ vtilitatem vertatur, vt text. probat *in cap. Quæris,* 6. *de ætat. & qualit.* aliiſq; iuribus (licet id mihi non probantibus) *Marc. Anton. Genuenſ. d. tract. q.* 286. cõtendit.

Iudicem pariter Eccleſiam defende-
68 re, † in integrumque reſtitutionem ex officio illi dare poſſe, firmat idem *Genuenſis d. tract. q.* 282. *num.* 4. *& q.* 346. *per tot.* Et in eius cauſis ex officio procedere, *quæſt.* 345. aſſentitur *Caualcan. deciſ.* 36. *num.* 480. *part.* 2. conducuntque ſcripta à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *p. q.* 35. *num.* 12.

69 Cùm aliis † non niſi petentibus Iudex officium ſuũ impartiri debeat, vt plura referendo iura, & auctoritates, latè materiã proſequendo, oſtẽdimus *d. quæſt.* 35. *à num.* 1. *cum ſeqq.*

Omnem diſpoſitionẽ incertitudine
70 † vitiari, multis tradidimus *in Axiomatibus noſtris, lit. I. num.* 35. & pleniſsimè *Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. ead. lit. concluſ.* 65. *per tot.*

Quàm quidem generalem regulam
71 Eccleſiæ fauor † reſtringit, adnotantibus *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 20. publicæque vtilitatis aſſertioni huic ratione fauente. Cui non æquiparari modò; ſed præferri Eccleſiam, ſuprà iam *num.* 41. & 42. aduertimus. Publico autem fauore exiſtente, incertitudinem non viciare actum, *Celſus* reſpondit, *in l. Quidam in teſtamento,* 30. *D. de legat.* 2. Fitque inde, legatum pro Eccleſia conſtruenda, licèt ædificio fiendo locus à teſtatore deſignatus
72 non ſit, † caducum non reddi, vt docet *Gloſſa in cap.* 3. *verb. In loco, & ibidem Couarru. numero* 12. *de teſtament. Stephan. Gratianus,* aliis adductis, *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 358. *numero* 10. *Gonzal. in regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *§.* 7. *num.* 85.

Cùm pro alio ædificio conſtruen-
73 do, † loco certo non deſignato, deriſorium legatum ſit, eâdẽ notante *Gloſſa in dict. cap.* 3. Loci namque incertitudinem actum, promiſsionemque vitiare, firmarunt Scæuola *in l.* 3. *§. Si quis inſulam, D. de eo, quod certo loco,* & Marcellus *in l. Qui inſulam,* 95. *D. de verbor. oblig.* Legatumque inde eadem ratione viciari, qua inutilis promiſsio redditur: non ſolum de contractibus ad vltimas voluntates argumentum (de quo *in Axiomatib. noſtris, lit. A. numero* 366.) Sed etiam loci, & nominis incertitudinis æquiparatio probat. Quã *Papinianus* facit *in l. Ita ſtipulatus,* 15. *D. de verbor. obligation.* in verbis illis: *Vel inſulam ædificari non demonſtrato loco; vel fundum dari non adiecto nomine.* Sicut enim de fundo ſpecialiter non demonſtrato, legatum ſcriptum nullũ eſſe, idem *Papinianus*, inquit, *in l. Cum poſt.* 70. *D. de iure dotium.* ita pro ædificio conſtruendo relictum, certo loco non præfinito, inualidũ eſſe deducitur.

Vulgarem quoque regulam *paragra-*
74 *phi Cum quis in ſuo,* † *inſtit. de rerum diuiſ. legis.* 1. *&* 2. *D. de ſuperficieb. legis Qui res,* 98. *§. Aream, verſ. Pars enim, D. de ſolut.* & ſimilium (*ædificium ſolo cedere* dictantem, quam præter antiquiores, dictiſque locis Scribẽtes, proſequitur *Mar. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. part.* 1. *cap.* 15. *gloſ.* 13. *à num.* 4. *cum ſeqq. & Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. E. concluſ.* 33. *per totam.*) Fauor Ec-
75 cleſiæ † infringit. Aedificium namque in alieno ſolo Eccleſiæ pecuniis con-

conſtructum, ſolo non cedere, ſed ædificio ſolum; & ſic vtrumque apud Eccleſiam remanere; celebris dixit *Gloſſa in cap. Apoſtolicos, verb. Conſtruxiſſe, 12. quæſt. 2.* quam plurimi ſequuntur citati à *Ludouic. Roman. in auth. Similiter, num. 27. C. ad leg. Falcid. Alexand. in l. 1. §. Nunc videamus, numero 5. D. de noui oper. nunciat. Andr. Tiraquel. de pia cauſ. priuileg. 121. Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 31. numero 6.* & latius, *quæſt. 249. Petr. Surd. conſil. 333. numero 46. lib. 2.* dicitque veriorem *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 955. numero 18. & 19. Mar. Giurb.* (horum nullo relato) *dict. gloſ. 13 num. 10. Cardin. Tuſch. practic. cõcluſ. lit. M. concluſ. 175. numero 7.*

Illud indubitabilius eſt, ſolum ædi-
76 ficio cedere, ſi ædes ſacra † inædificata ſit, ex *cap. Quæſti nobis ſunt, 41.* in ordine *17. quæſt. 4.* tenetque *Petrus PeKius, in cap. Semel, num. 5. de regul. iur. lib. 6. Cardin. Tuſch. dict. lit. M. numero 6. Borgnin. Caualc. deciſ. 23. numero 71. part. 1. Petr. GilKen. de impenſ. part. 1. cap. 1. numero 33. Reuſner. deciſ. 1. numero 7. part. 1.* cũ quibus ſic affirmat *Mar. Giurb. dict. gloſ. & num.*

77 A muneribus † præcipuè perſonalibus Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas immunes eſſe, determinant *text. in l. Placet, 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. Omnes 31. aliàs, 33. §. Nullis eas, aliàs, §. Prætereà nullus, & §. Priuilegiis, C. de Epiſcop. & Cleric. cap. Non minus 4. de immunit. Eccleſ. cap. 1. & cap. Clericis, eod. tit. lib. 6. cap. Quamquam, 4. de cenſib. & exaction. eod. lib. cap. Eccleſiarum, 69. in ordin. 12. quæſt. 2. cap. Eccleſias, in fin. 28. in ord. 16. quæſt. 7. cap. Secundum, 24. in ord. 23. quæſt. 8. cap. Generaliter, 40. §. Nouarum, & §. Placet, 16. quæſt. 1. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 20. l. 51. tit. 6. part. 1. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. Reg. l. 11. tit. 3. lib. 1. l. 6. tit. 18. lib. 9. nouæ Reg. collect.* Copioſiſsimè *Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effectu 3.* multis ſacræ paginæ locis à iure Diuino immunitatẽ hanc deſcendere *numero tertio* cõprobat, omnique Iure datam oſtendit, plurimas ampliationes *numeris ſeqq.* proſequens, traduntque etiam *Ioan. Gutier. de gabel. quæſt. 87. n. 1. & ſeqq. & Leand. Galganet. de iure public. lib. 3. tit. 69. n. 2.*

78 Communis vtilitatis, † aut neceſsitatis caſu excepto, iuxta *textũ in l. Ad inſtructiones, 7. l. Iubemus, 10. l. Neminẽ, 11. C. de ſacroſ. Eccleſ. Extrauag. vnic. de immunit. Eccleſ. inter communes,* vbi ſic Benedictus Vndecimus: *Cæterum, attendant ſolicitè Eccleſiarum Prælati, & alii Clerici, Lateranenſe Concilium, quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſum neceſſitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetant facultates, de liberatione prouida noſcitur excepiſſe.* Similiterque *text. in l. 52. dict. titul. 6. part. 1.*

79 Ad munera autem patrimonialia, † quæ rei, ante quam ad Eccleſiam, vel Eccleſiaſticam perſonã perueniſſent, inhærebant, teneri; Canonica Iura demonſtrant, *in cap. Si quæ cauſæ, 26. §. His ita reſpondetur, & in cap. ſequenti, 11. quæſt. 1.* Dum in illo Innocentius ait: *Clerici ex officio, Epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorum, Imperatori ſunt obnoxii.* Et iterum: *Quia ergo vt prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt; patet, quod Clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxii.* In hoc, D. Ambroſius: *Si tributum petit Imperator, non negamus: agri Eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vindicandorum.*

Quibus etſi *Leand. Galganet. d. lib. 3. tit. 6. n. 4. & tit. 69. n. 2. & ſeqq.* reſpondere tentet; & neque ad munera iſta Eccleſiam, Eccleſiaſticaſve perſonas teneri cõtendat; multum in aduerſum eadem ipſa pugnant. Quod apud Nos in dubium reddit deciſio *textus in d. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. & l. 11. tit. 3. lib. 1. nouæ Reg. collect.* Canonicis iã relatis adiuta. Pro eorũque munerũ receptione, à Iudicibus etiã ſæcularibus res ipſas ſaltẽ cogi poſſe; cũ multis à ſe relatis firmat *Greg. Lop. in d. l. 51. verb. Por razõ de ſus perſonas, ad med. d. tit. 6. p. 1.*

Pro muneribus autem perſonalibus,
etiam in iam dictis permiſſæ exactio-
nis caſu, ſæcularibus Iudicibus co-
actionem permiſſam non eſſe, profiten
tur *Gutier. de gabel. quæſt. 42. numero 44*
*& 45. Leand. Galganet. d. tit. 69. numero*
*5 Gregor. Lopez, vbi proximè, verb. Pe-*
*char, ad fin.* cum perſonam hæc reſpi-
ciat coactio; res illa.

An autem hæc munerum excuſa-
tio, † immunitasve ad Eccleſiæ quo-
80 que vaſallos, & colonos porrigatur;
longa diſputatio eſt, quam diſcutiunt,
poſt antiquiores, *Petr. Duen. regul. 100.*
*ampliat. 1. Marc. Anton. Natt. conſ. 409.*
*Remig. de Gon. in tractat. de charitat.*
*ſubſid. quæſtion. 61. numero 20. & 29. &*
*quæſtion. 59. numero 25. & 26. Petrus*
*Surd. conſil. 301. numero 79. & ſeqq. Ca-*
*pit. deciſ. 12. per tot. Alban. in lucubrat.*
*Bart. in l. Hæres abſens, numero 2. D. de*
*iudic. Franciſc. Burſat. conſil. 21. numero*
*1. & conſil. 42. numero 16. lib. 1. Ioan.*
*Bott. conſil. 87. numero 2. Tiber. Decian.*
*conſil. 51. numero 15. volum. 3. Antonin.*
*Theſaur. deciſ. 22. nu. 2. & deciſ. 116. per*
*tot. Sfort. Odd. conſ. 70. num. 31. & ſeqq.*
*lib. 1. Octauian. Oſaſc. deciſ. 83. & deciſ.*
*116.* pleniſsimè *Carol. de Graſ. de effe-*
*ctib. clericat. effectu 3. num. 50. & ſeqq.*
*Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 80. nu. 8.*
*Andr. Fachin. controuerſiar. lib. 1. cap. 91.*
*per tot.* Apud nos, Clericis ſeruientibus
perſonalem tribuit immunitatem *d. l.*
*51. verſ. E eſta miſma frãqueza, tit. 6. p. 1.*

Nec minor de Eccleſiæ emphyteu-
ta † quæſtio, an rei emphyteuticæ ra-
81 tione, ea immunitate gaudeat? In qua
affirmarunt multi; multique negaue-
runt, vt videre eſt apud *Syluanum conſ.*
*9. per tot. & conſ. 57. Marc. Anton. Natt.*
*conſ. 114. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Roland.*
*à Vall. conſ. 66. nu. 34. lib. 2. Petr. Benint.*
*deciſ. 13. in fin. Iacob. Menoch. de arbitr.*
*cent. 5. caſu 562. num. 20. & ſeqq. Franc.*
*Burſat. conſ. 140. num. 25. lib. 2. Vulpel. in*
*tr. ct. de libert. Eccleſ. p. 3. num. 22. Carol.*
*de Graſ. d. effectu 3. nu. 77. & ſeqq. Ouid.*
*de Amic. d. q. 80. per tot.*

Pro Eccleſiaſtica penſione ex bene-
82 ficii fructibus conſtituta, tacitam † in
eis hypothecam illi in cuius fauorẽ cõ
ceſſa eſt, competere (ad alimentorum
comparationem) firmant *Ludouic. Ro-*
*man. conſ. 338. num. 6. & 9. Felin. in cap.*
*Ad audientiam, 2. 31. in ord. nu. 6. de re-*
*ſcript. Hieronym. Gigas de penſionib. Eccle*
*ſiaſtic. q. 51. nu. 17. Petr. Surd. de aliment.*
*tit. 8. priuileg. 51. n. 7. Caputaq. deciſ. 302*
*n. 5. p. 2.* vt eos refert, & ſequitur *Steph.*
*Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. c. 981. n. 36*

83 Pro aliis vero penſionibus, *ex certo* †
etiam *fundo* relictis, debitis, aut impo-
ſitis, actionem tantum perſonalem cõ-
petere aſſerũt *Petr. Surd. d. priuileg. 51.*
*num. 5. & Stephan. Gratian. d. cap. 981.*
*num. 35.* ex *l. fin. §. Lutius Titius, D. de cõ-*
*trah. empt.* & *l. Liberto 21. & ibi Gloſſa 1.*
*D. de annuis legatis.*

84 Secus licet, ſi *ſuper* † *certo fundo*, bo-
nisvè certis conſtituta penſio ſit: taci-
tam namque in eis hypothecam tunc
contrahi, tacitèque obligata videri, re-
gulare dicunt *Alexand. conſ. 156. num. 3*
*lib. 6. Afflict. deciſ. 172. num. 2. Aym. Cra*
*uet. conſ. 20. num. 10. Marc. Anton. Natt.*
*conſ. 141. num. 6. Cald. Pereyr. de emphyt.*
*extinct. inter. & reſol. cap. 4. num. 20. &*
*22. Petr. Surd. d. priuileg. 51. nu. 4.* Qui
85 *numeris ſeqq.* id ipſum alimentorum, †
& penſionum Eccleſiaſticarum fauo-
re *ex certo fundo*, aut beneficio debitis,
conſtituit, ita vt idem ſit in his, ſi *ex cer*
*tare*, quod in aliis, ſi *ſuper certare* debeã-
tur. Defenditque etiam *Caldas Pereyr.*
*d. loco, num. 21.* plures in id allegans, Di
cuntque proximè *num. 82.* citati.

Donationem quingentorum ſolido
86 rum † ſummam excedentem, ad ſui va
lorem inſinuationem requirere, in que
exceſſu nullitatis vitium pati, decer-
nunt *textus in l. penult. verſ Cæteris, C. de*
*donationib.* & *l. 9. ad fin. tit. 4. p. 5.* tra-
duntque latè *Anton. Gomez. Petr. Duen.*
*Anton. Gabr. & Ioan. Gutier.* (his rela-
tis) *de iurament. confirmator. 1. p. cap. 7.*
*per tot.*

Eccleſiæ verò, vltra prædictam
87 ſummam † factam, inſinuatione non
egere, ex veriori opinione, fatentur

*Andr.*

*Andr. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 124. *Marc. Anton. Genuenſ. in practi cabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 296. *Iulian. Viuian. de iure patron. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 105. *part.* 1. Diximuſque *in prælud. ad primam, de priuileg. pauper. parte, num.* 4. *&* 5.

88 Imò donationem quoque immenſam Eccleſiæ factam ſuſtineri; religioſa Imperatoris *Iuſtiniani*, ſanctio monſtrat, *in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. cap.* 2. *§.* 1. *coll.* 2. *nouell.* 7. *Quid enim* (ait) *cauſetur Imperator, ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum eſſe, & facile dare; & maximè in ſanctiſsimis Eccleſiis, in quibus optima menſura eſt donatarum eis rerum. immenſitas.*

89 Omniumque etiam bonorum, † præſentium, & futurorum (ex *l. Iubemus* 2. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in l. fin. num.* 13. *Purpurat. num.* 242. *Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 100. *Anton. Gomez, in l.* 69. *Taur. num.* 6. *Didac. Couarru. in rubr. de teſtament.* 2. *part. num.* 6. & aliis) profitetur *Gutier. de iurament. confirmator. dict.* 1. *part. cap.* 11. *num.* 7. communemque, & ab ea non recedendum (Regia etiam ordinatione ſtante in *dict. l.* 69. *Taur. & in l.* 8. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ Reg. collection.* quæ non futurorum modo: ſed præſentium tantum donationē improbant, inualidamque reddunt) firmiter aſſerit. Inque iuris communis terminis (quo præſentium, & futurorum bonorum donatio improbatur, ex ratione *legis Stipulatio hoc modo concepta,* 61. *D. de verbor. obligat.*) receptiſſima ſententia eſt, firmata validiſsima Doctorum manu, quos (ſic tenentes) recensêre *Anton. Gomez, in l.* 45. *Taur. num.* 26. *verſic. Tertiò, & in dict. l.* 69. *num.* 1. *Ioan. Gutier. dict. cap.* 11. *numero* 2. *Andr. Facbin. controuerſiar. iur. lib.* 6. *cap.* 87. & *Baltaxar. Thomas, tractat.* 10. *ſuorum tract. titul.* 2. *de ſpecialibus, vel priuileg. piæ cauſ. cap.* 227.

90 Domaniaque, † & Regalia poſſe Principem Eccleſiæ donare, probat *Genuenſis dict. tractat. quæſt.* 3. *num.* 2. *&* 3. ex eadem *auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. cap. Ludouicus,* 63. *diſt. & cap. Conſtituimus,* 96. *diſt.* huius ſimul opinionis referens *Andræam de Iſern. Lucam de Pen. Franc. de Prat.* & alios, damnato, contrarium tenente, *Afflicto.*

91 Priuatis † verò Regalium Principem donationem, in Coronæ præiudicium, facere non poſſe (multis citatis) *idem ipſe Genuenſ.* teſtatus eſt, *dict. quæſt.* 3. *nu.* 1. alioſque ſuperaddendo *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſc. lib.* 1. *tit. Habentes iura Fiſci, an poſſint aliquid agere in præiudicium Fiſci? num.* 47.

92 Generalis etiam regula; *Victum victori* † *in expenſis condemnandum,* dictās (de qua plenè *Auguſtin. Barboſ. in collectan. ad cap. Calumniam,* 4. *de pœn. num.* 2. *& Nos, de priuileg. pauper.* 1. *part.*
93 *quæſt.* 39. *num.* 66.) Eccleſiæ fauore † reſtrictionem admittit, vt (cum *Tapia in conſtit. Regn. Diuorum. lib.* 3. *iuris regn. Neapol. Boer. deciſ.* 224. & aliis, ex Fiſci, & Eccleſiæ comparatione, aduerſus *Ludouicum Romanum ſingul.* 44. & *Aſinium in praxi iudic. §.* 32. *ampliat.* 51.) tenet *Genuenſ. dict. tract. quæſt.* 31. quē, eius ſimplex traductor ſequitur, *Iulian. Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 105. *Boerium citato loco* adducens, qui tamē verè tale non protulit, neque alibi apud eum inueni. Fiſcum autem victū,
94 † in expenſis non condemnari, docent *Marcus Anton. Peregrin. de iure Fiſc. lib.* 7. *titul.* 4. *numero* 14. *Azebed. in l.* 1. *numero* 6. *titul.* 22. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. tom.* 1. *capit.* 33. *numero* 41. *& ſeq. Petr. Barboſ. in l. Eum qui temerè, num.* 195. *cum ſequentibus. D. de iudic. Auguſtin. Barboſa*, qui hos enumerat, *in dict. cap. Calumniam, n.* 4. In aptanda, reddendaque rationis ſimilitudine in præſenti, difficultas exiſtit, cum aliter, non niſi in caſibus à Iure expreſsis Fiſci iure Eccleſiam vti, firmiter alii aſſerant, vt iam *ſuprà, num.* 21. *ad finem* adiecimus.

Eccleſiæ præterea emphyteuta per
95 biennium † in ſolutione ceſſans, emphyteuſi priuatur, diſpoſitione *textus in cap. Potuit, 4. de locat. cap. Hoc ius porrectum, 2.* (alias incipit *Ea enim*) *§. Qui rem, 10. quæſt. 2. auth. Qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. auth. de non alien. aut permut. cap. 3. §. Scire autem, coll. 2. l. 3. tit. 14. part. 1.* vt Doctorum auctoritatem, in expreſſa Iurium determinatione omittamus, quos in *dict. cap. Potuit, num. 90. Auguſtinus Barboſ.* congerit.

96 Sæcularis † verò, non niſi per triennium ceſſatione priuatur, ex *l. 2. C. de iure emphyt. l. 28. tit. 8. part. 5.* vtrumque diſponens, & proſequimur *Nos de priuileg. pauper. 1. part. quæſtio. 33. à numero 1.* late etiam *Aurel. Corbul. de iure emphyteut. cap. 15. De cauſa priuation. ob non ſolut.* & *Carol. de Griſ. de effectib. clericat. effectu 2. nu. 405.* Idem bienii curſu in Eccleſię cauſa, quod trienii, in ſæculari operante, vt præter ſuperiora iura, eleganter Iuſtinianus in *dict. §. Scire autem*, in hunc modum decidit: *Scire autem emphyteutas conuenit, quia ſi biennio continuo non exoluerint emphyteuticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum ſufficere ad caſum Eccleſiaſticarum, at ptochicarum emphyteuſium pro nõ ſoluto canone ponimus)* &c.

Eccleſiam autem ipſam, ſi ab alio
97 emphyteuſim † teneat, præfatoque biennii ſpatio canonem non ſoluat; nõ ideo emphyteuſi priuari; placuit *Ioanni Andr. in cap. Conſtitutus, de Religioſ. domib.* relato per *Abbat. in cap. 1. num. 18. de dolo, & contum.* cuius amplectuntur ſententiam *Goffred. in ſumm. de immunit. Eccleſ. & ibid. Hoſtienſ. §. Tertiò ſequitur,* cumque illis, *Carol. Ruin. conſ. 156. num. 22. volum. 1.*

Quæ licet communi aduerſetur ſententiæ, quam, cum multis à ſe relatis, defendit *Aurel. Corbul. de iure emphyt. d. cap. 15. ampliat. 27. à num. 1. cum ſequentibus:* Idem tamen ipſe *ibid. num. 15.* fatetur, Eccleſiam, quæ ob canonem nõ
98 ſolutum à ſuo iure cecidit, † poſſe in integrum reſtitutionem implorare, vt canonem ſoluat, remque (Minorum, & Reipublicæ inſtar) retineat. Allegat (præter Iura æquiparationem hanc facientia, à Nobis etiã in quæſtionis huius initio citata) ſic tenentem *Speculatorem, in tit. de locat. §. Nũc aliqua, quæſt. 15. n. 26. Iaſ. in d. l. 2. q. 11. n. 49. C. de iure emphyt. Ruin. conſ. 110. n. 7. & conſ. 156. in fin. lib. 1. Guid. de Suzar in tract. de iure emphyt. n. 15. Curt. in tract. de feud. 2. p. q. 18. n. 3.* aliiſque comprobat.

Contractum in dubio potius cenſua
99 lem, † quam emphyteuticum præſumi, vniformemque ſolutionẽ, certi fundus ratione, aliquibus retro annis factã, ex cenſu potius, quàm emphyteuſi factã cenſeri: plerè docent (cum *Alberic. de Roſat. & Iaſ. in dict. l. 2. C. de iure emphyt. Ioan. Fabr. in l. 1. C. eod. tit.* & aliis) *Ioſeph. Maſcard. de probation. tom. 1. concluſ. 281. per tot. & Iacob. Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 106. à num. 3. cum ſeqq.*

100 Eccleſiæ † verò hoc ſpeciale ius cõpetere quidam contendunt, vt emphyteuſis potius ratione in dubio, quam cenſus, illiuſcemodi ſolutio facta intelligatur, vt *Beroii* authoritate, *quæſt. 14. ante num. 3 Corbul.* refert, *d. cauſa 15 de priuatione ob non ſolutum, limit. 34. num. 3.* etſi in contrarium ipſe inclinare videatur, cum *Creſcentio deciſ. 33. lib. 2.* Eundem tamen Eccleſiæ fauorem defendit *Marcus Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt. 91.*

Fauor autẽ, vtilitas ve ex tali ſolutio
101 ne, vt veluti ex cõtractu cẽſuali, † nõ vero emphyteutico facta videatur, maxima eſt. Quia Cẽſuarius mille etiã annis cenſum nõ ſoluens, eius ius nõ perdit: cũ ſuũ biennio, vel triennio (iuxta proximè dicta *nu. 95. & ſeq.*) emphyteuta
102 perdat. Quia cẽſus, rem noſtram, † emphyteuſis, alienã eſſe demonſtrat. vt late *iidem ipſi Marcus Anton. Genuenſ. Ioſeph. Maſcard. & Iacob. Menoch. proximè citatis locis* proſequuntur. Inde notantes; rem cenſualem inconſulto cen-
103 ſus domino † alienantem, à iure ſuo

non

non cadere, quemadmodum emphyteuta cadit. Hæc obiter in id (latius apud eos videnda cœtera) adnotaſſe ſufficiat.

104 Illo etiam ſpeciali iure Eccleſia potitur, † vt *quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præſcriptio excludit; hæ, ſi loco Religioſo competant; quadraginta annis excluduntur.* Verba ſunt Imperatoris Iuſtiniani in *auth. Quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* repetita in *nouella conſtit.* 131. *in auth. de Eccleſiaſt. tit. coll.* 9. *tit.* 14. *cap.* 6. ſi non eâdem forma, ſubſtantia eâdem: *Pro temporalibus autem præſcriptionibus decem, & viginti, & triginta annorum ſacroſanctis Eccleſiis, & aliis vniuerſis venerabilibus locis, ſolam quadraginta annorũ præſcriptionem opponi præcipimus: hoc ipſo ſeruando, & in exactione legatorum, & hæreditatum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.* Canonicis probata ſanctionibus in *cap. De quarta*, 4. *in cap. Ad aures*, 6. & in *cap. illud*, 8. *de præſcriptionib.* à Regioque Iure *in l.* 26. *tit.* 29. *part.* 3. Notauimuſque *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 32. *num.* 8. & 9.

105 Quinimo & aduerſus quadragenariam hanc præſcriptionem, † ex capite ignorantiæ reſtitutionem Eccleſiæ concedi, probat *textus in Clement. vnic. de reſtit. in integr.* quæ aduerſus temporis lapſum, indiſtinctè per reſtitutionẽ in Eccleſiæ ſubuenit, *cap.* 1. & 2. *eod. tit. lib.* 6. traduntque plenè *Franciſc. Balb. in tract. de præſcript.* 5. *part. princip.* 1. *part. quæſt.* 2. *per tot. pag. mihi* 407. *Cald. Pereyr. in l. Si curatorem, verb. Minoribus, C. de in integr. reſtit. num.* 60. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 3. *art.* 4. *per tot. & quæſt.* 90. *art.* 3. *verſ. Sed breuiter, Marc. Anton. Genuenſ. dict. tract. quæſt.* 122. *num.* 1. & 2. *Iulian. Viuian. in prax. iuris patronat. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 45. *Stephan. Gratian. diſceptation. Forenſ. cap.* 601. *numero* 35. *cum ſeqq. P. Molin. de Iuſtit. & iur. tom.* 2. *diſputat.* 574. *numero* 1. & 2. Eſt que apud nos expreſsè id determinans *lex fin. tit. fin. part.* 6. vbi notat *Gregor. Lop. gloſ.* 5. *verb. Quatro años, & in l.* 7. *dict. tit.* 29. *p.* 3. *gloſ.* 8. *verb. Deuelo otorgar.*

106 Quodque fortius eſt, ſciẽtia † quoque interueniente, aduerſus hanc quadragenariam præſcriptionem, Eccleſiæ reſtitutionem competere, ſpeciali illius priuilegio (ex *dict. Clement.* 1. & *ibi Cardin. quæſt.* 9. *Aret. conſil.* 15. *in fin. & Roman. conſil.* 123.) tenẽt *Marc. Anton. Genuenſ. dict. quæſt.* 122. *num.* 3. & *Ioan. Vincent. Honded. conſ.* 80. *n.* 86. *lib.* 2.

107 Quadriennium † autem poſt præſcriptionem impletam, ad reſtitutionẽ hanc petendam Eccleſiæ competens, ex *cap.* 1. *de in integr. reſtit. lib.* 6. *dict. Clement. vnic. dict.* que *l. fin. tit. fin. part.* 6. & *l.* 7. *tit.* 29 *par.* 3. vtile eſſe, à dieque ſcientiæ currere; probat *textus in dict. cap.* 1. in verbis illis: *Negligenter omiſſerit.* Profitenturque in Eccleſia & Minore *Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib.* 1. *quæſt.* 71. *num.* 2. & *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 115. *cum ſeqq. Cald. Pereyr. in dict. l. Si curatorem, verb. Infra legitimum num.* 3. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 20. *art.* 4. *num.* 37. *verſic. In contrarium*, temerarium eſſe affirmans, in iudicando, & conſulendo cõtrarium attentare velle, *Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. R. cõcluſ.* 298. *num.* 9. 19. & 43. *Gregor. Lop. in dict. l. fin. gloſ.* 5. & *in dict. l.* 7. *verb. Quatro años.* Nulloque temporis lapſu quadriennii huius ſpacium aduerſus Eccleſiam ignorantem circunſcribi, contendunt, cum multis à ſe relatis, *Sfort. Odd. dict. quæſt.* 20. *num.* 39. & *ſeq. Genuenſ. d. q.* 123. *n.* 2. *Antonin. Theſaur. deciſ. Pedemont.* 133. *n.* 3. & 4. copioſiſsimè *Mar. Giurb. deciſ.* 106. *n.* 1. & 10. *Petr. Surd. conſ.* 95. *n.* 7. & *conſ.* 520. *n.* 10.

108 Cùm aliis† aduerſus triginta annorum præſcriptionem, etiam ignorãtiæ ratione (ex probabiliori iudicio) reſtitutio denegetur, vt (poſt *Bald. in l.* 1. *C. qui admit. oppoſitione* 20. *Angelum, Curt. Anchar. & alios*) profitetur eruditiſſimus *Arius Pinel. in auth. Niſi tricennale, num.* 59. *C. de bon. matern.* pleniſsimè etiã *Ferdin. Vazq. Menchac. cõtrouerſiar.*

illuſt.lib.2.cap.75.per tot. Franciſc. Sarmient. ſelectar. interpretation. lib. 2. cap. 10. Antonin. Theſaur. deciſ. 134. num. 5. & ſeqq. contrariæ opinionis aſſertoribus damnatis meritò.

Illud præterea Eccleſia præcipuum
109 habet, vt etiam data ſcientia † enormiter læſa, poſt quadriennium præfatum, reſtitutionem conſequatur, vt notant Didac. Couar. variar. lib. 1. cap. 3. num. 10. Eman. Coſt. in repetition. §. Et quid ſi tantum, part. 2. num. 80. & ſeq. Anton. Gomez, variar. cap. 14. num. 20. Ioan. Garc. de expenſ. cap. 18. num. 36. Cald. Pereyr. ad dict. leg. Si curatorem, verb. Infrà legitimum, num. 9. Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 324. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 19. art. 7. num. 66. verſ. In cõtrarium eſt communis, Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. R. concluſ. 298. num. 75. Ioach. Minſinger. centur. 1. obſeruation. 51. num. 7. Rota Roman. diuerſor. deciſ. 446. part. 1. Mar. Giurb. deciſ. 106. num. 12. Petr. Surd. conſil. 520. num. 10. Ioan. Gutier. practicar. quæſt. lib. 2. quæſt. 115. nu. 13. Ioan. Yan. Parlad. rerum quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. num. 14.

110 Intra quod verò tempus † poſt quadriennium ob enormem læſionem reſtitutio peti poſsit; diſcors ſententia eſt, vt conſtat ex Boer. conſ. 177. numer. 40. lib. 1. Roder. Suar. allegat. 21. num. 4. Ioan. Garc. dict. cap. 18. num. 37. Cald. Pereyr. vbi ſupr. num. 10. Eman. Coſt. dict. loco, num. 83. Didac. Couar. dict. cap. 3. num. 12. Petr. Auguſtin. Morla, in empor. iur. tom. 5. in prælud. nu. 16. in fin. Sfort. Odd. dict. quæſt. 19. art. 11. per tot. præcipuè, num. 92. verſic. Aut cauſa. Videndaque l. 10. tit. 19. part. 6. & ibid. Gregor. Lop. gloſ. 7. verb. Que fueſſe engañada.

Eccleſiæ debitorem abſque inter-
111 pellatione † (minorum inſtar) in mora conſtitui; multis iam relatis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 40. num. 11. & ſeq. tradidimus. Inferentes ſimul, & probantes abſque litis motæ denuncia-
112 tione † ab Eccleſia facta, venditorem de euictione teneri, vt &, præter ibi citatos, profert Andr. Fachin. controuerſiar. iur. lib. 2. cap. 38.

113 Cum regulariter nec ſine interpellatione † mora committi ſoleat, vt dict. 1. part. quæſt. 25. num. 1. & ſeqq. oſtendimus, nec venditor, cui lis ab empto-
114 re non fuit nunciata, † vtque liti aſsiſteret intimatio facta, euictionis periculum ſuſtineat, vt d. q. 40. n. 1. non paucis firmamus.

Ex contractu inutili, interueniente
115 traditione, † poſſeſsionem transferri, Iura demonſtrant in l. 1. §. Si vir vxori, & in l. quod vxor, 16. D. de adquir. poſſeſ. vbi Paulus: Quod vxor viro, aut vir vxori donauerit, pro poſſeſſore poſsidetur. in l. 1. §. Deiicitur. verſ. Denique, D. de vi & vi armat. in l. Nec vllam, 13. §. Omnibus, verſ. Item in titulo pro donato, D. de petit. hæredit. in l. Si donatæ, 37. D. de donat. inter vir. & vxor. pulchrè Anton. Gomez, in l. 45. Taur. num. 23. & ſeqq. Matienz. in l. 3. tit. 10. gloſ. 8. num. 4. lib. 5. nouæ Reg. collect. Azebed. in l. 2. tit. 7. lib. 8. num. 90. in fin.

116 Rei verò Eccleſiæ † ex contractu inutili poſſeſsionem nequaquam transferri, Imperatores Leo, & Anthemius decreuerunt in l. Iubemus, 2. in ord. 14. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. verbis illis: Niſi enim hac conditione (de ſolemnitate in rerum Eccleſiaſticarum alienatione ibi præfinita loquentes) pacta inita fuerint: ea quoque decernimus non valere: ſed poſſeſsionem Eccleſiaſticam, tanquam nullo iure tranſcriptam, in iure ipſius, atque dominio permanere, & ab Eccleſiaſticis œconomis vindicari. Perquam ſic affirmant Bart. in dict. §. Si vir vxori, numero 3. eam pariter regulam aſsignans: Quod ex contractu, non transfertur poſſeſsio, quando perſona eſt talis, quæ non poteſt perdere poſſeſsionem, vt Pupillus, & Eccleſia, l. Pupillus, ſupr. tit. 1. ſcilicet de adquirend. rer. domin. Quem ſequuntur Anchar. in cap. 1. (per illum textum) de reb. Eccleſ. non alien. in fin. & per citatam legem Iubemus. Dicitque communem Bolognet. conſil. 30. ciſque relatis,

Marc

*Marc. Anton. Genueſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 131. *num.* 1. *&* 2.

117 Procuratorem generaliter ad vendendum† conſtitutum, fidem poſſe habere de pretio, & abſque eius receptione dominium transferre *Vlpiani* reſponſum manifeſtè probat in *l. Cuiuſcũque,* 5 *§. Si ei, D. de inſtit. action. Bart.* (probatus communiter) *in l. A Diuo Pio, §. Sed ſi venditor, num.* 2. *D. de re iudic. cæterique Scribentes ibidem, Bald. in l. Inciuile, num.* 2. *C. de rei vindic. Socin. iuni. conſ.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 3. *Fabian. de Mont. in tract. de emption. & vendit. quæſt.* 3. *princip. numer.* 30. *verſ. Vlterius quæritur,* quos refert, & ſequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 2. procedere etiam dicens *ibidem, verſ. Sed hæc com.* (cum *Socino iuniore, dict. conſil.* 21. *num.* 2) licet in mandato fuerit adiectũ: *Et ad pretium recipiendum, & de recepto liberandum.* Sequitur *Iulian. Viuian. in praxi iuris patronat.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 52. & *Ioan. Gutier. de iuram. confirmator.* 1. *part. cap.* 50. *num.* 20.

118 Id tamen in procuratore advendendum,† ab Eccleſia, Fiſco, vel Minore conſtituto, reſtrictionem patitur. Fidẽ enim de pretio hunc habere, eiuſdem prohibet *Vlpiani* reſponſum in *l. Si procurator,* 5. *§. fin. D. de iure Fiſc.* & *Bart. in dict. l. à Diuo Pio, §. Sed ſi emptor, num.* 3. Rationem reddens: quòd iſtis, non niſi ex cauſa, vt creditoribus ſatisfaciant, vendere liceat, fidemque de pretio habendo, muneri non ſatisfaciant ſuo. Tenet idem *Bald. in l. In contractibus, §. Sed quoniam, num.* 4. *C. de fide inſtrument. & in dict. l. Inciuile, num.* 3. *C. de rei vindic. numero* 4. ſubiungens: Pro-

119 curatorem totum fere pretium recipientem, † de modica particula habentem fidem, vno etiam nummo deficiente, in emptorem dominium non transferre; quia nõ aliter ad dominiũ transferendum, mandatum habere videtur, quam ſi integrum receperit pretium. Quorum probat *Cardin. Mantic.* iudicium, *de tacit. & ambig. cõuent. dict. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 4. *Marc. Anton. Genuenſ. d. tract. quæſt.* 132. *& quæſt.* 491. *Iulian. Viuian. dict. cap.* 5. *num.* 52. *Gregor. Lopez in l.* 29. *tit.* 28. *part.* 5. *gloſ.* 5. *poſt princip.*

120 In omnium ore circunfertur regula dictans:† *Singularem ſucceſſorem, præceſſoris locationi ſtare non adſtringi,* ab Imperatore *Alexãdro* conſtituta in *l. Emptorem,* 9. *C. de locat.* à Iuliano, in *l. Qui fundum,* 35. *D. eod. tit.* à *l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. ornata multis cumulatis à Nobis in *Axiomatib. & locis commun. Iur. lit. S. num.* 69.

121 Locationi tamen à Rectore † de rebus Eccleſiæ per triennium factæ, (Superioris etiam conſenſu non interueniente) ſucceſſorem ſtare debere, ſi Eccleſiæ locatio vtilis ſit, tenet (cum *Geminian. Anchar. Alexand. & Abbate* per ipſum adductis) *Tiber. Decian. reſponſ.* 14. *num.* 10. *volum.* 2. aliiſque citatis, *Cardin. Franc. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 2. & *Marc. Anton. Genuenſ.* (eius ad literam ferè verba tranſcribens) *in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 137. Qua etiam de re plenè *Ioan. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt.* (mendosè omnes fere, quos allegat, deſignans) *deciſ.* 112. *per totam.* Etſi animosè aſſertioni huic contradicat *Gregor. Lop. dict. gloſ.* 5. late contrariis reſpondens, & in hoc ſpeciale ius Eccleſiæ datum non eſſe, concludens.

122 Mutui obligationis, † ex eaque actionis natæ efficaciam, integri tituli Digeſtis, & Codice, *de reb. credit.* pœnæque aduerſus debitores in ſolutione moroſos conſtitutæ (quas in *prima de priuileg. pauper. parte, quæſtion.* 4. à 4 *numer.* 19. ſumus proſequuti) oſtendunt.

123 Contra Eccleſiam † vero, ita demũ hanc mutui obligationem oriri, ſi in ipſius vtilitatẽ conuerſum mutuũ eſſe probetur, neque aliter aduerſus Eccleſiã eius exiſtere obligationem; conſtat ex *text. in cap. Quod quibuſdam,* 4. *de fideiuſſor. cap.* 1. *verſ. Cum enim, de depoſit. cap.*

*cap.* 1.*in fin.* & *ibi Gloſ.verb.Neceſsitate, de ſolutio.*deducitur etiã ex *tex.in auth. Hoc ius porrectum,* vbi notat *Bald. num.* 9.*C.de ſacroſ. Eccleſ.* Eſtque expreſſus, & formalis de iure noſtro Regio in *l.* 3.*tit.* 1.*part.* 5. & tradunt (antiquioribus omiſsis) *Cardin. Mantic. de tacit.* & *ambig. conuention. lib.* 8.*tit.* 12.*num.* 4. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſ. quæſt.* 139. *à princip. Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. lib.* 2.*cap.* 5. *num.* 56. *Iacob. Menoch. de arbitr. caſu* 432.*à num.*2. *Molin. de iuſtit.* & *iure, tractat.*2.*diſputat.*300.*à num.*2. *Rebell. de oblig.iuſtit. part.* 2.*lib.*8. *quæſt.*2.*ſect.* 3. Quorum perlectio plenam materiæ cognitionem præſtabit. Copioſiorem allegationem deſiderans *Petrum Cenedum* conſulat in *collect.ad dict. cap.* 1. *de depoſit.collect.*24.*num.* 1.

124 Dominium, quod abſque traditione, † vel apræhenſione in alios non tranſit, *l. Traditionibus,* 20. *C.de pact.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib.* & *locis communib. Iur. lit. D num.* 209. & *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.*23.*numero* 3.

125 Abſque illa conſequitur Eccleſia, † vt multis, *dict. quæſt.*23.*num.* 10. oſtendimus, & firmant quoque *Iulian. Viuian. dict. cap.* 5.*n.*57. & *Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſ. quæſt.* 141. Id à *numero* 2. aliquibus declarans, limitanſque modis.

126 Primò, vt quamuis in præſenti dominium, non tamen poſſeſsio † tranſeat, ex *Gloſſa,* & *Doctorib. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in l.* 1.*C. de donat. quæ ſub mod. Franciſc. Burſat. conſ.* 55.*num.* 23. Multi enim ſunt caſus, in quibus dominium, non tamen transfertur poſſeſſio, quos enumerat *Gloſſa verb. Dominium, in l. Si fratres,* 53.§. *Idem reſpõdit, D. pro ſoc.*

127 Limitat ſecũdò, † in generis, ſeu quãtitatis donatione, ad cuius dominii translationem, traditionem requirunt *Albericus in l. Illud, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *Petr. Paul. Pariſ. conſil.* 77. *num.* 6. *lib.* 1.

128 Tertiò, † quando ex parte ſua non impleuit Eccleſia, ante cuius implemẽtum, dominium in eã non tranſit. *Gloſ.* & *Doctores in dict. l fin. Salicet. in dict. l. Illud. Pariſ. eod. loco.*

129 Quartò, † cum ab Eccleſiæ procuratore actus geſtus eſt, ſecundum *Angel. in l.* 1. §. *Per procuratorem, D. de acquirend. poſſeſſ.* quem tamẽ ibi *Alexand.* carpit. Cuius *Genuenſ.* iudicium (Angelo aduerſatus) probat.

130 Limitat quintò, † in voto alicuius rei Eccleſiæ facto, ex *Gloſ.* & *Doctoribus in l.* 2. *D. de pollicit. Caſtrenſ. in l. Si nondum, C. de furt. Bart. numero* 26. & *Iaſ. num.* 27. *in auth. Ingreſsi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Niſi in vltima voluntate votum peragatur. Sine traditione namque dominium tunc tranſire (Eccleſia iam constructa) dicunt *Gloſſa,* & *Salicet. in dict. l. Si nondum.* Eandẽ concluſionem, limitationeſque eaſdẽ, alias etiã adiiciens, multorum auctoritate comprobat *Balt. Thomas, tract.* 10. *ſuorum tract. tit.*2. *de ſpecialibus, vel priuileg. piæ cauſ. cap.* 145. *num.* 220. & *ſeqq.*

131 Quid autem in ſe, ſuaque monaſterio deuouente? † an quia in conſequentiam veniant bona; dominium, & poſſeſsio in Eccleſiam transferãtur? idem ipſe diſputat *Genuenſis, quæſt.* 148. poſſeſsionem tandem cum dominio tranſire, veriorem ſententiam dicens, ex *l. Si adoptauero* 16. *D. de precar.* (vbi Põponius: *Si adoptauero eum, qui precario rogauerit; ego quoque precario poſsidebo.*) cum *Cyn. in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ. Imol. in cap. Qui ingredientibus,* cõmunem dicente, *extr. de teſtam.* & *Archid. in cap. Si qua mulier,* 19. *quæſtion. vlt.*

132 Cùm item donatio † nequaquam præſumatur, vt *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæſt.* 21. *à num.* 1. *cum ſeqq.* tradidimus,
133 & exornamus: Eccleſiæ † fauore præſumi, contendunt *Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 143. *num.* 2. & *Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 58. ex *l. vnic.* §. *Accedit, C.*

de

*de rei vxor. action.* in dote loquente, cu-
ius iure Eccleſiam vti, *ſupra, num.* 45.
dictum eſt. Conducuntque à *Nobis* pa-
riter *dict. quæſt.* 21. *num.* 8. notata. Sed
contradicit *Andr. Alciat. reſponſ.* 38. &
eum ſequutus *Iacob. Menoch. de arbi-
trar. caſu* 88. *num.* 7. quam à *num.* 3. com
ponere diſſentionem nititur *Genuen-
ſis.*

Priuilegium Eccleſiæ conceſſum
134 (cum nunquam moriatur) reale, † per-
petuumque cenſeri *Vlpianus* oſtendit;
in *l. Forma,* 4. *§. quamquam, D. de cenſib.*
*Gloſ. in cap. Poſſeſſiones,* 61. *verb. Non
perpetuo,* 16. *quæſt.* 1. *Gloſ. verb. Perpe-
tuas, in cap. Tua nuper,* 8. *de his quæ fiunt
à Prælat. Marc. Anton. Natt. conſ.* 163.
*num.* 16. *& conſ.* 164. *num.* 28. *lib.* 1. *Ia-
cob. Menoch. conſil.* 276. *num.* 8. *Genuenſ.
dict. tract. quæſt.* 145. *num.* 1. *Petr. Bar-
boſ. in l. Qui tale, nu.* 41. *D. ſolut. matrim.
Auguſt. Barboſ. in collect. ad dict. cap. Tua
nuper, num.* 7.

135 Cùm perſonæ priuatæ † priuilegiũ
conceſſum, perſonale in dubio iudice-
tur. Vtrumque ſic *in dict. § Quamquam,*
complexus Vlpianus: *Quamquam in
quibuſdam immunitatis beneficia perſonis
data, cum perſonis extinguantur: tamen,
generaliter locis, aut Ciuitatibus immuni-
tas ſic data videtur, vt ad poſteros tranſ-
mittatur.* Etiamſi ab ipſa Eccleſia da-
tum ſit, *Gloſ. in cap. Cũ veniſſent,* 6. *verb.
Probatum de inſtitut. & in dict. cap. Poſ-
ſeſsiones, Gloſ. in ſumm.* 25. *quæſt.* 2. *verb.
Quod autem, verſ. In dubio autem,* & ad-
uertunt (multis adductis) *dictis locis
Natt. Genuenſ. num.* 2. *Auguſtin. Barboſ.
num.* 4.

136 Aduerſus contractum iuratum, †
nec Minorem admittendum eſſe, Im-
perator *Federicus* decreuit *in auth. Sa-
cramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. l.*
16. *in princ. tit.* 11. *part.* 3. & *l.* 6. *tit. fin.
part.* 6. *verſ. Eſſo miſmo.* Tradunt plenè
*Ioan. Gutier. in eiuſdem authent. relectio-
ne, à num.* 8. *cum ſeqq.* Neque reſtitutio-
ne, aliove modo, iuramẽto ſtante, Mi-
nori ſubueniẽdum, dicta Iura probant,
& copioſè *Anton. Corne. in tract. de ab-
ſol. forenſ. iuram. promiſſ. part.* 1. *quæſt.* 5.
*à num.* 1. *cum ſeqq.* multis hanc conclu-
ſionem modis amplians; neceſſariumque
que Minori fore, abſolutionem iura-
menti ad agendum, vel excipiendum
petere, aduertens *ibidem num.* 7. & 21.
*verſ. Igitur.* Nec adhuc obtenta, pin-
137 guius ius, † quã conſequeretur maior,
huiuſmodi abſolutione adipiſci de-
monſtrat, 3. *part. quæſt.* 7. *per tot.* Nulli-
que relaxationem hanc plus quã agen-
di, vel excipiendi facultatem ſine per-
iurii metu tribuere; neque ab eo ini-
què relaxationem petente liberari, cõ-
probans *dict. quæſt.* 7. *à num.* 3. *& part.*
1. *quæſt.* 2. *per tot.*

Qua in re longe fauorabilior Mino-
138 re exiſtit Eccleſia. † Quippe quæ con-
tractum iuratum, abſolutione etiã non
petita, impugnare valet, aduerſuſque
illum in integrum reſtitutionem po-
ſtulat. Eccleſiæ namque nomine deſi-
deratur, quæ non iurauit, Prælati vero,
vel Canonicorum præſtitum iuramen-
tum, ipſorum liget animas, non Eccle-
ſiæ, quæ anima caret, *cap. Romana, §.
Vniuerſitatem, de ſent. excommunic. lib.* 6.
Taleque iuramentum Eccleſiam non
obligare, probant *text. in cap. Sicut,* 27.
*in cap. Intellecto,* 33. *de iur. iur. & cap.* 1.
*in fin. de his quæ fiunt à maior. part. capit.
Gloſſa* celebris *in cap.* 1. *verb. Contractũ,
de reſtit. in integr. lib.* 6. *& ibid. Hoſt. &
Franch. num.* 5. *verſic. In ea gloſ. Domin.
n.* 9. *Iaſ. in dict. auth. Sacramenta puberũ,
num.* 62. *&* 64. *Caſtr. num.* 4. *Gutier. nu-
mero* 141. *Marc. Anton. Genuenſ. dict.
tract. quæſt.* 146. *num.* 2. *Cardin. Tuſch.
practicar. concluſ. lit. I. concluſ.* 509. *& cõ-
cluſ.* 528. *Anton. Gabr. commun. concluſ.
tit. de minorib. concluſ.* 5. *num.* 11. *Anton.
Corne. dict. tract. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.*
22. *Petr. Auguſtin. Morl. in Empor. Iur.
titul.* 5. *quæſtion.* 1. *numero* 53. *Seraphin.
de priuileg. iurament. priuileg.* 88. *numero*
76.

139 Filii loco Eccleſiam haberi, † face-
reque deficere conditionem *ſi ſine libe-
ris deceſſerit,* & ſubſtituto in defectum
liberorũ excluſo, Eccleſiam admitti;
in

in ore omnium verſatur, & probant
*text.in l. Deo nobis, 42. §. Hoc etiam cog-
nitum, C. de Epiſc. & Cleric. in auth. de
ſanctiſſ. Epiſcop. §. Sed hoc præſenti, coll.
9. cap. In præſentia, 8. extr. de probation.*
traduntque *ibidem* prope infiniti *ab
Auguſtino Barboſ.* cumulati *num.* 2. ple-
nè *numeris ſeqq.* materiam examinans.
Quibus adde *Marcum Anton. Genuenſ.
in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 147. *&*
165. *Iulianum Viuian. dict. lib. 2. cap. 5.
num.* 95. copioſum pariter & eruditum
*Vincentium Fuſarium, de ſubſtitutionib.
quæſt.* 428. *num.* 1. 11. *& ſeqq.* De filiis
ingreſis Religionem, in communi ſal-
tem bonorum capacem, loquens.

Quod non in Monaſterio ſolum, ſed
140 in alia etiam Eccleſia † procedere, vt
ſi is cui præfata conditio adiecta eſt,
Præsbyter efficiatur, dicti *§. Sed hoc
præſenti*, relatorumque Iurium ratio
ſuadet, adſeuerantque *Gloſſa in auth.
Niſi rogati, C. ad S. C. Trebell. & ibid.
Scribentes*, & *in dict. cap. In præſentia*,
vbi (poſt *Hoſtienſem, Ancharranum, &
Imolã*) magis communem profitentur
*Decius num. 54. in fin. & Felin. num. 56.
Deci.* ipſe *conſil. 259. num. 5. & ſeq. Bero.
conſ. 73. num. 11 lib. 2. Bened. Capr. con-
ſil. 20. num. 12. Iacob. Menoch. conſ. 245.
num. 15. 17. & 20. & de præſumption.
lib. 4. præſumpt. 83. num. 65. Cardin. Frã
ciſc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 7. num. 22. Alex. Trentac. de
ſubſtitution. part. 4. cap. 7. num. 21. Nicol.
Intrigliol. eod. tractat. centur. 3. quæſt. 63.
numer. 11. Viui. commun. opinion. concluſ.
841. num. 5. Ioſeph. de Ruſtic. ad leg. Cum
auus, lib. 5. cap. 2. num. 5. & ſeqq. D. de
condit. & demonſtr.* quos refert, & ſe-
quitur *Vincent. Fuſar. de ſubſtitution. q.
429. num.* 1. plenè ſequentibus theſim
hanc proſequens, *Iulian. Viuian. d. cap.
5. num.* 97.

Sic licet pupillaris ſubſtitutio pu-
141 pilli † matrem non excludat, vt *de pri-
uileg. pauper. 2. part. in ſpecialib. in vltim.
voluntatib. poſt quæſtionem* 64. adiectis
*num.* 8. notauimus: Si tamen Eccleſia,
142 † vel pia cauſa ſubſtituta ſit, excluſam
matrem cenſeri, pupilloque defuncto
ſuccedere, *ibidem* nectimus, *num.* 9. &
multis comprobat *Marc. Anton. Ge-
nuenſ. quæſt. 164. per tot.* & eius ſectator
*Viuian. dict. lib. 2. cap. 5. num. 67. & ſeqq.*
Qua de re, & an, & quo caſu proce-
dat; adiecimus pariter in *dict. ſpecialib.
num. 10. & 11.*

Hæreditatem, vel legatum Eccle-
143 ſiæ relictum, Prælatum ſolum † repu-
diare non poſſe, communior ſententia
firmat, *Vlpiani* authoritate *in l. Magis
puto, 5. §. Fundum, D. de reb. eorum, Bald.
in auth. Si qua mulier, num. 15. C. de ſa-
croſ. Eccleſ. & in l. Pupillorum, in princip.
C. de repud. hæredit. Roland. à Vall. conſil.
15. num. 29. part. 1. Rota Roman. deciſ.
233. num. 4. in nouiſſim. lib. 3. part. 3.
Petr. Surd. conſil. 501. num. 1. & 2. Mar-
cus Anton. Genuenſ. quæſt. 150. à num. 1.*
contrariis reſpondens *verſ. Contrariã
opinionem, Paul. Æmil. Berall. Rotæ Ro-
man. deciſ. 359. part. 2. verb. Prælatus.*

144 Sicuti neque Eccleſiæ iniuriam †
factam ſolus Prælatus remittit. Veluti
(poſt iacta in contrarium fundamen-
ta) affirmat *Gloſſa* (communi Doctorũ
calculo approbata) *in cap. Contingit, 36.
verb. Iniurioſa, de ſent. excommunic. & in
cap. 1. verb. Punire, de pœn. Cardin. in Cle-
ment. vnic. de foro compet. numero 3. Ge-
nuẽſ. in practicabil. Eccleſ. q. 550. n. 3. Iul.
Clar. ſententiar. lib. 5. §. fin. numero 23.
verſ. Præterea quæro, Proſp. Farin. in
prax. crimin. part. 3. q. 105. numero 292.
Azebed. in l. 2. numero 153. tit. 10. lib. 8.
nouæ Reg. collection.*

Eccleſiæ, vel pauperibus abſenti-
bus donationem factam, ante accepta-
145 tionem † reuocari non poſſe (aduerſus
*legis Abſenti 10. D. de donation. cõſtitutio-
nẽ*) cõmunis eſt traditio, vt ex cumula-
tis à *Tiraq.* conſtat, *de pia cauſ. priuileg.
115. Cardin. Franciſc. Mantic. de tacit.
& ambig. conuent. lib. 3. tit. 7. numero 15.
Marc. Anton. Genuenſ. quæſt. 151. à nu-
mero 2. Iulian. Viuian. in praxi iuris pa-
tron. dict. lib. 2. cap. 5. numero 61.* Etſi
contradicat (communem pro ſe addu-
cens

cens) *Matienzius in l. 7. tit. 10. lib. 5. nouæ Reg. collect. gloſ. 2. numero 17. & ſeqq.*

146 Sed iure noſtro Regio † prior opinio, non ſolum pro Eccleſia; verũ pro quolibet priuato ſtat, diſpoſitione *legis 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam.* & *legis 2. tit. 16. lib. 5. nouæ Reg. collection.* traduntque in eis communiter ſcribentes, *Gomez*, & *Perez.* quos *Molina* refert, *de Hiſpanor. primogen. lib. 4. cap. 2. numero 59. Gregor. Lopez, Couarru. & Parlador.* eiſque citatis *Hieronym. Zeual. commun. cõtra commun. q. 54. in fin.* plenè *D. Ioan. à Caſtillo, controuerſiar. lib. 5. part. 2. cap. 80. num. 9.* contrariis quoque *num. 16.* adiectis.

147 Tollendæ dubitationis gratia, non meliorem, † ſed minimam, aut mediocrem ſaltem rem dubio ex legato deberi, eſſeque præſtandam, decernunt Iura in *l. 3. & 4. D. de tritic. vin. & oleo legat.* in *l. Qui concubinam, 29. §. 1.* & in *l. Numis, 73. D. de legat. 3.* in *l. Idem Iulianus, 41. §. Scio, D. de legat. 1.* in *l. 23. tit. 9. p. 3.* cum citatis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. M. numero 83. & ſeqq.*

148 Eccleſiæ tamen fauor † dubietatis vim ſuperat, & præſumptionem, quæ minimam, aut mediocrem rem legatã ſuadet, tollit, & eam pro meliore inducit, ex *Scæuolæ* reſponſo in *l. Titia teſtamento, 38. §. Sæia teſtamento, D. de aur. & argent. legat.* & ita *ibi* notat *Bart.* & probat *Dionyſ. Gotthofred. ibid. verb. Argentum*, allegans *Romanum ſingul. 517.* Eandemque ſuſtinent opinionẽ *Marc. Anton. Genuenſ. dict. tract. quæſt. 153.* textui in *cap. Ex parte, 18. de cenſib.* (decernenti, eum qui aliquid Eccleſiæ ad menſuram vouit, ſi differentes in loco illo menſuræ exiſtant; minimam præſtando, ſatisfeciſſe) reſpondens. Eiuſque veſtigia ſequutus *Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. dict. lib. 2. cap. 5. num. 62. Nicol. Intrigliol. ſingul. 97. num. 26. Franciſc. Bim. conſ. 240. num. 7. Cephal. conſ. 612. numero 32. Aluarad. de coniect ur. ment. defunct. lib. 2. cap. 1. §. 2. numero 26.* cum aliis citatis à *Baltaxario Thomaſio, tract. 10. tit. 2. de ſpecialib. priuileg. piæ cauſ. cap. 70.*

149 In materia amiſsionis priuilegiorũ per non vſum, † aſsignari diſtinctio ſolet: An permiſſorium, aut prohibitorium ſit, in faciendo nempe, aut in non faciendo priuilegium conſiſtat: vt primum, per non vſum decennii; ſecundum, vnica contrauentione perdatur. Primũ, *Modeſtinum* habet authorem, in *l. 1. D. de nundin.* ſic dicentem: *Nundinis impetratis à Principe, non vtendo, qui meruit, decenii tempore vſum amittit.* Legem que concordem, *3. tit. 7. part. 5. in fin. & 42. tit. 18. part. 3. verſ. Otroſi*, Magnæ etiam auctoritatis Doctores, *Felinum in cap. Cum acceſſiſſent, 8. de conſtit. numero 25. Genuenſem quæſtion. 154. Ferdin. Vazquez Mencha. controuerſ. vſu frequent. lib. 1. cap. 2. numero 5. Ludouicum Molin. de Hiſpanor primogen. lib. 2. cap. 7. num. 71. Cald. Pereyr. de emphyt. extinct. cap. 15. numero 8. Azebed. in l. 1. tit. 1. lib. 6. nouæ Reg. collect. numero 39. Auguſtin. Barboſ.* (multis citatis) *in collect. ad cap. Accedentibus, 15. de priuileg. numero 9. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. 60. numero 1.* eique adhærentem *Bernardum Graeuæ. in pract. Camer. Imper. lib. 2. concluſ. 60. per tot.* multipliciter *ibi*, & conſiderationibus ſequentibus limitãtem, & declarantem, *Iacobum Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 41. numero 16. Padill. in l. Falſo, numero 3. C. de diuerſ. reſcript. P. Suarez de legib. lib. 8. cap. 34. num. 19.*

Secundum, *Innocentium III.* P. M. *in cap. d. Cũ acceſſiſſent, 8.* præcipuè in finalibus verbis, *de conſtitut.* Gordianum Imperatorem *in l. 2. C. de iure domin. Impet.* Iura que concordantia, relata à *Gloſſa verb. Contrauenerint*, ſtatim in principio *in dict. cap. Cum acceſſiſſent*, & à *Dionyſ. Gotthofred. in dict. l. 2. lit. B.* & firmant *Petr. Rebuff. tractat. de decim. quæſt. 13. numero 113. Marc. Anton. Genuenſ. dict. quæſt. 154.* prædictam formans diſtinctionem, quam & approbant *Andr. Gail, dict. obſeruat. 60. num. 1. & 10.*

& Io. *Bernard. Græuæ. dict. concluſ.* 60. *conſider.*5.*num.* 1.& *ſeq. Cardin. Tuſch. practic.concluſ.lit. P.concluſ.*656.*numero* 10.*Azebed. in dict. l.* 1.*tit.*1.*lib.* 6. *nouæ Reg. collect. numero* 34. & *ſeqq.* vbi à collectarum, ſeu pedagiorum ſolutione immunem, qui ſe inſoluētium libro deſcribi paſſus eſt, ſi intra tempus ad appellandum conceſſum, de priuilegio ſaltem non opponat, illud amittere cō tendit. Et ſi dubitet de hoc *Lopez. in d. l.* 42. *gloſ.* 1. *verb. Faſta treynta años, poſt med.* Azeuedique opinioni adhærent *Menoch. dict. præſumpt.* 41. *num.* 4. *Marant. in pract. tit. de appellation. numero* 314. & *Coler. de proceſſib. execut. part.* 1. *cap.* 2. *numero* 7. eiſque relatis, *Bernard. Græuæ. dict. lib.* 2. *concl.* 60. *conſideratione* 6. *numero* 2. id *numero ſequenti* declarans, procedereque dicens in actu non reiterabili, in reiterabili ſecus, ex *Surdo conſil.* 419. *numero* 32. & aliis ibi citatis. Latiùs apud relatos materiā examinatam inuenies: Nobis ſatis, hæc obiter adnotaſſe.

Vtcumque autem circa priuatos ſe
150 res hæc habeat: circa Eccleſiam † diſſimiliter quidem: Quam non minori quadraginta annorum ſpacio ſuum priuilegium amittere, ſiue in faciendo, ſiue non faciendo conſiſtat; iuris eſt inconcuſſa determinatio in *dict. cap. Accedentibus*, 15. *de priuileg.* notantque *ibidem Gloſ. verb. Per* 40. *annos. Felin. in d. cap. Cum acceſſiſſent, numero* 27. *verſic. Hanc limitationem. Marcus Anton. Genuenſ. dict. quæſt.* 154. *Andr. Gail. dict. obſeruat.* 60. *numero* 12. *verſic. Secundo, Bernard. Græuæ. dict. lib.* 2. *concluſ.* 60. *numero* 2. *Ferdin. Vazq. Menchac. dict. lib.* 1. *controuerſ. vſu frequent. cap.* 2. *numero* 6. *Iacob. Menoch. dict. præſumpt.* 41. *numero* 16. *verſic. In Eccleſia verò, P. Suar. de legib. dict. lib.* 8. *cap.* 35. *numero* 21. *Garſ. Maſtril. deciſ.* 96. *numero* 1. *parte* 1.

Cui & illud proximum eſt, quod li-
151 cet ſtatutum, † quemadmodum vno actu conditur: vnica etiam contrauentione tollatur, vt aſſerunt *Hoſtienſ. Ioānes Andr.* & *Abb. in cap. Audientiam, de cleric. non reſid. Felin. in dict. cap. Cum acceſſiſſent, de conſtit.* & cum eis *Marc. Anton. Genuenſ. dict. tractat. quæſt.* 155. *numero* 1.

Statutum verò Eccleſiæ fauorabi-
152 le, † non ſolum vnica contrauentione non tolli; ſed vnum tantum de Eccleſia, omnibus reſiſtere poſſe, actumque retractare (ex *Innocentio in dict. cap. Accedentibus, de priuileg. Abbate, in cap. Pro illorum, de præbend. Felin. in dict. cap. Cum acceſſiſſent,* & *in cap. Cum omnes, de conſtit.*) idem ipſe *Genuenſ.* firmat *ibid. numero* 2. differentiam hanc inter Eccleſias, cæteroſque deſignans.

153 Priuilegium prætereà ſimplex, † ſubdito à Principe conceſſum, quamuis ad ipſius libitum, & ſine cauſa, reuocationi ſubiaceat, vt multis iuribus comprobat *Gloſſa fin. in cap. Decet,* 16. *de regul. iur. lib.* 6. & in *Clement. Dudum, verb. Inſtante, de ſepult. Panormit. conſil.* 3. *numero* 10. *lib.* 2. Canoniſtarumque Schola in *cap. Nouit, de iudic.* à qua nec *Legiſtarum* diſentiat; cui fauet aperto Marte *textus in l. Qui fundos,* 9. *C. de omni agro deſert. lib.* 10. in dubiéque profitentur *Bald. in l. Qui ſe patri, numero* 12. *C. vnde liber. Caſtrenſ. conſil.* 229. *numero* 4. & *conſil.* 317. *numero* 3. *lib.* 1. *Thom. Grammat. deciſ.* 46. *numero* 6. & 7. *Ioan. Bologn. conſil.* 1. *numero* 176. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſtic. quæſt.* 158. *numero* 1. *Anton. Gabr. commun. concluſ. lib.* 3. *tit. de iure quæſit. non tollend. concluſ.* 7. *numero* 1. *Marc. Anton. Natt. conſil.* 112. *numero* 12. *P. Suarez de legib. lib.* 8. *cap.* 37. *numero* 4. & 10. *Didac. Couar. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 6. *numero* 1. *Ludouic. Molin. de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 30. *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſci, lib.* 1. *tom.* 3. *numero* 19. plenè *Iacob. Menoch. conſil.* 112. *numero* 1. & *ſeqq. volum.* 2. *Andr. Gail. lib.* 2. *obſeruat.* 60. *in fin. Auguſtin. Barboſ. in collect. ad cap. Antiqua,* 23. *de priuileg. numero* 28. *verſic. Imo ſine cauſa.*

154 Eccleſiæ † verò à Principe conceſſum,

B-049-116



ſum reuocari non poſſe; communis pa-
riter aſſertio firmat, vt (poſt *Innoc. Ar-*
*chidiaconum, Cardin. Decium, Alexand.*
& alios) tradunt *Anton Gabr. dict. con-*
*cluſ. 7 numero 10. & 11. Marc. Anton.*
*Genuenſ. dict. quæſt. 158. numero 2. &*
*Iulian. Viuian. in praxi iuris patronat.*
*dict. lib. 2. cap. 5. numero* 64. Quia in non
ſubditum priuilegium collatum nē-
queat Princeps reuocare.

Imò neque dubio caret, an generali
155 lege † priuilegium Eccleſiæ datum, gē-
nerali quoque lege tolli poſsit? quod
diſcutiunt plenè *Anton. Gabr. dict. con-*
*cluſ. 7. numero 12. & ſeq.* & *Genuenſ. di-*
*cto proximè loco.*

Vulgaris item Iuris regula, naturali
156 ratione vallata, quæ *Nemini contra ſe* †
*arma prabere, aut inſtrumenta edere* di-
ctat (de qua *Nos de priuileg. pauper. 1.*
*part. quæſt. 55. numero* 17.) nō vulgare
157 Eccleſiæ † priuilegium reddit. Quip-
pe quæ ex aduerſarii armamentario
ſumere tela valet, aduerſariumque ſibi
edere, ſpeciali fauore cogere, vt latè
comprobant *Genuenſ. dicto tractatu*
*quæſt. 174. Iulian. Viuian. dict. cap. 5.*
*numero* 77. Ad ſimilitudinem Fiſci, cui
aduerſarius edere debet. *l. 2. §. Diuus,*
*D. de iure Fiſci,* cum multis *Marc. An-*
*ton. Peregrin. de iure Fiſc. lib. 7. tit. 3. De*
*his quæ expectant ad ordinem iudiciarium,*
*numero* 11. vt & de Miſerabilibus *dict.*
*quæſt. 55. numero* 16. diximus.

158. Mobilium legato, † ea quæ poſt te-
ſtamentum factum patrimonio teſtan-
tis accreuêre, contineri negant *Paulus*
conſultus in *l. Si ita legatū*, 8. alias 7. &
Scæuola in *l. fin. D. de aur. & arg. legat.*
& ex Scriptoribus, poſt antiquiores,
*Gomez. variar. tom. 1. cap. 12. numero*
*49. ante fin. & numero 50. in fin. & tom.*
*2. cap. 11. numero 28. colum. 2. ad med.*
*Gaſp. Cabal. Milleloq. iur. part. 1. mille-*
*loq. 38. numero 3. D. Ioan. à Caſtillo, de*
*vſufruct. lib. 1. cap. 44. numero 7. Hiero-*
*nym. Caball. commun. contra commun.*
*quæſt. 727. numero 65. Petr. Barboſ. in*
*rubr. D. ſolut. matrim. 3. part. numero 8.*
*Didac. Couar. practicar. quæſt. cap. 2. nu-*
*mero 5. Arias Pinel. in rubr. C. de reſcind.*
*vendit. 1. part. cap. 3. nu. 23. Didac. Spin.*
*in ſpecul. teſtamentor. gloſ. 8. princip. nu-*
*mero 41. Cardin. Franciſc. Mantic. de con-*
*iectur. vltimar. volunt. lib. 3. tit. 11. num.*
*1. & ſeqq.*

Eccleſiæ verò legatum mobilium
159 relictum, etiam poſtea quæſita † com-
præhendere; tradunt *Marc. Anton. Ge-*
*nuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.*
*177. à numero 2. Cardin. Mantic. dict.*
*loco, numero 28. Iulian. Viuian. dict. cap.*
*5. numero* 80. ex *Bart. in l. Placet in fin.*
*D. de liber. & poſthum. Socino ſeniore in l.*
*1. notab. 5. numero 9. & 10. D. de reb. dub.*
*& Auguſt. Beroi. conſil. 44. numero 45.*
*lib. 2.*

Sententiam contra Eccleſiam latā,
160 eius Aduocato, † procuratoreuè ab-
ſente, nullam eſſe, profitetur *Nicol.*
*Euerard. in topic. legalib. loco à Fiſco ad*
*Eccleſiam, numero 5.* quem ſequitur *Ge-*
*nuenſ. dict. tract. quæſt. 180. numero 2.* &
eius aſecla *Iulian. Viuian. dict. lib. 2. cap.*
*5. numero* 83. ex Fiſci ad Eccleſiam cō-
paratione. Fiſco autem id ius conceſ-
161 ſum, † docent *Gloſſa 1. in l. vnic. C. de*
*ſentent. aduerſ. Fiſc. lat. retract. lib. 10. &*
*Gloſ. 2. in l. 3. §. Diuus, D. de iure Fiſc. Ge-*
*nuenſ. & Viuian. dict. locis. Marc. Anton.*
*Peregr. de iure Fiſc. lib. 7. tit. 2. de Aduo-*
*cat. Fiſcal. numero 2.*

162 Priuatum † autem, Aduocatorum
abſentiæ velamento, ſententiæ contra
ſe latæ reſcisſionem prætendere inuti-
liter, *Diocletianus*, & *Maximian.* Impe-
ratores *in l. Velamento 4. C. de poſtul.* ſic
decreuēre: *Velamēto abſentis patroni cau-*
*ſa rurſus adfinitas quæſtiones redire quis*
*fruſtra conatur.* notantque *proxima Gloſ-*
*ſa,* & *Peregr. dict. tit. & num. verſ. Con-*
*tra priuatum.*

163 *Sub ſpecie nouorum inſtrumentorum* †
*poſtea repertorum, res iudicatas retracta-*
*ri, exemplo graue eſt.* Gordianus Impera-
tor dixit in *l. 4. C. de re iudic.* Iidemque
Diocletian. & Maximian. in *l. Sub præ-*
*textu, 2. in ord. 29. C. de tranſact.* dixē-
re, ſeptimoque membranarum libro
*Neratius* reſponderat, in *l. Cum de hoc,*

27.D.de re iudic. & Papirius Iuſtus, in
l.Imperatores,35.D.eod. Summus pari-
ter Eccleſ. Antiſtes Innocentius III.
in cap.Inter Monaſterium. 20. & in cap.
Suborta, 21. ad vtriuſque finem, eodem
tit. de ſentent. & re iudic. Regiaque lex
concors, 19. tit. 22. part. 3. verſ. Otroſi
dezimos, que no ſe puede desfazer el juyzio
deſpues que fuere dado, ſi non ſe alçare del;
maguer moſtraſſen deſpues cartas, o priuile-
gios que ouieſſen fallado de nueuo, que fueſ-
ſen atales, que ſi el Iudgador las ouieſſe viſ-
tas antes que el juyzio dieſſe, que judgara
de otra manera. Quibus, Doctorum alle
gationi parcimus.

164 Contra Eccleſiam † tamen, ſenten-
tiam latam, ſub inſtrumentorum de no
uo repertorum ſpecie, retractari (ad
Fiſci Reipublicæ, & Minorum compa-
rationem) communis traditio ſeruat,
auctoritate Gloſſæ in dict. l.Imperatores,
verb. Publico, Gloſſa, 1. in fin. in dict. l. 1.
C. de ſent. aduerſ. Fiſc. lat. lib. 10. Gloſſ. fin.
in dict. l. Sub ſpecie, 4. C. de re iudic. & in
dict. l. Sub prætextu, in princip. Aſſerunt-
que Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt.
quæſt. 181. numero 2. Peregr. de iure Fiſc.
lib. 7. titul. 4. De ſententiis aduerſus Fiſcũ
latis, reparandis, numero 3. verſic. Et idem
eſt, Dionyſ. Gotofred. in dict. l. Sub ſpecie,
gloſ. 1. lit. N. Gregor. Lopez in dict. l. 19.
gloſ. 9. in princip. Mar. Anguiz. conſil. 15.
numero 2. Iulian. Viuian. in praxi iuris
patronat. dict. cap. 5. numero 83. Sfort.
Odd. de reſtit. in integr. 2. part. quæſt. 73.
165 art. 1. numero 2. Etiam ipſo iure, † intra
triennium ſententiam contra Eccle-
ſiam latam nouorum inſtrumentorum
inuentione retractari notans, & latius
quæſt. 75. art. 2. per tot. multipliciter
textibus † in dict. cap. Inter Monaſteriũ,
& in cap. Suborta, reſpondens. Quibus
ſimiliter Genuenſ. (idẽ duplicans quæſi-
tum) quæſt. 598. & ſcientiſſimus Andr.
Fachin. controuerſiar. iur. lib. 1. cap. 53.
per tot.

166 Fiſco † autem id ius concedunt, l.
fin. C. de tẽpor. in integr. reſtit. l. 1. C. de ſen
tent. aduerſ. Fiſc. lat. lib. 10. d. l. Regia, 19.
tit. 22. p. 3. colum. 2. in fin. verſic. Fueras,
ſi el juyzio fueſſe dado contra el Rey, o con-
tra ſus perſoneros, o en pleyto que pertene-
cieſſe a ſu Camara, o a ſu Señorio: cà enton-
ces ſi fueſſen falladas tales pruebas, bien pue
den vſar dellas para desfazer el juyzio que
fue dado contra el, faſta tres años deſae
el dia que fue dada la ſentencia. Republi-
cæ, Papirius Iuſtus, in dict. l. Imperato-
res, 35. D. de re iud. hunc in modum:
Imperatores Antoninus, & Seuerus re-
ſcripſerunt: Quamquam ſub obtentu nouo-
rum inſtrumentorum reſtitui negotia mini-
me oporteat: tamen in negocio publico, ex
cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis
vti. In Minoribus probat Pauli reſpon-
ſum in l. Minor, 37. D. de Minorib. & di-
cunt proximè relati.

167 Vndè potiori cum ratione, ante ſen
tentiam, etiam poſt concluſionem † in
cauſa nouiter inſtrumẽta reperta (Præ
lato quoque in eis perquirendis deſi-
dioſo exiſtente) ab Eccleſia producta,
admittenda; profitetur (cum Felino in
cap. Cum dilectus, numero 18. de fide in-
ſtrument. Ludouico Romano, & Nicolao
Boer. quos refert) Marc. Anton. Genuenſ.
dict. tract. quæſt. 231. & ſequitur Ioſeph.
Maſcard. de probationib. lib. 2. concl. 926.
num. 16.

168 Quamuis aliis, † poſt concluſum
in cauſa, nouiter inſtrumenta reperta
(ſi in eis perquirendis omnimoda dili-
gentia adhibita non eſt) producendi fa
cultas denegetur; cum omnibus, per
concluſionem, probationibus, & iuri-
bus renunciatum videatur, ex l. Ne
cauſa, 15. & ibid. Doctoribus, C. de appel-
lation. l. 2. C. de relation. dict. cap. Cum di-
lectus, 9. & ibi Gloſ. verb. Concluſſum, de
fide inſtrument. Gloſ. in cap. Significaue-
runt, 36. verb. Liquere, de teſtib. & in au-
th. de teſtibus §. Quia vero, collat. 7. verb.
Cõcluſſerint, aduertit, poſt antiquiores,
quos adducit, Paz in praxi, 1. part. tom.
1. tempore 10. numero 1. copioſe Ioſeph.
Maſcard. de probationib. dict. concl. 926.
per tot. Ioan. Aloyſ. Ricci. in praxi va-
riar. reſolut. reſolut. 403. numero 1. Ste-
phan. Gratian. deciſ. 198. numero 11. &
169 ſeqq. Concluſio enim † ſententiæ com-
para-

paratur, à parique procedunt, teſte
*Iaſone in l. Admonendi, num.* 50. *&* 55. &
*in* 1 *lect. num.* 49. *D. de iure iur.* Riccio, &
*Gratiano dictis locis*, ille, *num.* 2. hic, *nu.*
12. Poſt concluſionem ſiquidē in cau-
170 ſa non amplius † iudicium dicitur, *Ab-
batis* ſententia *in cap.* 1. *num.* 13. *de mut.
petition.* & *Riccii, dict. reſolut.* 403. *nume
ro* 3.

Poſt litem etiam conteſtatam, exce
171 ptiones dilatorias † opponi non poſſe;
his verbis in *l. exceptionem*, 19. *C. de pro
bation.* Cæſares decreuêre: *Exceptionē
dilatoriam opponi quidem initio, probari
verò, poſtquam actor monſtrauerit quod
aſſeuerat, poſſe.* Similitèr in *l.* 9. *tit.* 3.
*part.* 3. *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.*
Non in id Doctorum congeriem ad-
ſtruimus: adſtruunt enim *Camil. Borrel.
in ſumm. deciſ. titul.* 48. *de exceptionib. nu-
mero* 62. & *Auguſt. Barboſ. in collectan.
ad cap. Paſtoralis*, 4. *numero* 2. *de exceptio-
nib*, plenèque de materia, *Cardin. Domi
nic. Tuſch. practicar. concluſ. lit. E. concluſ.*
172 391. *per tot.* probans † *à numero* 4. nec
in appellationis inſtãtia exceptionem
dilatoriam, quæ in prima, ante litis cō-
teſtationem omiſſa fuerat; proponi
poſſe.

173 Eccleſiæ † verò, etiam poſt litem
conteſtatam exceptiones dilatorias
opponere licere (ex Minorum com-
paratione, quibus id licet, vt ex *l. De
die*, 8. *§. Si ſeruus, D. qui ſatiſd. cog.* Do-
ctores ibi colligunt) firmat *Genuenſ. in
practicabilib. Eccleſiaſt. quæſtion.* 404. in
præludiiſque ſuprà *numero* 20. tangi-
mus.

174 Deperditi inſtrumenti tenorem †
non niſi teſtibus peritis probari poſſe,
ex notabili textu deducitur, *in cap. Cū
olìm*, 1. *in ordin.* 12. *de priuileg.* & no-
tant communiter Doctores in *l. fin. C.
de fide inſtrument. Bart. in auth. Si quis
in aliquo documento, numero* 6. *verſic. Sed
hoc breuitèr, C. de edend.* quem cæteri
communiter ſequuntur, & *in l. Sicut
iniquum*, 5. *C. de fide inſtrument. Andr.
Alciat. de præſumpt. regul.* 3. *præſumption.*
31. *numero* 3. *Anton. Gomez. in l.* 41.
*Taur.* ſecundum hæc dictam legem li-
mitans, ac intelligens, & *ibid. Ludouic.
Velaſq. de Auendan. gloſ.* 4. *numero* 19. *&*
20. *Ioſeph. Maſcard. de probation. concluſ.*
909. *per tot.* præcipuè, *numero* 6. *Iacob.
Menoch. de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 66.
*Petr. Surd. conſil.* 14. *numero* 2. *& conſil.*
109 *num.* 14.

175 De Eccleſiæ † tamen perditi inſtru
menti tenore, etiam non peritos teſtes
deponere poſſe, per eoſque probari fir-
mant *Nicol. Euerard. in Topic. legalib. lo-
co* 61. *de Fiſco ad Eccleſiam, Marc. Anton.
Genuenſ. quæſt.* 128. illiuſque ſectator
*Viuian. in praxi iuris patronat. dict. lib.* 2.
*cap.* 5. *numero* 84. ex Fiſci comparatio-
ne, cui id datum eſt, *l.* 2. *§. Diuus*, vbi ſic
notat Bartholus, *D. de iure Fiſci*, Do-
ctores in *l. Si de poſſeſſione, C. de probatio-
nib. Gloſſa*, & *Canoniſtæ in dict. cap. Cum
olìm.*

Non vulgare præterea (ex *Martia-
ni* reſponſo, à *Papiniano* deducto *in l. Si
is qui*, alias, *Si qui*, 28. *D. de iure Fiſc.*)
priuilegium in Eccleſiæ fauorem deſ-
176 cendit. Quatenus ait: † *Si qui mihi obli-
gauerat*, quæ habet, habiturúſque eſſet;
*Cùm Fiſco contraxerit: ſciendum eſt, in re
poſtea adquiſita, Fiſcum potiorem eſſe de-
bere, Papinianum reſpondiſſe. Quod & con-
ſtitutum eſt. Præuenit enim cauſam pigno-
ris Fiſcus.* Ex quo non modo Fiſcū pri-
uatis creditoribus eodem tempore cō
trahentibus, ſed in bonis à Fiſci debi-
tore poſt contractū cum eo celebratū
quæſitis, ex ſibi tacita competenti hy-
potheca, anterioribus, expreſſam quo-
que habentibus, præferri deducitur.
Notant, exornantque præfati textus
deciſionem, cum ibidem Scribentibus,
*Dionyſ. Gothofr. Petr. Rebuf. ad conſtit.
Gallic. tit. de conſtit. redit. art.* 1. *gloſ.* 14.
*numero* 47. *Nicol. Euerard. dict. loco* 61.
*num.* 15. *Marc. Anton. Genuenſ. q.* 183.
*num.* 1. *Didac. Couarru. variar. lib.* 1. *cap.*
16. *num.* 5. *Andr. Fachin. controuerſ. iur.
lib.* 10. *cap.* 33. *verſ. Secundum argumen-
tum eſt, Cardin. Franc. Mantic. de tacit.
& ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 25. *num.* 12.
*&* 13.

177 Quod Eccleſiæ † commodat (præ-
fata æquiparatione) *Euerard dict. nume*
*ro* 15. & cum ſequutus *Genuenſ. dict. lo-*
*co*. Etſi id doti deneget *Gloſſa*, *verb. Li-*
*cet*, *in l. Aſſiduis*, 12. *C. qui potiores in*
*pign. habe*.

Ex quo, longè faciliûs in actione per
178 ſonali † prælationis fauorem Eccleſiã
obtinere infertur, non modo Fiſci, &
dotis cum Eccleſia comparatione (qui
bus id conceſſum eſt, *l. Quod quis*, 18.
*D. de priuileg. creditor. Gloſſa*, *verb. Ex*
*cauſa*, *ad mediũ*, *verſ. Primus*, *in l. Priuile-*
*gia*, 16. *D. de priuileg. creditor*. eaque ra-
tione idẽ Eccleſiæ tribuunt *Genuenſ.*
*d. tract. q.* 539. & *Iulian. Viuian. d. cap.* 5.
*num.* 167.) Sed ex ipſamet lege Priuile
gia, quæ in his, non ex tempore, ſed ex
cauſa priuilegia æſtimat. Per quã, vbi-
cumque diſpar creditorũ cauſa exiſtit,
ex tempore, in chirographariis etiam
obligationibus, locum priuilegio eſſe,
docet ibid. *Gloſ. d. verb Ex cauſa*, & *A-*
*zeued. conſ.* 12. *n.* 29. & 30. Eccleſiæ au-
tem cauſam priuatorum cauſis diſpa-
rem; ſatis tot hic priuilegia congeſta
monſtrant.

Sed tamen (vt verum fatear) ſcrupu-
lo pungor. Quia cauſa, cui *d. lex Priui-*
*legia* ex tempore priuilegium reliquit;
eam reſpicit, quæ tacitam hypothecã
in bonis debitoris habet, vt Fiſci, do-
tisvè, quemadmodum *d. Gloſſa Azeued.*
que dicunt, quæ quidem cauſa legis be
neficio realem cõtinet obligationem,
quæ perſonalibus ſolum creditoribus
præfertur merito: Eccleſiam verò Fiſ-
co, vel doti in hoc non comparari, eo-
rumve priuilegio tacitæ hypothecæ
non vti, iam ſuprà aduertimus, *nu.* 27.
Ni pro ipſius dote, rerum ſuarum ad-
miniſtratione, decimis, tributis, & ſi
quæ ſimilia ſunt, veluti pariter *ſuprà n.*
28. 36. 45. & *duob. ſeqq.* explicauimus.

Cũ item ab vno hærede nominatim
179 † relictum legatũ, nequeat ab aliis po-
ſtulari, *Iuliani* ſentẽtia *in l. Ab omnibus*,
107. *D. de legat.* 1. quã probauit Terent.
Clemens *lib. 4. ad leg. Iul. & Papiam*, *in*
*l. Cum ab vno*, 55. *D. de legat.* 2.

180 Eccleſiæ ſic relictum, † ab omni-
bus hæredibus exigi poſſe, affirmant
*Decius conſil.* 182. *numero* 3. *Nicol. Eue-*
*rard. in loco ab alimentis ad piam cauſ. nu-*
*mero* 7. *Scipio. Rouit. in pragmatic.* 1. *de*
*legatis piis*, *num.* 3. eiſque relatis, *Marc.*
*Anton. Genuenſ. quæſtion.* 184. *Iulian.*
*Viuian. in praxi iuris patron. dict. lib.* 2.
*cap.* 5. *numero* 85. & *Cardin. Franciſ.*
*Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat.*
*lib.* 8. *titul.* 2. *numero* 16. alimentorum
inſtar, quibus ſpeciale hoc ius compe-
tere *Modeſtinus* reſpondit in *l.* 4. *§. Lu-*
*tius Titius*, *D. de aliment. & cibar. legat.*
notantque citati.

Sic licèt futuræ ſucceſsionis pa-
181 ctum † meritò Iura improbent, neque
in vim vltimæ voluntatis ſuſtineant, *l.*
*Pactum quod dotali*, 15. *l. Licet*, 19. *C.*
*de pact. l. Hæreditas*, 5. *C. de pact. con-*
*uent. l. Stipulatio hoc modo concepta*, 61.
*D. de verborum obligationib. l.* 33. *titul.*
11. *part.* 5. & tradunt (cum multis)
*Andr. Tiraquel. de iure primog. quæſt.*
6. *numero* 24. & *Ioan. Gutier. de iu-*
*rament. confirmator.* 1 *part. cap.* 3. *numero*
19.

182 Eccleſiæ fauore † (ad Militum ſimi-
litudinem, quibus hoc ius competit, *d.*
*l. Licet*, & *d. l.* 33. *part.* quibuſque *ſuprà*
*num.* 43. Eccleſiam cõparamus) huiuſ-
modi pactum ſuſtineri, profitentur
*Marc. Anton. Genuenſ. q.* 185. & illum ſe
quutus *Viuian. d. loco*, *num.* 86.

183 Partem debiti ſoluentem, † nihil ſol
uiſſe videri, nec minutam ſolutionem
adſtringendum recipere creditorem;
dixêre Conſulti Gaius, *in l. Planè*, 3. *D.*
*famil. erciſc.* Modeſtin. in *l. Tutor*, 41. *§.*
*Lutius Titius*, *D. de vſur. l.* 199. *Styl.*
*Gloſ. & DD. in l. Quidã exiſtimauerunt*,
21. *D. ſi cert. pet. Petr. Surd. deciſ.* 186. *n.*
2. pleniſsimè *Pyrrh. Maur. de ſolutionib.*
*cap.* 30. *per tot. Cardin. Dominic. Tuſch.*
*practicar. concluſ. lit. S. concl.* 344. *nume-*
*ro* 4.

184 Ab Eccleſia † verò minutam ſolu-
tionem accipiendã, notârunt *Genuenſ.*
*quæſt.* 186. *per tot.* & *Pyrrh. Maur. dict.*
*capit.* 30. *numero* 19. cauſæ libertatis
ad-

a linſtar cui ius hoc dedit *l. 4. §. Itē ſi decem, D. de ſtat. liber.* & confirmant *Bart. in l. Si vnus, C. de teſtam. Alex. in dict. l. Quidam exiſtimauerunt, numero 7.* & *Iaſ. numero 6.*

185 Quamuis donatio, remiſsio, aut renunciatio † nunquam præſumatur, ſicque vt vitetur, ſemper interprætatio facienda, vt latè ſumus proſequuti, *de priuileg. pauper. 1. part. quæſtion. 21. per tot.*. addimuſque *Ioſephum Maſcard. de probation. concluſ. 1178. numero 3. & ſeqq. & concluſ. 1268. numero 3.* Cauſæ
186 tamen cōiectura æque adeſſe † poſſunt, quæ donationem, aut renunciationem ſuadeant, vt per *Nos, dict. quæſt. 21. numero 8.* & *Maſcard. dict. concluſ. 1268. numero 22.* Inter quas ſanguinis coniūctionem, & *Nos* retulimus, & *Maſcardus* refert *ibid. numero 34.* temporis diuturnitatem, & ſæpius rationum computationem factam *num. 36.* adiiciens. Omnia hæc complectitur lib. 20. quæſtionum *Papinian.* ex Diui *Commodi* ſententia, in *l. Procula, 26. D. de probation.* & in *l. Cum poſt, 69. D. de iure dotium.* Hunc temporis diuturnitati effectum tribuens. Videndusque ad hæc *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. numero 16.* & *Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 188.* ad ſpeciale noſtrum præcipuè. Probat enim, in his quoque caſibus, & in quibus aliàs donatio, remiſsio, aut renun-
187 ciatio præſumitur, Eccleſiæ † fauore non præſumi, ex *Iaſone in l. Cum quid, numero 19. D. ſi cert. petat. Pariſ. conſil. 8. volum. 4.* quem (pro more) ſequitur *Viuian. de iure patron. dict. lib. 2. cap. 5. num. 88.*

188 Operas ſuas in perpetuum † locare quem non poſſe, neque ad eas promiſſas aſtringi (ſpecies veluti quædam ſeruitutis ſit) *Papiniani* reſponſum probat *in l. Titio centum, 70. §. Titio centum, 2. D. de condit. & demonſtr.* ſic præſtitum: *Titio centum relicta ſunt, ita vt à monumento meo non recedat; vel vt in illa Ciuitate domicilium habeat: Poteſt dici non eſſe locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.* Ex quo ſic docet in ſpecie noſtra *Accurſ. in l. Poſt certi, 36. verb. Tibi, C. de liberal. cauſ.* agitque plenè de hac re *Vincent. Carot. in tract. de locat. part. 2. de libero homine, gradu 8. pag. mihi 129.*

Perpetua tamen operarum obliga-
189 tio Eccleſiæ † facta, ſubſiſtit, ad eaſque promiſſor compellitur, vt firmant *Ludouic. Roman. ſingul. 629.* & cum *Innoc. & Abbate, Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſtion. 190. Vincent. Carot. vbi proximè, numero 10. Iulian. Viuian. dict. lib. 2. capit. 5. numero 89. Franciſc. Burſat. conſil. 104. numero 22. lib. 2.* Idque ſummo iure, deficiente contrariæ diſpoſitionis ratione, cum *Deo ſeruire, libertas ſit*, vt & *Seneca* agnouit, *de vita beat. cap. 15. in fin.* Pioque Domino ſeruire, libertatē quoque dixit *Claudianus in laud. Stiliconis, panegyr. 3.*

*Fallitur egregio quiſquis ſub Principe credit*
*Seruitium; nunquam libertas gratior extat,*
*Quam ſub Rege pio.*

190 Imò Eccleſiæ ſeruum, † in dignitate conſtitutum eſſe; non obſcure demonſtrat *text. in cap. Iniuſtū, 4. de rerū permut.* inquiens: *Et eſt abſurdum, vt ab Eccleſiaſtica dignitate ſeruus dicedens, humanæ ſit obnoxius ſeruituti.*

191 Eccleſiæ adminiſtratori † nec palam eius bona emere licet, *auth. Quibuſcumque, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi id notat *Bart.* & firmat *Marc. Anton. Genuenſ. quæſt. 222.* ad Vniuerſitatis ſimilitudinem, cui hoc conceſſum, ſuo notamus loco.

192 Cùm adulti, † vel etiam pupilli adminiſtratori emere eo modo fas ſit, ex *Triphomani* reſponſo in *l. Non exiſtimo, 55. D. de adminiſtration. tutor. l. Pupillus, 5. §. Sanè, D. de auctoritat. tutor. Gloſſa in l. Si emptione, §. fin. D. de contrah. emption. Andr. Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. capite 79. verſic. Fundamentum, Petr. Surd. de*

*aliment. titul.* 8. *priuileg.* 37. *numero* 9. Quamuis hodie tutoribus, & curatoribus hæc facultas reſtricta ſit, publicèque etiam, & bona fide Minorum res emendi facultas ſublata, & irrito manente contractu; & ipſis, grauibus expoſitis pœnis, à *l.* 23. *titul.* 11. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.* conſtitutis.

Eccleſiæ Rectores, ſiue Adminiſtratores ex ipſiuſmet Eccleſiæ bonis
193 † diuites factos præſumi, repetitionéque aduerſus eos concedi, ex *text. in auth. Licentia, C. de Epiſcop. & Cleric.* deducunt *Marcus Anton. Genuenſ. quæſtion.* 228. *Iacob. Menoch. de præſumption. lib.* 3. *præſumption.* 52. *numero* 2. & 3. & plenè *præſumption.* 53. *per totam.*

194 Aduerſus alios † huiuſmodi præſumptionis vigorem, & onus *Diocletian.* & *Maximianus in l. Si defunctus,* 10. *C. arbitr. tutel.* his verbis, rationibuſque ſuſtulerunt: *Debitum autem, aliis indiciis comprobari oportet. Namque quod neque ipſe, neque vxor eius quidquam ante adminiſtrationem habuerunt: non idoneum huius continet indicium. Nec enim pauperibus induſtria, vel augmentum patrimonii (quod laboribus, & multis caſibus quæritur) interdictum eſt.* De cuius materia, ornatu, & vtriuſque aſſertionis veritate, videre licet *Baldum conſil.* 449. *part.* 2. *Panormit. conſil.* 36. *part.* 2. *Dec. conſil.* 6. *Afflict. deciſion.* 377. *numero* 5. *Iacob. Menoch. vbi ſuprà, & lib.* 6. *præſumpt.* 28. *numero* 2. & 10 *Fulu. Pacian. de probationib. lib.* 1. *cap.* 54. *numero* 25. & 26. ac plenè *Ioannem Gutier. tractat. de tutel.* 3. *part. capit.* 46. *per tot.*

195 Quod † in Republica etiã, & Fiſco procedere, multis relatis *Menoch.* tradit, *dict. lib.* 3. *præſump.* 51. *numero* 4. & 5. & *dict. lib.* 6. *præſump,* 28. *numero* 10. iuxta ſenſum tamen, modumque præſcriptum *infrà quæſt.* 10. *numero* 78. capiendum.

Legatum tot aureorum Eccleſiæ fa
196 ctum, † annuum cenſeri, elegans *Scæuolæ* reſponſum manifeſtat in *l. Annua,* 20. §. *Attia, verſ. Item quæro, D. de annu. legat.* & firmat *Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 225. Noſque aliorum authoritate, firmamus, *de priuileg. pauper. part.* 2. *in ſpecialib. circa vltim. voluntates, poſt quæſtionem* 64. *numero* 22. id miſerabilium fauore proferentes.

Cùm huiuſcemodi legati obligatio-
197 nem vnica † regulariter præſtatio perimat, vt *ibidem numero* 21. aduertimus, latèque 1. *part. quæſtion.* 16. *à numero* 1. proſequimur, ibique adductis *Menochium* in ſpecie addimus *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 132. *per tot.*

Quamuis priuata ſcriptura ad ſui
198 valorem † Conſulis, & diei appoſitionem non requirat, *Scæuolæ* reſponſo in *l. Cum tabernam,* 34. §. *Idem quæſiuit, D. de pignorib.* obſeruantque *Deci. in cap.* 2. *numero* 24. *de fide inſtrum. Socin. iun. conſ.* 111. *numero* 19. *lib.* 3. *Tiber. Decian. conſ.* 20. *numero* 23. *conſ.* 29. *numero* 91. & *cõſil.* 46. *numero* 152. *lib.* 2. hiſque citatis, *Nicola. Genua, de ſcriptura priuat. lib.* 1. *quæſt.* 3 *pag. mihi,* 29. *numero* 1. Ad pro-
199 bationem † tamen vtrumque deſiderari, ex *l. Si qua beneficia,* 4. *C. de diuerſ. reſcript.* firmant *Cynus,* & *Bald. ibid. Alciat. conſ.* 14. *numero* 5. *lib.* 5. *Nicola. Genua, dict. quæſt.* 3. *num.* 12.

Eccleſiæ verò fauor hanc reſpuit
200 qualitatem, † & abſque die & Conſule priuatam ſcripturam fidem facere, cũque adminiculis, dominium Eccleſiæ contra ſcribentem, ſucceſſoréque probare; imò etiam ſi quantitas eius quod ſoluitur non fuerit expreſſa; dixit ſingulariter *Bald. conſ.* 331. *in princip. Reuerende Pater, vol.* 2. *per tot.* & cum eo *Genuenſis quæſt.* 227. *Cardinal. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. lit. S. concl.* 76. *num.* 82.

Taciturnitatem in præiudicialibus
201 † conſenſum non inducere, firma eſt regula, multis iuribus, & auctoritatibus comprobata à *Nobis in Axiomatib. Iuris, lit. T. num* 5.

202 Quæ ramẽ Eccleſiæ, † & Diuini cultus fauore limitationẽ recipit, ex *cap. Si ſeruus,* 2. *in ordine,* 20. *diſtinction.* 54.

di-

dicente: *Si ſeruus ſciente, & non contra-
dicente domino, in clero fuerit ordinatus:
ex hoc ipſo quòd conſtitutus eſt, liber, &
ingenuus erit.* Conſentire enim domi-
nus taciturnitate hoc in caſu, licèt ſi-
bi præiudiciali, iudicatur, generalem-
que indè aſſertionem *Genuenſis* dedu-
cit, *quæſt.* 235. in Eccleſiæ fauorem, in
præiudicialibus quoque taciturnita-
tem conſenſum elicere.

203 Sic creditorem videntem pignus †
in Eccleſiam diſtrahi, & tacentem, ſi-
bi præiudicium afferre, pignusque re-
miſſum intelligi; idemmet probat *Ge-
nuenſis, quæſtion.* 236. ad libertatis, &
204 Fiſci comparationem, † qui hoc iure
vtuntur. Libertati, illud *Verus*, & *An-
tonius* Imperatores dederunt, *in l.* 1. *C.
de remiſſion. pignorum*: Fiſco, Imperator
*Auguſtin.* in *l. Si hypothecas*, 8. *C. eod.
tit.*

205 Quoad alios † verò, non aliter cre-
ditores per ſcientiam, & pacientiam
pignoris diſtractionis, ſibi præiudi-
cant; quam ſi expreſsè conſenſerint.
Eſt Conſulti *Martiani* deciſio, *in l. Si-
cut.* 8. *§. Non videtur, D. quib. mod. pign.
vel hypothec. ſoluitur. Non videtur autem
conſentire creditor* (ait) *ſi ſciente eo, debitor
rem vendiderit: cum ideò paſſus eſt venire,
quod ſciebat vtique ſibi ius durare. Sed ſi
ſubſcripſerit fortè in tabulis emptionis: con
ſenſiſſe videtur, niſi manifeſtè apparet de-
ceptum eſſe. Quod obſeruari oportet, etſi ſine
ſcriptis conſenſerit.*

Vendere rem ſuam compelli nemi-
206 nem; † & ſunt vulgaria Iura in *l. Inui-
tum*, 11. *C. de contrahend. emption.* in *l.
Poſſeſſores*, 12. *C. de fund. patrimon. lib.*
11. in *l. Nec emere*, 16. *C. de iure deliber.*
& tradidimus plenè *in Axiomatib.
& locis commun. Iur. litter. V. numero
10.*

207 Pro Eccleſia tamen conſtruenda, †
ædificanda, vel amplianda, domum
ſuam quem vendere cogi, firmant, poſt
alios, *Gomez. in l.* 46. *Taur. numero* 9.
& in *l.* 70. *numero* 20. & *variar. tom.* 2.
*capite* 2. *numero* 51. *Vincent. de Franch.
deciſion.* 223. *numero* 5. *& ſequentibus.
Marc. Antoni. Genuenſ. dict. tractat.
quæſtion.* 241. *Vincent. Carot. deciſion.*
16. *numero* 13. & *per tot. Bouadill. in
polit. lib.* 3. *capit.* 5. *numero* 26. *Camil.
Borrel. in ſumm. deciſion.* 1. *part. titul.*
2. *numero* 36. *Cabed. deciſion.* 105. *nu-
mero* 10. *Aluarus Valaſc. conſultat.* 22.
*numero* 2. *Iacob. Cancer. lib.* 1. *variar.
reſolution. cap.* 13. *numero penult. Gaſp.
Anton. Theſaur. quæſtion. forenſ. lib.* 1.
*quæſtion.* 94. *numero* 6. *&* 7. *Didac. de
Marc. in additionib. ad deciſion.* 75. *Tho-
mæ Grammatici, numero* 1. *Ioan. Mar.
Nouar. quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 32. *nu-
mero* 1. *&* 3. *Nos in Axiomatib. & locis
commun. Iur. lit. V. numero* 12. Etiam
208 quod via † ſit intermedia, vt plenè tra-
dit *Proſper. Farinac. Rotæ Roman deciſ.*
213. *per totam, part.* 2. *tom.* 1.

Meretricem etiam in propria do-
209 mo † propè Eccleſiam habitãtem ex-
pelli poſſe, obtinuit Eccleſiæ fauor, ſe-
cundum *Ioannis de Platea* ſententiam,
*in l. Si qua in publicis*, 4. *C. de ſpectacul. &
ſcen. lib.* 11. *Marc. Anton. Genuenſ. in pra-
cticabilib. Eccleſiaſtic. quæſt.* 242. *Gaſp.
Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. dict. lib.* 1.
*quæſt.* 33. *numero* 3.

210 Cùm etſi de vicinia † domum te-
nens conductam, expelli poſsit (vt per
*text. in l. Non aliter*, 7. *D. de vſu & ha-
bit.* notant *Vincent. de Franch. deciſ.* 316
*in princip. Theſaur. dict. quæſt.* 33. *nume-
ro* 1. ita Sabaudiæ ſtatutis cautum di-
cens, *Didac. Couarru. de ſponſalib.* 2.
*part. cap.* 8. *§.* 11. *numero* 5. *Anton. Go-
mez tom.* 3. *variar. cap.* 6. *in fin. verſic.
Et ex ſuperioribus, & in l.* 62. *Taur. num.*
3. *verſic. Item adde, Petr. Gregor. Syn-
tagmat. iur. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 37. *& lib.*
4. *cap.* 24. *num.* 10. *Iacob. Menoch. de ar-
bitrar. lib.* 2. *caſu* 78. *num.* 11. *caſu* 328.
*num.* 14. *& caſu* 535. *nu.* 16. *Ioſeph. Maſ-
card. de probationib. concl.* 1066. *numero*
8. *Benedict. Ægid. de priuileg. honeſt. art.*
9. *nu.* 6. *Ludouic. Peguer. deciſ. crimin.* 12.
Quorum aliqui etiam ad vxoratã me-
retricio more viuentẽ, cuius eſt mari-
tus vilis, vxoriſque leno, extendunt,
*Menoch. dict. caſu* 535. *num.* 19. *Ægid.*

dict.art.9.nu.11. Auendan. de exequend.
mandat.p.2.cap.6.nu.4.& ſequentibus.)
211 A propria tamen domo † exppelli ne-
queat, ex eadem l. Si qua in publicis, ob-
ſeruant Genuenſ.d.quæſt.242.n.1.Gaſp.
Anton. Theſaur. d. quæſt. 33.num.2. ita
deciſum referens, contrariiſque reſpõ-
dens. Diſſentiant licet Menochius dict.
caſu 535. numero 17. Bened. Ægid.
dict.art.9.numero 10. & Auendan.citato
loco.

212 Domum leuare, † aut feneſtras fa-
cere, ad Monialium cætum proſpectũ
habentes, non licet, poſſuntque factæ
deſtrui, argument. legis Si cui, 9. C.de
ædific.priuat. Auguſt.Beroi. cõſ.135.lib.
3.Vincent.de Franch.deciſ.223. & in eius
annotation. Ioan. Aloyſ. Ricc. & Ioan.
Mar. Nouar. referens in id Capiblanc.in
pragm.1.nu.176.Battagl. ad Cyn. in l.1.
C.de Epiſcop.aud. verſ. Patet ex præmiſ-
ſis, & Petram, de poteſtate Principis, cap.
11.& cap.13. quem tamen neque præ-
dictis locis, neque alibi dicentem id re
peri. Aſſertioně verò firmant etiã Pa-
dill.in l. Altiùs, num.19. C.de ſeruitut. &
aqua. Auguſt.Barboſ.in collect.ad cap.fin.
de oper.noui nunciat.nu.6. Iulian.Viuian.
in praxi iuris patron.lib.2.cap.5.nu.154.
213 Affirmans, † iuxta Eccleſiam nil con-
ſtrui, aut extolli poſſe, quod illi præiu-
dicium afferat, etſi pium contineat
opus.

Altiuſque non tollendi ſeruitutem,
214 † via publica etiam intermedia, ad ven
dendum in hoc caſu cogi quem poſſe,
notant Carol.de Tap.lib.1.iuris Reg.ſub
tit.de Monialib.pragm.3.numero 1. poſt
Grammat.deciſ.75 & Padill. vbi proxi-
mè, conſentiuntque Marc. Anton. Ge-
nuenſ.d.tract.q.243. Vincent. de Franch.
dict.deciſ.223.numer.4. Didac.de Marc.
in additionib. ad Grammat. dict. deciſion.
75.numero 2. Mar. Giurb. deciſ. 86.nu-
mero 8.

215 Regulariter verò † neque ad vendě-
dum ius ſibi competens cogi quẽ poſ-
ſe; iam ſuprà num.206. diximus: neque
altiùs domum ſuam leuare prohiberi,
indicant apertè l. Altius, 8. C. de ſerui-
tut. & aqua, adductæque à Gloſſa prima
ibi, l.25, in fin.titul. 32. part. 3 plenè Ia-
cob. Menoch. de arbitrar. caſu 156. numero
1. & ſeqq. Brunor. à Sol. in locis commu-
nib. Ædificare, Aldouin.conſil.10.numero
5.cum ſeqq. Molin. de iuſtic. & iure, tom.
3.tracta. 2.diſputat.709 à princip. Ber-
nard.Græuæ.in practic. Camer. Imperial.
lib.2.concluſ.69.numero 1. quos, cum a-
liis refert in dict. cap. fin. de oper. noui
nunciat.numero 6. Auguſtin. Barboſ. An-
toninus Theſaur. deciſione 216. per to-
tam.

216 Etiam ſi luminibus † officeret vici-
ni, eiuſque ædes obſcuraret, l. Cum eo,
D.de ſeruitut.vrbanor. prædior. vbi cum
eo, qui extollendo, obſcurat vicini ædes,
quibus non ſeruiat; nulla competit actio,
Vlpianus ait. Plura id firmantia ad-
ducit Iura Decius in l. Nullus vide-
tur, 55. D. de regul.iur.numero 1.

217 Etiamque ſi per mille annos † quis
non fabricaſſet, Gomez Leon, in infor-
mat. cent. cap.7. per tot. Niſi ad æmula-
218 tionem ædifficaſſet, † id eſt, cum ædifi-
cans nullam percipit vtilitatem; dam-
num autem vicinus ſentit, Iacob. Me-
noch.dict.caſu.156.numero 3. & ſequen-
tibus, & de præſumption.lib.6.præſumpt.
29. numero 28. Franciſc.Viuian. deciſion.
306. numero 6. & deciſion. 493. Ioſeph.
Maſcard. de probationib. concluſion. 620.
numero 15. Melch. Phæb. deciſ.73. num.
10. ſimiliter relati ab Auguſt. Barboſ. in
dict.cap.fin.numero 7.

Legatum, alienatione eius volunta-
219 ria, † vel donatione videri ademptum,
Modeſtinus reſpondit in l. Rem legatam,
18.D.de adimend legat. inquiens: Rem
legatam ſi teſtator viuus alii donauit; om-
nimodo extinguitur legatum. l. Fideicom-
miſſa, 11. §. Si rem ſuam, D. de legat. 3.
§. Si rem ſuam, inſtit. de legat. l.17.titul.
9. part. 6. aſſeruntque Bart. in l. 1.
numero 55. D. de vulg. & pupil. ſub-
ſtit. Rodericus Suarez in l. Quoniam in
prioribus in comment. legis Regn. quæ-
ſtion. 9. numero 1. & ſequentibus Anton.
Gomez. variar. tom. 1. cap. 12. numero
verſ. 56. Secundus caſus, & tom.2.cap. 4.
nume-

*numero* 17. *verſic. Decimo infrà, Spin. de teſtament. gloſ.* 18. *princip. numero* 45. *& ſeq. Iacob Menoch. proximè referendus, numero* 6. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 21. *numero* 1. *& ſeqq.*

220 Ex coniecturis † enim ademptionem induci, eiſque probari, & hanc vnam eſſe ademptionis coniecturam dicunt *Anton. Gomez. vbi proximè, dict. numero* 56. *Cardin. Franciſc. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 12. *titul.* 6. *numero* 20. *Iacob. Menoch. de præſupt. lib.* 4. *præſump.* 167. copioſè agens, quãdo ex alienatione ademptum præſumatur legatum.

221 Eccleſiæ † tamen factum, neque alienatione voluntaria extingui, aut videri ademptum; firmant *Andr. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 41. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſtion.* 267. *Iulian. Viuian. dicto lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 120. Licèt contrarium ſentiat *Maſcard. dict. cõcluſ.* 1281. *numero* 150. *& duobus ſeqq.* cui adhæret *Petr. Surd. de aliment. dict. priuileg.* 21. *numero* 2. *&* 3. Ni ſaltem res alienata in teſtatoris poteſtatem veniat, intelligens, *numero* 6. *&* 7.

Fideicommiſſum quoque vniuer-
222 ſale, † ſpeciali priuilegio, in Eccleſiá, abſque reſtitutione tranſire; fatentur *Andr. Tiraquel. dict. tractat. priuileg.* 39. *Genuenſ. quæſtion.* 271. *à numero* 2. contrariis reſpondens, *Iulian. Viuian. dict. lib.* 2. *capit.* 5. *numero* 103. *Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 2. *numero* 61.

223 In aliis † reſtitutionem deſiderari, *Vlpianus* monſtrat *in l. Reſtituta*, 28. Caius *in l. Facta*, 63. *D. ad S.C. Trebell.*

224 Etſi in particularibus, † etiam ante illam, dominium in fideicommiſſarium particularem, vt in legato, à morte teſtatoris tranſire; dicendum *Martiani* reſponſum cogat, *in l. A Titio*, 66. *in fin. D. de furt. Quia ea quæ legantur, recta via, ab eo qui ligauit, ad eum cui legata ſunt, tranſeunt.* cum ſimilibus adductis *à Gloſſa ibid. verb. Recta via*, de iure Regio, *text. in l.* 4. *titul.* 9. *part.* 6. *E aun dezimos, que luego que el teſtador es muerto, paſſa el ſeñorio de la coſa que aſi es mandada, a aquel a quien es fecha la manda. E maguer muera ante que el heredero del teſtador entre la heredad, o ante que el entre la poſſeſſion de aquella coſa que le fue mandada: por todo eſſo, heredarà aquella manda el ſu heredero que huuiere derecho de heredar los otros ſus bienes de aquel a quien fue fecha.*

Eſtò non diffiteatur, Digeſtorum iu-
225 re inter vtramque † diuerſam conſiderari rationem poſſe, ex diuerſa legandi forma, ſignatã à *l. Si à pluribus*, 110. *D. de legat.* 1. & ab Imperatore Iuſtiniano *in §. Sed olim, inſtit. de legat.* iam ab eodem ibidem abrogata.

Eccleſiam præterea, inſtitutam
226 † cenſeri hæredem ab eo, qui inter amicos prædixiſſet, *poſt mortem ſuam inſtituere Eccleſiam velle*, eo poſtmodùm inteſtato decedente; contendit enixè *Marcus Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſtion.* 275. *à numero* 2. authoritate *Bartholi in l. Serui electione, D. de legat.* 1. & *in l. Cunctos populos, C. de Summ. Trinit. & Fide Cathol.* per *legem Pamphilo*, 37. *§. Propoſitum, D. de legat.* 3. Quæ leuitèr vrgent, neque id in ſpecie concludunt. Contrarium verò, ex tali inter amicos confabulatione, & neque inſtitutam videri Eccleſiam, neque actionem vllam naſci, reſpondit *Corneus conſil.* 149. *per tot. vol.* 2. maximè *à nu.* 7. *cum ſeqq.* quem approbat *Nicola. Genua, de verb. Enunciatiu. lib.* 2. *quæſtion.* 23. *numero* 18. *& ſeqq.* præcipuè *numero* 21. *&* 22. Videndusque in *id Capr. conſ.* 94. *Odd. conſ.* 64. *per tot. & Baltaxar. Thomaſ. tract.* 10. *tit.* 2. *cap.* 59.

227 Promittens defendere Eccleſiam, † etiam non requiſitus, nec certo tempore deſignato, eam defendere tenetur, vt aſſerit *Genuenſ. d. tract. q.* 282. *nu.* 1.
Ex eo, quod fauore Eccleſiæ, vt Mino-
228 ris, re ipſa mora † abſque interpellatione contrahatur, quemadmodum *infrà* diximus *num.* 111. & *de priuileg. pauper.* 1. *p. q.* 25. *num.* 13. *&* 14.



BIBLIOTECA GRANADA

229 Cùm in aliis † requiſitionem, inter-
pellationemque fieri ad obligationis
executionem neceſſarium ſit, Caio *in
l. Cũ patronus*, 22. *D. de oper. libertor.* ſic
dicente: *Cùm patronus operas ſtipulatus
eſt: tunc ſcilicet committitur ſtipulatio, cũ
popoſcerit.* Similiter Vlpianus *in l. 4. §.
Hoc autem iudicium, D. de damn. infect.*
& *in l. Operæ, 7. D. de vſu, & vſufruct. le-
gat.* Paulus *in l. fin. §. 1. D. quorum lega-
tor.* aliique ab *Accurſio in dict. l. cum pa-
tronus, verb. Popoſcerit*, & à *Nobis* ſuprà
citati.

230 Rem pecunia Eccleſiæ emptam, †
ipſius fieri, eamque vindicare poſſe, fir
marunt *Gloſſa, verb. Comparauit, in cap.
Inquirendum, 4. de pecul. cleric.* & *in l. Si
vt proponis, 8. verb. Non negabit, C. de rei
vendication. Felin. in cap. Cum ex officii,
n. 2. de præſcrip. Tiraq de priuil. piæ cauſ.
priuil. 120. Marc. Ant. Genuenſ. in practi
cabil. Eccleſiaſt. quæſtion. 283. Franciſc.
Sarmient. de redditib. Eccleſiaſt. 3. part.
cap. 2. numero 10. Anton. Gomez. in l. 50.
Taur. numero 36. verſic. Tertius caſus.*
Etſi procedere velit, quando per Syn-
dicum, vel Eccleſiæ adminiſtratorem,
non per alium celebrata eſt emptio, ſi
ſoluendo ſaltem exiſtat emptor.

231 Cùmque prælationis † priuilegio
rem illam Eccleſiæ hypotecatam exi-
ſtere, *Genuenſis* tradit *in dict. quæſt.* 283
*numero* 2. ex *l. Idemque, 7. & ibi Gloſ. &
Bart. D. qui potior. in pignor. habe. Angel.
Neguz. & Rebuſ.* ab eo relatis, vt & in
Minore, Militeque, *hic Nos* ſuis adno-
tamus in locis.

232 Aliorum † autem pecuniis res em-
ptas, non dominorum effici, ſed emen-
tium; Iura ſunt expreſsè demonſtran-
tia in *l. Si ex ea pecunia, 6. C. de rei vin-
dic. in l. Si is, 8. C. de Epiſcop. & Cleric.*
in *l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, in l. Si pa-
tronus, 8. C. commun. vtriuſque iudic.* in *l.
Etſi de tua, 9. C. de donation. inter vir. &
vxor. in l. 49. tit 5. part. 5.* Neque etiam
233 ſi dotali pecunia † ſit res empta, vt in
*l. Ex pecunia, 12. C. de iure dot.* Diocle-
tian. & Maximinian. decreuerunt. Si
maritus ſaltem ſoluendo ſit, vt ex *l.
Cum vir, 54. D. de iur. dot. in l. Vxor ma-
rito, 56. D. de donation. inter vir. &
vxor. & dict. l. 49. tit. 5. part. 5.* obſer-
uat *Gomez. in dict. l. 50. Taur. numero 36
colum. 2. ad fin.*

Quamuis per ſuperuenientiam li-
234 berorum, † omnium bonorum reuo-
cetur donatio, *l. Si vnquam, 8. C. de re-
uoc. donation.* cui concors eſt *l. 8. tit. 4.
part. 5.* Quarum materiam (omnium
pleniſsimè nota ſua eruditione) *Andr.
Tiraquel.* illuſtrauit. Cuius celebris re-
petitio cæterorum allegationem ſup-
plet, ne vetare dicam.

235 Eccleſiæ † verò huiuſcemodi factã
donationem, ſuperuenientia liberorũ,
ad legitimam vſque tantum reuocari;
multorum fuit opinio, quos *Genuenſis*
refert, *dict. tract. quæſt. 294. numero 1.*
Deque Iuris rigore, donationem hanc
nullatenus reuocari; licet de æquitate,
& commiſeratione ſecus; tradunt *An-
dræas Fachin. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 66
ad fin. Iulian. Viuian. de iure patronat. lib.
2. cap. 5. numero 105.* lateque diſputant
*Tiraquel. in dict. l. Si vnquam, verb. Li-
bertis, numero 79.* cum aliis à *Marco An
ton. Genuenſ. dict. loco* citatis.

Peculiaris item Eccleſiæ fauor eſt,
236 vt ex ſolo titulo donationis, † in eam
ipſo iure rei donatæ dominium tran-
ſeat, conſtitutione *legis fin. C. de ſacroſ.
Eccleſ.* & aduertunt in *l. Qui Romæ, §.
Flauius, D. de verbor. oblig. Iaſ. num. 17.*
& *Socin.* 14. quorum probat ſententiã
*Couarru. variar. lib. 1. cap. 14. numero 3.
poſt med. verſic. Quin & aduerſus*, & *nu-
mero 14. Marc. Anton. Genuenſ. dict. tra
ctat. quæſt. 304. numero 3.* idem in dona-
tione præſumpta (*Ripæ* auctoritate,
eiuſdem *legis finalis* deciſione) affir-
mans, cui & *Couarru. dict. numero 14.*
adhæret.

237 Aliis † probata Iuris regula *legis
Traditionibus, C. de pact.* vulgareque
per illam, axioma, de quo *Nos in noſtris
lit. D. numero 209.* contradicit. Nota-
uimuſque iam *ſuprà numero 124. &
ſeq.*

Nunc verſa vice: licet conſtitutum

in

238 in eum transferatur, † cuius fauore celebratum eſt, deſinatque poſſeſſor antiquus poſsidere, cum alterius poſsideat nomine, auctore Celſo *in l. Quod meo, 18. D. de acquir. poſſeſſ.* cuius confirmat conſtitutionem *Regia partitæ lex 9. tit. 30. part. 3.* aſſertionemque comprobant, materiam proſequentes *Gloſſa in capite 2. De conſuet. verb. Signum, verſic. Item cum quis, Andr. Tiraquel.* in ſuo *de iure conſtituti tract.* præcipuè. 1. *part. numero 2. & part. 2. ampliat. 1. numero 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 29. numero 6.* & *deciſ. 50. numero 6. part. 1. Anton. Gomez. in l. 45. Taur. num. 78. Aluar. Valaſc. conſultat. 106. numero 2. Iacob. Menoch. conſil. 139. numero 24. Ioan. Gutier. practicar. lib. 2. quæſt. 88. numero 8. & lib. 3. quæſt. 64. numero 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 175. numero 3.*

239 Rei tamen Eccleſiæ † per conſtitutum, & precarium à Prælato celebratum, poſſeſsionem nequaquam transferri in eum cuius fuit gratia conſtitutum; profitentur *Rip. in l. 1. numero 69. D. de acquir. poſſeſſ. Andr. Tiraquel. dict. tract. limit. 16. Marc. Anton. Genuenſ. quæſt. 302. Iulian. Viuian. dict. lib. 2. cap. 5. numero 107.* Cùm inutile ſit conſtitu-
240 tum, ſi conſtituens † non poſsideat. *cap. Cum olim, 17. de reſtit. ſpoliator. Tiraquel. de iure marit. part. 3. limit. 1. numero 1.*

Rerum autem Eccleſiæ, apud Chri-
241 ſtum, † ſiue vniuarſalem Eccleſiã poſſeſsio exiſtat, *Martin. Nauar. in Apolog. de redditib. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 24. & de Spoliis, §. 3. notab. 7. & §. 17. numero 4.* Ideò nec Prælati morte earum poſſeſsio vacat, vt *in cap. Cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in cap. In litteris, de reſtit. ſpoliator.* notant DD. & *in l. Cum hæreditas, D. de acquirend. poſſeſſ. Bart.* & alii.

Donatione facta priuato, cum pa-
242 cto, *quod poſt eius mortem † res donata ad Eccleſiam tranſeat,* non poſſe donatorem ante donatarii mortem in Eccleſiæ præiudicium pactum reuocare, aut diſponere, vt res ad alium tranſeat, aſſeuerarunt multi, quos refert, & ſequitur *Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt. 303.* fundamento præcipuè *legis 3. D. de ſeru. export.* & ſi multos pariter in contrarium alleget. Ita ſimiliter plures vtriuſque partis *Ioan. Gracian.* cumulat, *regl. 410.* Priori etiam *Didacus Couar.* aſſentiri videtur, *lib. 1. variar. cap. 14. numero 14.*

Sed an vera priore exiſtente opinio-
243 ne; præcipuum † Eccleſiæ fauorem cõtineat ipſa; vel ſit commune cuilibet, vt pactum illud donationi adiectum, ante donatari mortem, non poſsit à donatore in tertii præiudicium reuocari, vtroque etiam donatore, & donatario conſentiente? à præcitatis licet colligere, & *in dict. l. 3. Scribentibus.* Communemque opinionem, aduerſus *Bartholum* dicit *Azeued. in l. 10. tit. 6. lib. 3. nouæ Reg. collect. numero 8.*

Rem propriam ſcienter ab Eccle-
244 ſia, † tanquam Eccleſiæ in emphyteuſim recipientem, Eccleſiæ illam donare videri, etſi multi dubitarunt; firmarunt multi, ex *Bartholi* doctrina, *in l. Si aliquam rem, 28. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* vt *Marc. Anton. Genuenſ.* prodit, *dict. tractat. quæſt. 304.*

245 Ab alio † autem rem propriam, etiã ſcienter, in emphyteuſim, locationis vè titulo recipientem, eam illi nequaquam donare videri; idem ipſe *Genuenſ.* aduertit, & *in dict. l. Si aliquam rem,*
246 Scribentes notant. Cùm rei propriæ † conductio inutilis ſit, *l. Ei à quo, 21. D. de vſucap. l. Qui rem, 20. C. de locat.* & proſequitur latè *Marc. Anton. Natt. conſil. 26. à numero 1.* Ex qua per conſequens
247 nil validum † produci, aut generari poteſt, ex vulgari, quod tradimus, *Axiomate, in noſtris, lit. N. numero 71.* Donationis præſertim repugnante præſum-
248 ptione, † contrariaque exiſtente, adeò vt fatuitas potius, & actus nullitas inducatur, vt *in 1. de priuileg. pauper. part. quæſtion. 21. per totam,* ſumus proſequuti.

Diſpoſitionem *legis, 1. C. de donation.* quæ

249 *quæ ſub mod.* ſtatuentis; † *donatum vt*
*alimenta præſtentur, modo non impleto,*
*nonque exhibitis alimentis, vindicare do-*
*natorem poſſe*, in Eccleſia locum nō ha-
bere, multis mediis, & auctoritatibus,
(*Ludouici Romani*, contrarium tenen-
tis, ſententia damnata) comprobat *Di-*
*dacus Couarru.* ex *text.* præcipuè, *in cap.*
*Verum.* 4. *de condition. appoſſit.* & eius cō
muni Doctorum interprteatione; quæ
*donationem Eccleſiæ factam, appoſſito mo-*
*do, eo non ſeruato, minimè reuocari* affir-
mat. Donatori tamen aduerſus Eccle-
ſiam ſeruari actionem, vt modum im-
pleat. Dummodo illud ipſum in con-
tractu donator non cauerit, *vt non ſer-*
*uato modo, reuocetur donatio*, ex *Tiraquel.*
aliiſque tradit.

Diuerſa quoque ratione id ipſum
defendit *Genuenſ. dict. tractat. quæſtion.*
250 371. Fiſci † comparatione, cuius con-
tractum ex non implemento, non vti-
que annullari, aut reſcindi, ſed ad im-
plementum contra eum agi dicit, ex *l.*
1. *C. de Aduocat. Fiſc.* Eandem tutantur
Eccleſiæ fauore, ſententiam *Iulian. Vi-*
*uian. in praxi iuris patron. dict. lib.* 2. *cap.*
5. *numero* 51. & *Cardin. Franc. Mantic.*
*de tacit. & ambig. conuention. lib.* 13. *tit.*
44. *numero* 10.

251 Licèt in aliis † ex non implemento
reſcindatur contractus, *l. Cum propo-*
*nas*, 2. *in fin.* 21. *in ord. l. fin. D. de condit.*
*cauſ. dat dict. l.* 1. *C. de donat. quæ ſub mod.*
Cum tacita ſubintelligatur conditio:
ſi alter ex parte ſua impleuerit, *dict. l.*
*Cum proponas, l. quæro*, 56. *§. Inter loca-*
252 *torem, D. locat.* Exceptionis † ſaltem be
neficio, *Roland. à Vall. conſil.* 60. *numero*
25. & 26. *lib.* 4. *Ioan. Cephal. conſil.* 402.
*numero* 14. *lib.* 3. *Aym. Crauet. conſ.* 192.
*numero* 22. *verſic. Ope tamen exceptionis,*
*Ioan. Baptiſt. Coſt. conſil.* 52. *numer.* 6. *Ste-*
*phan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 355. *nu-*
*mero* 16. cum aliis, quos refert, & ſe-
quitur *Mar. Giurb. deciſ. ciuil.* 100. *nume-*
*ro* 23.

253 Propter ingratitudinem † donatio-
nem reuocari poſſe, multis oſtendimus
iuribus, & auctoritatibus *de priuileg.*
*pauper.* 1. *part. quæſt* 42. *numero* 10. in-
gratitudinis vitium *à num.* 1. deteſtan-
tes.

254 Eccleſiæ tamen † donationem fa-
ctam, ob Prælati, vel Capituli, vtriuſ-
queuè ſimul ingratitudinem, non reuo
cari, obſeruant *Oldrald. conſil.* 278. *nu-*
*mero* 7. *ver. Ad ſecundum, Rip. in l. Gene-*
*raliter quæſt.* 52. *C. de reuoc. donation.* cō-
munem dicens, *Iul. Clar. ſententiar. lib.*
4. *§. Donatio, num.* 5. *verſic. Idem quæro,*
*Marc. Anton. Genuenſ. dict. tract. quæſt.*
307. *Cardin. Dominic. Tuſch. practicar.*
*concluſ. lit. D. concluſ.* 711. *numero* 24. *Iu-*
*lian. Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 109.
*Marc. Anton. Genuenſ. dict. tract. quæſt.*
307. Quia Eccleſiæ facta donatio, ipſi-
met Deo O. M. facta cenſetur ex *dict.*
*cap. Verum*, 4. *de condit. apoſit.* qui ingra-
tus eſſe non poteſt, cum ſit omniū gra-
tiarum liberaliſsimus largitor. Vndè
255 ad dotem pauperi † datam, proque re-
dimēdis captiuis donationem factam,
eâdem ratione *Genuenſis ibidem* infert,
vt iſtarum neutra donationum, ingra-
titudine reuocetur. Et an ſi cū pacto †
256 reuocādi ob ingratitudinē donationē,
donatio fiat, huiuſcemodi reuocari poſ
ſit? fusè *idem Genuenſ* diſputat *ibi nu-*
*mero* 6. *Iulian. Viuian. vbi ſuprà*, negati-
uamque ſimplicitér, & meritò, firmat
*Iul. Clar.* cum *Franc. Ripa locis iam cita-*
*tis.* An autem quando à Prælato etiam
cum Capitulo commiſſa ingratitudo
257 eſt, eius ſaltem vita † durante (ne ali-
quid interim ex donatione conſequa-
tur) reuocari donatio valeat? conſulen
dus *Cardin. Domin. Tuſch. dict. concluſ.*
711. *numero* 25. *cum ſeqq.*

258 Eccleſiam ſine ceſsione † agere poſ
ſe, notarunt *Bart.* & *Caſtrenſ. in l. Mo-*
*deſtinus, D. de ſolut. Bald. in cap. Vigilanti,*
*de præſcript. numero* 5. *verſic. Sed ſi gere-*
*ret, Iulian. Viuian. dict. cap.* 5. *numero*
110.

259 Etſi regularitér ſecus, † nec per aliū
ipſo iure adquiri actio queat, ceſsio-
que neceſſario requiratur, ex notatis
in *l. Poſſeſſio quoque, §. Etſi poſſeſſio, D. de*
*acquir. poſſeſſ.* & *in l. Stipulatio iſta habere*
*licere,*

licere §. Si ſtipuler, D. de verbor. obligat.
vt tradit Felin. in proœm. Decretal. verb.
Gregorius, numero 22. & ſeqq. Felici. de
Societ. quæſt. 14. præcipuè numero 33.
Gutier. de iuram. confirmator. 1. part. cap.
68. numero 1. Iuramento ibidem id ſpeciale tribuens, vt per illud quæratur
abſque ceſsione actio. Hodie licet cõmune id omnibus videatur, iure Regio
attento, in l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam. &
in l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ Reg. collect. obligationem (quoquo modo quis ſe obligare velle, viſus ſit) inducente. Et quãuis interius ſpeculanti ſeſe argumenta
aduerſantia offerrent: ſententiæ nunc
Ioannis Gutier. dict. cap. 68. numero 6. acquieſcimus. Non enim hæc diſputandi
occaſio.

Eccleſiæ Rectorem in præiudicia-
260 libus † ipſi Eccleſiæ, illius nomine cõ-
tra factum ſuum venire poſſe, textus
probat in cap. Si quis presbyterorum, 6.
de reb. Eccleſ. alien. vel non. Bald. in capite
Cum olim, de reſtit. ſpoliator. Genuenſ. in
practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 311. per leg.
Si is qui non erat, 25. (aliàs, ſi is qui hæres
non erat) D. de except. rei iudic. & in l. Mo
deſtinus, 10. D. de exception. Petr. Surd. cõ-
ſil. 183. numero 43. Stephan. Gratian. diſ-
cept. forenſ. tom. 2. cap. 298. numero 47.
Ioan. Gutier. de iuram. confirmator. 1. par-
te, cap. 1. numero 96. Petr. Cened. ad De-
cretal. collect. 71. numero 2. Borgnin. Ca-
ualcan. de tutor. & curator. numero 162.
Quorum plerique id confirmant, iura
mento etiam Prælati de non reuocan-
do, vel contraueniendo, interueniente.
261 Eandemque aſſertionem † in quolibet
adminiſtratore, tutore, vel curatore
(vt & hi proprium factum, his, quorũ
geritur adminiſtratio, nociuum impu-
gnare poſsint) proponimus in Axio-
matib. & locis communib. Iur. lit. F. num.
51.
262 Cùm factum ſuum impugnare, † re-
gulariter poſsit nemo, vt innumeris
penè Iuribus, & authoritatibus con-
firmamus dict. Axiomatib. lit. F. numero
48.
263 Intruſum neque ſibi, † neque alteri
ius per intruſionem quærere, Pauli
reſponſum probat in l. Si tibi, 18. §. Cũ
poſſeſſor, D. de pact. Quinimo, per intru-
264 ſionem, titulum † vel poſſeſsionem iã
quæſitam perdi, tenet Franc. Rip. in l.
Naturaliter, §. Nihil commune, numero
71. D. de acquirend. poſſeſſ. & eũ ſequutus
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu.
464.
265 Eccleſiæ † autem per intruſum ad-
quiri, firmat Bald. in cap. Nihil eſt, 44.
numero 12. de election. & cum eo Mar.
Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt.
quæſt. 312.
Executio facta Iuris ordine non ſer
266 uato, † præſcripto à l. Diuo Pio, 15. §.
In venditionibus, D. de re iudic. l. 3. titul.
19. part. 3. l. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg.
collect. veluti quæ in forma peccauit,
nulla eſt, ex congeſtis à Nobis in Axio-
matib. & loc. commun. iur. lit. A. numero
129. & lit. F. numero 160. notatque
Paz in praxi, 5. part. tom. 1. cap. 2. num.
32.
267 Eccleſiæ verò fauor † ab hac neceſ-
ſitate liberat, à nominibusque debito-
rum poterit executio ab Eccleſia pe-
tita initium ſumere, ſecundum Baldum
in cap. Quoniam frequenter, §. Sin autem
ſuper, vt lite non conſtet. Cyn. in auth. Hoc
ius porrectum, numero 1. C. de ſacroſ. Ec-
cleſ. & Marc. Anton. Genuenſ. dict. tract.
quæſt. 313.
268 Spoliatum in primis, † omnique
exceptione poſthabita, reſtituendum
eſſe, vulgaris dictat Iuris regula, quam
ornauimus de priuileg. pauper. 1. parte,
quæſtion. 46. numero 1. & ſeqq.
Sed aduerſus ſpoliatum poſſe Ec-
269 cleſiam † ante reſtitutionem de domi-
nio opponere, ſi ſe incõtinenti offerat
probaturam, aiunt Bald. in l. 1. ad fin.
D. de appellat. Alexand. in l. Naturali-
ter, §. Nihil commune, numero 30. D. de
acquir. poſſeſſ. Anton. Gabr. commun. con-
cluſ. lib. 5. titul. de reſtit. ſpoliator. concluſ.
1. numero 43. verſic. Tertiò limita. quo-
rum probat iudicium Genuenſ. q. 314.
Tametſi Ripam, Corcetum eundemque
Alexandrum negantes referat.

Non

Non minus quoque Iuris regulæ no
270 tæ Eccleſiæ fauor † derogat, præſcri-
ptæ à *l. Si quis in tantam, 7. C. vnde vi, l.
10. titul. 10. part. 7. l. fin. titul. 14. ead.
part. l. 11. titul. 13. part. 5. & l. 1. titul.
13. lib. 4. nouæ Reg. collect.* Quibus, *Si
quis in tantam furoris peruenerit audaciã,
vt poſſeſſionem rerum apud Fiſcum, vel
apud homines quoslibet conſtitutarum, an-
te euentum iudicialis arbitrii violenter in-
uaſerit: dominus quidem conſtitutus, poſ-
ſeſſionem quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori,
& dominium eius rei amittat: Si verò alie-
narum rerum poſſeſſionem inuaſit; non ſolũ
eam poſsidentibus reddat: verum etiam æſti
mationem earum rerum reſtituere compel-
latur.* Verba ſunt *Valent. & Theodoſ.* Im-
peratorum in *dict. l. Si quis in tantam,*
cui cæteræ relatæ concordant.

Earum namque pœnam, ob violen-
271 tiam à Prælato † commiſſam, Eccleſia
vitat, ſic atteſtantibus *Gloſſa in cap. 1.
verb. Rigor, de dol. & contum. Tiraquel.
de priuil. piæ cauſ. priuileg. 144. Genuenſ.
dict. tract. quæſt. 314. num. 2. Palac. Rub.
in repet. rubr. de donation. inter vir. &
vxor. §. 66. numero 22. Iacob. Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 9. numero 118. &
conſil. 39. numero 2. & 55. P. Molin. de
iuſt. & iure, tom. 3. diſput. 682. num. 29.
Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 48. nu-
mer. 72. cum ſeqq.*

Immemorialem etiam conſuetudi-
272 nem in Eccleſiæ præiudicialibus † at-
tendendam non eſſe, dicunt *Felinus,
Zabarel. Alexand. Nicol. de Neapol.* &
alii citati à *Genuenſ. dict. tract. quæſtion.*
315. quam fatetur veriorem ſenten-
tiam, quamuis contrariam defendant
alii, ab eodem quoque relati. Priori au
xiliantur *textus in cap. 1. de conſuetudin.
lib. 6.* Etſi fieri diſtinctio ſoleat, inter
conſuetudinem Iuri conformem, præ-
ter, vel contra illud: & ſecundum cu-
iuſque naturam tempus ad conſuetu-
dinem inducendam præfigi. Quadra-
273 genarium verò temporis ſpacium † ad
conſuetudinem inducendam in præiu-
dicialibus Eccleſiæ, ſufficere, idque de
ſiderari, cum aduerſus eam tanto tem-
pore præſcribatur; placuit *Dominis de
Rota, in nouis, titul. De conſuetudine, de-
ciſion. 6. numero 1. & 5. Petro Duen. re-
gul. 139. Innocentio, Hoſtienſi, Abbati,
Felino,* & multis aliis, quos refert & ſe-
quitur *Alexand. Moneta in tractat. de
optione, cap. 6. numero 9. Benedict. Capra,
regul. 13. numero 30.*

Ad priuatorum autem in commo-
274 dum, † triginta annorum ſpacio (ad
ſummum) induci conſuetudinem, ob-
ſeruat (ita deciſum teſtatus) *Matth. de
Afflict. deciſ. 321. nu. 18. Vrſil. in addit.
ad eundem ibid. nu. 10. & Monet. citato lo-
co, nu. 8.* Decemque ſufficere annos ad
conſuetudinem inducendam, ſiue præ
ter Ius, ſiue contra Ius ſit, ſiue in-
ter præſentes, abſentesvè, ſiue cauſam
continuam habeat, ſeu quaſi, ſiue titu-
lum, & cauſam contineat, ſiue non, pro
fitetur, ex communi, *Benedict. Capra
dict. regula 13. à numero 15. cum ſequenti-
bus,* vſque ad *numerum* 28.

275 Promittens factum, † etſi ad illud
non obligetur præcisè, & intereſſe
præſtando liberetur, ex Tuberonis ſen
tentia, quam *Celſus* probat, *Vlpiano* au-
ctore in *l. Stipulationes non diuiduntur,
72. §. Celſus tamen, D. de verbor. obliga-
tion. & in l. Stipulationibus, 54. §. Opera-
rum, verſic. Solutio autem eius, D. eod. tit.
& in l. Si quis ab alio, 13. §. fin. de re iudic.*
quibus in locis vnanimiter id profiten
tur Doctores, & confirmat eruditiſsi-
mus *Anton. Gomez, variar. tom. 2. cap.
10. numero 21. & 22.* negans pariter aſ-
ſertionem hanc diſpoſitione *legis 5.
tit. 27. part. 3.* corrigi, *Petr. Surd.* (mul-
tis citatis) *conſil. 330. numero 5.* plenè
*Ioan. Gutier. de iuram. confirmator. 1.
part. capit. 39. numero 1. & ſequentibus,
Ioan. Yañ. Parlador. rer. quotidianar. lib.
2. cap. 6. à numero 1. Cardin. Dominic.
Tuſch. practicar. concluſ. lit. O. concluſ.
43.*

276 Eccleſiæ tamen promittentem, † ad
factum præciſè teneri, nec præſtando
intereſſe liberari; veriorem dicit, eam-
que firmat *Genuenſ. in practicabil. Eccle-
ſiaſt. quæſt. 316.* Vniuerſitatis, publici-

que

que fauoris adinſtar, cuius ratione omnino factum præſtandum, aſſerit ex cõmuni, in *dict. l. Stipulationes non diuiduntur*. Cui fauet *text. in l. Fideicommiſſa, §. fin. D. de legat. 3.* quam in hoc ſenſu, Reipublicæque fauore intelligit *Gomez. dict. cap. 10. numero 22. verſic. Tertius caſus*, Ad libertatiſque ſimilitudinem, in eandem (cum *Tiraquel. de pia cauſ. priuileg. 122.* per *text. in l. Qui Romæ, §. Flauius, D. de verb. oblig.* in ea loquente) deſcendit *Gutier. dict. cap. 39. nu. 4. in fin.*

277 Etſi apud nos † iam regulare effectum ſit, vt obligatus ad factum, illud præſtare cogatur, nec intereſſe præſtando liberetur, ex *l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ Reg. collect.* vbi ſic *Matienz.* firmat *gloſ. 6. numero 2.* ni promiſſor illud præſtare non valeat, cum *Gregor. Lopez. ibi citato*, latiúſque *Gutier. dict. cap. 39. numero 5.*

278 Prohibita alienari, ad Eccleſiam † trãsferri poſſe (ex *text. in auth. Aſcriptitios, C. de Epiſcop. & Cleric.*) notauit *Ioã. de Plat. in l. Quemadmodum, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. quæſtion. 7.* quem refert, & ſequitur *Genuenſ. dict. tract. quæſtion. 321.*

Etſi alienationis prohibitio, diſpo-
279 ſitiovè, ne in aliquem alienatio fiat, † etiam filium comprehendat, *Socini* ſententia, *conſil. 26. lib. 1.* quam *Vincent. Fuſar.* probat *de ſubſtitution. quæſt. 686. numero 4.* ipſe licèt, *quæſtion. 715. numero 1. & 2.* dicat: alienare prohibitum, in filios alienare poſſe, ex *Baldo in l. Cũ pater, 79. §. Cum inter* (& ibi eſt textus) *D. de legat. 2. & conſil. 358. numero 3. lib. 1. Rimin. iuniore, conſil. 15. numero 10. 49 & ſeq. lib. 1.* & *Ioan. Vincent. Honded. conſil. 42. numero 31. lib. 2.*

Prohibitaque alienatione, *vt bona*
280 *in familia* † *perpetuò maneant*; poſt quartum gradum in Eccleſiam alienari poſſe; tanquam ſpeciale commendauit *Genuenſis, quæſt. 330.* eumque ſimpliciter ſequutus *Iulian. Viuian. in praxi iuris patronat. dict. lib. 2. cap. 5. numero 117.* Cũ
281 regulare † videatur? Eiusmodique prohibitionem vltra quartum gradũ, ſeu generationem non extendi, ex *textu in auth. de reſtit. & fideicommiſ. §. Nos igitur, collat. 9.* tenent (poſt DD. ibi) *Cardin. Franciſc. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. titul. 2. numero 21. & ſeqq. Iacob. Menoch. conſil. 333. numero 23. Vincent. Fuſar. conſil. 92. numero 6. Ludouic. Molin. de Hiſpanor. primog. lib. 1. cap. 4. numero 12.* quamuis id in Hiſpaniæ maioratibus *ibidem numeris* que *ſeqq.* procedere neget. Quod & acriter defendit *Couar. variar. lib. 3. cap. 5. numero 4.*

Legis taxatiuè loquentis, identitatis exiſtente ratione, fauore Eccleſiæ
282 † fieri extenſio ſolet, ſecundum *Ludouicum Roman. in auth. ſimilitèr, numero 16. in fin. C. ad leg. Falcid.* & *Franciſcum Rip. in l. Si conſtante, numer. 86. D. ſolut. matrimon.*

283 In aliis non vtique, cum taxatiua † omne aliud præter nominatìm expreſſum excludat, iuxta *l. 2. C. de patrib. qui filios diſtr. l. Ob æs, 12. C. de præd. minor. cap. Cum Eccleſia Sutrina, 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

284 Fideiubere Clericos, † ita *in cap. 1. de fideiuſſorib.* Concilium Cantarienſe vetauit: *Clericus fideiuſſoribus inſeruiens, abiiciatur.* Cui conuenit *Regia lex. 45. in princip. tit. 6. part. 1.* vbi *Gregorius* poteſtatem fideiubendi Clericis interdictam aduertit, notantque *Hippol. de Marſil. in rubr. de fideiuſſor. à numero 309 Anton. Gomez. 2. tom. variar. cap. 13. numero 18. verſic. Secundò principalitèr, Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 432. à numero 1.* & *de præſumption. lib. 2. præſumpt. 46. numero 2. Ioan. Gutier. de iuram. confirmator. 1. part. cap. 72. numero 2. Carol. de Graſ. de effect. lib. clericat. effectu 44. Petrus Cened. ad Decretal. collect. 164. numero 1.*

285 Pro Eccleſia † tamen, prohibitionem hanc remiſſam, fideiubendique facultatem clericis conceſſam, docent *Abb. in d. c. 1. de fideiuſſor. n. 3. Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. q. 325.* & *Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. de diſciplina clericorũ, §. 2. n. 6. verſ. Poteſt.*

Si-

286 Simile de Aduocati, † & Procura-
toris officio *in prima de priuileg. pau-
per. parte, quæſt. 9. numero 5. & 9.* præ-
notamus, vbi & ſi Clericis in foro ſæ-
culari poſtulare fas non eſſe dixeri-
mus: piæ tamen cauſæ (& ſic Eccleſiæ
fauore) licere oſtendimus.

Legata hæreditatem ſuperantia, di-
287 minutionem † pro rata pati (*Maſurii
Sabini* probata ſententia, in *l. Si quis te-
ſtamento, 82. §. Apud Iulianum, D. de le-
gat. 1.*) Iulianus reſpondit. *Apud Iulia-
num* (inquit ipſe) *lib. 32. Digeſtorũ Mar-
cellus notat: Is qui ſola 30. reliquerat, Ti-
tio 30. legauit, Seio 20. Mæuio 10. Maſu-
rius Sabinus probat, Titium 15. Seium
10. Mæuium 5. conſequuturos.* Vlpianus
in *l. Quærebatur, 81. D. ad leg. Falcid.* &
*in l. 2. §. 1. D. de condict. indebit.* Per quæ
Iura id ipſum firmat *Anton. Gomez.
tom. 1. variar. cap. 12. numero 34.* ſiue ſpe-
cie, ſiue quantitate, vtrumqueuè ſi-
mul legata contineant. Notat etiam
*Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 30. nu-
mero 1. Azeued. in l. 13. titul. 6. lib. 5. no-
uæ Reg. collect. numero 19. verſic. Secundò
ampliatur.*

288 Eccleſiæ verò relictum, † integrũ,
& abſque diminutione deberi; probare
nititur *Genuenſ. dict. tract. queſt. 309.* ad
289 dotis, † alimentorumque legati ſimi-
litudinem. Quæ diminutionem non ad-
mittere (dotem præcipuè) *Petrus Surd.*
oſtendit, loco citato, *numero 2. & 4.*
290 Idque in legato quolibet † proce-
dere, diminutionemque cum aliis lega-
tis non pati, obſeruant, multis compro-
bantes, *Andr. Tiraquel. de pia cauſ. pri-
uileg. 72.* & *Petr. Surd. priuileg. 30. nume-
ro 3.*

Quæ aliorum legatorum reſpectu,
291 non legitimæ † parentum, aut filiorum
intelligenda ſunt. Ea enim integra præ-
ſtanda eſt, vtque præſtetur, de legatis
etiam piis (ad *dict. §. Apud Iulianum,*
normam) diminutionem, deductionem-
que faciendam aduertunt (*ex l. Si cer-
tarum, 18. §. fin. cum l. ſeq. D. de milit. te-
ſtam.* antiquiorum etiam auctoritate)
*Gregor. Lop. in l. 1. gloſ. 1. titul. 11. part.
6. Parlador. rer. quotidianar. lib. 1. cap. 18
numero 3. & 4. Azeued. in dict. l. 13. tit.
6. lib. 5. nouæ Reg. collect. num. 19.* Quod
de legatis in quantitate conſiſtentibus
fatetur *Gutier. in repetit. leg. Nemo po-
teſt, D. de legat. 1. numero 94. iuncto nu-
mero 97. verſic. De aliis autem:* in ſpecie-
bus, dubitat. Quamuis & in quantitate
contrarium tenentes refert *Paulum
Caſtrenſ. in dict. l. Si quis teſtamento, §. 1.
numero 5.* & *Cifuentes, in l. 30. Taur. nu-
mero 3.*

Falcidiam quoque de legato Eccle-
292 ſiæ † facto detrahi, Imperator vetuit
in *auth. Similiter, C. ad leg. Falcid.* & *in l.
Si quis ad declinandam, 37. §. Licentia, C.
de Epiſcop. & Cleric.* quas cõfirmarunt
*l. 1. & 4. titul. 11. part. 6.*

293 Quod ad Trebellianicam † (ex vi-
ſiſitudine, quam cum Falcidia habet)
traxere *Tiraquel. dict. priuileg. 72. Ge-
nuenſ. quæſt. 571. numero 3. Anton. Go-
mez. variar. tom. 1. cap. 5. numero 11. in
fin. Eman. Coſt. in cap. Si pater, 2. parte,
verb. Trebellianicæ, numero 13. de teſtam.*
Ideò *authenticæ Contra rogatus, C. ad S.
294 C. Trebell.* diſpoſitionem † (per quam
grauatus reſtituere ſine liberis dece-
dens, quidquid ex hæreditate ſupere-
rit; quartam ad minus fideicommiſſa-
rio reſeruare, vel conſumptam ſupple-
re, iubetur, niſi pro dote, vel captiuo-
rum redemptione expenderit) in Ec-
cleſia, vel alia pia cauſa procedere, pro
eiſque expenſum, fideicommiſſario re-
ſtituendum non eſſe, aſſerit *Genuenſ.
dict. tractat. quæſt. 336.* Etſi *Gloſſa vnica
in dict. auth. Similiter, C. ad leg. Falcid.*
tunc Falcidiam, de legato Eccleſiæ fa-
cto non detrahi, dicat, cum pro Eccle-
ſia conſtruenda, vel reficienda factum
eſt; non ſi Eccleſiæ ſimpliciter relin-
quatur, ex *l. 1. §. Municipium, D. ad leg.
Falcid.* Sed verius eſt (& Gloſſa ipſa
agnoſcit) per nouiora iam relata iura
priora corrigi, & piarum cauſarum,
Eccleſiæque fauore Falcidiam, & Tre-
bellianicam ceſſare, in eiuſque vtilita-
tem, & obſequium expenſum, a grauato
reſtituere, iuxta *dictæ auth. Contrà*

roga-

*rogatus* formam, neceſſariò reſtituendum non eſſe.

Eccleſia item illud habet præcipuum, vt ſine decreto etiam à Minore
295 conſtrui, † dotarique poſsit, veluti multis Iuribus, ac rationibus comprobat *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 334. eumque ſimplicitèr ſequutus *Iulian. Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 119. Ea præcipuè, quòd dotare, conſtruereve Eccleſiam, quid
296 ſpirituale ſit, † quia ſpirituale parit (Eccleſiam nempè) vel ſpirituali anexum, vt ius patronatus, *cap. Quanto,* 3. *de iudic.* cui conuenit *l.* 56. *tit.* 6. *part.*
297 1. In ſpiritualibus † autē, vel ab eis dependentibus, Minor pro maiore reputetur, *cap. Si annum,* 3. *eodem de iudic. titul. lib.* 6.

Quod alio ego comprobo funda-
298 mento, † petito à *lege fin.* §. *Cum autem, C. ſi maior factus alienation. factam ſine decret. rat. habuer.* & *l. Titia,* 63. *D. de iure dot.* quæ doti, donationive propter nuptias à Minore ſine decreto factæ, valorem, & firmitatem tribuunt, correcta *lege Prædia,* 8. *C. de præd. & aliis reb. minor.* vt notat *Gloſ. in dict.* §. *Cum autē, verb. Excepta,* aliis adductis ſolutionibus, & obſeruāt *Mar. Antonin. variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 24. *numero.* 8. *Marc. Anton. Thomaſ. deciſ.* 72. *numero* 4. aliique relati ab eo. Idem ergo in Eccleſiæ dotis conſtitutione dicendum.

299 Cùm de dote profana † ad Eccleſiæ & ſpiritualem dotem validum argumentum ſit, vt *Nicol. Euerard.* proſequitur, in *Topic. legal. loco* 76. *de matrimonio carnali ad ſpirituale,* propeque infinitis auctoritatibus comprobâmus in *Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. numero* 478. Et omnia priuilegia illi cō
300 ceſſa, † huic paritèr, Eccleſiæ nempè doti, competere, aduertit *Iulian. Viuian. dict. cap.* 5. *numero* 53. 54. & 55. ad multa inferens, in confirmationem allegans *Euerardum ſuprà,* & *Paulum Citand. de iure patron. part.* 3. *quæſt.* 12. *cap.* 2. notâmuſque iam *hac eàdem quæſt. nu.* 45. *& ſeq.*

Cùm aliis regularitèr donare, nec
301 cum decreto † Minoribus liceat, Imperatore Iuſtiniano in *dict. l. fin.* §. *Cum autem,* ſic vetante: *Cùm autem donationes à Minoribus, nec cum decreto celebrari poſſint,* ſtantibuſque ad id integris in Iure titulis.

Nemo eſt qui neſciat axioma vul-
302 gare continens, *Teſtatoris voluntatem* † *deambulatoriam eſſe, vſque ad vltimum vitæ exitum,* eamque ad libitum interim reuocare poſſe. Quod firmâmus in *noſtris, lit. V. num.* 179.

Non tamen vulgaris eidem in Ec-
303 cleſiæ fauorem limitatio, † qui efficit, vt quandòque in teſtamento diſpoſita reuocari à teſtatore nequeant: Veluti ſi diſponat, vt de ordinarii conſenſu conſtruat, vel dotet Eccleſiam hæres: non enim poſſe quoad hoc teſtamentum poſtmodum reuocari, affirmant *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 335. & *Iulian. Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 119. *verſic. Etſi teſtator,* adducto *Lambert. de iure patronat. art.* 8. 5. *quæſt. princip. part.* 1. *lib.* 1. *num.* 45. & *art.* 10. *quæſt.* 4. *princip.* 1. *part. d. lib.* 1.

Legatum quod pro non ſcripto ha-
304 betur, ſi Eccleſiæ, † vel piæ cauſæ relictum ſit, deberi, dicunt *Bart. Alexand.* & alii (per illum textum) *in l. Alio,* 9. *D. de aliment. & cibar. legat. Andr. Tiraquel.* (multis citatis) *de pia cauſ. priuileg.* 38. *Marc. Anton. Genuenſ. quæſt.* 336. *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 14. *num.* 5.

305 Si verò alteri † ſit factum, apud hæredem, vel ſubſtitutum manere; ſtatuunt *l. Quidam referunt,* 14. *D. de iure codicil.* & *l. vnic.* §. *In primo, C. de caduc. toll.* aduertuntque *Tiraquel. vbi proximè,* & *Surd. dict. priuileg.* 14. *numero* 4. *in fin.* Idque non ſolum cum pro non ſcripto legatum habetur, obtinet: ſed etiā ſi caducitatis cauſa, aliavè ratione legatario non quæritur, *dict. l. vnic.* §. *Cū triplici, & dict.* §. *In primo,* notat idem *Surd. de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. *numero* 218.

Pro

Pro re ab hoſtibus capta ad m iius
306 precium, † quam ab eis redempta eſt,
Eccleſiam non teneri (ad libertatis ſi-
militudinẽ, ex *l. fin. C. de captiu. & poſt-
limin. reuerſ.*) *Genuenſ.* tradit *in practica-
bil. Eccleſiaſt. quæſt.* 353. Cùm tantùm
307 alitèr rem valere, † quanti vendi po-
teſt, in prouerbium abierit, deductum à
*l. 2. §. Si hæres, D. ad S. C. Trebell.* & à *l.
Mortis cauſa,* 18. *§. fin. D. de donation.
cauſ. mort.* memorantque *Andr. Fachin.
controuerſiar. iur. lib. 2. cap. 21. verſic. Se-
cundum eſt*, & *Stephan. Gratian. diſcept.
forenſ. tom. 2. cap. 454. numero* 28. quod
*Nos in Axiomatib. omiſſis*, ac ſuper ad-
ditis, intelligimus, & limitamus.

Quamuis compenſationem ex om-
308 nibus † actionibus, ipſo iure fieri, *Iu-
ſtinianus* ſanciat in *l. fin. C. de compenſa-
tion.* Regiaque *lex* 20. *titul.* 14. *part.* 5.
309 Eccleſiæ tamen decimas † petenti
obiici compenſationem non poſſe, te-
ſtatur *Genuenſ. quæſt.* 359. citato *Roma-
no ſingul.* 545. ad Fiſcique ſimilitudinẽ,
ex *l. 3. C. de compenſation.* Eodem verò
310 argumento, Fiſcique ſimilitudine † (ex
*l. Idem iuris,* 12. *& l. fin. D. de compenſa-
tion.* quæ expreſsiorem continent in
Fiſco determinationem, vt contra eũ,
quemadmodum contra priuatum com
penſatio admittatur) decimæ Papalis
debitorem obiicere compenſationem
poſſe, admittendamque, firmat *Ale-
xand. Monet. tractat. de decim. capit. 9.
nu. 172. & ſeq.* adducto quoque *Bel-
lenz. de charit. ſubſid. quæſt.* 53.

Dominorum iuſibus, de quorum
311 iuſtitia anceps iudicium eſt, † etſi obe
dire ſubditus debeat, *cap. Quod culpa-
tur,* 23. *quæſt.* 1. adeſt enim pro Domi-
nis iuſtitiæ præſumptio. vt docent *Ia-
cob. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.*
69. *Ioan. Cephal. conſil.* 110. *numero* 31.
*& ſeq. lib.* 1. *Proſper. Farinac. prax.
crimin. part. 3. quæſt. 97. num.* 44.

Domino tamen Eccleſiam perſe-
312 quenti, † obſequi ſubditus contra eam
non debet, *cap. Iuratos,* 15. *quæſt.* 6. *Ge-
nuenſ. dict. tract. quæſt.* 360. firmantque
dicta à *Nobis de priuileg. pauper. 2. part.
quæſt. 65. à numero* 81. præcipuè *nume-
ro* 83.

Eccleſiam, vel Hoſpitale expoſito
313 † ſuccedere, perſuadere conatur *Marc.
Anton. Genuenſ quæſt.* 362. pedem tamẽ
non firmat, aſſerit autem *Farinac. frag
mentor. crimin. part. 1. lit. F. numero* 134.
ex ſententia *Baldi, & Peregrini* aſſenſu.
Qua de re latiùs *Nos dict. 2. part. quæ-
ſtion. 65. §. 2. num. 202. & 203.*

Condemnationis, vel compoſitio-
314 nis, pro Clerici offenſione factæ, † par-
tem dimidiam Eccleſiæ pertinere, diſ-
ponit *text. in cap. 2. de pœn.* cuius conſti
tutionem etiam conſanguineis Cleri-
ci exiſtentibus procedere, teſtatur *Ge-
nuenſ. dict. tract. quæſt.* 369. Et ſi hoc ca-
ſu neget *Couar. lib. 2. variar. cap. 9. nu-
mero* 10. Panormitani ſententiæ adhæ-
rens.

Ex pacto nudo, pollicitationeque
315 ſpeciali fauore Eccleſiæ, † actionem
oriri, latè probat *Genuenſ. dict. tractat.
316 quæſt.* 372. Contrarium in aliis, † de
Iure Ciuili, imò & de Iure Canonico,
ex communiori ſententia tradens. Cu-
ius rei multos licet videre agentes, ci-
tatos à *Petro Cened. ad Decretal. collect.*
31. *numero* 5. & ab *Auguſt. Barboſ. ad
cap. 1. de pact. numero* 6. Iure autem no-
317 ſtro Regio id omnibus † in communi
datum à *leg. 2. titul. 16. lib. 5. noua Reg.
collect.* vt ibid. à *numero* 1. multis rela-
tis, tradit *Azeued.* idem in pollicita-
tione affirmans, poſt *Didac. Perez. An-
ton. Gom. & Matiez.* allegatos ab eo.

318 Cogitationis pœnam † pati nemi-
nem, in omnium ore verſatur, eſtquo
axioma frequens, quod tradimus, &
ornamus in *noſtris, lit. C, numero* 75. *&
ſeqq.*

319 Si tamen contra Eccleſiam † cogi-
tatio ſit, pœnæ ſubiacere, textus pro-
bat ſingularis, *in l. Præſenti, 5. circa prin-
cip.* in verbis illis: *Aut nuda ſaltèm co-
gitatione, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*
vbi *Gloſ. verb. Cogitatione*, id in ſpecie
notat. De cuius textus intellectu egê-
re *Menoch. de arbitrar. cent. 4. quæſt.* 360.
*numero* 68. *Farin. prax. crimin. quæſt.* 28.

*numero*

*num.* 4. Noſque dicto aduertimus *axiomate, num.* 78.

Alimentorum legatum in non per-
320 fecto teſtamento relictum, † ſi per trienium præſtari contingat, in futurũ deberi, textus eſt formalis in *l.* 1. *C. de fideicõmiſ.* & (infinitis propè cumulatis) tradit eruditiſsimus *Petr. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 22. *n.* 3. concluſionẽ hanc ſequentibus amplians, & exornans, & ad quãlibet cauſam piã, ac fauorabilem extẽdens, cum *Tiraq. de pia cauſ. priuileg.* 60. *Euerard. Mench.* & aliis. Eamque Eccleſiæ commodat *Genuenſ. q.* 391. & illius ſimplex relator *Viuian, d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 127.

Cùm aliàs tempus non eſſe modum
321 inducendæ † obligationis, conſtet ex *l. Obligationum ferè,* 44. *§. Placet autem, D. de obligation. & actionib.* adductisque à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. Iur. lit. T. num.* 34. & notat in ſpecie *Surd. d. priuileg.* 22. *num.* 1. *& ſeq.* Cuius aſſertionis vires, Eccleſiæ vel piæ cau-
322 ſæ fauor † infringit, diſpoſitione *textus in cap. Ad Apoſtolicam,* 42. *de ſimon.* & aduertunt *Tiraq. d. priuileg.* 60. *Genuenſ.* (aliis, mendoſe tamen citatis) *q.* 478. & *Iulian. Viuian. d. loco, num.* 145. quod ſanè iuxta notata *ſuprà in præfation. nu.* 32. intelligendum: ſi titulus ſaltem etiã inualidus præcedat, ex *dict. l.* 1. *C. de fideicommiſ.* Nec aliud *text. in d. cap. Ad Apoſtolicam* probat, cum de generali conſuetudine; non de ſpeciali prælatione loquatur.

323 Debitorem Eccleſiæ ne capiatur † celans, aut fugientem recipiens, de ſuo debitum Eccleſiæ ſoluere tenetur, vt *Genuenſ. & Peregrin.* probant: ille, *in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſt.* 405. Hic, *de iure Fiſc. libr.* 6. *titul.* 1. *numero* 33. ex textu *in l. Quoties,* 3. *C. de exactor. tributor. lib.* 10. in Fiſcõ loquente.

324 In aliis, † non niſi per vim, à familiæ manu eximens, tenetur, iuxta *textum in l. pen. §.* 1. *D. ne quis eum qui in ius*
325 *voc.* Etſi in quolibet † *dicta legis Quoties* deciſionem procedere velit *Marc. Anton. Peregrin. dict. loco,* ex *Bart. And. de Barul.* & *Bald.* ibi relatis, eam de eximente per vim intelligens. Priorem tamen ſenſum, & intellectum textus in eius vltimo reſponſo approbare videtur, rationisque inter Eccleſiam, aut priuatos, hac in ſpecie, diſsimilitudo ſuadet, quã *Diuus Hieronym.* monſtrat *epiſtol. ad Nepotianum,* inquiens: *Amico quippiam rapere, furtum eſt: Eccleſiã fraudare, ſacrilegium eſt.*

Cùm procuratore illegitimo in Ec-
326 cleſiæ fauorem † ſententiam latam, validam eſſe, confirmat *Genuenſ. quæſt.* 414. per *legem Non eo minus,* 14. *C. de procurator.* in Minore loquentem, de vnoque ad aliud ſæpè comparationem
327 factam, in contrarium † communi regula exiſtente, deducta à *cap. Nonnulli,* 28. *§. Sunt & alii, de reſcript.* & traditis per *Scribentes in l. Licet, C. de procuratorib. Sebaſtian. Bant. in tractat. de nullitat. ſententiar. titul. de nullitate ex defect. inhabilitat. ſeu mandati, &c. num.* 65. *& Camil. Borrel. in ſumm. deciſ.* 1. *part. titul.* 66. *de procurator. num.* 318. Qui non modo, *num.* 324. ait, non va-
328 lere ſententiam poſt quam † ratificatio ſequuta eſt, ex *Rot. in antiq. deciſ.* 13. *de procurator. incip. Nota quod geſta:* ſed nec ante ſententiam pro validitate actuum in conſiſtorio Principis geſtorum ratificationem admitti, teſtatur, authoritate *Baldi in l. Falſus, numero* 2. *verb. Secundò præmitte, C. de furt. Panormit. in dict. §. Sunt & alii, num.* 4. *&* 5. *Iafred. Lanfranc. Balbi, deciſ.* 205. *incip. Geſtum per falſum,* & aliorum.

In re ſua quemlibet moderatorem
329 eſſe, † & arbitrum, ratio, & Iura vulgaria dictant, quæ retulimus, & ornamus in *Axiomatib. noſtris, lit. R. n.* 49. *& ſeqq.* Conductores ideò mutare poteſt dominus, quin primus ſibi potius rem lo-
330 cari, † quã alteri, ius petendi habeat, vt rectiſsimè *Zeno* Imperator decreuit in *l. Ne cui,* 32. *C. de locat.* Cuius plenè diſcusſêre materiã *Nicol. Boer. deciſ.* 107. *Franciſ. à Ponte, conſ.* 23. *per tot. part.* 1.

*Mar. Giurb. deciſ.* 59. & *Marta voto*
96.

331 Eccleſiæ verò vtilitati in hoc quo-
que Conſultum, † ſi enim ei interſit
in locatione perdurare, tantumque
ſoluere velit, quantum offerat alius:
expelli à re conducta ſuo nomine con-
ductorem, non poſſe, *Genuenſis* probat
*in practicabilib. Eccleſiaſtic. quæſt.* 421.
ex *text. in cap.* 1. *de locat.* in ſcholaribus
loquente, qui in Reipublicæ vtilita-
tem ſtudio vacant. Cuius ſunt proſe-
quuti materiam *Petr. Rebuff. de priuileg.
ſcholaſticor. priuileg.* 9. *Anton. Gomez
tom.* 2. *variar. cap.* 3. *numero* 5. *& Aluar.
Valaſc. de iure emphyt. quæſt.* 24. *numero*
2. Ipſam verò Eccleſiam conductores
inuitos, tempore conductionis imple-
to, retinere quandoque poſſe, *infrà* no-
tamus *num.* 344.

Confeſsionem etiam iudicialem,
332 parte abſente factam, † nemine ſaltem
pro ea acceptante, nec confitenti no-
cere, nec probare; ex *Vlpiani* deducitur
reſponſo, *in l. Certum*, 6. *§. Si quis abſen-
te, D. de confeſ.* & Scæuolæ *in l. vlt. &
ibi Gloſ. fin. D. de interrog. action.* pluri-
miſque relatis, obſeruat *Ioſeph. Maſ-
card. de probationib. concl.* 347. *num.* 1.

Eccleſiæ verò, vel piæ cauſæ fauo-
333 re † probare, obligationemque induce-
re, firmat *Genuenſ. quæſt.* 449. & *Ioſeph.
Maſcard. dict. loco, num.* 13. & clarius
*num.* 93.

334 In teſtamento, ſibi adſcribens, † &
legis Corneliæ incurrit pœnã; & emo-
lumentum perdit *l.* 3. *& tot. tit. C. de
his qui ſibi adſcrib. in teſtam.* De qua re
pleniſsimè *Farinac. de falſit. quæſt.* 150.
*num.* 175. *& ſeqq.*

Clericum verò legatum ſibi adſcri-
335 bentem, quod Eccleſiæ † vtilitatem
reſpiciat, nec pœnam incurrere, nec
emolumentum perdere, ait *Genuenſ.
dict. tractat. quæſt.* 453. Textum alle-
gat, & Doctores in *cap. Cum inter*, 13.
*de reiudic. in cap.* 2. *de donation. & in
cap. fin.* 16. *quæſtion.* 1. Quæ tamen
iura id mihi nequaquam probant.

Conformem libello ſententiam eſ-
336 ſe † debere; per quam vulgatum axio-
ma eſt, à *Nobis* quoque traditum, &
ornatum *in noſtris, lit. S. num.* 5. *&
ſeqq.*

337 Pro Eccleſia † tamen etiam non
conformem libello ſuſtineri ſententiã,
*Marc. Anton. Genuẽſ.* firmat, *quæſt.* 454.
*Nos* que aduertimus *vbi proximè, num.*
118.

Quamuis profanarum legum in te-
338 ſtamentorum ſolemnitate † conſtitu-
tionem, ſeptem, vel quinque teſtium
numerum deſiderantem (iuxta *leg. Si
vnus*, 12. *l. Hac conſultiſſima*, 21. & *l.
fin. C. de teſtam.* Regiamque 3. *Taur.*
& *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.* no-
uiorem formam præſcribentes:) Ca-
nonicæ ſanctiones non attendant, co-
339 rãque Parocho, † duabuſque aliis, vel
tribus idoneis perſonis factum teſta-
mentum *Alexandri Tertii* decretum
confirmet *in cap. Cùm eſſes*, 10. *de teſtam.*
Parocho tamen, & teſtium aſsignato
numero deficiente; inualidum teſta-
mentum reddi, ipſiuſmet *textus* litera
deprehenditur, & firmant *Petr. Cened.
ad Decretal. collect.* 159. *num.* 2. *Marc.
Anton. Genuenſ. quæſt.* 660. *& Augu-
ſtin. Barboſ. in collect. ad eundem text.
num.* 6.

340 Si verò ad Eccleſiæ vtilitatem † ſit
factum teſtamentum, duobus tantum-
modò teſtibus valere; idem ipſe Pon-
tifex S. in *cap. Relatum*, 11. *eodem titul.
de teſtament.* decreuit. Cuius deciſio-
nem cuiuſvis piæ cauſæ fauori paſsim
commodant Doctores, quos *ibidem nu.*
2. *Auguſt. Barboſ.* refert. Etiamque ſi vi-
cini teſtes nõ ſint (legibus quoque Re-
giis ſtantibus) contendit *Salon de Paz
in dict. l.* 3. *Taur.* 1. *part. concluſ.* 4. *num.*
760. quin ad Eccleſiæ vtilitatem lega-
tum factum, à Parocho, duobuſque de
fama teſtibus, ſi ab aliis ortum habuit,
probari *Genuenſis* tenet, *quæſt.* 455.
ita in Neapolit. Conſil. deciſſum affir-
mans.

341 Specialia duo † circa idem concur-
rere non poſſe; in *Axiomatib. lit. D. nu-
mero* 233. multis tradidimus. Eccleſiæ
fauo-

342 fauore † poſſe, *Genuenſis* probat *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 457. ex *cap.* 2. *de conſuetud. & ibi Bald.*

343 *Inuitos conductores*, † *ſeu hæredes eorum, poſt tempora locationis impleta, non eſſe retinendos; ſæpè reſcriptum eſt.* Imperatoris *Philippi* ſunt verba in *l. Inuitos*, 11. *C. de locat.* Conducuntque tradita per *Nos de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 24. *num.* 1. *& ſeq.*

Rerum tamen Eccleſiæ conducto-
344 rem, qui multum fuit lucratus, † ad reconducendum compelli poſſe (ad ſimilitudinem Fiſci, *ex l. Cotem ferro,* 11. *§. Qui maximos, D. de public. & vectigal.*) tradit *Genuenſ. quæſt.* 459.

Hæreditatem paternam, quam in-
345 greſſus Monaſterium † non adiuit, anteque deceſſit, ad Monaſterium tranſmitti, ſcribunt *Doctores in l. Deo nobis,* 42. *C. de Epiſc. & Cleric. & Genuenſ. quæſt.* 465. Locum enim filii Mona-
346 ſterium † tenet, *cap. In præſentia,* 8. *de probation.* vbi *Auguſtin. Barboſ. num.* 2. infinitos propè in id allegat, *ſuprà* que
347 diximus, *num.* 139. Filios autem † paternam hæreditatem nõ aditam, tranſmittere, *in Axiomatib. noſtris* aduertimus, *lit. H. num.* 9.

348 Cùm in aliis † pluſquam notum ſit, hæreditatem non aditam, non tranſmitti, vt *dict. lit. H. num.* 8. multis oſtendimus.

Conficiendi inuentarium obliga-
349 tio, † ne adiens hæreditatem vltra illius vires teneatur, omnes (quantumuis etiam priuilegiatos) adſtringit, vt *de priuileg. pauper.* 2. *part. quæſt.* 58. *à numero* 1. & præſertim *numero* 7. diximus.

350 Eccleſiam, † non vtique. Vltra vires enim hæreditatis, inuentario etiam non confecto, nequaquam teneri, ex veriori, magis cõmuni, receptaq; opinione, adnectamus *ibidem, num.* 18.

Alienationem annullare, aut reſcin-
351 dere volentem, pretium reddere † debere, nec aliter rem recuperare, rectè Imperatores decreuere, Gordian. *in l.* 3. Auguſt. *in l.* 4. Conſtantius *in l. Si per impreſſionem,* 11. *C. de his quæ vi, met. ve cauſ. fiant,* Antoninus, *in l. vnic. C. de reputation.* & Alexander, *in l.* 1. *C. de reſcind. vendition.*

352 Eccleſiam verò † rem alienantem malè, nullo dato pretio repetere poſſe, nec pro eo emptori retentionem in re dari alienata; & textus probat *in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. Si quis igitur, coll.* 2. (inquiens: *Si quis igitur emere præſumpſerit rem Eccleſiaſticam, aut ptbochicam, cadat quidem mox pretio, &c.*) & profitentur *Rebuf. in compend. alienation. rer. Eccleſ. num.* 116. & *in comment. ad l. Bonæ fidei, verſ. Vigeſimus quartus, D. de verbor. ſignif.* (apud quem *dicto compendio,* quã multas alias pœnas contra rerum Eccleſiæ alienatores videre licet. *Leonis* epiſtolam, & *Pauli* bulam tranſcribentem, relegentemque minutatim) *Sebaſtian. Bant. de nullit. ſentent. tit. Quoties, & intra quod tempus, num.* 54. *Hieronym. Portol. de conſort. eiuſd. lit. cap.* 15. *num.* 11. *Petr. Cened. ad Decretal. collect.* 71. *nu.* 3. *Syluest. in ſum. verb. Alienatio, num.* 14. *Alexand. Raudenſ. in diction. reſponſor. verb. Eccleſia.* Licet contra Eccleſiarum œcono-
353 mos † earum res alienantes pro pretio emptoribus actionem Impeaator *in d. §. Si quis igitur* concedat. Quod in bonæ fidei emptoribus *Gloſ. fin. in cap. Ad audientiam,* 19. *de reb. Eccl. ſ. alien. vel non* procedere dicit, ex *cap. Vulteranæ, & d. §. Si quis,* non in malæ fidei emptore, ex *cap. Placuit,* 16. *quæſt.* 3. aliiſque ibi citatis.

Fructus etiam medio tempore ab
354 emptore perceptos † reſtituendos, idẽ textus *in d. §. Si quis*, ita diſponit: *Exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento, & contra ſanctiſſimam quidem Eccleſiam, aut venerabilem domum, nullã omnino habeat actionẽ.*

355 Cùm bonæ fidei emptorem † interim fructus ſuos facere, regulare ſit, *l. Bonæ fidei,* 48. *D. de acquir. rerũ domin.* De cuius materia, & intellectu, plenè *Couar. varia. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 6. *verſ. His ſanè, & deinceps, Arias Pinel. in l.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 53.

53. & *ſeqq. C. de reſcind. vendit.* & *Ioan.*
*Garc. de expenſ. & melioration. cap.* 23.
*num.* 35. *verſ. Semper igitur.*

356 In contractibus innominatis † lo-
cum eſſe pœnitentiæ, *Vlpianus* oſten-
dit in *l. Si pecuniam*, 5. *D. de condict. cauſ.*
*dat.* Paulus in *l.* 1. *verſ. Quod in his dum-*
*taxat, D. de rer. permut.* & tradunt (cum
*Bald. Iaſ.* & aliis) *Ioan. Yañ Parlador. re-*
*rum quotidian. ſeſquicent. differ.* 135. *num.*
7. & *Petr. Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.*
23. *num.* 27.

Eccleſiæ verò, vel piæ cauſæ fauo-
357 re † locum pœnitẽtiæ eſſe negant plu-
rimi, quos numerant *Tiraq. de pia cauſ.*
*priuileg.* 133. *Genuenſ. d. tract. quæſt.* 476
*à num.* 2. *verſ. Cõtrariam, Iulian. Viuian.*
*in praxi iuris patron. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.*
143. & *Surd. vbi proximè, nu.* 31. & 32.
Etſi multi in hoc quoque caſu locum
pœnitentiæ eſſe affirment, à *Tiraquel.*
*Genuenſ.* & *Surd. dictis locis* relati, defen-
ditque acriter *Didac. Couar. variar. lib.*
1. *cap.* 14. *num.* 16.

358 In dubio, parivè cauſa † meliorem
eſſe poſsidentis conditionem, ſatis eſt
tritũ axioma, quod ornamus *in noſtris,*
*lit. P. nu.* 111. & *duobus ſeqq.* Onuſque
probandi, in aduerſarium transferre, *in*
*prima de priuileg. pauper. part. quæſt.* 39.
*num.* 10. aduertimus.

359 Eccleſiæ verò fauorem, † poſsiden-
tis fauori præferri, firmat *Tiraquel. de*
*pia cauſ. priuileg.* 35. *ad fin.* Inque poſ-
ſeſſorem probandi onus Eccleſiam
transferre (ex *cap. fin de re iudic. Man-*
*tic.* & aliis, etſi dubitanter) *Genuenſ.*
ait, *dict. tractat. quæſt.* 477. cumque ſe-
quutus *Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 144.

360 Indebitè per errorem ſolutum † re-
petitioni ſubiacere indicant *text. in l.*
*Cum de indebito,* 25. *D. de probation. in l.*
*Cuius per errorem,* 54. & ibidem Docto
res, *D. de regul. iur.* & copioſè *Pyrrh.*
*Maur. in tract. de ſolutionib. & oblation.*
*cap.* 22. *per totum.*

361 Eccleſiæ † tamen indebitè ſolutum,
non repeti, celebris *Iuliani* probat au-
ctoritas, *in l. Cum is,* 32. *§. Si in ea, D. de*
*condict. indebit. Si in ea opinione ſit mu-*
*lier* (ait) *vt credat ſe pro dote obligatam;*
*quidquid dotis nomine dederit, non repe-*
*tit. Sublata enim falſa opinione, relinqui-*
*tur pietatis cauſa, ex qua ſolutum, repeti*
*non poterit.* Imperatoriſque Iuſtinia-
ni *in §. fin. ad fin. inſtit. de obligation. quæ*
*ex quaſi contract. naſc.* pia conſtitutio.
*Sed non omnibus legatariis* (inquit) *hoc*
*præbuit: ſed tantummodo in his legatis, &*
*fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis Eccleſiis,*
*& cœteris venerabilibus locis, quæ Reli-*
*gionis, vel pietatis intuitu honorantur, re-*
*licta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, non*
*repetuntur.* Aguntque *Tiraquel. de pia*
*cauſ. priuileg.* 119. *Genuenſ. quæſt.* 483.
*Mencha. de ſucceſ. progreſ. lib.* 3. *§.* 21.
*numero* 6. *Iulian. Viuian. dict. cap.* 5. *nu-*
362 *mero* 146. *Pyrrh. Maur. dict. loco, nu-*
*mero* 20. Ni ex tali ſolutione † ad pau-
pertatem ſoluens reducatur, ita *Ge-*
*nuenſe,* & *Viuiano, vbi proximè* limitan-
tibus.

363 Contra debitores Eccleſiæ, † via
executiua, remotaque appellatione, in
liquidis, ratione cenſuum, canonum,
decimarum, & ſimiliũ, procedi *Marc.*
*Anton. Genuenſ.* confirmat, *quæſt.* 490.
ſæpè ad Fiſcum comparatione facta,
cui hoc conceſſum priuilegium extat,
*l. Sacrilegii,* 2. in ordin. 9. *§. Cum eo,*
aliàs, *l. Cum eo, D. ad leg. Iul. pecul. l.*
*Abſtinendum,* 4 & *l. fin. C. quorum ap-*
*pel. non recip. l. Nemo carcerem,* 2. *l. Miſ-*
*ſi opinatores, C. de exacti. tributor. lib.* 10.
*l. Hi qui Fiſco,* 4. *C. de conuen. Fiſci de-*
*bitor. eod. lib. Gloſ. fin. in l. Quoniam,* 1.
in ordin. 18. *C. de appellation.* plenè *Ro-*
*deric. Suar. in lectura legis Poſt rem iudi-*
*catatam, caſu ſiue notabili* 7. *§. Addas*
*alium caſum, numero* 1. 2. & *per tot.*
etſi contradicat *Euia in Cur. Philip.* 2.
*part. §.* 4. *numero* 6. Summarièque
in Miſerabilium cauſis procedendum,
in *tract. de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.*
55. diximus, *num.* 10. quas priores in ex
peditione, potioreſque eſſe debere,
*num.* 9. notaueràmus. Quòd & in Ec-
cleſia, in cauſa velut pia, dicendum ve-
nit, & Alexandrum Magnum ſeruaſ-
ſe, *Diodorus Siculus* refert *Bibliothec.*

*cap.*

*cap.* 12. Ad quem cum ex toto terrarum orbe vndique negotia confluerent, ordinemque eorum expeditioni aſsignaſſet: primùm Sacris dedit cauſis locum. Hæc Siculi verba: *Ex omnibus ferè orbis terrarum partibus, Legati ad Alexandrũ venerunt.* Quibus continuò recenſitis, ſubdit: *Alexander auditis omnium Legatorum voluntatibus, conſtituit, quibus primum, & deinceps per ordinem abſe reſpondendum eſſet. Primum, expediti ſunt, qui Sacrarum rerum cauſa venerant.*

364 Cùm ordinariè in aliis, † ac plenè procedendum ſit, *l. Iudices, 9. C. de iudic. Gloſ. in l. 3. §. Sciendum, verb. Summatim, in fin. D. ad exhibend.* latè *Ioan. Gratian. regul. 250.* ampliationes, & intellectus aſsignans, *Nos dict. quæſt. 55. nu.* 11. Et non niſi in caſibus à Iure expreſſis via executiua procedendum, notat *Gutier. de gabel. quæſt. 164. num. 12. verſic. Secundò.* De quibus omnibus plenè *Ioan. Yañ. Parlador. ſeſquicentur. quotidianar. different. different. 137.*

365 Et an executionis decimam † Eccleſia ſoluat? Vide *auth. Sed hodie, C. de ſacroſ. Eccleſ. & Euiam. in Curia Philip. 2. p. §. 23. num. 6.*

Omnibus perſonis, cauſiſque indi-
366 ſtinctè † appellationem concedi, ( ex *l. A ſententia, 5. D. de appellation. & relation. Gloſ. fin. in fin. in l. Qui reſtituere, 68. D. de rei vendic.* aliiſque ) probat *Gundiſ. Suar. de Paz, in prax. in procem. ſext. part. tom. 1. num. 17. 18. & 19.* pro ſequitur latiſsimè *Sigiſm. Scacc. de appellationib. quæſt. 5. per tot. & artic. 1. per tot.*

A ſententia verò de reſidendo in
367 Eccleſia curata, † eius fauore, aut omnino appellationem negat; aut limitatè admittit textus *in cap. Peruenit, 2.* in ord. 18. *de appellationib.* & diſtrictiùs *in cap. Relatum, 4. de cleric. non reſid. ad fin.* inquiens: *Nec patrocinari debet eis appellationis diffugium.* ſeruatque *Viuian. in praxi iuris patronat. dict. lib. 2. cap. 5. num. 112.*

Exceptioni non numeratæ pecuniæ
368 † poſt biennium aditum præcludi, *Iuſtinianus* ſanxit *in l. In contractibus, 14. C. de non numer. pecun.* cui eſt concors *l. 9. tit. 1. part. 5.*

369 Eccleſiam † tamen etiam poſt biennium exceptionẽ hanc opponere poſſe, ( ex *Hoſtienſ. Butr. Angel. & Renato* ) *Genuenſ.* tradit *in practicabil. Eccleſiaſt. q. 508.* vbi an & quando illam opponere Eccleſia perpetuo poſsit. Simpliciterque in perpetuum cauſam piã ea vti poſſe, ( ex *Tiraquel. de pia cauſ. priuileg. 54. Intrigliol. ſingul. 97. numero 126.* & *Soar. commun. opinion. lit. E. numero* 168. *& ſeq.* ) tradit *Baltaxar. Thomaſ. tractat. 10. ſuorum tract. titul. 2. de ſpecialib. priuileg. piæ cauſ. capit.* 133.

*Velleiano Senatus Conſulto pleniſsimè*
370 *comprehenſum eſt, † ne pro vllo fœminæ intercederent.* ait Vlpianus *in l. 1. D. ad S. C. Velleian.* & Imperator Antonin. *in l. 1. C. eod.* integriſque illis prouiſum eſt titulis, & *in l. 2. ad fin. titul. 12. part. 5.*

371 Pro Eccleſia verò, † vel pia cauſa intercedere fœminam poſſe, *Tiraquel.* affirmat *de pia cauſ. priuileg.* 113. quem refert, & ſequitur *Genuenſ. dict. tractat. quæſtion.* 509. Quemadmodum & dilapidatorem Eccleſiæ accuſare poteſt, *cap. licet Heli de ſimon. Farinac. in praxi crimin. quæſtion. 12. numero 16. verſic. Octauo,* etſi accuſandi facultatem fœminis denegari, *quæſt. 3. num.* 141. dixerimus.

372 Clericus legatione pro Eccleſia † etiam extra Curiam fungens, à creditoribus nequit interim conueniri, ſic *Iuſtiniano* ſtatuente *in auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. §. Si verò Epiſcopi, col. 9.* vbi *Gloſ. margin.* concordem allegat *text. in cap. fin. cum Gloſ. verb. Potuit, poſt princip. extra de foro compet.* & *Gloſ. 1. circa princip. in cap. penult. de iurament. calumn.*

373 Alii ſolum Legati ad Principem, † vel à Principe miſsi id priuilegium cõſequuntur, ex *l. 2. §. Legatis, D. de iudic.* quam ita ibi *Gloſſa* 1. intelligit.

Cui concors eſt, *l.* 4. *titul.* 3. *part.* 3.
374 Imò Ciuitatis, † vel Vniuerſitatis Legatum pro ipſiusmet debito conueniri in Curia poſſe, etiamque ſi à Principe vocatus ſit, *lex* Regia ſanxit, 4. *titul.* 11. *lib.* 2. *ordinam* & *l.* 11. *titul.* 7. *lib.* 6. *nouæ Reg. collect.* quamuis per hanc (in verbis illis: *En caſo que aya lugar conforme a derecho*) & expreſsiùs *per legem* 10. *titul.* 7. *lib.* 6. *ordinam.* dictæ *legis* 4. correctionem induci, vellit *Petrus Barboſ. ad dict.* §. *Legatis, numero* 77. pariter *numero* 80. firmans, Legatis Ciuitatum, vel municipiorum ad eorum negocia, id non reperiri conceſſum, etſi eis reſtitutio competat, ex *l. Legatis*, 8 *l. Sed ſi per Prætorem*, 26. §. *fin. l. Qui mittuntur*, 35. §. *Qui Reipublicæ, D. ex quib. cauſ. maior.*

Rectorem, vel adminiſtratorem Eccleſiæ, locive pii, ad redditionem rationum, reliquorumque ſolutionem
375 condemnatum, † ad finem ſuſpenſiuum appellare non poſſe, eaque non obſtante, executionem fieri, velut ſpeciale *Genuenſis quæſtion.* 511. notat, ex *authent. de ſanctiſſ. Epiſc.* §. *Economos, collat.* 9. acceduntque *Dueñ. regul.* 47. *numero* 21. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 19. *Ruginel. in tractat. de appellation.* §. 2. *cap.* 3. *numero* 56. *verſ. Idem, Sigiſm. Scacc. eod. tract. quæſt.* 7. *limit.* 19.

Quod tamen, non ſolùm in Mino-
376 ris, † & vniuerſitatis adminiſtratore firmant *Borgnin. Caualc.* & *Ioan. Gutier.* Ille, *in tract. de tutore, numero* 222. Hic, *practicar. lib.* 1. *q.* 37. *n.* 1. *& ſeqq.* ſed in quolibet alio adminiſtratore obſeruat *Scobar de ration. cap.* 4. *num.* 5.

377 Quamuis alteri ſtipulari † nemo poſſit, vt vulgare profert axioma, traditum à *Nobis in noſtris, lit. S. numero*
378 53. Pro Eccleſia † quemlibet ſtipulari poſſe, *Gloſſa* notauit, *verb. Et petere, in cap. Quoties cordis*, 1. *quæſtion.* 7. Cùm Eccleſiæ promiſſum, Deo Opt. Maxim. promiſſum videatur, qui præſens vbiquè, & acceptans eſt, vt cum multis obſeruant *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 7. *numero* 102. *Petr. Surd. de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 73. *numero* 5. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 29. *numero* 9. *&* 26. *part.* 1. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſtion.* 519. *Anton. Gabr. commun. opinion. titul. de verbor. obligat. concluſ.* 1. *numero* 72. *Iulian. Viuian. in praxi iur. patron. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 160. Hodiè licèt regulare id fecerit, dederitque commune *legis* 3. *titul.* 8. *lib.* 3. *ordin.* & *l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *nouæ Reg. collect.* diſpoſitio, vt *dict. lit. S. numero* 53. *ad fin.* aduertimus.

Non item minus tritæ regulæ Eccleſiæ fauor detrahit. Scitiſsima e-
379 nim eſt, † *Maſculinum concipere fœmininum.* de qua in *Axiomatib. noſtris, lit. M. numero* 45. In Eccleſiæ verò præ-
380 iudicialibus, † maſculinum non comprehendere fœmininum, *Genuenſis* cõprobat *quæſtion.* 520. ex *Anton. Gabriele commun. opinion. titul. de verbor. ſignification. concluſ.* 6. affirmatque idem *Iulian. Viuian. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 161.

Vulgari itidem regulæ Iuris, quæ
381 † *odia reſtringenda eſſe dictat* (de qua in *Axiomatibus noſtris, liter. O. numero*
382 12.) Eccleſiæ fauore † limitationem aſsignant *Genuenſis dict. tractat. quæſt.* 541. & *Iulian. Viuian. vbi ſupra, numero* 169. ad Vniuerſitatis, Militumque fauoris ſimilitudinem. Diximuſque *eadem lit. O. num.* 13. & 14.

Legatum ab hærede nominatim re-
383 lictum, † à fideicommiſſario non deberi, nec repetitum cenſeri, *Paulus* reſpondit *in l.* 1. §. *Id quod ex ſubſtitutione, D. ad leg. Falcid.* & Celſus *in l. Celſus*, 29. §. *Quod alicuius, D. de legat.* 2. *Bart. in l. Marcellus, numero* 3 *D. ad S. C. Trebel. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 4. *numero* 12.

384 Eccleſiæ tamen, † vel piæ cauſæ ab hærede nominatim relictum, à fideicommiſſario deberi, cenſerique ab eo repetitum; probat *cũ Iaſone conſ.* 98. *lib.* 1. *Marc. Anton. Genuenſ. quæſtion.* 555.

&

& *Cardin. Franciſc. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. titul.* 1. *numero* 16.

Sic pariter, prælegata in fideicommiſsi reſtitutione venire, quando Ec-
385 cleſia, † vel pia cauſa ſubſtituta eſt, aſſerunt *Tiraquel. de pia cauſ. priuileg.* 62. *Marc. Anton. Genuenſ. quæſt.* 558. & *Mantic. dict. tractat, lib.* 6. *titul.* 3. *num.* 39.

386 Cùm regulariter † contraria exiſtat aſſertio communiter approbata, vt firmant *Marc. Anton. Peregrin de iure Fiſc. artic.* 7. *numero* 53. plenè hac de re toto illo articulo diſſerens, & *conſil.* 127. *numero* 3. *lib.* 5. *Iacob. Menoch. de præſumption. lib.* 4. *præſumptione* 194. *numero* 73. *Cardin. Mantic. dict. tractat. lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 1. copioſiſsimè *Vincent. Fuſar. de ſubſtitut. quæſtion.* 650. *numero* 62. & *ſeq.* materiam hanc *tota ea quæſt. per* 132. *numeros,* quibus conſtat, proſequens.

Falſi querelam viginti annorum in-
387 termiſsione † perimi, Imperator *Auguſt.* decreuit, *in l. Querela,* 12. *C. ad leg. Cornel. de falſ. Querela falſi* (ait) *temporalibus præſcriptionibus non excluditur, niſi viginti annorum exceptione, ſicut cætera quoque ferè crimina.* Cui lex conuenit Regia, 5. *tit.* 7. *p.* 7. traduntque (præter *Gloſſam*, & ſcribentes dictis locis) *Iul. Clar. lib.* 5. *receptar. ſententiar.* §. *fin. quæſt.* 51. *numero* 1. *Paz in praxi,* 5. *part. tom.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 83. & 84.

Aduerſus Eccleſiam verò crimen
388 falſi commiſſum † præſcribi nũquam, aſſeruere *Ludouic. Roman. ſingul.* 182. incip. *Tuſcis quod crimen falſi, Franciſc. Balb. de præſcription. part.* 4. *quæſt.* 2. *limitat.* 5. & cum eis *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 560.

389 Etſi lite non conteſtata, † nec teſtes recipi, nec contra abſentem (Iure ſaltem communi) ad ſententiam procedi poſsit, *rubr. & nig. vt lite non conteſtata, non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam diffinitiuam, in Decretal. l. Abſentem,* 6. *C. de accuſation. Farin. prax. crimin.* 1. *part. quæſtion.* 11. *numero* 2. in cauſa tamen liberali,
390 in qua de Eccleſiæ ſtatu † agitur, & ante litem conteſtatam teſtes recipi, & ad ſententiam diffinitiuam procedi poſſe, *Innocentius III.* decreuit in *cap. Olim,* 34. *de teſtib. & atteſtation.* & *ibi Gloſ. fin.* aduertit. In cauſiſque liberta-
391 tis † ante litem conteſtatam teſtes recipi, docet cum multis *Proſper. Farinac. in tract. de teſtib. quæſt.* 76. *numero* 43. in alio etiam caſu, pro iuribus
392 nempè Eccleſiæ † male occupatis, idem obſeruari tradens *ibidem, num.* 49.

Debitores ſpeciei, re ante moram
393 perempta, † liberari, rectiſsimè *Pomponio* placuit *in l. Si ex legati cauſa,* 23. *D. de verbor. oblig.* & in *l. quod te mihi,* 5. *D. de reb. credit. & ſi cert. pet.* decreuitque *l.* 18. *titul.* 11. *part.* 5. & egimus *Nos in Axiomatib. & locis commun. Iur. litter. A. numero* 72. & *litter. D. num.* 19.

Eccleſiæ tamen ſpeciei debitorem
394 † etiam ante moram re perempta, non liberari, aſſeruit *Genuenſ. dict. tractat, quæſtion.* 577. *Gloſſam* adducens *in* §. *Item mixta, inſtit. de action.* & Ludouicum *Romanum in dict. l. Si ex legati cauſa.* Nec *Gloſſam* tamen, nec *Romanum* id dicentem reperi.

Falſum inſtrumentum producens,
395 † falſi pœna, & cauſæ plectitur amiſſione, vt multorum ſententia probat *Farinac. de falſit. & ſimulation. quæſtion.* 159. *numero* 1. & 5. Quod & in Pu-
396 pillo, † cuius falſam ſcripturam produxit tutor, vt cauſam ex eo perdat, *idem ipſe* procedere *ibidem* addit *num.* 21. *Caſtrenſis,* & *Hieronymi Giaccar.* au-
397 thoritate. Et quid in Domino, † cuius procurator falſa ſcriptura, falſisvè teſtibus vſus eſt, an, & quando in pœnam principalem incidere faciat? videndi *Capic. deciſion.* 67. *numero* 1. & *ſequentibus, Rimin. Foller. Boſſ.* & alii *ab eodem* citati *Farinacio, dict. loco, num.* 20.

398 Ab adminiſtratore verò Eccleſiæ † inſtrumentum falſum productum, Eccleſiæ non nocere, aſſerit *Genuenſ. dict. tract. quæſt.* 579. per *text. in cap. Cum venerabilis, 6. de exceptionib.* Cùm delictũ perſonæ, Eccleſiæ nocere non debeat, ex vulgari regula Iuris. Limitat tamen
399 † ſi à toto Capitulo ſit productum, ex *cap. Olim, 25. de reſcript.* & *cap. Tum ex litteris, 15. de in integr. reſtit.*

Ex eâdem præterea dicti *capitis Cũ venerabilis*, ratione idem ipſe *Genuenſ. quæſt.* 580. deducit; quòd licèt in ſui fa-
400 uorem inſtrumentum producens, † illud impugnare non poſſit, *cap. Cum olim, 19. de cenſib.* proſequimurque in *Axiomatib. noſtris, lit. A. num* 291. *&*
401 293. Si tamen † in ſui fauorem inſtrumentum Eccleſia producat, contra ſe illud acceptare non cogi, firmat.

Ceſsionem, aut alienationem in po-
402 tentiorem facientes, † cauſæ iactura diui Imperatores multarunt in *l. 1. & 2. C. ne liceat potentiorib.* Canonica ſanctio *in cap. 2. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.* & Regia, *in l. 16. tit. 7. part. 3.* Cui
403 non ſubiici Eccleſiam † pœnæ, *Genuẽſ.* tradit *dict. practicabil. quæſt.* 601. ex *Ludouico Romano in l. Si verò, §. De viro, fallent. 10. D. ſolut. matrim.* & aliis.

Teſtantium voluntates ad amuſsim
404 † ſeruandas, & ratio poſtulat; & *Iuſtinianus* Imperator decernit, legis ad inſtar eas ſeruari iubens in *auth. de nuptiis, §. Diſponat, coll. 4.* textus etiam in *cap. Tua nobis, 17.* iuncta *Gloſ. 2. in princip.* extr. *de teſtament.*

Eccleſiæ tamen, & Religionis fauo
405 re, † mille alicui *ſi nubat*, relictis; centum vero, *ſi Religionem ingrediatur*; mille adhuc Religionem intranti deberi, teſtatoris etiam voluntate repugnante, ea conditione (veluti contra Religionem, Eccleſiamque) reiecta; copioſa aſſerit Doctorum manus, quos doctiſsimus congerit *Sanchez de matrim. lib. 1. diſputat. 34. num. 12.* Quibus, idem volentes addo *Cardin. Franciſc. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 18. num. 30.* & *Iulian. Viuian. de iure patron. dict. lib. 2. cap. 5. num. 60.* Etſi cõtrariæ partis alios paritèr, non contemnendæ auctoritatis, tàm Iuriſtas, quàm Theologos, idem ipſe *Sanchez,* eiſdem adhærens, *num.* 31. referat.

406 Aequitatem non ſcriptam † ſcripto rigori ſuccumbere, ſæpè Iura dictitant, & multis comprobamus *in Axiomatib. noſtris, lit. A. num.* 182. *&* 183. Aduer-
407 ſus quæ Eccleſiæ fauore † æquitatem non ſcriptam, ſcripto rigori præferri, eamque ſeruandam (ex *cap. 1. de dolo & contum.*) aſſerit *Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 176. quem ſequitur *Iulian. Viuian. dict. lib. 2. cap. 5. num.* 79.

408 Pro futuris culpis † excommunicationem ab homine ferri non poſſe, probat *text. in cap. Romana, 5. §. Caueant etiam, de ſentent. excommun. lib. 6.* *Caueant etiam* (Innocentius IV. inquit) *ne tales ſententias excommunicationis, ſiuè ſpecialitèr, ſiuè generalitèr in aliquos pro futuris culpis (videlicèt ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſſis, ſub hac forma:* ſi de illis infrà tale tempus minimè ſatisfecerint) *proferre præſumant, &c.* Qua de re egit eruditè (vt eius eſt mos) *Didac. Couar. in repetit. cap. Alma mater, part. 1. §. 10. à principio.*

409 Eccleſiæ tamen cauſa, † pro futuris culpis, excommunicationem quandoque proferre licet, vt in decimis perſoluendis Alexander III. *in cap. Peruenit, 5. de decim.* ſtauiluit his verbis: *Mãdamus quatenus parochianos veſtros monere curetis, & ſi opus fuerit, ſub excommunicationis diſtrictione compellere, vt de prouentibus molendinorum, piſcariarum, fœno, & lana, decimas Eccleſiæ quibus debentur, cum integritate perſoluant.* Quod, Eccleſiæ fauorem operari notat *Iulian. Viuian. dict. lib. 2. cap. 5. num.* 170.

Dominus ab emphyteuta, qui ob canonem non ſolutum emphyteuſi ce-
410 ciderat, ſolutionem recipiens, † caducitatem videtur remittere, iurique expellendi ea ratione emphyteutam renunciaſſe. *Gloſſa* celebris (à Doctoribus communiter ibi approbata) *in l. 2. verb. Repellere, verſ. Item ſi triennio elapſo,*

*elapſo, C. de iure emphyteut.* obſeruātque *Ioſeph. Maſcard. de probation. concluſ.* 252 *per tot. concluſ.* 417. *num.* 4. *concl.* 881. *num.* 6. *concluſ.* 1262. *num.* 24. *& concl.* 1316. *num.* 2 *Petr. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 27. *& tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 36. *&* 67. *& deciſ.* 317. *num.* 1. *&* 14. *cum ſeqq. deciſ.* 181. *num.* 1. *& deciſ.* 189. *à num.* 11. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 152. *à num.* 12. *& deciſ.* 49. *num.* 22. 30. *&* 31. *Aurel. Corbul. de iure emphyt. tit. de cauſ. priuation. ob canonem non ſolutum, limit.* 21. propéque innumeri alii congeſti *à Petro Cened.* & *Auguſtino Barboſ. in collectaneis ſuis ad cap. Potuit, de locato.* Ab illo, *collect.* 144. *num.* 11. Ab hoc, *num.* 117. quorum plerique concluſionem hanc procedere
411 firmant, † etiam ſi cum proteſtatione *ſibi non præiudicandi* præteritas dominus penſiones recipiat.

412 Eccleſiæ verò procurator, † Prælatusvè, præteritas recipiens penſiones, caducitatem non remittit, nec expellendi emphyteutam ius perdit, ſententia *Gloſſæ, verb. Expelli, in dict. cap. Potuit,* ſi Eccleſia ſaltèm Collegiata ſit, vt ſeruant *Maſcard. dict. concluſ.* 252. *num.* 12. *Stephan. Gratian. dict. deciſ.* 49. *num.* 24. *Cardin. Tuſch. practicar. concl. lit. E concluſ.* 193. *nu.* 46. *Ouid. de Amic. de iure emphyt. quæſt.* 35 & multi alii, quos *Auguſt. Barboſ.* recenſet in *collect. ad dict. cap. Potuit, nu.* 118. quibus quoque adde *Aurelium Corbul. dict. limit.* 21 *num.* 14. *Rot. Rom. diuerſor. deciſ.* 280. *part.* 1. & *Iulian. Viuian. de iure patron. dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 173.

413 Eccleſiam conductoris hæredem, † in conductione ſtare non cogi; multis comprobat argumentis *Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 93. Cū in omnibus defuncti obligationibus,
414 actiuis, & paſsiuis † hæres regularitèr ſuccedat, *l. Veteris,* 13. *C. de contrah. & commit. ſtipul. l. Poſtulante,* 44. *verſ. Cæterum, D. ad S.C. Trebel.* cum adductis, traditisque plenè à *Nobis in ſecunda de priuileg. pauper. parte, quæſt.* 57. *num.* 1. *& ſeqq.* Et in ſpecie, cogi poſſe conductoris hæredem in conductione perſiſtere; notat, cum *Rota Lucenſ. deciſ.* 85. *numero* 1. *Gaſpar Theſaur. vbi proximè numero* 1.

Superſunt plura, quæ ſi proſequeremur, à Fiſco, Vniuerſitate, Minoribus, Libertate, ac ſimilibus, ſpecialia formando (vt *Marcus Anton. Genuenſ.* efficit) multo longior hæc redderetur oratio. Quorum tamen aliqua, Pietatis, Religioniſque affectus prætermittere non ſinit. Fiſco igitur priuilegium à *Calliſtrato* indultum in *l.* 3. *§. Multa, D.*
415 *de iure Fiſc.* vt debitorem † ſui debitoris non excuſo principali, in caſibus ab
416 eo deſignatis, conueniat: Eccleſiæ † cō modat *Genuenſis, quæſt.* 535. quem *Viuian.* ſequitur, *dict. cap.* 5. *num.* 165.

417 Contraria in aliis † regula exiſtente in *l.* 2. *C. quando Fiſc. vel priuat.* & in *l.* 2. *C. de conuen. Fiſc. debitor. lib.* 10. vbi *Gloſ.* notat. Quæque requirantur, vt debitorem ſui debitoris cōuenire quis poſsit, numerat *Viuian.* proximè relato loco.

Ad Fiſci item ſimilitudinem (qui ſo-
418 lutam pecuniam † poſteriori creditori, etiam conſumptam, repetit, ex *l. Deferre,* 18. *§. fin. D. de iure Fiſc. l. Prouinciam, & l. Pecuniam,* 5. *de priuileg. Fiſc.*
419 quod aliis † denegari, cum *Didac. Couar. practic. quæſt. cap.* 29. *num.* 2. *Iacob. Menoch. conſil.* 25. *num.* 1. aliiſque citatis, tradit *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 304. *num.* 1. *&* 2.) eodem Eccleſiam priuilegio gaudere *Marc. Anton. Genuenſ.* firmat, *dict. tractat. quæſt.* 602.

Quod tamen neque in Fiſco per-
420 petuum eſt. † Solum enim cum ex cauſa lucratiua poſteriori creditori ſolutio facta eſt, repetitionem Fiſco concedi, non ſi ex oneroſa, exiſtimare *Ioan. Fauer in §. Si quis in fraudem, inſt. de actionib. num.* 23. *Menoch. Cephal.* & alii citati à *Marco Anton. Peregrino de iure Fiſc. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 8. *in fin. verſ. Contra verò.* Quorum adhæret opinioni *Stephan. Gratian. dict. cap.* 304. *num.* 4. *numero* paritèr *quinto* aduertens; eſto quod

quod & in onerosa cauſa reuocare ſo-
lutionem poſteriori creditori factam,
valeat Fiſcus(vt per *Couar.practic.dict.
cap.29.num.3.*) id non niſi poſt princi-
421 palis † debitoris, fideiuſſorumque diſ-
cutionem ei licere;rationes adducens,
fautoreſque ſententiæ huius *Menochiũ,
Cephalum,& Peregrinum,dictis locis.*

Legatum Eccleſiæ relictum anno
tertio, † vel quarto, in principio anni
422 deberi(ex libertatis ęquiparatione,cui
is fauor competit,*l.Si ita fuerit libertas
relicta,41.D.de manumiſ. teſtam.*) pro-
fitetur *Marc. Anton. Genuenſ. quæſt.*
514. cui aſſertioni Militiæ quoque
comparatio fauet, cui id pariter *Iuſti-
nianus* Imperator conceſsit in *l. For-
tiſſimi,6.C.de erog.milit.annon lib.12.*

423 Aliis † denegauit Pomponius in *l.
Qui hoc anno*, 42. *D. de verbor. oblig.* in-
quiens: *Qui hoc anno,aut hoc menſe dari,
ſtipulatus ſit; niſi omnibus partibus anni,
vel menſis præteritis,non rectè petet.*

Item(vt in libertate diſpoſitum eſt)
legatum Eccleſiæ, vel piæ cauſæ reli-
424 ctum, † ſi cancellatum reperiatur, ca-
ſu, & inconſultè præſumitur deletum,
ex *l. Proximè, 3. in fin. D. de his quæ in
teſtam. delent*,firmantque *Tiraquel. de
priuileg.piæ cauſ.priuileg.16. Marc.An-
ton.Genuenſ.dict.tract. quæſt.* 521. *Scip.
Rendin.in promptuar.recept.ſentent.de
leg.tit.65.num.31. Iulian.Viuian. dict.
lib.2.cap.5.num.162.Cardin.Franc.Mã
tic.de coniect.vltim.volunt.lib.12.tit.1.
num.32.*

425 In cæteris † contraria regula pug-
nat,quam tradunt, & proſequuntur la-
tè *Iacob. Menoch. de præſumption. lib.3.
quæſt.141.numero 4.& ſeqq.* copioſius
*Pyrrh.Maur.in tract. de ſolution. cap. 2.
§.3.per tot.Mantic.vbi proximè num.30.*
conueniuntque dicta per *Maſcard. de
probationib.concluſ.1222.num.3.*

Deciſionem etiã textus in *l.Nulli,*
426 *7.C.de erogat.milit. annon.lib.12.* † qui
publico fauore,his qui fertilitatis tem
pore annonam recipere de publico ne-
glexerint; tempore careſtiæ, pretium
ipſius, annonamvè denegat; Eccleſiæ
commodat *Genuenſ.in practicabilib. Ec-
cleſiaſt.quæſt.*532.Necnon *legis Fortiſsi-
mi,6.eiuſdem tituli*, argumento probat
*Viuian.dict.lib.2.cap.5.num.*164. Eccle
ſiæ creditorem, qui tempore debito
427 † annuas differt præſtationes recipe-
re,ſi infrà annum non petat, ab earum
deinceps petitione arceri. Qua etiam
de re, *Genuenſ.quæſt.*531.

Differentem quoque (vſque ad iu-
428 dicium † ſaltem) Eccleſiæ relictũ ſol-
uere,in duplum teneri; his verbis *in §.
Item miſta*(aliàs,*§.Ex maleficiis, verſic.
Item miſta*) *inſtit.de action.* Iuſtinianus
ſanxit: *Item miſta eſt actio,contra eos, qui
relicta ſacroſanctis Eccleſiis, vel aliis ve-
nerabilibus locis, legati, vel fideicommiſſi
nomine, dare diſtulerint; vſque adeo, vt
etiã in iudiciũ vocarentur. Tunc enim,&
ipſam rem, vel pecuniam, quæ relicta eſt,
dare compelluntur; & aliud tantum pro
pœna. Et ideò in duplum eius fit condem-
natio.* Cuius quidem decretũ ad quod-
libet indiſtinctè debitum trahit *Ge-
nuenſ.quæſt.*576. In aliis procedere ne-
gat regulariter *Accurſ.* etiam in Fiſ-
co, Reipublicæ, vel in redemptionem
captiuorum relictis, in *dict. §. Miſta,
verb.Diſtulerint,& verb.In iudicium.*

Poſt longam etiam pro vtraque par
te diſcutionem, à Prælato quietatio-
429 nem † procuratori Eccleſiæ factam,in
eius præiudicium non valere; ipſe *Ge-
nuenſ.* defendit, *quæſt.*450.Cui conue-
niunt aſſertioni *ſuprà* iam notata,*num.*
117. 118.143.& 144.

Fiſci item priuilegium,(qui rem cõ
430 munem † cum alio habens, totam po-
teſt vendere,vel pignorare,*l.2.C.de
commun.rer.alien.l.vnic.C.de vend. rer.
Fiſc.cum priu.commun.lib.10.*) Ecleſiæ
*Genuenſ.* aptat, *quæſt.*492. cùm id pri-
431 uato † *dict.l.2. C. de commun. rer. alien.*
aliæque dicti tituli negent.

Eccleſia hærede inſtituta, vxore au-
tem teſtatoris omnium bonorum vſu-
432 fructuaria relicta; † alimenta ſolũ vxo-
rem, Eccleſiæ fauore, percipere, aſſe-
ruere *Corne.conſ.112.num.16.vol.2.* &
*Paul.de Montepic.in l.Titia,§.Titia,D.*
de

*legat*.2. eiſque relatis, *Iulian. Viuian. de*
*iure patron. dict. lib*.2.*cap*.5.*num*.66.ad-
dens pariter, Eccleſiam vſufructuariā
434 relictam, filio hærede inſtituto, † inte-
grum vſumfructum habituram, legiti-
ma excepta, ſi ex ea vndè ſe alat perci-
pere filius poſsit, eundem allegans *Pau*
*lum de Montepic. loco proximo*, *num*. 57.
De quarum aſſertionum veritate, no-
ſtrum nunc diſſerere non eſt.

Parentis Religionem, bonorum ſal-
435 tem in communi capacem profeſsi, †
ante naturalem mortem (quantumli-
bet à Iure mortuus reputetur) legiti-
mam filio non deberi, etſi interim â
Monaſterio ſit alendus, firmauit *Gloſ.*
*in auth. Si qua mulier*, illiuſmet deciſio-
ne, *verb. Moriatur*, & *in auth. de ſanctiſſ.*
*Epiſc*. §. *Si qua mulier*, *verb. Perſona.*
*Bart. in dict. auth. Si qua mulier*, *num*.2.
*Cyn. num*.5.*Caſtr. num*. 6. *Abb. conſ*.65.
*ad fin. lib*.1.*Iulian. Viuian. dict. cap*.5.*nu*.
90.*Matienz. in l*.3.*tit*. 4.*gloſ*.2.*num*. 3.
*lib*.5.*nouæ Reg. collect. Sylueſt. in ſumm.*
*verb. Religio*,6.*q*.1.*num*.1.& cum pro
pè in numeris, *P. Sanch. de ſtat. Relig.*
*lib*.7.*cap*. 10.*num*. 2. probabiliſsimam
dicens. Contrariam quoque (fundamē
to præcipuè *textus in cap. Cum ſimus*,
14. *de regularib.*) ſectantes inde refe-
rens. Vtrâque ſimiliter, multorum au-
ctoritate vallatam, protulit *Didac. Co-*
*uar. in cap*.2.*de teſtam. num*.12. aliique
ab ipſis citati protulerunt.

Eccleſiæ neceſsitas patroni neceſ-
436 ſitati, † alimentiſque præfertur, vt in
*prima de priuileg. pauper. part. quæſt*.42.
*num*.19.prædiximus. Ibique relatis ad-
de *Iulian. Viuian. dict. cap*.5.*num*.122.
qui etiam *num*. 124. de dote Eccleſiæ
437 Epiſcopalem † canonicam portionem
defalcandam non eſſe aduertit, neque
eius dotem præſcribi: cui dicta iam *ſu-*
*prà num*.45.*& ſeqq*.adiecta fauent.
438 Theſaurus in Eccleſia inuentus, †
illi remanet, nec Rectori adquiritur.
Ad vſufructuarium enim theſaurus nō
pertinet, *l. Diuortio*,8.§.*Puto autem*, *in*
*fin. D. ſolut. matrim. Marc. Anton. Ge-*
*nuenſ. dict. tract. quæſt*. 394. *Iulian. Vi-*
*uian. dict. cap*.5.*num*. 128.
439 Beneficiatum verò, † Eccleſiæ vè
Rectorem, vſufructuario, vel vſuario
etiam in beneficii prouentibus compa
rari; iam *de priuileg. pauper* 1.*part quæſt*.
4.*num*.91.92.95.*&* 96. ſupraque *hic*
*eadem num*.16.notauimus.

In concernentibus Eccleſiam, non
440 poſſe Prælatum † in arbitratorem de
iure, & de facto compromittere, tenet
*Vazq. de ſucceſ. creat. lib*.3.§.26.*num*.52.
quem refert, & ſequitur *Iulian. Viuian.*
*dict. cap*.5.*num*.153.qui etiam *num*.129
441 dixerat; † tranſactionem cum Eccle-
ſia factam, inualidam eſſe, niſi res qua
de agitur, apud ipſam remaneat, aduer
ſarius licet poſsideat. Prædixerātque
*Accurſ. in l. Cum ii*, §.*Si vni*, *verb. Tran-*
*ſactione*, *D. de tranſact*. & *Andr. Tiraq. de*
*retract. Lignag*.§.1.*gloſ*.14.*num*. 67. *&*
*ſeqq*. Tranſactionem enim per quam
res abdìcatur, alienationem eſſe, cen-
ſerique conſequenter prohibitam his,
quibus alienandi poteſtas interdicitur,
ex *Decio*, & aliis *dict. loco*, præſertim
*num*.69.tradit.

Pars delatori applicanda, ſi delator
442 non extet, ob Eccleſiæ † fauorem, Iu-
dici ex officio procedenti applicatur,
ex *l*.8.*tit*.2.*lib*.1.& *l*.2.*tit*.19.*lib*.8.*no-*
443 *uæ Reg. collect*. In aliis † contrarium, ſta
tuente *l*.21.*tit*.9.*lib*.3.*nouæ Reg. collect.*
& notat *ibidem Azebed. num*.1.*verſ. Si-*
*no a nueſtra Camara.*
444 Eccleſiæ quoque fauore † turpitu-
dinē propriam allegare licere, in aliis
nequire; diximus in *Axiomatib. & locis*
*commun. Iur. lit. T. num*.61.63.*&* 64.

Etſi controuerſa nimis illa ſit quæ-
ſtio: *Vtrum iuris patronatus beneficii abſ-*
445 *que Patroni conſenſu † permutatio inuali-*
*da à principio exiſtat, vel Patroni diſſenſu,*
*repugnantiaque inualidetur? An ve conſen-*
*ſum à Patrono beneficii poſſeſſorē ad illius*
*permutationem requiſiiſſe ſit ſatis; vel om-*
*nino eius deſideretur conſenſus?* Quam la-
tè examinant *Couar. practicar. quæſt.*
*cap*.36.*num*.9.& *Nicol. Garz. de benefic.*
*part*, 11.*cap*.3.*num*.19.*& ſeqq.*
446 Si tamen permutatio vtilis † Eccle-

ſiæ

ſiæ ſit, ea efficit vtilitas, vt conſenſu à Patrono requiſito, licet non præſtito, eovè denegato, repugnanteque Patrono, fieri permutatio poſſit, ab Epiſcopoque approbari, vt profitentur *Petr. Rebuff. in pract. benefic. tract. de permutatione, num. 22. Didac. Couar. dict. num. 9. Nicol. Garc. dict. cap. 3. num. 23. & 28. P. Leonard. Leſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 198. verſ. Aduerte tamen.* Ne-
447 que ad id, magnam † Eccleſiæ vtilitatem *Rebuffus*, & ab eo allegati, nec *Leſſius dictis locis* requirunt; etſi illam deſiderent, repugnante Patrono, ad permutationis huiuſmodi firmitatem, *Couar. & Garc.*

Celebri itidem, ſcitæque regulæ *legis Quoties, 15. C. de rei vendic.* quæ duo-
448 bus † inſolidum rem ementibus, eum præfert, cui res priùs tradita eſt, licèt poſterior contraxerit: (quam probant *l. 50. & 51. titul. 5. & l. 14. tit. 13. part. 5.* exornantque, præter Ordinarios ibi, *Anton. Gom. variar. tom. 2. cap. 2. de empt. & vendit. num. 20.* concordes allegans, plenèque materiam diſcutiens, *Tom. Ferrar. cautel. 48. per tot. Auil. in cap. 17. Prætor. verb. Meneſtrales, Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. concluſ. 2. de empt. & vendit. per tot. pag. mihi, 207. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 19. per tot. Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 30. Pileus, quæſtio. 22. Guil. Bened. in repet. cap. Raynuncius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num.*
449 *552. pag. mihi 107.*) Eccleſiæ fauor † ſe opponit: ſecundò enim emptori cui res tradita eſt, Doctorum communis, & inconcuſa reſolutio Eccleſiam præfert, vt (ex *Franc. Viu. commun. opin. verb. Vendens, ſeu donans, Soar. lit. L. num. 154. & ſeq.* & aliis) notat *Baltax. Thomaſ. tract. 10. ſuorum tract. tit. 10. de ſpecialib. ſeu priuileg. piæ cauſ. cap. 147. num. 230.* traduntque, cum multis aliis, *Didac. Couar. dict. cap. 19. nu. 2. Gomez. dict. num. 20. col. 4. ad fin. verſ. Nunc vero, & Anton. Gabr. dict. concl. 2. limit. 1. num. 16.* Ex eo, quod in Eccleſiam abſque traditione dominium tranſeat, vt iam *ſuprà, num. 125.* aduertimus, quo in caſu priorem emptorem, ſecundo cui res tradita eſt præferendum, legalis ratio, ipſique dictitant.

Alia ex dictis in Minorum, Vniuerſitatis, Libertatis, Militiæ, & Clericorum fauorem, ſupplere licet. Putabamque etiam alia poſſe ſuppleri, ex *Lelio de Zanchis*, quem *de priuilegiis Eccleſiæ* ſcripſiſſe allegationibus didiſceram, ad manus namque meas nondum his iam ſcriptis peruenerat. Diligenti verò à me eius perquiſitione facta, cum illum reperiſſem: non me vſque tunc latuiſſe pœnituit. Nihil enim commune, pleraque, quæ pertractat, cum Eccleſiæ priuilegiis, licet ea priuilegia nominet, habent. Cenſoris vices teneat alius: Nobis hæc dixiſſe ſufficiat.

## VTRVM CLERICI, & Eccleſiaſticæ perſonæ, quas Doctores nominant, Eccleſiæ nempè ſeruientes, in ea manumiſſi, illius Officiales, Ruſtici, aut Colloni, publicè pœnitẽtes, aut nouiter ad Catholicam Fidem cõuerſi, Miſerabiles dicantur? Legis noſtræ vnicæ priuilegio gaudeant? Quibuſque aliis?

### *SVMMARIVM.*

1 *Clerici in pauperum, & miſerabilium numero reponuntur. Contra num. 26. & ſeqq.*

2 *Eccleſiæ ſeruientes, in ea manumiſſi, illius Officiales, Ruſtici, aut Colloni, publicè pœnitẽtes, & ſimiles, an Eccleſiaſticæ, ac miſerabiles perſonæ ſint? Forique legis noſtræ vnicæ,* C. quando Imper. inter pupil. & vid. *priuilegio gaudeant? & num. 34. & ſeqq.*

3 *In criminalibus etiam fori hanc electionem perſonæ Eccleſiaſticæ habent, & num. ſeqq.*

4 *In-*

4 *Iniuria Clerico facta, Eccleſiæ, ipſique Deo O. M. facta cenſetur. Intellige vt num.* 48.

5 *Perſona dignior re eſt.*

*Priuilegium rei Eccleſiaſticæ conceſſum, perſonæ Eccleſiaſticæ competit ibi.*

7 *Propter immanitatẽ criminis, fori hæc electio datur.*

8 *Sacrilegium in Eccleſiæ Miniſtros patratum, an cæteris grauius ſit?*

9 *Sacrilegium in Eccleſiæ Miniſtros commiſſum, capitali pœna, grauiſſimoq; mortis genere punitur.*

10 *De ſacrilegii pœnis remiſſiuè.*

11 *Ex ſeueritate pœnæ, delicti grauitas cognoſcitur.*

12 *Sacrilegus Sacerdotis, vel Miniſtri Eccleſiæ percuſſor, an læſæ Maieſtatis reus dicatur? & num.* 48. *& ſeqq.*

13 *Principis Miniſtrum, Senatoremve, offendentem, an læſæ Maieſtatis reum leges decernant? & num.* 49. *& ſeq.*

14 *Sacerdotes apud Ægiptios, Miniſtri, Conſiliariique Principis exiſtebant, pœnes quos, ſumma poſt Principem reſidebat poteſtas, magnaque ſemper reuerentia habiti ſunt.*

15 *Læſæ Maieſtatis crimen in Principis tribunali diſcutitur.*

16 Lex Si quis in hoc genus, 10. C. de Epiſc. & Cleric. *nouè perpenditur diſcutitur, & explicatur. Et num.* 60. *& ſeqq. vſque ad* 82.

*Vices Regis gerentes, hodierniquè Senatores, an in Rectorum prouinciarum locum ſucceſſerint? ibi.*

17 *Rector prouinciæ ſummam poſt Principem poteſtatem habet.*

18 *Et an eandem quam Princeps, habeat? & num. ſeq.*

*Præſes, Rectorque prouinciæ, idem ſunt, vnuſque pro alio ſumitur, dict. num.* 18.

19 *Senatus, Regias Audientias, Præſideſque conſtituendi, quæ præcipuæ cauſæ fuerint?*

20 *Tota hodie Caſtellana ditio in duas tantummodo prouincias partitur. Olim an, & in quot Prouincias partita fuerit? num. ſeq.*

21 *Prouincia non breui circunſcribitur, ſed longiſſimo ſpacio protenditur.*

22 *Magiſtratuum Romæ, an Præſides prouinciarum, vice & officio fungerentur?*

*In Magiſtratuum Romæ locum Senatores hodierni ſucceſſiſſe videntur, ibi.*

23 *Ab Epiſcopi ſententia ad Prouinciæ Rectorem, vel Præſidem olim appellatio dabatur. Quid hodie? num.* 82.

24 *Gallæci pro Curiæ (vt dicunt) caſu, an & quando aduerſarios ad Valliſoletanã Cancellariam trahere valeant?*

*Intellectus text. in* l. 4. tit. 1. lib. 3. nouæ Reg. collect. *ibid. & num. ſeq. & num.* 82. *& ſeqq.*

25 *Ab equite armatæ militiæ, ad cœleſtis militiæ equitem argumentum procedit.*

28 *Clerici fortunati, diuites, & potentes reputantur, & in eos, tanquam in potentiores, alienationem, vel ceſſionem fieri, Iura vetant.*

29 *Intellectus* cap Sacerdos 9. *in ordin.* 1. quæſt. 2. *&* cap. Quod autem, 3. *in ordin.* 23. quæſt. 7.

30 *Paupertas, (vt naturalis in homine qualitas) præſumitur.*

31 *In Clerico, beneficiato præſertim, non præſumitur. Qui diues potius, proque duobus victum habere cenſetur.*

32 *Ad ſacros Ordines promoueri pauper non debet, nec aliter quam ad beneficii, vel congrui ſaltem patrimonii titulum.*

33 *Beneficiatus non ideò pauper dicitur, quod integrum, & abſolutum dominiũ in beneficii fructibus non habeat.*

36 *Cauſæ Colonorum, Ruſticorum, vel ad tempus Eccleſiæ ſeruientium, ad forum Eccleſiaſticum non pertinent.*

37 *Nec publicè pœnitentium.*

38 *Et an, & quando vt Miſerabiles, fori Eccleſiaſtici, vel Principis ſecularis electionem habeant hi? aut conuerſi de nouo ad Fidem?*

39 *Statutum extra ſtatuentium terminos, in generaleque argumentum trahi nequit.*

40 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum; arctataque potentia cauſæ, arctari quoque effectus debet.*

41 *Fun*

41 *Fundamento deſtructo, in ædificatum corruat, neceſſe eſt. Ex falſiſque proueniunt falſa.*

*Suppoſito, vel antecedenti falſo; conſequens ſtare non poteſt ibid.*

42 *Vnuſquiſque in ſuo foro tã ciuili, quàm criminali cauſa conueniendus eſt. & nu. ſeq.*

43 *Caſus quos* Curiæ *vocamus, à legibus Regiis deſignati, numerantur. & num.* 65.

44 *Formæ quidquam addi, vel detrahi nequit, neque in melius quidem, aut identitatis ratione.*

45 *Lex prohibitiue loquens, formam incommutabilem inducit, etiam clauſula, decretove irritanti non adiecto. Quod ſi exiſtat, fortius vrget.*

46 *In correctoriis, & exorbitantibus, nec ſimilitudinis, vel identitatis, imò nec maioritate rationis, etiam quod ſumma æquitate nitatur, extenſio admittitur.*

47 *Negatiua, dictioque* Tantum, *ſunt malignæ naturæ, omnimodam literæ adhæſionem deſiderant, & aliter fieri poſſe negant, quamlibetque extenſionem, aut immutationem excludunt.*

48 *Sacrilegium in Clericum patratum, an & quando contra Dei Religionem, vel contra virtutem obſeruantiæ eſſe dicatur?*

*Iniuria illata Clerico, ex natura rei, iure poſitiuo ſecluſo, an ſacrilegium ſit? ibid.*

*Pro violenta in Clericum manuum iniectione, an & quando excommunicatio incurratur? ibid.*

49 *Principis, aut Papæ Legatus, Vicarius, Conſiliarius, vel Senator pars corporis Principis dicitur.*

50 *Legatum, Vicarium, vel Conſiliarium Principis priuato offendens odio, læſæ Maieſtatis crimen non incurrit.*

*Intellectus textus in* l. Quiſquis, 5. C. ad l. Iul. Maieſt. *& in* l. 1. tit. 16. part. 2. *ibid.*

51 *Epiſcopũ offendens an læſæ Maieſtatis crimine, aut* capitis Felicis, de pœn. lib. 6. *tentaturem.*

53 *Intellectus textus in* cap. Si quis ſuadente, §. Qui autem, 17. quæſt. 4. *& num. ſeqq.*

54 *Pœnam capitalem Canonica ſanctio non nouit, neque illam, pro atrociſſimis etiam criminibus, imponit.*

55 *Cum de mortis pœna Canones mentionem faciunt, non de naturali, temporalivè morte, ſed de ſpirituali intelligunt.*

56 *Si inter Canonicas ſanctiones aliqua Iuris ciuilis mortem naturalem imponens inſerta à* Gratiano *reperiatur: non ideò Canonici iuris diſpoſitionem inducit.*

57 Gratiani *lapſus notatur. & num.* 59.

58 *Non plus eſt in referente, quam in relato, nec referenti creditur, ſi de relato non conſtat.*

60 *Sacrilegii pœna non ſemper eadem.*

*Sacrilegi loco eſt, diuinæ, vel humanæ legis tranſgreſſor. ibid.*

61 *Clerici percuſſor qualiter puniatur?*

*Intellectus* legis Si quis in hoc genus, 10. *& in* auth. Sed nouo iure, C. de Epiſc. & Cleric. *ibid.*

63 *Læſæ Maieſtatis reus capitali pœna plectitur. Deque huius delicti pœnis remiſſiuè.*

64 *Pœna culpæ reſpondere debet.*

66 *Numeratio caſuum alios excludit.*

67 *Eccleſiaſticus pro iniuria ſibi illata poteſt aduerſarium laicum coram Eccleſiæ illius fori Iudice conuenire. Limita, & intellige vt num. ſeq.*

68 *Per verbalem iniuriam Clerico factã, ſacrilegium non committitur.*

69 *Sacrilegii criminis cognitio, mixti eſt fori.*

70 *In mixti fori criminibus, etiam inter laicos, Iudex Eccleſiaſticus eſt competens.*

72 *Præſidum, Rectorumque prouinciarũ incumbit muneri prouincias, ditioneſque ſuas vitiis purgare, & delinquentes punire.*

73 *Præſidum, vel Rectorum prouinciarũ locum an hodierni Prætores, vel Correctores teneant? &* an Ciuitas, *loco* Prouinciæ *ſit?*

74 *Prouinciarum Præſides an, & in quibus*

*bus exilioris poteſtatis extiterint, quàm hodierni extant Prætores*

75 *Præſidum poteſtas à Iuſtiniano adaucta.*

*Regalium Audientiarum, vel Senatus Præſes, & Auditores, in Quæſtoris, Præfectorumque ſacri Palatii locum ſucceſſiſſe videntur. ibid.*

*Appellatio olim à Præſidibus ad Præfectorium, Quæſtoriſque ſacri Palatii iudicium deferebatur. ibi.*

76 *A Senatu, ſacrovè Auditorio appellari nequit.*

*Senatus, Principis induit perſonam. ibi.*

77 *A Senatus ſententia ſupplicatio, quemadmodum ab inferiorum Magiſtratuū appellatio proponitur.*

78 *Caſtellæ Magiſtratus, ſiue Prætoriis Præfecti, non omnes Senatoria dignitate donati ſunt, vt Hiſpalenſes, & Gallæci, quibus Regii diplomatis vſus conceſſus non eſt.*

79 *Appellare, vel ſupplicare, an & quando à Præfectis Prætorio Gallæciæ liceat?*

80 *Senatoria poteſtas toti Senatui, non ſingulis datur.*

81 *A Proregis ſententia, ad Senatum appellatur, non ad ipſum ſupplicatio interponitur, proque Delegato habetur.*

82 *Intellectus* text. in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. Si quis contra, coll. 9.

83 *A Iudicibus ordinariis, ad alios quandoque ordinarios Regiæ leges appellationem concedunt.*

84 *Interpretatio* text. in l. 4. tit. 1. lib. 3. nouæ Reg. collect. *& num. ſeqq.*

85 *Qualitatis à lege requiſitæ, vt eius diſpoſitio locum habeat, probari exiſtentia debet.*

87 *Simpliciter nobiles, vulgo* Hijos dalgo, *à qualificatis nobilibus, excellentioribus nempè, & illuſtrioribus diſtinguuntur.*

88 *Olim non modò pro illuſtris viri nec Principem in prima cognitione, inferiore iudice derelicto, adire non dabatur: ſed pro ſui ipſius filii veneno interfecti, ſic proſequēda, & inueſtigāda concedere; ſuprà leges diuus Auguſtus reputauit.*

90 *Sacrilegium tanto damnabilius eſt, quāto ſanctior perſona, in quam committitur.*

91 *Percuſſor Epiſcopi, diuerſis, quàm ſimplicis Clerici percuſſor pœnis afficitur.*

92 *Creſcente delicto, pœna quoque creſcere debet.*

93 *Cardinalis ſeuerioribus pœnis, quàm Epiſcopi punitur percuſſor.*

94 *Pro vulnere Religioſo inflicto, an Monaſterium adire in prima cauſæ cognitione Principem valeat?*

95 *Qua moderatione, quo animo, & mente criminales cauſas Eccleſiaſtici agitare, aut proſequi debeant? remiſſiuè.*

96 *Clerici laicis præferuntur, ſi cum eis aliquo in negotio, vel actu concurrant.*

97 *Clericorum teſtimonium, laicorum præualet; tantumque quatuor Clericorum, quantum ſex laicorum valet, & tabellionum vicem, vbi non adſunt, ſupplent.*

98 *Militum priuilegiis, in caſibus vtriſq; aptabilibus, Clerici gaudent.*

99 *Clerici litibus non vexandi, eorumque cauſæ celeriter ſunt expediendæ.*

100 *Efficiuntur per clericatum nobiles.*

101 *Palinodiam non cantant.*

102 *Pro cauſa ciuili in carceribus non detinentur. Ampliatur num. 104.*

103 *Neque inopia laborantes, bonorum ceſſionem facere aſtringuntur, etiamſi minorum Ordinum ſint, ſi Altari, vel Eccleſiæ deſeruiant.*

105 *Pro repreſaliis non detinentur.*

106 *Neque obſides dari poſſunt.*

107 *Neque ob quamlibet neceſſitatem à parentibus vendi, aut pignorari: cùm alii poſſint.*

108 *Iuramentum calumniæ præſtare non tenentur: cùm debeant alii.*

109 *Differentia, & natura iuramenti malitiæ, calumniæ, & veritatis. remiſſiuè.*

110 *Ob crimen læſæ Maieſtatis à parente commiſſum, non in perſona, aut bonis Clerici, quemadmodum cæteri filii puniuntur.*

111 *Pœna ſanguinis non plectuntur.*

112 *Per procuratorem defendi poſſunt, etiam in delicto, pro quo ſanguinis pœna ſtatuta eſt: cùm alii nequeant. & nu. ſeq.*

114 *Fi-*

114 *Filius ingratitudinis cauſam committens, exhæredari à patre poteſt.*

115 *Clericus, vel Monachus effectus ex deſignatis, non vtique.*

116 *Per clericatum, aut Religionis ingreſſum, illegitimi legitimantur, parentibus ſuccedunt, & omnem maculam Clericatus, aut Religionis ingreſſus abſtergit.*

117 *Cæteri illegitimi à ſucceſſione paterna arcentur.*

118 *Donatio à patre filio Clerico facta, non retractatur.*

*Per Clericatum, aut Præsbyteriũ patria poteſtas non diſſoluitur. ibid.*

119 *Aliis in parentum exiſtentibus poteſtate, inualidè ab eiſdem donatio fit.*

120 *In cauſa pecuniaria fideiuſſorem* iudicio ſiſti, *vel* iudicatum ſolui, *non præſtant Clerici, ſed ſimplicem, cum bonorum ſuorum hypotheca, cautionem. Alii contra, num. ſeq.*

122 *Fideiuſſor* iudicio ſiſti, *eius qui Clericus eſt effectus, fideiuſsione liberatur.*

123 *Filius Clericus, abſque patris auctoritate, in iudicio comparere poteſt. Alii nequeunt, & num. ſeq.*

125 *Cum duobus teſtibus in præſentia Parochi teſtantur Clerici.*

126 *Maxima in aliis ſolemnitas deſideratur.*

127 *An à ſeruitute Clericatus liberet? Libertumque à libertorum operis?*

128 *A ſeculari iuriſdictione exempti ſunt Clerici. De materiaque remiſ.*

129 *Statutis laicorum non ligantur.*

130 *Litis conſortibus ad iudicem Eccleſiaſticum aditum præſtant Clerici, ſi indiuidua cauſa ſit, tã in criminali, quàm ciuili.*

131 *An & à quibus muneribus Clerici, ipſiſque ſeruientes ſint immunes? remiſſiuè.*

132 *Minorum Ordinum Clerici (forma ſancti* Concilii Tridentin. ſeſsion. 2. cap. 6. de reformation. *ſeruata) omnibus priuilegiis, quibus Sacrorum Ordinum, gaudent.*

# QVÆSTIO IX.

QVÆSTIONEM hanc à præcedenti ſolutionem capere: primò, qui illam viderit, iudicabit aſpectu. Diuerſa tamen, & in ciuili, & in criminali vtriuſque ratio adeſt, quæ præcipuam deſiderat quæſtionem; & ſeparatam eſſe congruit, ne & præcedenti plus oneris, longitudine adiceremus; & ne huius pariter inſertio obſcuriorem illius redderet deciſionem.

1 Partem igitur affirmatiuã † in Clericis, ciuili in cauſa, ſuadent textus in *cap. Sacerdos,* 9 in ordine, 1. *quæſt.* 2. & in *cap. Quod autẽ,* 3 in ordine, 23. *quæſt.* 7. qui in pauperum numero Clericos reponunt: eoſque per eadem Iura miſeros, & pauperes profitetur *Carol. de Graſ. de effect. Cleric in prælud. num.* 422. *&* 424.

2 Nec Clericos modò, ſed alias quoque perſonas, quas Eccleſiaſticas † Doctores nominant (Eccleſiæ veluti ſeruientes, in ea Manumiſſos, illius Officiales, Ruſticos, aut Colonos, publicè Pœnitentes, & ſimiles) miſeras dicunt, eiſque (vt Eccleſiaſticis) *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* forique priuilegium competere aiunt *Speculator in titul. de inſtrum. edit. §. Nunc verò aliqua, num.* 62. *Innocent. in cap. Significantibus, num.* 1. *& ſeq. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & ibid. Imol. num.* 19. *vſque ad* 23. *Butr. num.* 22. *Sylueſt. in ſumm. verb. Miſerabiles perſonæ, Franciſc. Carraſc. de caſib. Curiæ, num.* 58. Fundamento nixi textus in *cap. Eos,* 6. *verſ. In Eccleſia quoque manumiſſos,* 87. *diſt.* in *cap. Eccleſiarum,* 69 in ordine, 12. *quæſt.* 2. & in *cap. Aliud,* 34 in ordine, 11. *quæſt.* 1.

3 In criminalibus † pariter, Eccleſiaſticas perſonas fori electionem habere, proque ſibi iniuria illata reum laicũ ad Principis tribunal in cauſæ congreſſu deferre poſſe, firmarunt *Viuius deciſ.* 27. *num.* 3. *lib.* 1. *Vincent. de Franc. deciſ.*

597. ita ſæpè iudicatũ referens, *Marc.*
*Anton. Genueſ. in practicabilib. Eccleſiaſt.*
*triceen.* 22. *quæſt.* 634. *num.* 3. *Ioan. Mar.*
*Nouar. in praxi elect. & variation. fori, q.*
31. *num.* 2 *ſect.* 1. *Ioan. Vincent. de Anna.*
*allegation* 146. *per tot. lib.* 2. & *ibid.* eius
additionator *Fab. de Ann.* Tribus moti
rationibus, præcipua vero textus in
*cap.* 2. ad fin. *de foro compet.* & in *cap. Ac-*
*cuſatio,* 15. §. *Vnde,* & *Dominus,* 2. *quæſt.*
4 7. probantium † iniuriam Clerico fa-
ctam (de Clericis namque in ſpecie lo-
quuntur) Eccleſiæ factam cẽſeri. Quã
*Alexandri* Papæ auctoritas, *epiſtol.* 2. re
lata in *cap. Nulli, in fin.* 3. *quæſt.* 1. fortio
rem reddit *Dominum* (inquiens) *crucifi-*
*gunt, qui eum in Sacerdotibus ſuis perſe-*
*quuntur.* Pelagii, *Benigno Archiepiſcopo*
*epiſt.* 2. tranſlata in *cap. Omnis, qui geme-*
*bat,* 36. in ordine, 7. *quæſt,* 1. dicentis:
*Qui enim perſequuntur Domini Epiſcopos,*
*eoſque de Ciuitatibus ad Ciuitates tranſire*
*compellunt: non eos tantum perſequuntur,*
*quã Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,*
*cuius legatione funguntur.* & Anacleti, *ad*
*Epiſcopos Italiæ, epiſt.* 2. contenta in *cap.*
*In nouo,* 21. *diſt.* ſimilia recitãtis verba.
Nec longe *Statius* abeſt, *in epiſt. dedica-*
*tor. ad Baſcant.* dum ait: *Nam qui bona fi-*
*de Deos colit; amat & Sacerdotes.*

Præterea *ſi pro Eccleſiæ bonis* (huius
partis ſequaces dicunt) *illud cõpetit pri-*
*uilegium: fortius pro Eccleſiaſtica perſona*
5 *competet, cum perſona* † *dignior re ſit, l. Iu-*
*ſtiſſimè, D. de ædilit. edict. priuilegiumque*
*pro rebus Eccleſiaſticis competens; perſonæ*
*etiam Eccleſiaſticæ concedatur, cap. Eccle-*
*ſiarum ſeruos,* 12. *quæſt.* 2. *cap. fin. de vit,*
*& honeſt. Clericor.* Et hoc, ſecundum il-
lorum argumentum.

Tertium, ab ſpecialibus conſtitutio-
nibus formant. Quibus generalis quo-
que Imperatorum *Archadii,* & *Honorii*
6 auxiliatur ſanctio, † in *l. Si quis in hoc ge*
*nus,* 10. *C. de Epiſc. & Cleric.* ſic ſtatuen-
tium: *Si quis in hoc genus ſacrilegii prorru*
*perit; vt in Eccleſias Catholicas irruens,*
*Sacerdotibus, & Miniſtris, vel ipſi cultui,*
*locoque aliquid importet iniuriæ: quod geri*
*tur, à prouinciæ Rectoribus animaduerta-*
*tur. Atque ita prouinciæ Moderator, Sacer*
*dotũ, & Catholicæ Eccleſiæ Miniſtrorum,*
*loci quoque ipſius, & Diuini cultus iniuriã*
*capitali in conuictos, ſeu confeſſos reos ſen-*
*tentia nouerit vindicandum. Nec expectet*
*vt Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionẽ de-*
*poſcat; cui ſanctitas ignoſcendi gloriã dere-*
*liquit. Sitque cunctis Laudabile factas atro*
*ces Sacerdotibus, aut Miniſtris iniurias, vel-*
*luti crimen publicum perſequi, ac de tali-*
*bus reis vltionem mereri.*

Si enim propter immanitatẽ crimi-
7 nis † huiuſmodi fauori, forique priuile
gio locũ Iura quoque Regia fecerunt,
in *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. aliaque & iam ſuis
perpenſa locis; & in hac pariter infe-
rius perpẽdẽda quæſtione: quod immã-
nius, quã in Eccleſiæ Miniſtros cõmiſ-
ſum, omni deteſtabile Iure, ſeueriſsi-
meque punitum. Etſi namque graue fa-
cinus ſacrilegium ſit, longe grauius cæ
8 teris. † quod in Sacerdotes, Eccleſiæ-
que Miniſtros patratum *Iuſtiniani* Im-
peratoris authoritate, *D. Thomæ,* 2. 2.
*quæſt.* 99. *nu.* 3. *in reſponſ.* & *Ioan. de Tur-*
*recrem. in cap.* 3. 17. *quæſt.* 7. docet *Ti-*
*berius Decian. tract. criminal. lib.* 6. *cap.*
16. *num.* 1. & *cap.* 33. *num.* 1. & 3.

Sacrilegos autem non modo capi-
9 tali pœna † Imperatores feriunt in *d.*
*l. Si quis in hoc genus:* ſed mortis grauiſsi-
mo genere punitos refert Vlpianus, in
*l. Sacrilegii,* 6. *D. ad leg. Iul. pecul. Scio* (in-
quit) *multos etiam ad beſtias damnaſſe ſa-*
*crilegos; nonnullos etiam viuos exuſſiſſe:*
*alios vero in furcas ſuſpendiſſe.* Deque
10 huius criminis pœnis † (præter aſsig-
natas *in cap. Præsbyterorum, cap. Qui*
*Præsbyterum,* cum quatuor ſequenti-
bus, 17. *quæſt.* 4. in *cap. Quiſquis per do-*
*lum,* 22. in ordin. 24. *quæſt.* 3. in *cap. Per-*
*uenit.* 1. in ordine, 13. *de appellationib.* in
*cap. In quibuſdam,* 12. §. *Sacri, de pœn.* &
*auct. Sed nouo iure, C. de Epiſc & Cleric.*)
videre licet *Follerium in pract. crimin.*
*cap.* 17. *num.* 1. & *ſeqq. Iodochũ in pract.*
*crimin. cap.* 111. *rubr. de ſacrileg. num.*
11. & *ſeqq. Petrum Gregor ſynt. gmat.*
*iur. lib.* 33. *cap.* 15. *rubr. de pœnis veri*
*ſacrileg. numero* 4. & *ſeqq.* & *cap.* 16.

*Tiber. Decian. tract. crimin. dict. lib.* 6. *cap.* 31. *per tot. cap.* 32. & latiùs *cap.* 34. *Proſp. Farin. de furt. quæſt.* 172. *num.* 1. *Iacob. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 388. *num.* 6. 11. *&* 16. *& Leonardum Leſ. de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 45. *dub.* 4. *num.* 21. qui apud Ethnicos in ſacrilegos pœnas recenſet.

11 Ex quarum ſeueritate, † delicti quoque grauitas cognoſcitur, iuxta tradita à *Nobis in Axiomatib. lit. A. num.* 572 & conſiderat in ſpecie *Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 593. *& ſeq.* Inter quas, ab Vlpiano *in d. l. Sacrilegii,*
12 relatæ, Maieſtatis læſæ † crimini correſpondent. Sacrilegus enim Sacerdotis Miniſtrive Eccleſiæ percuſſor, læſę Maieſtatis reus iudicatur ab *Innocentio II.* in *cap. Si quis ſuadente,* 29. *§. Qui autē,* 17. *q.* 4. *Qui autem* (inquit) *de Eccleſia vi aliquē exemerit, vel in ipſa Eccleſia, vel loco, vel cultui Sacerdotibus, & Miniſtris aliquid iniuriæ importauerit: adinſtar publici criminis, & læſæ Maieſtatis accuſabitur.* Profiteturq; *Petr. Gregor. ſyntagm. Iuris. lib.* 33 *d. cap.* 15. *rubr. de pœn. nu.* 1. relatus à *Farinac. d. q.* 172. *n.* 1. *Carol. de Graſ. d. effect.* 1. *n.* 593. mendoſe *Gigante* adducto *Tiber. Decian. d. lib.* 6. *cap.* 32. *n.* 2. Idque Iure optimo, cum Altiſsimi ſint Miniſtri, eius (vt diximus) typũ vicemque gerentes: Principiſque Mini-
13 ſtrum, Senatorēve offendentem, † leges Maieſtatis læſæ reum decernant, *l. Quiſquis,* 5. *in princ. C. ad leg. Iul. Maieſt.* & *l.* 1. *tit.* 16. *part.* 2. Apud multaſque & benè inſtitutas nationes (Ægyptios præcipuè) Sacerdotes, Principis Mi-
14 niſtros, † & Conſiliarios conſtituunt. Penes quos, ſummam poſt Principem imperii poteſtatem exiſtere; Regiaque vectigalia, tripartita, primam, Sacerdotibus; aliam, Principibus; tertiam, militibus, belliſque deſeruire, *Diod. Sic.* prodit, *rerum antiquar. lib.* 2. *cap.* 3. *Ægyptii,* inquit, *vectigalibus trifariã partitis, priorem portionem percipit Collegium Sacerdotum, magna apud incolas auctoritate.* Pauciſque interiectis: *Adſunt enim grauibus in rebus hi ſemper conſilio, atque ope Regibus.* Et ibi: *Hi omnes immunes ſunt, ſecundumque poſt Reges honoris, dignitatiſque locum tenent.* Qua etiam de re celebris eſt *lex* 50. *tit.* 6. *part.* 1.

15 Læſæ autem Maieſtatis reum † Principis tribunal in prima cauſæ cognitione, eiusque congreſſu, ſubterfugere nõ poſſe; ex *d. l.* 5. *tit.* 3. *p.* 3. apparet, & conſequenter, nec Sacerdotes, quemadmodum, nec Regum Miniſtros offendentes; imò & à fortiori.

16 Idque ipſum † decernere *Arcadium,* & *Honorium* Imperatores voluiſſe videntur, dum in *dict. l. Si quis in hoc genus* prouinciæ Rectores huius delicti vindices cõſtituunt; in quorum hodie locũ vices Regum gerentes, Senatoreſque ſucceſsiſſe quoque videntur. Cum &
17 prouinciarum Rectores † ſummã poſt Principem (cuius immediate perſonã gerunt) poteſtatem in prouinciis habeant, Vlpiano in *l. Præſes prouinciæ,* 4. *D. de offic. Præſid.* dicente: *Præſes prouinciæ maius Imperium in ea prouincia habet, omnibus poſt Principem.* Imò & eandem cum Principe Præſidem, Rectoremve
18 prouinciæ (idem enim ſunt, † vnuſque pro alio indiſtinctè ſumitur, vt id obiter admoneamus, ex *l.* 1. *&* 2. *C. de offic. Rector. prouinc.* ne cætera paſsim occurrentia proſequamur) poteſtatē habere, non ſeparatam (quemadmodũ, & antiqui habebant Magiſtratus Romani, hodiernive Senatores habent:) frequens *Claudii* vox, Senatusconſulto probata Auguſtique decreto) vt relator eſt *Cornel. Tacit. annal. lib.* 12) apertè demonſtrant. *Eodem anno,* inquit, *ſæpius audita vox Principis:* Parem vim rerum habendam à Procuratoribus ſuis iudicaturum; ac ſi ipſe ſtatuiſſet. *Ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatus quoque Conſulto cautum plenius quam ante, & vberius. Nam Diuus Auguſtus apud equeſtres, qui Ægypto Præſidebant, lege agi, decretaque eorum proinde haberi, ac ſi Magiſtratus Romani ſtatuiſſent. Mox alias per prouincias, & in vrbe pleraque conceſſa ſunt, quæ olim à Prætoribus neſciebantur.*

Quæ

Quæ namque olim Præſides conſtituendi, prouinciasque deſignandi, cauſa extitit: eadem poſtmodum Senatores, Regia tribunalia, ditionesque præ
19 ſcripſit. † Prouinciarum nempè dignitas, amplitudo, & ſubditorum vtilitas; ne longiſsimi ſæpè itineris peregrinationem, vt Principem adirent, & corporis, & ſumptuum rerumque familiarium detrimento, perferre cogerētur, ſacri Auditorii mutuata Præſidibus poteſtate. Prouidente ſic Iuſtiniano, *in nouell. conſt. 24. coll. 4. tit. 3. de Præſide Piſidiæ, cap. 5. Sed ad ipſum deferatur in ſua prouincia interpoſita appellatio, & ipſe de ea cognoſcat in habitu ſacri Auditorii (cohoneſtamus etenim Magiſtratum hoc etiam) & pe fectam illi formam imponat, non remitendam ad hanc almam vrbem; ne fortè paruis de cauſis, magnas bonorum ſuorum perturbationes, & damna litigantes ſuſtineant.* Ex eoque totam hodie Ca-
20 ſtellanam ditionem † in duas partitam prouincias, duobus Præſidibus ſubiectas, Valliſoletano, & Granatenſi, diſpoſitione *l. gis 1. tit. 5. lib. 2. nouæ Reg. collect.* conſtat, aduertitque *Parlador, ſeſquicent. quotidianar. differen. different. 101. num. 6.* Prouinciam enim non bre-
21 ui ſpacio † circunſcribi, ſed differri longiſsimo, multòque latiori, quam tota hodie protendatur Caſtella. Quippe quæ antea latiſsima Regna extabant; à Romano Imperio ſubacta, in Prouincias mutata ſint, vniuerſumque non Caſtellæ tantum; ſed Hiſpaniæ Regnum, Prouinciam vnam effecerint, vt apud *Vlpianum* videre eſt, in *l. Relegatorum, 7. §. Interdicere, verſic. Sed Imperator noſter, D. de interdictis, & releg.* aliaque ſic pariter nominarint, Africam, Macædoniam, Bithyniam, Cretam, Galliam, & cætera, vt tradit (plurima in confirmationem ex *lib. 7. Pauli Man. de legib. Roman.* adducēs) *Ambroſ. Calepin. verb. Prouincia,* & oſtendit Martianus *in l. 3. D. de offic. Aſſeſſor.* & Ouid. *Faſtor. lib. 1.* dum ait:

*Redditaque eſt omnis populo Prouincia noſtro.*

Tametſi non ſemper idem indiſtribuenda Hiſpania à Romanis ſeruatus modus. Namque Veſpaſiani temporibus in tres Prouincias diuiſa, Bœthicam, Luſitaniam, & Tarraconenſem. Trajani tempeſtate in ſex Prouincias tributa, Bœthicam, Luſitanicam, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Calæciam, atque Mauritaniam, Tingitanā, vt tradit *P. Ioan. Marian. de reb. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. & 5.*

Eaſque prouincias Præſidibus committebant regendas, veluti (præter iura relata) Iuſtinianus prodit, *d. nouell. 24. coll. & tit. cap. 1.* Qui omnium Magi
22 ſtratuum Romæ † (in quorū hodie locum Senatores ſucceſsiſſe videntur) vice, & officio fungebantur, vt *Proculus, in l. Sed licet, 12. D. de offic. Præſid.* ait: *Sed licet is qui prouinciæ præeſt, omnium Romæ Magiſtratuum vice, & officio fungi debeat, &c.* & vt in *l. Ex omnibus, 10. D. eod. tit.* Hermogenianus: *Ex omnibus cauſis de quibus, vel præfectus vrbis, vel Præfectus Prætorio, itemque Conſules, & Prætores, cæterique Romæ cognoſcunt: Correctorum, & Præſidum prouinciarum eſt notio. Omnia enim* (vt Martianus quoque in l. Omnia, 11. D. eod. ipſo titul.) *prouincialia deſideria quæ Romæ varios Iudices habebant; ad officium Præſidum pertinent.*

Eaque Præſidis, aut Rectoris prouinciæ Maieſtas; vt in cauſis ciuilibus, ab
23 Epiſcopi † ſententia, ad eum appellatio daretur: quam ſi confirmaſſet; vlterior denegabatur appellatio, ſtatuente ſic Iuſtiniano *in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. Si quis contra, coll. 9.* & notat *Azo in ſumm. C. de Epiſc. & Cleric. num. 13.*

Pro ſacrilegio ergo in Clericos cōmiſſo, Vindicibus nominatim prouinciæ Præſidibus conſtitutis: Regios Senatores (quos in prouinciarum Præſidum locum ſucceſsiſſe probant ſuperiora) conſtitutos videri; ad eoſque ordinariis Iudicibus prætermiſsis, pro iniuria illa vindicanda, iuxta legales ſanctiones, recurrere læſum poſſe; aſſerendum videtur.

Validum præterea opinioni huic robur accedat, ex *l. 4. titul. 1. lib. 3. nouæ*
24 *Reg. collect.* ſtatuente: † *Si alguno quiſiere emplaçar a algun Concejo, o vezino del, por algun caſo de Corte; que lo pueda emplaçar ante los dichos Gouernador, y Alcaldes mayores, y no ante los nueſtros Preſidente, y Oydores de la Audiencia de Valladolid, ni ante los nueſtros Alcaldes del Crimen. Saluo ſi el caſo fuere de grande importancia, aſſi como ſobre bienes de mayorazgo, o ſobre vaſſallos, o fortaleza, ſobre muerte, o feridas de Cauallero principal, o ſobre otros ſemejantes caſos. Cà entonces, ſea en eleccion del autor, o acuſador, intentar, o proſeguir la cauſa ante los dichos nueſtros Gouernadores, y Alcaldes mayores en la dicha nueſtra Audiencia, Corte, o Chancilleria.* Quæ cum pro morte, aut vulnere equiti inflicto, ſimiliue caſu, primum iudicem Senatum concedat: pro reali iniuria Clerico, Eccleſiæque Miniſtro illata, idem ius ſtatuiſſe videtur. Siquidem
25 ab equite armatæ militiæ, † ad cœleſtis militiæ equitem (id eſt Clericum) argumentum valere; frequens confirmet aſſertio, quam & comprobamus in *Axiomatib. noſtris, lit. A. num.* 481.

Sed licet pia, & iuridica præcedens videatur opinio: veriorem ta-
26 men, † ac tenendam, in ciuili, & criminali cauſa contrariam iudico. Namque vel miſeræ conditionis ratio ad hoc fori priuilegium, vel criminis immanitas aditum præbeat neceſſe eſt, ex *dict. l. noſtra vnic. Regiiſque iam citatis.* Eccleſiaſticum vero ſtatum miſeram conditionem inducere, dicet nemo: quodlibet crimen, etiam reale, in perſonas Eccleſiaſticas cõmiſſum, huic remedio locum facere: Iura crimina deſignantia, pro quibus ad Principem in cauſæ congreſſu licet conuolare; firmare non patiuntur. Clarius oſtendamus vtrumque, aduerſaque propulſemus oportet.

27 Miſerabilium numero Eccluſiam † regulariter, de iureque non contineri, neque vt miſerabilem fori hoc priuilegio vti: ſatis *præcedenti quæſtione* dicta probant. Quare, neque Eccleſiaſticam perſonam quod Eccleſiaſtica ſit (inde enim ad Eccleſiaſticas perſonas fauorem hunc contrariæ partis aſſertores deducunt) eo gaudere, in neceſſariam conſequentiam venit. Ita ſuſtinent (in fortioribus etiam Neapolitani Regni conſtitutionis terminis, ad *legis noſtræ vnicæ* beneficium Eccleſiam cum miſerabilibus admittentis; eaque exiſtente, Eccleſiaſticam perſonam pro ſuis, Eccleſiæve rebus agentem, ad Regiam Curiam aduerſarium in prima cauſæ diſcutione trahere non poſſe) profitenturque *Matthæ. de Afflict. deciſion.* 257. *numero* 2. *& in conſt. Regn. Statuimus*, 2. *numero* 13. *verſic. Data, Niger. in cap. Regn. Quoad decretum, numero* 10. *Marcel. Cal. de modo articul. gloſ.* 1. *numero* 88. *Vincent. de Ann. alleg.* 147. prout eos refert, eorum ſententiam probans, *Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variation. fori, ſect.* 3. *quæſtion.* 2. *per tot.* & *quæſt.* 11. *numero* 5. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſt. tricenar.* 22. *quæſtion.* 634. & diximus iam *de priuilegiis pauper.* 1. *part. quæſt.* 52. *à num.* 24. *cum ſeqq.*

Tantum enim à pauperie, miſerave conditione Clerici abſunt: (de illis enim præcitati loquuntur) vt potius for-
28 tunati, † potentes, ac diuites reputentur, & in eos, tanquam in potentiores alienationem, vel ceſsionem fieri Iura vetent; factamque, veluti fraudulentam, infectam reddant. Obſeruant ſic *Bart. in l.* 1. *in fin. D. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. Bald. in l. Stipendia, numero* 3. *C. de procurator. Turrecr. in capit. Sancta*, 2. *quæſtion.* 7. *numero* 2. *Anchar. in cap.* 2. *num.* 4. *de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.* vbi eſt textus, *Hieronym. Gig. de penſion. quæſtion.* 22. *numero* 13. *Iul. Clar. ſententiar. lib.* 4. *in §. Emphyteoſis, quæſtion.* 22. *ad fin. verſic. Perſonæ autem potentiores, Ildefonſ. Montalu. in l.* 7. *titul.* 31. *part.* 2. *gloſ. vnic.*

*colum.* 3. *per tot. Roland. à Vall. conſ.* 38. *à num.* 27. *ad fin. lib.* 2. *Marc. Anton. Natt. conſ.* 474. *num.* 49. *volum.* 2. *& conſ.* 530. *num.* 11. *lib.* 3. *Marcabr. conſ.* 82. *num.* 88. *Vincent. Carot. de excuſ.* 2. *part. quæſt.* 39. *num.* 1. *&* 2. quorum pleroſque refert *Carol. de Graſ. de effect. clericat. effectu* 34. *num.* 1. *Ioſeph. Maſcard. de probation. concluſ.* 558. *num.* 19. *&* 20. *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de diſciplina Clericali, §.* 12. *num.* 24.

Quæ & ſatis tutã opinionem hanc præſtant; & argumentis cõtrariis) quo ad hanc primam partem) reſpõſum parant. Neque enim *text. in dict. cap. Sa-*
29 *cerdos,* † *& in cap. Quod autem,* in contrarium, *num.* 1. adducti, *Caroli de Graſſis* ſententiam, aut illationem probant. *Textus* namque in *dict. cap. Sacerdos* de eo ſolum Clerico, qui vel Eccleſiæ ſua dicauit, vel pauperibus diſtribuit, voluntariè paupere effecto, loquitur: Textus vero *in dict. cap. Quod autem,* pauperẽ Clericum eſſe debere ait, bonorum Eccleſiæ diſpenſatorem, non dominũ, pauperumque compauperem. Itaque, ſi Eccleſiaſticarum perſonarum obligationem reſpiciamus; pauperum com pauperes (vt textus inquit) eſſe debere, fatebimur: ſi veritatem; diuites, ac potentes, vt iam relatæ authoritates monſtrant, & deplorat *Hieronym.* epiſt. ad Nepotianum. *Nonnulli enim* (inquit) *ſunt ditiores Monachi, quam fuerant ſæculares; & Clerici, qui poſſideant opes, ſub Chriſto paupere, quos ſub locuplete, & fallace diabolo non habuerant, vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos.* Eaque pro Clericorum diuitiis præſumptio; vt naturalem paupertatis præſumptionẽ vincat. Etſi enim
30 paupertas, vt naturalis † in homine qualitas, præſumatur (quemadmodum *de priuileg pauper.* 1. *part. quæſt.* 5. *n.* 22.
31 oſtendimus) non tamen in Clerico, † præſertim beneficiato, quem diuitem præſumi, proque duobus habere victũ, tenet *Seiſel. in l. Si conſtante, num.* 30. *D. ſolut. matr. & in l. Decem, num.* 13. *D. de verb. oblig.* ex *cap. Quiſquis,* 3. *de vit. & honeſt. Clericor.* quẽ refert, ſequiturque *Vincent. Carot. de excuſ. bonor. p.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 11.

Neque id in præſumptione, ſed in veritate, certitudineque fundamentum habet. Cùm ſi non diues ſit; pauper ta-
32 men † Clericus eſſe non poſsit. (de maioribus Ordinibus initiato loquor) quippe qui ad eos, non niſi, vel ad congrui beneficii, vel patrimonii ſaltem titulum promoueri debeat, aut iure poſsit, iuxta dicta à *Nobis, dict. tract.* 1. *part. quæſt.* 9. *nu.* 11. *&* 13. Neque quod integrum, & abſolutũ in beneficii fru-
33 ctibus † dominium habere non dicatur; pauper cenſetur:

> *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*

vt *lib.* 1. *epiſtolar. epiſt. ad Liuiũ* Horatius ait. & probauimus latius *eod. tract. q.* 4. *§.* 1. *per tot.* præcipuè *n.* 91. *& ſeqq.*

Quibus in vere Eccleſiaſticis ſic cõ-
34 ſtitutis; in aliis impropriè, † abuſiueq; Eccleſiaſticis appellatis, quos *num.* 2. retulimus, minor, nulla imò dubitatio eo ex capite ſupereſt. Cùm ad illorum ſimilitudinem, hi fori priuilegium obtinere contendant, quod illis denegatum extare oſtendimus.

Nec contrariæ quidem partis aſſertores, hos inter Eccleſiaſticos numerarũt, tam vt *legis noſtræ vnicæ* priuilegiũ,
35 Principiſque forum cõmodent; † quã vt Eccleſiaſticum illiuſque electionẽ (aliquo veluti modo Eccleſiaſticis) cõpetere dicant. Quod ad legis noſtrę caſum argumentum nullatenus trahendũ eſt. Cũ Eccleſiaſticos, ea ſolum ratione, *quòd Eccleſiaſtici ſint,* non tangat. Præterquãquod non aliorum cauſas, quã in Eccleſia manumiſſorum, ei Cõmendatorum, eius, vel Clericorum ſeruorum ad Eccleſiaſticum forum pertinere, *d. num.* 2. Iura relata continent. Quare, neque ad forum Eccleſiaſticũ
36 Colonorũ, † Ruſticorum, vel ad tẽpus Eccleſiæ ſeruientium cauſas pertinere, aſſeruerunt *Gloſſa in cap. Iudicatum,* 39. *diſt. Anton. de Butr. in cap.* 2. *de foro compet. num.* 14. *Abb. num.* 5. *Aret. notab.*

notab.2. Felin.num 2. & 3. Anton. de Nigr. in repet. extrauag. vnic. de vit. & honeſt. Clericor. num. 19. Thom. Grammat. deciſ. 102. num. 14. Anton. Capit. deciſ. 12. num. 2. Antonin. Theſaur. deciſ. Pedem. 22. num. 1. & 4. verſ. Verum retenta, & num. ſeq. Marc. Anton. Natt. conſ. 576. num. 3. & ſeq. Iul. Clar. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 35. ver. Quæro nunquid familiares. Tiber. Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 58. Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effect. 1. num. 149. verſ. Aut famulus, & num. 150. & 210. Iacob. Menoch. de arbitrar. centur. 6. caſu 562. nu 4. & ſeq. Proſp. Farin. praxis crimin. quæſt. 8. num. 46. Petr. Surd. conſ. 301. nu. 69. & 72. Sigiſmund. Scacc. de iudic. p. 1. cap. 11. num. 22. Fulu. Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 34. num. 123.

Sic nec publicè pœnitentium cau-
37 ſas † de foro Eccleſiaſtico eſſe (aduerſus *Hoſtienſem, Speculatorem, Butriū*, & *Barbatiam*) firmant (cum *Innocentio, Abbate, Aret. in dict. cap. 2. de foro compet.* & *Marian. Socin. in cap. 1. eod. tit. num. 13. verſ. Decima declaratio*) eruditiſsimi *Didac. Couar. practicar. quæſt. cap. 34. num. 3. verſ. Sic & Innocent.* & *Iacob. Simanc. de Catholic. inſtitution. cap. 46. nu. 17. 18 & 19.* Secundum meam vetuſtiorē impreſsionem. Contrariam opinionem, falſiſsimam, à ratione, & veritate alienam, nulloque iure probari, dicentes, *textus in d. cap. Aliud, 11. quæſt. 1.* (qui aduerſantibus fundamentum præbuit) reſpondentes. Vtriuſque opinionis Auctores (non ab hac deuius) refert *Nouarius in praxi electiō. & variation. for. ſect. 1. quæſt. 44 per tot.*

Sed ſi ſuperiores iſti, vt Eccleſiaſticæ perſonæ, Eccleſiaſticum, vel Principis forum in prima cauſæ diſcutione
38 non obtineant: ſi vi, † potentia, vel iniuria opprimantur, vt Miſerabiles obtinebunt. Tuncque ad Eccleſiaſticū forum habere regreſſum, interque Miſerabiles reponi, non aliter, *Innocentius* firmat, cuius probat ſententiam *Couar. d. cap. 34. nu. 3. verſ. Et Innocent.* Idque præcipuè in conuerſis de nouo ad noſtram Catholicā Fidem, qui nulla alia ratione, niſi quòd iniuriis, contumeliis que afficiantur, opprimāturvè Miſerabilium numero à Doctoribus reponi debent, nec poſſunt, quos *in procœmio, num 4.* retulimus, refertque Iuris fulgentiſsimum Luminare D. *IOAN. A SOLORZANO de Indiarum iure, lib. 3. cap. 7. num. 50.* id ipſum à *num. 46.* non obſcure indicans. Tametſi regulare id in quolibet dixerimus *de priuileg. pauper. q. 52. n. 12. & 29.* quoad Eccleſiaſticum forum; quoad Principis vero, etiam *hoc tractatu, quæſtione præcedenti, num. 18.* notamus.

Quare, ſi aut miſera conditio, aut immanitas criminis, à lege deſignati, priuilegio huic locum non faciat: ad illud, ſiuè laicis, ſiuè Clericis, vt diximus, aditus non patebit. Neque in contrarium relatæ authoritates, & fundamenta obſtant. Nam qui affirmatiuam partem tuentur, iam citati, triplici fundamento nituntur. Quorum duo, ſine oppugnatore euerſionem, ruinamque patiuntur.

Alterum enim ex ſpecialibus conſtitutionibus ſumunt; quod extra ſtatuen-
39 tium terminos, † in generaleque argumentum trahi nequit, ex *Pauli* reſpōſo *in l. fin. D. de iuriſd. omn. iudic.* Imperatorumque Archadii, & Honorii *in l. Duūvirum, 53. C. de Decur. lib. 10.* cū ſtatuti potentia propriis terminis concludatur, nec vltra, eius protēdatur effectus,
40 ſed limitatum producat, † cauſa veluti limitata, iuxta vulgare Axioma, de quo *in noſtris, lit. C. n. 48.* Cuius arctata potentiæ cauſa, effectum quoque arctari, *in l. Pupillo, 27. D. de tutor. & curatorib. datis ab his*, ſic docuit Hermogenianus: *Pupillo, qui tā Romæ, quàm in prouincia facultates habet, rerum, quæ ſunt Romæ, Prætor; prouincialium, Præſes dare poteſt.* Papinianus, in *l. Iuriſperitos, 33. §. Cum oriundus, iuncta Gloſſa, verb. Præſidis, D. de excuſ. tutor.* Vlpianus in *l. Si arrogator, 22. D. de adoption.* & Paulus in *l. Cū vnus, 12. §. Is qui poſſidere. D. de bon. author. iudi. poſſid. Is qui poſſidere iubetur*

(ait)

(ait) *eo loco iuſſus eſſe videtur, cuius cura ad iubentem pertinet.* Comprobatque id benè *Alderanus Maſcard. de general. ſtatut. interpret. concluſ.* 6. *num.* 3. & *ſeqq.*

Alterum, ex incerto, pro certo deducunt. Supponunt enim, hoc Principis fori ad primam cauſæ cognitionem, priuilegium, pro rebus ſuis Eccleſiæ competere; à fortiori inde arguentes, pro Eccleſiaſticis perſonis cõpetiturũ, cũ rebus perſonæ digniores ſint, vt *ſuprà, num.* 5. retulimus. Sed
41 cum ſuppoſitum, † antecedensque firmum non ſit (vt *quæſt. præcedenti* probauimus) & conſequens infirmetur, ſequitur neceſſario, iuxta quod formauimus Axioma in *noſtris, lit. A. numero* 282. fundamentoque deſtructo, inædificatum corruat, neceſſum eſt, vt vulgaria iura dictitant, & *Lucret. de rer. natur. lib.* 4. canit:

*Denique, vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima,*
*Normaque ſi fallax rectis regionibus exit:*
*Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum:*
*Omnia mendoſa fieri, atque obſtipa neceſſum eſt.*
*Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta,*
*Iam ruere, vt quædam videantur velle, ruantque,*
*Prodita iudiciis fallacibus omnia primis:*
*Sic etiam ratio tibi rerum praua neceſſe eſt,*
*Falſaque ſit, falſis quæcumque ab ſenſibus orta eſt.*

Tertium latè ſuprà agitatum ſupereſt fundamentum, à criminis grauitate deductum. Validũ aduerſæ partis præſidium. Validioribus tamen ſubuertitur. Eo præcipuè munimine, quod in
42 ſuo quoslibet foro † tuetur, neque extra patitur conueniri, Imperatorũ *Diocleciani*, & *Maximiani* decreto paratũ, in *l.* 2. *C. de iuriſd. omn. iudic.* canonicis, Regiiſque ſanctionibus roboratum, *in cap. Clericus laicum,* 5. in *cap. Cum ſit generale,* 8. *de foro compet.* & in *l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. exornatum à *Nobis, in Axiomatib. Iur. lit. A. numero* 82. & *ſeqq.*

43 Quam ita in criminalibus, † ſicut in ciuilibus regulam cõſtituere *Arcadius,* & *Honorius* in *l. Iuri criminali,* 5. *C. de iuriſd. omn. iudic.* huius decreti violatores pœna ferientes ibidẽ. Vtque ad caſum noſtrum compẽdioſa (vt aiunt) via deueniamus: *Regiæ legis,* 8. *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ Reg. collectionis,* verba proferamus in medium: *Defendemos, que ninguno de los vezinos de las nueſtras Ciudades, Villas, y Lugares, puedan ſer emplaçados para ante los nueſtros Alcaldes de Corte, y Chancilleria, fuera de las cinco leguas en las cauſas ciuiles, ſin que primeramente ſean demandados ante los Alcaldes de ſu fuero, y oydos, y vencidos por derecho. Y que no valan nueſtras cartas que en contrario fueren dadas, ſaluo en aquellos caſos, que ſe deuen librar en la nueſtra Corte, y Chancilleria. Que ſon eſtos: Muerte ſegura, muger forçada, tregua quebrantada, caſa quemada, camino quebrãtado, traycion aleue, riepto, pleyto de viudas, y huerfanos, y perſonas miſerables, o contra Corregidor, o Alcalde ordinario, o otro oficial del tal lugar, y ſobre caſo en que pueda ſer conuenido durante el tiempo de ſu oficio.* Legis pariter 9. eiuſdem tituli, & libri: *Que eſtos tales, y no ſus lugares tenientes, ni otro alguno puedan traer, y traygan ſus pleytos à la dicha nueſtra Corte, y Chancilleria.* Et ibi: *Y mandamos, que ſi contra lo en eſta ley contenido, por los ſuſodichos ſe dieren, y libraren cartas de emplaçamiento, que no valgan, y ſean obedecidas, y no cumplidas.* Quarum tenore, Eccleſiaſticas perſonas, ab hoc fori priuilegio (ſi extra caſus ab ipſis deſignatos, illud prætendant) excludi; manifeſtè apparet. Cùm neque Miſerabiles, vt probauimus) ſint: neque aliis, ratione alia priuilegiatis, niſi â prædictis legibus nominatis, fauor hic competat, ab eo potius cæteri, cuiuslibet ſint conditionis; arceantur expreſsè. Quorum quidẽ verborũ, prohibitionisque na-



UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospit. Real -Biblioteca-

44 natura, quamlibet † (identitatis quoque ratione) extenſionem repellit, omnimodæque obſeruantiæ, abſque aliqua (minima etiam commutatione) neceſſitatem imponit. Quippè, quæ formam præſtent, à qua nec tantiſper, aut in meliùs quidem, recedi, ei ve aliquid addi, vel detrahi poteſt, vt *in Axiomatib. noſtris, lit. F. num.* 157. *& ſeqq.* tradidimus. Formam autem inducere, nō modo ex integro earum contextu, ordineque deſcripto deducitur; ſed &
45 quia prohibitiuè † loquuntur. Legem namque prohibitiuè loquentem, formam incommutabilem inducere, multis *in prima de priuileg. pauper. parte, quæſt.* 22. *num.* 1. oſtendimus, pariter atque *numeris ſequentibus* comprobantes, etiam decreto, clauſulavè irritante non adiecta. Quæ cum in noſtris adſit; fortius vrget, validiuſque formam inducit, vt tradit *Proſper. Farinac. fragment. criminal. parte* 2. *lit. L. num.* 205. *verſ. Quartò*, adductis etiam *Rolando à Vall. conſ.* 60. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 4. *Iacobo Menochio de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 1. *Virgin. Boccat. in conſtit. Picen. gloſ.* 6. *nu.* 159. *Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. F. concluſ.* 414. *num.* 25. *&* 29.

46 Tùm, quia in correctoriis, † & exorbitantibus à Iure, nec ſimilitudinis, vel identitatis ratione, imò nec illius maioritate, etiam quod ſumma æquitate nitatur, extenſionem admittendam eſſe; multis (vt alios omittam) *Farinacius* probat, *fragmentor. criminal. lit. E. num.* 122. 130. *& ſeqq.*

47 Tùm denique, ex maligna negatiuæ, † dictioniſque taxatiuæ *Tantum*, in dictis legibus, & *in l.* 3. *titul.* 3. *part.* 3. dictaque *l.* 2. *C. de iuriſd. omn. iudic.* adiectarum natura, quæ omnimodam literæ adhæſionem deſiderant, aliterque fieri poſſe negant, & quamlibet extenſionem, aut immutationem excludunt. Primū probant dicta à *Nobis in Axiomatib. lit. N num.* 30. Secundum, *Euerard. in locis legalib. loco à natura dictionum taxatiuarum. Fulu. Paccian. de probation. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. *& ſeqq.* & *Farin.* multis relatis, *dict. lit. E. num.* 253. *& ſeq.*

Quibus ſtantibus, non multum aduerſanti opinioni conducit, quod eius ſequaces argumentum adducunt: *Ipſi* nempè *Deo Opt. Max. iniuriam factam videri*, quodque ex *læſæ Maieſtatis* ſimilitudine protraximus.

Offenſio namque, vel iniuria Clerico facta, non aliter Deo Optimo Maximo, eiusque Religioni propriè facta cenſetur, quàm ſi in Diuinum directe,
48 † & principaliter odium fiat. Si enim Clerici ſolum perſona offendatur; ſacrilegium eſſe, non contra Dei Religionem, ſed contra virtutem obſeruantiæ, docet *P. Vazquez, lib.* 1. *de adorat. diſput.* 6. *cap.* 8. cuius refert ſententiam *P. Suar. de Religion. lib.* 3. *tractat. de ſacrileg. cap.* 6. *n.* 4. oppoſitioni contrariæ in hunc modum ſatisfaciens: *Reſponderi autem poteſt, quod ſicut cultus Sanctorum, religioſus dicitur propter coniunctionem, quam habet cum Diuino cultu: ita percuſſio Clerici, dicitur ſacrilegium, quia verſatur circa perſonam ſacram, & Deo coniunctam, licet propriè contra Religionem non ſit.*

*Per ſacrilegium enim, immediatè res Deo dicata violatur; & ita illa eſt quaſi materia proxima huius peccati, quæ vocari ſolet*, obiectum quod. *Deus autem eſt* obiectum cui, *ſeu in cuius iniuriam remotè actio redundat*, vt formaliter idem ipſe Suarez in eiuſdem tractatus proœmio inquit. Subdens in *dict. cap.* 6. *num.* 5. *Præterea, ſi quis faciat iniuriam Sacerdoti, in deſpectum, & contumeliam miniſterii, ſine dubio committit ſacrilegium contra Religionem Dei.* Si verò non in deſpectum miniſterii, ſed perſonæ, priuatoque odio; non modò contra Religionem ſacrilegium non eſſe: ſed nec ſacrilegium ex natura rei, iure poſitiuo ſecluſo, ſecundum communiorem, veriorem que ſententiam, ipſemet *eodē tract. cap.* 2. *num.* 4. *verſ. Dubitari autem poteſt* ſic profitetur: *Quia ſecluſa lege poſitiua, talis actio non eſſet formaliter contra ſan-*

*ctita-*

*ctitatem perſonæ, ex peculiari titulo ſanctitatis, niſi Eccleſia ſuo præcepto id efeciſſet.* Inde Tiberius Decianus *tract. crimin. lib. 6. cap. 34. num. 22. col. 2.* poſt longam diſputationem, *An pro violenta manuum in Clericum iniectione, ipſo iure excommunicatio incurreretur?* in hæc verba concludit: *Quando autem quis cũ violentia & malo animo, inferendi ſcilicet iniuriam Religioni, percutit Clericum: eo caſu, eſt excommunicatus ipſo iure: ſecus ſi nõ tanquam Clericum, aut Religioſum, ſed tanquam talem inimicum.* Quod magnã afferret (ſi verum foret, dubito enim) limitationem textui *in cap. Si quis ſuadente, 17. quæſt. 4.*

Satis ergo ſuperiora monſtrant, realem iniuriam priuato odio in Clericũ illatam, nihil cum læſæ Maieſtatis crimine habere commune, nullatenusque iſtiusmodi delicti cognitionẽ ad Principẽ in cauſæ congreſſu, ea, aut criminis atrocitatis ratione, referendã eſſe. Neq; enim Principis, aut Papæ Legatũ, Vicarium, Conſiliarium, Senatoremvè
49 offendens (tametſi hi † pars corporis Principis reputentur, *l. Quiſquis, 5. C. ad leg. Iul. Maieſt. l. 1. tit. 16. part. 2.*) ſi
50 priuato faciat odio, † læſæ Maieſtatis crimine extat irretitus. Sic firmant, dictamque *legem Quiſquis,* & *partitæ* limitat, ac intelligit *Lopezius ibi, gloſ. 1. Hieronym. Gigas de crimin. læſæ Maieſt. cap. 6. num. 1.* & pleniſsimè *Farinac. praxis crimin. 4. part. quæſt. 112. num. 150. & 164. & quæſt. 117. num. 37.* cum *quatuor ſeqq.*

51 Epiſcopumque offendentem, † læſæ Maieſtatis crimine non teneri, nec capitis *Fœlicis, de pœnis lib. 6.* diſpoſitione contineri, idem *Farinac.* cum *Gigante,* & aliis, ſimpliciter inquit, *dict. quæſt. 112. num. 59. & ſeq.* & latius, clariusque *ibid. num. 131.* Longe igitur minus
52 ſimplicem † offendens Clericum tenebitur, iuxta textum *in cap. Si quis deinceps, 22 in ordin. 17. quæſt. 4.* & ea, quæ ſuprà relati *num. 10.* tradunt inferiusque *Nos, num. 91. & ſeq.*

Neque in contrarium, benè perpenſa, textum *in dict. cap. Si quis ſuadente, §.*
53 *qui autem, 17. quæſt. 4.* verba † mouent illa: *Ad inſtar publici criminis, & læſæ Maieſtatis accuſabitur: & conuictus, ſeu confeſſus, capitali ſententia à Rectoribus prouinciæ ferietur, in primo libro Codicis legitur, tit. de Epiſc. & Cleric. l. Quiſquis in hoc genus ſacrilegii proruperit, & in Digeſtis ad leg. Iul. repetund. l. vlt.* Relatiua enim ſunt, non diſpoſitiua, relatioque ipſa, non fideliter à Gratiano deſumpta.

Primum, *diſpoſitiua ſcilicet ea verba non eſſe, ſed narratiua;* & ex contextu apparet; & ex capitali inibi deſignata pœ
54 na, quam † Canonica ſanctio non nouit, *cap. Clericis, 5. cap. Sententiam, 9. ne Cleric. vel Monach. cap. His qui, 30.* in ordin. 23. *quæſt. 8. dict. cap. Si quis deinceps,* vbi nec pro vulnere, aut morte Clerico, imò neque Epiſcopo inflicta, mortis infligitur pœna, nec pro reuellione aduerſus Romanam Eccleſiam, Præsbyterorumque occiſionem, in *Clement. 1. de pœn.* notantque *Gloſſa in cap. fin. §. Præuaricator, verb. In omnibus, poſt princip. 2. quæſt. 3. Petr. Cened.* multis relatis, *collect. 61. num. 1. Proſp. Farinac. fragm. crimin. part. 1. lit. C. numero 369. & ſeqq. & praxis crimin. quæſt. 19. num. 12. Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. tit. 11. num. 39. part. 1. Auguſt. Barboſ. in collect. ad dict. cap. ſententiam, 9. ne Cleric. vel Monach. num. 2.*

Vbi ideo de mortis pœna faciunt
55 Canones mentionem, † non de naturali, temporalive morte, ſed de ſpirituali (excommunicatione ſcilicet) intelligendam, *Innocentii Tertii* decretum monſtrat, *in cap. Per venerabilem, 13. verſ. Medium, qui fil. ſint legit.* in verbis illis: *Cuius ſententiam, qui ſuperueniens cõtempſerit obſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam, velut mortuus, à communione fidelium ſeparari.* Notantque ibid. *Abb. num. 21. Foller. in pract. crimin. can. verb. Et ſi confeſſi, aut conuicti extiterint, num. 54. Plaç. in epit. delictor. cap. 17. num. 16. & 17. Farinac. dict. quæſt. 19. num. 12.*

Quo

Quo fit, vt ſi inter canonicas ſan-
56 ctiones aliqua Iuris Ciuilis † mortem imponens, inſerta à Gratiano reperiatur: non eadem Iuris quoque Canonici diſpoſitio cenſeatur, vt aduertit, multis Iuribus, & auctoritatibus comprobans, *Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 18. num. 22.*

Secundum, nempè *relationem, vel translationem à Gratiano in dict. §. Qui*
57 *autem fideliter* † *factam non eſſe*; ex vtriuſque textus inſpectione patet. Nam *dicta l. Si quis in hoc genus*, nullam *læſæ Maieſtatis* facit mentionem: *Gracianus* autẽ, quaſi ea verba in *dict. l.* extarent, facit. Quare nec diſpoſitionem ſuper addita verba inducere, nec plus in re-
58 ferente, † quam in relato virtutis eſſe: imò referenti non credi, ſi de relato nõ conſtet: multis *in Axiomatib. noſtris, lit. R. num. 60.* comprobamus.

Faciliuſque *Gratiani* lapſus hic ſua-
59 debitur; ſi alter † quoque ibidem attendatur. Dum enim *legem ſacrilegii, 6. D. ad leg. Iul. pecul.* voluit, debuitque allegare: *legem fin. ad leg. Iul. repetund.* retulit, vt *ibidem Gloſ.* aduertit.

Alienam quoque eſſe à *dictæ legis Si quis in hoc genus* diſpoſitione *læſæ Maieſtatis* mentionem; ex eo etiam conſtat, quia ſacrilegium non capitali ſemper
60 † ſed mitiori ſæpè pœna plectitur, vt in *l. 3. §. Mandatis*, & in *eadem l. Sacrilegii, D. ad l. Iul. pecul.* notat *Vlpian.* & plenè *Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 33. per tot.* & *Menoch.* (pœnam iudicis arbitrio remittens) *de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſu 388.* Sacrilegii enim etiã loco ponitur, eiuſque adinſtar eſt, humanæ legis tranſgreſſor, & ſic eum appellat optima *lex Regia, 11. tit. 18. part. 1. in fin.* Inquiens: *Otroſi le faze* (de quaſi ſacrilegio loquitur) *el que traſpaſſa, o quebranta los Mandamientos de la ley de Dios, e los de los derechos comunales, porque ſe guian las gentes.*

Vtque pro vulnere Clerico illato,
61 pœna capitalis infligatur; † tria concurrant, neceſſe eſt. Quòd ſcilicet inter Diuinorum celebrationẽ accidat, in Eccleſia, Diuinaquẽ perturbentur Officia; aliquo vero ex his deficientibus; verberum, aut exilii pœnam conſtituit *authent. Sed nouo iure*, dictæ *legi Si quis in hoc genus*, adhærens. Ita authẽticam, & legem relatam interpretantur, & declarãt *Menoch. dict. caſu 388. num. 15. & Tiber. Decian. dict. lib. 6. cap. 34. num. 31.* communem dicens.

62 Læſæ verò Maieſtatis reum † capitali ſemper pœna ferit *dict. l. Quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* Deque huius criminis pœnis, latè *Farin. prax. crimin. 4. p. quæſt. 116.*

63 Sacrilegium præterea, venialem † ſolum quandoque culpam continere, propter leuitatem materiæ notat, cum communi, *Suarez dict. tract. de ſacrileg. cap. 7. num. 2.* & *Layman. dict. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 17. verſ. Neque verò*: cui,
64 per conſequens, leuis etiã pœna † imponenda venit, cum debeat culpæ reſpondere, vt latè *Nos in Axiomatib. lit. P. nu. 41.* & in ſpecie aduertit *Menoch. dict. cent. 4. caſu 388. num 6.* In deteſtando verò, atrocique adeo læſæ Maieſtatis delicto, contingere, aut conſiderari materiæ paruitas nequit.

Pro iniuria ergo, aut vulnere Cleri-
65 co, Eccleſiaſticæve perſonæ † illato, non poſſe reum in prima cauſæ cognitione ad Principis deferri tribunal, quemadmodũ pro læſa Maieſtate poſſet: ex *dict. l. 5. tit. 3. part. 3.* ſuperiora monſtrant. Cum & illa deſignatos exprimat caſus: *O por ſello del Rey, que alguno ouieſſe falſeado, o ſu moneda, o oro, o plata, o algun metal, o por razon de otro grande yerro de traycion que quiſieſſen fazer al Rey, o al Reyno.* Quorum nume-
66 ratio † alios excludit, iuxta *Pauli* reſponſum, *in l. Cum de lanionis, 18. §. Quidam cum ita, D. de fund. inſtruct.* & Scæuolæ, *in l. Vxorem, 39. §. Fœliciſſimo, D. delegat. 3.* cum ſimilib.

Quamuis pro iniuria ſibi illata, aduerſarium ſuum laicum coram Eccle-
67 ſiæ † illius fori iudice poſſit Eccleſiaſticus conuenire, iuxta *Gloſ. in authent. Item nulla communitas, verb. Eccleſia, C. de*

*de Epiſc. & Cleric. Abb. in cap. Cum ſit generale, num.* 13. *de foro compet. Aufrer. in tract. de poteſt. iudic. Eccleſiaſt. ſuper laic. & eorum bon. nu.* 38. *verſ.* 47. *Guid. Pap. deciſ.* 562. *num.* 3. *Carol. de Graſ. de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 577. *Eman. Rod. in quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 11. *circa princ. lit. B. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 87. *verſ. In perſonam, lit. B. verſ. Sed vtrũ*
68 *laicus*. Id in reali † ſolum iniuria procedere dicens: verbali namque, nec ſacrilegium committi; nec per conſequens, ad Eccleſiaſticum forum eius vindictam pertinere. Hæc enim ideo Clericis facultas conceditur; quod mixti ſit
69 ſacrilegii criminis cognitio † fori, vt tradunt *Iul. Clar. recept ſent. §. fin quæſt.* 37. *verſ. Vlterius quæro. Hippolyt. Bonacoſ. in commun. opinion. verb. Clericum offendens, Carol. de Graſ. vbi proximè, num.* 578. *& ſeq Farin. prax. crimin.* 1. *part. quæſt.* 8. *num.* 132. In mixti enim fori
70 criminibus, etiã inter laicos, † Eccleſiaſticum competentem iudicem eſſe; probat *text. in cap. Tuæ*, 5. *de procurator.* docentque *ibid. Doctores, Baiard. in addition. ad Clar. dict. quæſt.* 37. *num.* 1. *Anaſtaſ. Germ. de ſacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 84. *Carol. de Graſ. dict. loco, nu.* 595. *Farin. ſuprà.* Sed cum pro iniuria verbali, ſacrilegium (vt dictum eſt) non committatur; nec mixti fori eſſe, nec ad Eccleſiaſticum forum eius inter laicos pertinere cognitionem ſequitur.

Non item principali ſententiæ, quã
71 defendimus, obſtat alterum † de dicta *lege Si quis in hoc genus* argumentum formatum, ex Præſidum, Rectorũve prouinciarum, ad hodiernos Senatores ſimilitudine, quibus in Clericos ſacrilegii patrati vindictam committit. Quia neque inter eos ſimilitudo adeſt; neque præcipuum quidquam in Clericorum fauorem, quòd ſacrilegii in eos commiſsi vindicta Rectori, aut prouinciæ Præſidi committatur, accreſcit, cæterorumque criminum in hoc ſacrilegiũ ſequitur conditionem, quorum generaliter punitio Rectoribus, Præſidibuſque prouinciarum commiſſa eſt. Quo-
72 rum quippe muneri incumbit, † prouincias, ditionesque ſuas vitiis purgare, in delinquentesque animaduertere, vt *in l.* 3. Paulus, *in l. Congruit*, 13. *D. de offic. Præſid.* Vlpianus reſpondit, omneſque ferè illius tituli leges præcipiunt.

In quorum locum Iudices ordinarii
73 noſtri, † Correctores, Prætoresve ſucceſsêre, ſententia *Gloſ. in l.* 3. *§. Præterea, verb. Si Prætori, D. de ſuſpect. tutorib. Marc. Anton. Natt. conſ.* 84 *num.* 8. *lib.* 1. ex *Baldo* dicente: eos, qui hodie ad terras, Ciuitatesque regendas mittuntur; Præſidum prouinciarum locũ tenere, quia vnaquæque Ciuitas loco prouinciæ ſit, iuxta notata in *l. fin. C. de præſcript. long. tempor.* vbi ſic *Accurſ.* dixit, in hoc licet eum improbet *Parladon. ſeſquicent. quotid. differ. differẽt.* 101. *num.* 6. Prouinciã (cum *Saliceto in dict. l. fin.* & *Fabro in §.* 1. *inſt. de vſucap.*) dici putans regionem, quæ vni tantum ſubſit Præſidi, tametſi plura ſub ſe territoria habeat. Sequacemque *Gregor. Lop.* allegat *in l.* 19. *tit.* 29. *part.* 3. Accurſium tamen ſequitur, probatque alios quoque referens *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 55. Sed licet in *Prouinciæ* terminis præfiniendis diſſentio ſit; conſenſus tamẽ, in pari vtrorumque poteſtate, quaſique officiorũ identitate. Illorumque locum hos tenere aduertit pariter *Ioan. Pyrrh. in tract. de Magiſtrat. Roman. part.* 1. *num.* 13. in hæc verba: *Sicut Præſidis nomen non ſolum prouincias regentes, à quibus prouocatio eſt, cuius modi ſunt Gubernatores Ciuitatum ferè.* Eiuſdemque voti extitit *Andr. Fachin. controuerſiar. iur. lib.* 13. *cap.* 30. *verſ.* 1. qui etſi ſequentibus alios alleget in contrarium: in *verſic.* tãdem, *Ego autem*, reſpectu loci in quo Prætores noſtri ius dicunt, antiquis Prætoribus omnino comparari affirmat, Regiaque partitæ *lex* 22. *titul.* 9. *part.* 2. non obſcure decidit: *Adelantado, tanto quiere dezir como ome metido à delante*

*adelante en algun fecho ſeñalado por mandado del Rey. E por eſta razon, el que antiguamente era aſſi pueſto ſobre tierra grande, llamauanlo en Latin, Præſes prouinciæ.* Similis *lex 2. tit. 14. part. 4. verſ. E otroſi dezimos.*

Quinimo Rectores, Præſideſque
74 prouinciarum exiliorem † quandoque poteſtatem Correctoribus noſtris, vrbiumque Rectoribus habere, ex *Vlpiano* conſtat *in l. 2. §. 2. D. de pœn.* dicente: *Præſidem enim deportare non poſſe, nulla dubitatio eſt, ſed Præfectus vrbis ius habet deportandi.* & in *l. Inter perſonas, 6. §. Deportandi, D. de interdict. & releg. Deportandi autem in inſulam* (ait) *ius Præſidibus prouinciæ non eſt datum, licet Præfecto vrbis detur.* Cuius tamen rei, idem ipſe *Vlpian.* rationẽ præſtat *in l. ſeq. §. 1.*

Quorum quidem *Præſidum* licet à
75 *Iuſtiniano* ſit adaucta poteſtas † (multò namque ante eius tempora debilior erat) *Præſidis* nomine in *Prætoris* mutato, cui & res bellicas, & ciuiles gerendi laxior conceſſa facultas: quæ namque duplicis Magiſtratus muneri incumbebant; Iuſtinianeo Prætori (ſic illum ipſe vocat) conceſsit, eius *nouella conſtit. 24. coll. 4. tit. 3. de Præſide Piſidiæ, cap. 2.* cuius conſtitutionis obſeruatio ad nos quoque fluxit, cum in maritimis oris Prætoribus ciuilia, pariterque bellica munia committantur. A Iuſtinianeo tamen Prætore, ad Præfectorum, Quæſtoriſque ſacri Palatii iudiciũ appellationes deferẽdæ erant, vt ad Senatores hodie, Audientiæque, vel Senatus Præſidem defferri debent (idem enim Præfectos, ac ſacri Palatii Quæſtorem, quod Senatores, Præſidemque Senatus importare arbitror) notantque *Guid. Pap. deciſ. 9. & 50. Thom. Gramm. deciſ. 19. num. 13. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 24. part. 3. Bouadill. in polit. lib. 5. cap. 3. nu. 57. Parlador. differ. 10. nu. 1. & ſeqq.* quorum nullus præcitatæ nouellæ mentionem facit. Non que obſcure monſtrat *text. in l. Præcipimus, 32. §. Sed ſi à Proconſulibus, C. de appellation.*

Quare, ſatis etiam inde apertè deducitur, non ſupremam apud prouinciæ Præſidem, aut Rectorẽ in ſua quoque prouincia, ſed Præfectos, Quæſtoremque ſacri Palacii, (veluti apud ſuprema hodie tribunalia) poteſtatem adeſſe. Cùm à Præſide, Rectore ve ad Principem, Senatum, Præfectos, & Quæſtorem deferri appellatio debeat: à Senatoribus autem, ſacrove Audito-
76 rio (ſic *dict. nouell. cap. 5.* illud *Iuſtinianus* vocat) appellari † nequeat, *Vlpiano* teſte *in l. 1. §. Sciendum, D. à quib. appell. nõ licet. Sciendũ eſt* (ait) *appellari à Senatu non poſſe Principẽ. Idque oratione Diui Adriani effectũ.* Eſſet namque de Principe ad Principem appellare (cuius perſonã induit, poteſtatem, que Senatus gerit, *l. Congruit, 8. D. de legib. l. 1. §. De qua, D. de poſtul. Gloſſæ* celebres *in dict. §. De qua, verb. Vel Senatus, in dict. l. Congruit, Gloſ. vnic. & in auth. de nuptiis, §. Diſponat, verb. Mallens, coll. 4.*) quod euidentem fatuitatem præſeferret, vt *in dict. §. Sciendum,* Vlpian. addit: *Et quidem ſtultum eſt illud admonere, à Principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit qui prouocatur.* A Senatus ideo ſententia
77 ſupplicatio, † quemadmodum ab inferiorum Magiſtratuum appellatio proponitur, *l. 1. §. His cunabulis, D. de offic. Præfect. Prætor. l. 1. C. de ſent. Præfect. Prætor. auth. Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. l. 17. tit. 23. l. 4. tit. 24. part. 3. toto tit. 19. & 20. lib. 4. nouæ Reg. collect. Parlador. dict. differ. 10. num. 1.* plenè *Sigiſm. Scacc. de appellation. quæſt. 19. remed. 3. num. 2. verſ. In primo membro.* Quod & in Galliæ Parlamentis, & in quolibet indiſtincte Senatu dicit obſeruatum *Petrus Rebuff. in tract. de ſuplicat. in præfat. num. 31.* ex textu *in §. Aliud autem, vt ſponſalit. largit. coll. 9.* ibi: *Quoties ſententia glorioſiſſimorum Præfectorum, cuiuſcunque regionis proferatur.*

In noſtris vero Caſtellæ Prætoriis non indiſtincte, ſineque delectu id procedit. Quippe cum non omnes Præfe-
78 cti Senatoria † dignitate donati ſint,

vt

vt Hiſpalenſes, & Gallæci, quibus Regii diplomatis vſus conceſſus non eſt, nec Senatorum ideò nomine condecorantur, ſed vel *Alcaldes de quadra*, vel *Alcaldes mayores del Reyno de Galicia* appellari leges Regiæ iubent. De quibus integri extant *in noua Reg. collect. tituli* 1. *&* 2. *lib.* 3. Ad quos ab inferiorum iudicum, Prætorumque ſententiis
79 appellatur, † ab eorum, in cauſis centum millium marapetinorũ infrà, ſupplicatio: ſuprà, ad Valliſoletanæ Cancellariæ Auditores appellatio interponitur, diſpoſitione *legis* 1. *dict. tit.* 1. *lib.* 3. *nouæ Reg. collect.* De aliis ad eorum poteſtatem pertinentibus, dictis titulis videre eſt.

Senatoria autem poteſtas, non vni,
80 † aut alteri, ſed omnibus ſimul eſt conceſſa, vt *Gloſſa* notat *in dict. l.* 1. *§. De qua, D. de poſtul. verb. Vel Senatus.* Ideo nec locum Principis tenens Prorex in prouincia, ditioneve ſibi commiſſa eandem quam Senatus, † cenſetur poteſta
81 tem habere. A Proregis, per conſequens, ſententia ad Præfectos Prætorio appellationem, non ſupplicationẽ ad ipſum interponendam; neque ad illum, veluti ad Senatum, Miſerabilium in prima cognitione lites pertinere, proque delegato ſolum habendum, putat *Rebuffus in dict. præfation. num.* 36.

Ex quibus ſatis elluſſa argumenta à *dict. l. Si quis in hoc genus* deducta appa-
82 ret; pariter atque ab *authentica* † *de ſanctiſſimis Epiſcop. §. Si quis contra*, deſumptum; refelliturque deinde non ſolum quòd eius diſpoſitio (tanquam iuri Canonico, eiuſque dignitati, & iuriſdictioni aduerſa) antiquata ſit, ab ſtyloque forenſi exploſſa; ſed quia idem ipſe textus noſtram probat ſentẽtiam. Quemque *Azo* (pro contraria *ſuprà num.* 23. adductus) prouinciæ Præſidem appellat (dictum in id paragraphum allegando:) ordinarium ibidem loci Iudicem *Iuſtinianus* vocat. Neque quod appellatio eo caſu ad prouinciæ Rectorem conceſſa foret; Senatoriam in eo arguit dignitatem, vt & iam ſuperius dicta monſtrant; & leges quoque Regiæ
83 firmant, quæ à Iudicibus ordinariis, † Regiiſque Prætoribus, ad alios etiam ordinarios appellationem concedunt, nempè *dict. l.* 22. *tit.* 9. *part.* 2. *l.* 7. *titul.* 18. *lib.* 4. *l.* 48. *tit.* 13. *lib.* 8. & toto ferè *tit.* 4. *lib.* 3. *nouæ Reg. collect.* Vtque *Iuſtinianus* Prætorem ſuum (æquitate ſuggerente, ac humanitate poſtulante,) ad certam vſque ſummam, & ſpeciali in caſu ſacri Auditorii habitu indueret; nominatim à communibus regulis deuians, *dict. nouell.* 24. effecit.

Non denique vltimũ ſententiæ no-
84 ſtræ telum officit, † de *lege* 4. *tit.* 1. *nouæ Reg. collect.* iactatum *ſuprà num.* 24. Cuius obtunditur ictus, non eo ſolum, quòd non tam pro vulneribus, aut morte Clerico illata, priuilegium hoc competere ea lex definiſſe videatur: quam, quo caſu competat (quod grauitas, delictique atrocitas efficere valet) Galleciæ Regnicolis, vel litem ad Regiam ibi Audientiam exiſtentem; vel ad Valliſoletanam Cancellariam eo in caſu deferre poſſe: ſed quia (idque certius) licet pro eo delicto, caſum quem dicimus Curiæ, competere decernat: non pro morte, aut vulneribus nobili indiſtinctè inflictis, ſed *Principi equiti* id concedit, ait enim: *O ſobre muerte, o feridas de Cauallero principal.* Cuius ne-
85 ceſſario qualitatis exiſtentia, † vt eius legis diſpoſitio procedat, probari debet, iuxta *Vlpiani* ſententiam in *l.* 1. *§. Ait Prætor, D. ne quid in flumin. public.* vbi notat *Bart.* lege, vel ſtatuto aliquid cum qualitate proferente; vtrumque probandum ab eo, qui illius deſiderat auxilium. Ita pariter *Azebed. in l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 7. *nouæ Reg. collect. num.* 2. *Anton. Gomez in l.* 47. *Taur. num.* 2. *col.* 2. *in princip. verſ. Tertio*, pro forma ſimul cenſeri qualitatem appoſitã firmans, pleniſsimè *Ioſeph. Maſcard. de probation. concluſ.* 1249. *à num.* 9. *cum ſeqq. Flamin. Chartar. deciſ.* 16. ex *num.* 2. ad 12. *D. Ioan. à Caſtill. controuerſ. lib.* 5. *cap.* 90. *per tot.* præcipuè à *num.* 13. *Stephan. Gratian. deciſ.* 198. *num.* 1. *diſcept. forenſ. tom.*

*tom.* 4.*cap*.607.*num*.1.*cap*.742.*num*.66.
& *cap*.769.*num*. 61. pariter compro-
bantes, inutiliter qualificatæ legis au-
xilium poſtulare, qui de qualitatis de-
ſideratæ exiſtentia non docet.

In caſu inde noſtro, qui nobilitatis,
vulnerumque ſibi illatorum prætextu,
86 ad Gallæcum Prætorium, † aut Valli-
ſoleti Cancellariã aduerſarium in pri-
ma cauſæ diſcutione trahere vellet; nõ
ſe ſimpliciter, ut obtineat, nobilem, &
vulneratum; ſed qualitatem illam de
*Cauallero principal* proponere, proba-
reque neceſſe habebit. Ea ſiquidem, il-
87 luſtres, & excellentiores, † à ſimplici-
ter nobilibus, hoc eſt, *Hijos dalgo* diſtin-
guit, ac ſeparat, iuxta *leg*. 13.*tit*. 1.*part*.
2. & notat *Gutier.practicar.quæſt.lib*. 3.
*quæſt*. 14.*num*. 113. Cũ præſertim ne-
que pro vulneribus aut morte his (quã
88 tumuis etiam illuſtribus, † præclariſ-
ſimiſque) illata, ordinarium forũ, quo-
quomodo prætermitti pateretur Anti
quitas. Imò nec pro Cæſaris filii nece
vindicanda. Magnumque ſaltem, ſu-
praque leges, ſi in Curia de illa tractã-
di facultas adeſſet, reputatum extitit.
vt Diui *Auguſti* verba, pro *Germanici*
filii ſui, à Piſone (vt fama erat) veneno
interfecti, inquirẽda, morteq; vindicã-
da, oſtendunt, à *Cornelio Tacit. annal.
lib*.3. relata. *Id ſolũ* (inquit Auguſt.) *Ger
manico ſuper leges præſtiterimus; quod in
Curia potius, quàm in foro; apud Senatum,
quàm apud iudices, de morte eius adquiri-
tur.*

Quare, de nobili ad Clericum con-
89 ceſſa paritas, contrarii † argumenti in-
tentum non probat. Cum enim hunc
ſimplex nobilitas non adipiſcatur fa-
uorem: nec ſimplicem Clericatum, ea
ratione obtenturum, ſequitur.

Planè ſi qualitas adiungatur, quæ
Principis equitis vices teneat, vt ſi nõ
ſimplicis Clerici, ſed in dignitate poſi
ti, prædicti argumẽti, paritatiſque ra-
tione, dictæ *legis* 4. diſpoſitioni locum
fore, ſuadebor. vt ſi Epiſcopo, inferio-
riſque etiam dignitatis Eccleſiaſtico
viro, mors, aut vulnera ſint illata, cum
etiam atrocius tunc delictum, & ſacri-
legii ſpecies grauior. Tanto enim dam
90 nabilius eſt, † quanto ſanctior perſona
inquam cõmittitur, extat, vt (ex *dict.l.
Si quis in hoc genus*, 10. *C. de Epiſcop. &
Cleric. D.Thom*.2.2.*quæſt*.99.*artic*.3.
& aliis) obſeruat *Tiber.Decian.tract.cri
min. dict. lib*. 6. *cap*. 33.*num*. 4. & ante
cum *Turrecrem. in cap. Sacrilegium*, 17.
*quæſt*.4.*num*.7.& 8. Diuerſis inde pœ-
91 nis Epiſcopi, † quàm ſimplicis Clerici
afficitur percuſſor ab *Alex. Papa II. in
cap. Si quis deinceps*, 22. in ordin. 17.
*quæſt*. 4. dicente: *Si quis deincèps Prio-
rum, aut cuiuſcumque dignitatis, aut cuiuſ-
cumque Ordinis laicorum, Epiſcopum com-
prehenderit, percuſſerit, aut aliqua via pro-
pria ſede expullerit; niſi fortè iudicatum
canonicè; auctores, & cooperatores tanti
ſceleris, anathematizentur, & bona eorum
Eccleſiæ ipſius iuri perpetuo tradantur. Si
vero in Presbyterum vel in quemque infe-
riorum graduum Clericum, hæc eadem præ
ſumpſerit: canonicæ pœnitentiæ, atque di-
ſpoſitioni ſubiacebit. Si contumax fuerit,
excommunicetur.* Delicto namque creſ-
92 cente † pœnam quoque debere creſce
re, iura ſunt vulgaria congeſta â *Nobis
in Axiomatib. & locis commun.iur.lit.P.
num*.41. Sæuerioribus inde pœnis Car
93 dinalis, † quam Epiſcopi caſtigatur
percuſſor à Bonifacio VIII. *in cap. Fæ-
licis*, 5. *de pœn.lib*.6. has in huius crimi-
nis reum pœnas proferente: *Sicut reus
criminis læſæ Maieſtatis, perpetuò ſit in-
famis, diſſidatus, nihilominus, & bannitus:
ſit inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam
habeat factionem; nec ad alicuius bona ex
teſtamento, vel ab inteſtato vocetur*. aliaſ-
que deinceps.

Sic pro morte, aut vulnere Religio
94 ſo † inflicto, & qualitatis ſuperadditæ
ratione, & longæui Hiſpaniæ conſue-
tudinis, vſuſque forenſis, Monaſteriis
eorumvè Superioribus priuilegiũ hoc
fori, legiſque noſtræ vnicæ compete-
re, quemadmodum pro rebus compe-
tit, (vt *præcedenti quæſtione* oſtendimus,
de re ad perſonã iã *ſupr.n*.5. argumẽto
formato ſuadente) firmandum venit.

Qua

95 Qua autem verborum forma, † animi deſtinatione, mentiſque moderamine ſint ab Eccleſiaſticis huiuſcemodi lites proponendæ, & agitandæ, docuit & præcauit *Bonifacius VIII. in cap. 2. de homicid. lib. 6.* aduertuntque *Andr. Tiraquel. de iure mariti, gloſ. 7. verb. Exprez, num. fin. 205. Didac. Couar. in Clement. Si furioſus, part. 2. §. 5. Anton. Gom. variar. tom. 3. cap. 1. num. 33. Syluest. verb. Homicidium, 2. num. 7. verſ. Octauo, Farinac. fragmentor. crimin. lit. C. num. 423. cum ſeqq. Molin. de iuſt. & iure, tom 2. tract. 3. diſput. 74. Suar. de cenſur. diſput. 47. ſect. 2. num. 10. & ſect. 4. num. 9.* cum plurimis adductis à laborioſo *Auguſtino Barboſ. in collect. ad dict. cap. 2. num. 2.*

CAETERA CLERICORVM priuilegia breui calamo perſtringemus, tum, quia in Eccleſiæ ad longum relata fauorē, in eorum quoque redūdant: tum, quia huius rei prolixum *Carolus de Graſſis* tractatum edidit. Tanquam igitur pro compendio ſequentia adiicimus.

Laicis in primis Clerici præferuntur, † ſi vtrique in aliquo negocio 96 concurrant, ſic (cum *Ancharrano in cap. Ioānnes, de teſtament. num. 7.*) obſeruat *Carol. de Graſ. dict. tract. de effectib. clericat. effect. 61.*

97 Et teſtimonium Clericorum † præualere laicorum aduertit *Panormit. in cap. In noſtra, 4.* per illum textum, *de procurator. num. 3. Anton. Gabr.* (aliis relatis) *commun. opinion. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 4. num. 61.* Tantumque Clericorum quatuor, quam ſex laicorum depoſitionem valere, *Gloſ.* dixit *in cap. Monachus, 9. verb. Quorum, 77. diſt.* firmatque cum aliis *Anton. Gabr. proximè num 40. & Aym. Crauet. conſ. 267. num. 2.* Tabellionumque defectum Clericos ſupplere, & duorum teſtium adiumento, illorum tenere vices, *legi* Regiæ placuit *primæ, titul. 14. lib. 9. nouæ Reg. collect.*

98 Militum † quoque Clericos gaudere priuilegiis *Gloſ. & DD.* tradunt *in l. Miles, D. de reiudic.* præcipuè *Iaſ. num. 11. Alex. num. 3. & Iaſ. num. 9.* In caſibus ſaltem vtriſque aptabilibus, *Camil. Gallin. de verbor. ſignif. lib. 7. cap. 8. num. 7. Carol. de Graſ. dict. tract. effectu 19 per tot. Nos in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num. 481. & ſeq.*

99 Litibus inde Clericos vexandos † non eſſe, ſed expediendas illorum celeriter eſſe cauſas (argumento *legis Colloni, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. legis Omnes, 31. C. de Epiſc. & Cleric.*) profitetur *Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. lib. 2. cap. 5. num. 166.*

Efficique per Clericatum nobiles
100 † docent *Andr. Tiraquel. de nobilit. cap. 9. num. 4. Carol. de Graſ. dict. tract. effect. 55. per tot. Fulu. Paceran. in tract. cui incumbit onus probandi negatiuam, lib. 2. cap. 34. num. 4.* aliique proximè referendi.

101 Palinodiam † ideo non cantant, *Marant. in pract. 4. part. in princip. num. 10. Bernard. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 66. verb. Maledici, num 7. Didac. Couar. variar reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 4. in fin. verſ. Iuſtiſſimum tamen eſt, Carol. de Graſ. effectu 48. per tot. Proſper. Farinac. prax. crimin. quæſt. 105. num. 71. cum ſeqq.*

Nec pro cauſa ciuili in carceribus
102 † detineri poſſunt, probant *text. in cap. 2. de fideiuſſor. & in cap. Oduardus, 3. de ſolution.* & tradunt (præter ordinarios dictis locis) *Couar. variar. lib. 2. cap. 1. num. 9. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 17. num. 7. Farinac. quæſt. 27. num. 66. & 67. Carol. de Graſ. dict. tract. effect. 7. num. 1. & ſeqq.* multos cumulans.

Neque inopia laborantem Cleri-
103 cum, bonorum ceſſionem † facere debere Clericum, profitentur iidem. Ad Minorum quoque ordinum Clericos (dummodo Eccleſiæ, aut Altari deſeruiant, iuxta *Concilii Tridentini* diſpoſitionem *ſeſſ. 23, cap. 6. de reform.*) extendentes. Nec pro camerali obligatio-
104 ne, † iuramento deſoluendo firmata, inopem Clericum in carcerem mittendum, defendunt *Couar. dict. cap. 9. verſ.*

*verſ. Quoties verò*, aliis contrarium ſen-
tientibus, reprobatis, magis commu-
nem, & veriorem profitetur *Graſſ. dict.*
*loco, num.* 12. aduerſus *Farinac. d. quæſt.*
27. *num.* 70. & *Nicol. Intrigliol. ſingul.*
78. *num.* 3.

105 Pro repreſaliis † item non detinen-
tur. Quæ licèt improbatæ ſint in qui-
buſuis, *auth. vt non fiant pignor. coll.* 5.
diſtrictiùs tamen quoad Clericos, illo-
rumque bona *Gregorii Decimi* conſtitu-
tione inhibentur, *in cap. vnic. de iniur.*
*& damn. dat. lib.* 6. aduertuntque *Bart.*
*in tractat. de repreſal. quæſtion.* 7. *num* 6.
*&* 7. cum aliis *Graſſ. effectu* 23. *per tot.*
*Marc. Anton. Genuenſ. in practicabilib.*
*Eccleſiaſt. quæſt.* 540. *Iulian. Viuian. de iu-*
*repatron. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 168.

106 Neque obſides † dari poſſunt, *Fe-*
*lin. in cap. Ex reſcripto, de iure iur. num.*
10. *& Alexand. de Neu. nu.* 33. *Iul. Fer-*
*ret. in tractat. de obſid. prouiſſ. num.* 19.
aliiſque (etſi mendoſè relatis) *Carol.*
*de Graſ. dict. tract. effect.* 30. *num.* 1. *&*
*ſeqq.*

Neque quantumuis magnæ neceſ-
107 ſitatis prætextu, † à parentibus ven-
di, aut pignorari valent, *Marſil. ſingul.*
101. *num.* 2. *& in repet. rubr. D. de fide-*
*iuſſor. num.* 143. *Camil. Borrel. in prag-*
*mat. Odia litium*, §. 1. *gloſ.* 3. *num.* 250.
*Carol. de Graſ. effectu* 43. *per tot. Nos* (plu
res referendo) *de priuileg. pauper.* 1. *part.*
*quæſt.* 22. *num.* 90. Etſi aliis hanc neceſ-
ſitas filios diſtrahendi parentibus fa-
cultatem concedat, iure probatam, vt
copiosè *dicto loco à num.* 73. oſtendi-
mus.

108 Iuramentum calumniæ præſtare †
Clerici non tenentur, *cap.* 1. *& toto* fe-
rè *tit. de iuram. calumn.* Sed de veritate
dicenda, vt dicunt *Specul. in tit. de iura-*
*ment. calumn.* §. *Reſtat*, *num.* 7. *Albert.*
*Galeot. in margar. iuris, cap.* 15. *nu-*
*mero* 10. *Læl. Zanch. in tractat. de pri-*
*uileg. Eccleſ. priuileg.* 92. *num.* 2. *& per*
*tot.* quos refert, & ſequitur *Carol. de*
*Graſ. effect.* 24. materiam proſequens
*per totum.* Cum cæteri vtique tenean-
tur, *tot. tit. D. de iuram. calum. & C. de*
*iuram. propter calumn. dand.* & *in lib.* 6.
*Decret. de iurament. calumn.*

Differentiam, & naturam iuramen-
109 torum † maliciæ, calumniæ, & verita-
tis, oſtendunt *Gloſ. margin. in cap.* 1. §.
*Quamuis, de iuram. calum. lib.* 6. *Specul. in*
*dict.* §. *Reſtat, Anton. de Retiburt.* (qui in-
tegrum, *de iuramento calumniæ* tracta-
tum edidit) *cap.* 1. *num.* 13. *& ſeqq.*

Ob crimen læſæ Maieſtatis, à paren
110 te commiſſum, † non in perſona, aut
bonis, quemadmodum cæteri ſæcula-
res filii, puniuntur. Aduertit *Gloſ. vnic.*
*circa med. in cap. Satis peruerſum,* 7. in or-
dine, 56. *diſt.* Marſil. in dict. repet. rubr.
D. de fideiuſſor. num. 143. verſic. Item
prædictis, *Baiard. ad Clar. in* §. *Læſæ Ma*
*ieſtatis, num.* 19. *Roland. à Vall. conſ.* 16.
*num.* 15. *lib.* 4. *Carol. de Graſ. dict. tract.*
*effect.* 45. *per tot. Didac. Couar. variar.*
*lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. *in fin. Proſp. Fari-*
*nac. prax. crimin. part.* 4. *quæſt.* 116. *num.*
117.

111 Non præterea ſanguinis pœna †
Clerici puniuntur. Cum enim canoni-
cis diſpoſitionibus ſubiaceant, quæ
non pœnam ſanguinis norunt, vt *ſuprà*
iam *num.* 54. *& ſeqq.* notamus: ab ea
redduntur immunes, vt & proſequitur
*Carol. de Graſ. effectu* 46. *per tot.*

Ideoque etiam in delicto proquo,
eſt pœna ſanguinis conſtituta, defendi
112 per procuratorem † Clericum poſſe,
tenent *Cæpol. conſil. crimin.* 72. *per tot.*
*Carol. de Graſ. effect.* 59. *Farin. quæſt.* 99.
113 *num.* 9. qui in aliis † contrarium, cum
prope infinitis, *num.* 1. firmârat. Quã-
uis & in Clerico quoſdam aduerſantes
*num.* 9. referat.

Filius ingratitudinem aduerſus pa-
114 rentem committens, † ex hæredari
poteſt, ratione qualibet ex deſignatis
in §. *Aliud quoque capitulum, verſ. Cau-*
*ſas, auth. vt cum, de appell. cognoſc. coll.* 8.
*in l.* 4. *cum duabus ſeqq. tit.* 7. *part.* 6. *l.* 2.
*tit.* 9. *lib.* 3. *fori leg.* & *Gloſ. in cap. Quinta*
*vallis,* 23. *verb. Exhæredaret, de iure*
*iur.*

115 Ex eis tamen Clericum, † aut Mo-
nachum effectum exhæredari poſſe,

textus

textus deciſio vetat, *in cap. Non liceat, 10. in ordine, 19. quæſt. 3.* & docet *Gloſ. in l. fin. §. Hoc etiam, verb. Quaſi ingratū, C. de Epiſc. & Cleric.* ex text. *in auth. de Monach. in princ. coll. 1.* vbi etiam notat *Gloſ. verb. Maculam detergat, Marſil. in dict. rubr. de fideiuſſor. num. 139. Camil. Borrel. in repet. dict. pragmat. Odia litiū, §. 1 gloſ. 3. num. 253. Carol. de Graſ.* aliis citatis, *effectu 47. pag. 460.*

Per Clericatum quoque, aut Reli-
116 gionis ingreſſum † illegitimi legitimatur, parentibuſque ſuccedunt. Omnem namque maculam Clericatus, aut Religionis ingreſſus abſtergit, *dict. authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. in princip. Hipol. de Marſ. dict. loco, num. 143. ad fin. & ſingul. 273. Andr. Tiraq. de pia cauſ. priuileg. 29. Carol. de Graſ. dict. tract. effect. 57. Card. Paleot. de not. & ſpur. cap. 54. num. 6.*

117 Cum cæteri illegitimi † à parentum ſucceſsione repellantur, *auth. Ex complexu, C. de inceſt. nupt. auth. Quib. mod. natur. effic. ſui, §. fin. l. 4. ad fin. tit. 3. l. 10. titul. 13. part. 6. l. 17. titul. 6. lib. 3. for. leg.* copioſe *Rojas in epit. ſucceſ. cap. 1. per tot.* vt alias in re nota allegationes omittamus.

Donationem à patre filio Clerico
118 † in eiuſdem poteſtate exiſtenti factā (non enim per Clericatum, aut Præſbyterium patria diſſoluitur poteſtas, vt tenet *Abb.* cōmuniter approbatus, *in cap. Cum voluntate, 54. de ſent. excommun. num. 8. Innoc.* & alii *in cap. Indecorum, de ætat. & qualit. Aſcan. Clem. de patr. poteſt. cap. vlt. num. 63. verſ. Contrarium,*) firmitatem habere, tenet *Carol. de Graſ. d. tract. effect. 54. pag. mihi 462.* poſt *Ioan. Lup. in repet. cap. Per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. num. 42.* & *Petr. Surd. conſil. 259. num. 1.* quos allegat.

Etſi aliis in poteſtate exiſtentibus
119 † inualide à parētibus donationes fiant *l. Donationes quas parentes, 25.* (& ibi notant communiter Doctores) *C. de donation. inter vir. & vxor. Pariſ. conſil. 15. num. 19. lib. 2. Iul. Clar. recept. ſentent. §. Donatio, quæſt. 8. numero 1. Ioan. Vincent. Honded. conſil. 47. num. 39. lib. 1.*

In pecuniaria cauſa, fideiuſſorem
120 *iudicio ſiſti,* † vel *iudicatum ſolui,* non præſtant Clerici, ſed ſimplicem, cum bonorum ſuorum hypotheca, cautionem, *auth. de ſanctiſsimis Epiſcop. §. Si quis autem pro pecuniaria, coll. 9. Gloſſ. in l. Cum Clericis, 25. C. de Epiſcop. & Cleric. verb. Fideiuſſorem, Azo in ſumm. eiuſd. titul. num. 13. Panormit. in cap. fin. §. In aliis, num. 2.* extr. *vt lite non conſtet. Carol. de Graſ. dict. tract. effectu 50.*

121 Alii † contra, *auth. Offeratur, C. de lit. conteſt. & ibi Gloſ. verb. Fideiuſſione, auth. de exhibend. reis, §. Suſcepto, coll. 5. §. Sed hodie, inſtit. de ſatiſd.*

Fideiuſſoremque *iudicio ſiſti,* eius
122 qui Clericus effectus eſt, † fideiuſsione liberari, tradunt *Hipol. de Marſ. dict. rubr. de fideiuſſor. num. 138. Zabar. in Clement. 1. de cenſ. quæſt. 9. Carol. de Graſ.* (aliis citatis) *dict. tract. effectu 51. per tot. pag. 461.*

Clericum abſque parentis authori-
123 tate, † & conſenſu in iudicio poſſe cōparere, probant *text. in cap. fin. de iudic. lib. 6. Carol. de Graſ. effectu 60. pag. mihi 465. Paz in prax. tom. 1. part. 1. tempore 2. num. 20. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 319.* & multi alii, quos in *collect. ad dict. cap. fin. num. 10. Au-*
124 *guſtin. Barboſ.* refert. Alii † vero nequeunt, vt iam *ſuprà quæſt. 5. num. 11.* notauimus.

Cum duobus teſtibus in præſentia
125 parochi † teſtantur Clerici, *cap. Cum eſſes, 10. de teſtam. Aluar. Valaſc. conſult. 74. per tot. Carol. de Graſ. d. tract. effectu*
126 *63.* Cum in aliorum † longe maior ſolemnitas deſideretur, vt *quæſt. præcedēti, num. 338. & ſeq.* oſtendimus.

127 A ſeruitute Clericatum liberare, † libertumque ab operarum libertorum præſtatione, tradit *Carol. de Graſ. dict. tractat. in prælud. numero 417. & ſeq.* Primum, ex *Azone in ſumm. C. de Epiſcop. & Cleric. numero 14.* Qui cum

diſtinctione id profert, præſcriptam ab *auth. de ſanctiſ. Epiſc. §. Si vero ſciente, & §. Aſcriptitios, coll. 9. & l. 18. titul. 6. part, 1.* Secundum, ex *l. Interdum, 34. ad fin. D. de oper. libertor.* & *Alber. in tract. de ſtatut. lib. 3. quæſt. 41. num. 6.*

128 A ſeculari iuriſdictione † Clericos eſſe exemptos, nemo eſt qui non ſciat, ſuntque *text. in cap. 1. 11. q. 1. & per tot. in cap. Si quis Epiſcopus, 27. in ordine, 23. quæſt. 8. in cap. Denique, 5. in ord. 96. diſt. in cap. At ſi Clerici, 4. in cap. Cum nō ab homine, 10. & in cap. Qualiter, 17. de iudic. cap. Diligenti, 12. cap. Significaſti, 18. de foro compet. auth. Statuimus, C. de Epiſcop. & Cleric. auth. Vt Cleric. apud prop. Epiſcop. coll. 6. l. 57. tit. 6. p. 1. l. 10. & 15. tit. 1. lib. 4. nouæ Reg. collect.* diximuſque *de priuileg. pauper. 1. p. quæſt. 52 num. 4. 5. & 10.* & proſequitur latiſsimè *Graſ. dict. tract. effect. 1. à nu. 1. vſque ad num. 666.* quàm multis ampliationibus concluſionem exornans; ſequentibuſque limitationes aſsignans.

129 Neque ſtatutis laicorum † adſtringuntur, *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, 10. de conſtit. d. cap. At ſi Clerici, & cap. Qualiter, de iudic. cap. 2. de foro compet. cap. 1. 96. diſt. cap. Non minus, 3. cap. Aduerſus, 7. de immunit. Eccleſiar. cap. Quanquam, 4. de cenſib. lib. 6.* copioſè (vt multorum allegationi parcamus) *Carol. de Graſ. effectu 2. per tot.* cui, ab eoque relatis, plenè quoque agentē addo *Alderan. Maſcard. de gener. ſtatutor. interpretatione, concluſ. 1. per tot.*

130 Et litis conſortibus, laicis ad Iudicē Eccleſiaſticum † aditum præſtāt, ſi indiuidua ſaltem cauſa ſit, ſiue in criminali, cum laicus ſimul cum Clerico deliquit: ſiue in ciuili, vt cum Clericus, & laicus ſunt hæredes, vel correi. Infinitos propè refert in comprobationē *Graſ. dict. tract. effect. 1. nu. 132. & ſeqq.* nec multitudini *Farin.* pepercit, *prax. crimin. quæſt. 8. num. 151.* nec *Ioan. Mar. Nouar. in prax. elect. & variat. fori, ſect. 1. quæſt. 45. per tot.* notâmusque *ſuprà quæſt. 3. ampliation. 7.*

131 A muneribus eſſe immunes, † non ſolum Clericos, ſed etiam ipſis ſeruientes; iam *quæſt. præcedenti, num. 77. & ſeqq.* à quibusque, oſtendimus.

132 Denique ſupra dicta, in minorum quoque Ordinum Clericis † procedere; cum et hi omnibus priuilegiis, quibus ſacrorum Ordinum gaudeant; cum multis profitetur *Carol. de Graſ. repetito tract. in præfation. nu. 300.* Quod tamen *S. C. Tridentini, ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* ſeruata forma, intelligendum eſt.

## VTRVM VNIVERSITAS Miſerabilis perſona dicatur? Priuilegio legis noſtræ vnicæ gaudeat? Quatenusque priuilegiata exiſtat?

### SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis nomen generale eſt, cuilibet multitudini, irrationabili etiam animoque carenti, aptum.*

2 *Vniuerſitatis nomine ſimpliciter adiecto, de ea, quā humana, rationaliſq; ſocietas iunxit, intelligitur.*

*Analogum per ſe ſumptum, ſtat pro famoſiori ſignificato. ibi.*

3 *Vniuerſitas Hominum quotuplex ſit?*

4 *Vniuerſitatis diffinitio. & num. ſeq.*

5 Corporū *nomē, animata, & inanimata, rationabilia, & ratione carentia cōtinet.*

6 *Vniuerſitatem Miſerabilem perſonam eſſe, legiſque noſtræ vnicæ, forique priuilegio vti probatur, vſque ad nu. 13. excluſiuè. Contrà num. 13. & 14. Diſtinguitur, nu. 15. & ſeqq.*

7 *Non priuilegiatus cum priuilegiato concurrens, eius priuilegio gaudet. Amplia tribus numeris ſeqq.*

9 *Oleū non conſecratum, an maiori etiam quantitate conſecrato poſſit commiſceri? Et an totum conſecratum maneat? num. 39.*

10 *Clericorum Collegium ſimul & laicorum, an licet minor pars ex Clericis cōſtet, Eccleſiaſticum dicatur? & nu. 38.*

*Vni-*

11 *Vniuerſitas pupilla appellatur.* & *nu.* 39. & *ſeqq. Et an ſemper pupillis comparetur? num.* 32. & *ſeqq.*

14 *Vniuerſitas cũ in ſpecie excepta non reperitur, iure communi uti debet.*

15 *Noua Auctoris diſtinctio,* & *opinio, quam numeris ſeqq. proſequitur.*

17 *Vniuerſitas corpus animatum, verumque non habet, neq; appellatione* perſonæ *continetur.*

18 *Sine ſubiecto, qualitas ſtare nequit.*

19 *Singuli de Vniuerſitate in illius cauſa, quæ in communi agitur, ferre teſtimonium poſſunt.*

*Seruus communis Vniuerſitatis, ſingulorum de illa non intelligitur. ibid.*

20 *Vniuerſitatis bona, ſingulorũ non ſunt, neque quod Vniuerſitati debetur, ſingulis debetur, neque ècontra.*

*Vniuerſitatis nomine agens, ſingulorum non dicitur agere nomine. ibid.*

21 *Vniuerſitatis Aduocatus poteſt contra ſingulos de illa conſulere.*

22 *Intellectus text. in* l. Si cõmunẽ, 10. D. quẽadmod. ſeruit. amit. *in* l. vnic. C. ſi in commun. ead. que cauſ. in integr. reſtit. poſtul. *in* l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appel. & *in* l. Præcipimus, §. Eodem obſeruando, C. de appellation. & *num.* 34. & 36.

23 *Argumentum de pupillis ad Vniuerſitatem, an* & *quando procedat?*

*Argumẽtũ* à ſimili, *vt procedat, omnimoda æquiparatio adeſſe debet. Æquiparationẽq; adeſſe dicẽti, probatio incũbit, ibi.*

24 *Secundum decretum contra pupillum non interponitur. Contra Vniuerſitatẽ, vtique.* & *num. ſeq.*

26 *Vniuerſitas non vt pupillus alieno arbitrio regitur.*

*Senatum in Romano populo, Decurionũ ordinem,* & *Syndicos procuratores, in cæteris, quæ conſtituẽdi extiterit cauſa?*

27 *Pupillo tutor datur, vt eius regatur arbitrio, pupilliq; actibus auctoritatẽ præſtet.*

28 *Vniuerſitas per ſe, aut per Syndicum à ſe conſtitutum contrahere, ac publica expedire negotia valet.*

29 *Pupilli quamlibet paruam potentiam perhorreſcunt. Vniuerſitas timetur, de potentioribusque dicitur.* & *num.* 32.

33 Marcheſani, & Scacciæ *impugnatur iudicium.*

*Vniuerſitas tribus perſonis conſtat,* & *vna ſuſtinetur. ibi.*

*Pauperum Collegium, vel Hoſpitale redditus quoque habens, fori priuilegio gaudet. ibi.*

34 *Singuli de Vniuerſitate, in eius cauſa, quæ omnes vt ſingulos tãgit, in propria veluti, teſtes eſſe vetantur. Et quæ cauſæ iſtæ dicantur? ibi.*

35 *Miſerabilis vt tertius pro intereſſe ſuo in cauſa comparens, an fori Principis fauore gaudeat?*

*Cũ ſingulorum cauſam Vniuerſitas agit, an ſinguli æquè principales exiſtere videantur? ibi.*

36 *Facilius veteris Iuris retentio,* & *cõſeruatio, quã actio,* & *adquiſitio cõceditur?*

37 *Magis dignum, an quando minus digno præualeat, illudque ad ſe trahat, vel non?* & *num. ſeq.*

*Interpretatio* text. in cap. Per tuas, 9. de arbitr. *ibi.*

38 *Eccleſiaſtica negotia, quæ ſecularibus tractari prohibeantur? concedanturve?*

39 *Interpretatio* text. in c. Quod in dubiis, 3. de conſecr. Eccleſ. vel Altar.

40 *Reſtitutio Vniuerſitati, vt pupillæ cõceditur. Et an aduerſus cõtractus iuratos?*

41 *Contra Rempublicam indefenſam, ſicut contra pupillum, ſententia lata non tenet, regulariter contra.*

42 *Debitor pupilli, vel minoris, ab eius tutela, curave repellitur.*

43 *Debitor Reipublicæ ab eius honoribus, adminiſtrationeq; anexũ honorẽ habente, niſi debitum ſoluerit, repellitur.*

44 *Vniuerſitatis adminiſtratores male rem publicã gerentes, ad pupillorũ, minorũq; tutorũ, vel curatorũ ſimilitudinẽ tenẽtur*

45 *Vniuerſitati, vt minori, Iuris ignorantia prodeſt.*

46 *Vniuerſitatis bona, ad bonorum minorum inſtar, ſine ſolemnitatibus alienari non poſſunt. Et quæ deſiderentur?*

47 *Vniuerſitas Eccleſiæ æquiparetur, eiuſque priuilegiis gaudet, diſſimilitudinis non exiſtente ratione.* & *num.* 51.

48 *Contra Vniuerſitatem an non niſi centũ annorum præſcriptio currat? & nu.* 50. *Intellectus* legis fin. C. de ſacr. Eccleſ. & auth. Quas actiones. C. eod. tit. *ibi.*

49 *Contra Vniuerſitatem, vt contra pupillum præſcriptio non currit.*

52 *Ad publicam vtilitatem factum, pium dicitur.*

53 *Nouorũ inſtrumentorũ prætextu, publici negotii, Vniuerſitatiſq; fauore (etſi regulariter nequeat) retractari ſentẽtia poteſt.*

54 *Mutui obligatio quã arcta ſit, & efficax, ſolutioniſq; neceſſitas. remiſ.*

55 *Vniuerſitas non tenetur ex mutuo, niſi in eius vtilitatem ſit verſum.*

56 *Exceptio* nõ numeratæ pecuniæ *perpetuò Vniuerſitati competit.*

57 *Feriæ meſſium, & vindemiarum, ad cætera conceſſæ, in Vniuerſitatis, & publicis cauſis non ſeruantur.*

58 *Creditor ante tẽpus debitorẽ ſuum conueniens, quibus ſubiiciatur pœnis? remiſ.*

59 *Reſpublica inopia laborans, ante tempus debitores ſuos exigere poteſt.*

60 *Reſpublica inopia laborans an hodie gabelam vltra ſummam à lege taxatam Regia, imponere poſſit? remiſ.*

61 *Appellationis beneficium omnibus regulariter, conuictis, confeſſiſq; exceptis, iura Indulgent.*

62 *Vniuerſitatis de debitori debito, cõuicto, etſi non confeſſo, appellatio denegatur.*

63 *Nudo pacto, citraque ſtipulationis vinculum vſuræ non debentur.*

64 *Vniuerſitati citra ſtipulationẽ, nudoq; pacto, creditarum ab ea pecuniarũ vſuras deberi, ciuilia Iura decernunt. Amplia num.* 79. & 80.

65 *Vendere rem ſuam nemo cogitur.*

66 *Pro vtilitate publica propriam rem vẽdere compelli quis poteſt. Regulaq; in re ſua quẽ eſſe moderatorẽ, & arbitrum dictans, fauore publico limitatur.*

67 *Rem cõmunem pro ea parte, quæ aliena eſt, vendere priuato non licet.*

68 *Fiſco licet, minima etiam parte ad eum pertinente.*

69 *Et Vniuerſitati: quæ debitorem ſuũ, qui pro debiti ſatisfactione prædii maiorem partem Vniuerſitati alienauerat, cogere poteſt, vt ſibi reliquam partẽ diſtrahat.*

70 *Etſi legem conſuetudo vincat; non ſi cõtra vtilitatem communem ſit, quæ nullius tunc momenti exiſtit.*

71 *Inter chirographarios, perſonalesve creditores, prælatio ex tempore non datur.*

72 *In Republica creditrice limitatur.*

73 *In omni regulariter caſu, ex omnibuſq; actionibus compenſatio ipſo iure fit.*

74 *Debitor publicus multis in caſibus compenſationem non opponit.*

75 *Contra eos, qui alienas, vel etiam proprias res apud alios exiſtentes, authoritate propria inuadunt, aut extrahunt, graues à Iure ſunt conſtitutæ pœnæ.*

76 *Vniuerſitas, & illi qui ab Vniuerſitatibus collectas conduxere, ſi de debito non dubitetur, poſſunt res non ſoluentiũ capere, & ſubhaſta ponere.*

77 *Pro ſibi tributis debitis, vt Fiſco, tacita in bonis debitorũ hypotheca Vniuerſitati competit.*

78 *Vniuerſitatis adminiſtratores de bonis eius ditatos, ſi finita adminiſtratione diuites reperiantur, niſi bonam rationem reddiderint, præſumũtur. Et quæ huius præſumptionis vtilitas ſit? num. ſeq.*

80 *Vniuerſitatis pecuniã adminiſtrator retinens, quã pœnã quaſq; patiatur vſuras?*

81 *An de leui culpa? & ad quid adminiſtrator hic teneatur?*

82 *Vniuerſitas neq; delinquere, neq; puniri poteſt. Limita & intellige n.* 85. 86. & 87

83 *Neque dolum committere Vniuerſitas, neque de dolo actio in eam dari poteſt.*

84 *An in Vniuerſitatem excommunicatio ferri valeat?*

87 *Intellectus* legis Quod maior, D. ad municip.

88 *Vniuerſitas, multitudoque delinquens, mitius punitur.*

86 *In criminali cauſa (aduerſus ordinarias Iuris regulas) per procuratorẽ cõparere, ſeque defendere Vniuerſitas poteſt.*

90 *An ob non ſeruatum iuramentum Vniuerſitas periurium incurrat, defunctis ſaltem qui iurarunt?*

91 *Vtilitas publica priuatæ antefertur. Et de publicæ vtilitatis priuilegiis, remiſ.*

*Al-*

92 *Alterius facto oneratur nemo.*
93 *Vniuerſitatis factum, ſingulos de ea grauat.*
94 *Ante litem conteſtatam, teſtes recipi nequeunt.*
95 *Fauoris publici ratione, cumque ille offenditur, limitatur.*
96 *Gratia* ad beneficium concedentis *facta, eius morte expirat.*
97 *Quid ſi publicam reſpiciat vtilitatem?*
98 *Iuri, vel fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.*
99 *Publico renunciare non licet.*
100 *Clauſula*, & quoſdam, *ſeu* quouis alios, *in reſcriptis apponi ſolita, cum alios comprehendat; Vniuerſitatem non vtique. & num ſeq.*
101 *Mandatum* cõtra Titiũ, & quoſvis alios, *Vniuerſitatem, ſeu Collegium non comprehendit.*
102 *Duæ Vniuerſitatis, aut Decurionum partes, ad Vniuerſitatis actus gerendos, requiruntur adeſſe.*
103 *In actibus Vniuerſitati, aut Collegio vtilibus, minor duarum partiũ exiſtentia, & conſenſus ſufficit.*
104 *Factum à maiori Vniuerſitatis parte, etſi ab omnibus factum videatur: ſi Vniuerſitati damnoſum ſit, ſingulorum deſideratur placitum.*
105 *Ciuitatũ Rectores Aduocati officium, ſiue inter ſuæ, ſiue alienæ iuriſdictionis homines, niſi ipſiuſmet iuriſdictionis, aut boni publici ratione exiſtere prohibentur.*
106 *Prouinciæ Rector negotiari fauore publico prohibetur. & num. 108. Amplia num. 107. 109. & ſeqq.*
110 *Decuriones, aut Tabelliones Vniuerſitatum negotiari an poſſint?*
111 *Vniuerſitatum propria, iura ve earũ Regalia nulli ex prædictis conducere poſſunt.*
112 *Ad matrimonia contrahenda in ſecundo conſanguinitatis gradu, nunquã diſpenſandum, niſi ob cauſam publicam.*
113 *Vniuerſitas adquirit abſque traditione dominiũ, & ſecundo emptori, cui res priùs tradita fuit, præfertur. Regulariter, nec ſine traditione dominiũ tranſit: nec primus emptor. ſed ſecundus, cui res priùs tradita fuit, prælationem habet.*

# QVÆSTIO X.

VT quæſito reſponſio cõgruat, & Vniuerſitatis diuiſionẽ fieri; & definitionem aſsignari conuenit. Eſt enim *Vniuerſitatis* generale
1 nomen, † cuilibet multitudini, irrationabili etiã, carẽtique anima aptum, ex
*l. Si grege, 22. & ibi Bart. & Doctoribus,*
*D. de leg. 1. c. Ex literis, 7.* ibique etiã cõ-
muniter Scribentibus, *de iure patronat.*
2 Tametſi cum ſimpliciter † *Vniuerſitas*
profertur; eam quã humana, rationalis
que ſocietas inſtruxit, intelligi; illius ſu
pereminens dignitas, Hominisque ex-
cellentia efficiat. Cũ analogum perſe
ſumptũ, pro famoſiori ſtet ſignificato,
iuribus à *Nobis in Axiomatib. & locis*
*commun. iur. lit. A. num.* 261. citatis.
3 Hanc verò, quadruplicẽ, † ſiue qua-
tuor Vniuerſitatum ſpecies Doctores
cõſtituunt. Prouinciã, Ciuitatem, Ca-
ſtrũ, Opidũ, ſeu Villã, & ſimplex Col-
legiũ, *Bart. in l. Imperiũ, n. 7. D. de iuriſd.*
*omn. iudic. & cõſ. 189. n. 1. vol 1. Purpur.*
*in eadẽ l. Imperiũ, n. 121. & ſeq. Franciſc.*
*Marc. deciſ. 366. n. 16. p. 1.* refert, & ſe-
quitur *Nicol. Loſæ. de iure Vniuerſit. 1. p.*
*c. 2. n. 1.* plenè *ſequentibus numeris* vniuſ-
cuiuſque naturã explicans. Collegioq;
omiſſo, tres tantũ priores *Claſ. Hug.* re-
cẽſet, *conſ. 106. n. 13.* eumque ſequutus
*Iacob. Cancer. varia. reſolut. lib. 3. cap. 1.*
*num. 211.*

Vna tamen omnes diffinitione con-
tinentur, ſic à *Loſæo, d. cap. 1. nu. 2.* for-
4 mata: † *Vniuerſitas eſt plurium corporum*
*collectio interſe diſtantium, vno nomine ſpe*
*cialiter eis deſignato.* Tametſi quatuor
relatarum egrediatur ſpeciem, & aliis
à definito cõperat, inanimata veluti,
& ratione carentia cõplexa, *pluriũ cor-*
*porũ interſe diſtantiũ collectionem eſſe* di-
5 cens. *Corporũ* † ſiquidẽ appellatio, ani-
mata, & inanimata, rationabilia, & ra-
tione carentia contineat, *vt eleganter*

*Pomponius* docet, *in l. Rerum mixtura, 30. in princip. D. de vſucap.* & Vlpian. *in l. Loci corpus, 4. D. ſi ſeruit. vendic.* proſequitur ad longum *Senec. epiſt. 106. incipit Tardius.* ſenſit *Ouid. Triſt. lib. 3. eleg. 5.*

*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtare Leoni.*

Oſtenditque *Lucret. de rer. natural. lib. 1.*

*Tum porro varios rerum ſentimus odores*
*Nec tamen ad nareis venientes cernimus vnquam;*
*Ne calidos æſtus tuimur, nec frigora quimus*
*Obſeruare oculis; nec voces cernere ſuemus:*
*Quæ tamen omnia corporea conſtare neceſſe eſt*
*Natura.*

Sed facilè huic infirmitati (quæ quidē, neque adiectione illa: *Vno nomine ſpecialiter eis deſignato*, differentiam, reſtrictionemve accipit; cum ouium gregi, & ſimilibus conueniat) remedium, ſi *Corporum* loco, *Hominū* reponamus, vt *Plato* Ciuitatem definit, quem *Lutius Apuleius, de Philoſophia* probat, dicentem: *Ciuitatem eſſe coniunctionem interſe hominum plurimorum, in quibus ſunt Regentes, alii citeriores, coniuncti interſe concordia, & inuicem ſibi opem, & auxilium deferentes: iiſdem legibus, rectis tamen, officia ſua temperantes.* Breuius in dem *Oldr. cōſ. 315.* relatus à *Cardin. Domin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. V concluſ. 255. num. 1.* definiens: *Vniuerſitas eſt, multorum congregatio, eidem capiti ſubiectorum.* Qua, & *Hominum* Vniuerſitatem, & non ſine capite, ſubiectioneque exiſtere monſtrat. Dicta pro neceſsitate, ad materiæque deſyderatam cognitionem: ceteris ad oſtentationem amiſsis.

6 Quamlibet igitur ex quatuor Vniuerſitatibus deſignatis † Miſerabilium perſonarum, forique *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid.* ad Principis curiam in prima cauſæ cognitione aduerſarium trahendi, priuilegio gaudere; multa ſuadent, tenueruntque multi.

Suadet Primò, *Pauli* reſponſum *in l. Si cōmunem, 10. D. quemadmod. ſeruit. amitt.* dicentis: *Si communem fundū ego, & pupillus haberemus; licet vterque non vteremur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.* Alexandri Imperatoris, *in l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appell.* Qui in *d. l. 2.* ait: *Si in vna, eadèmque cauſa vnus appellauerit, eiusque iuſta appellatio pronunciata eſt: ei quoque proderit, qui non appellauerit.* Diocletianique, & Maxim. *in l. vnic. C. Si in commun. eadque cauſ. in integ. reſtit. poſtul.* aliorumque
7 iurium probantium: † *Non priuilegiatum, cum priuilegiato concurrentem, eius priuilegio vti.* De quibus per *Alex. conſ. 122. num. 16. verſ. Et iudicio meo, lib. 4. ibidem*que illius *Addit, lit. E.* & adducit *Neuizan. in Sylu. nupt. lib. 6. tit. quom. iudic. pro comm. opin. num. 39. inter communes opiniones lib. 5. quæſtioneque præcedenti* notamus, *num. 130.* Cū enim Vniuerſitatis plurium, vt diximus, ſit collectio, viduas, pupillos, infirmos, cæteroſque Miſerabiles continens: & Miſerabilem Vniuerſitatem dici, & hoc fori priuilegio, propter Miſerabiles in ea exiſtentes, gaudere deducitur. Idque etiam ſi Miſerabilium, aut pri-
8 uilegiatorum † minor ſit numerus, vt probat *textus, in cap. Per tuas, 9. de arbitr.* Qui Clerici vnius capacitatem, duorum laicorum coniudicum, ſibi datorum, de ſpiritualibus iudicandi incapacitatem ſupplere videtur, tribuereque laicis cum Clerico circa ſpiritualia habilitatem iudicandi. text. ſimiliter *in cap. 3. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* dum ſic *Innoc. tert.* inquit: *Nec negamus quin oleum non conſecratum conſecrato oleo commiſceri.* Cuius deciſionem, tametſi in maiori quantitate
9 † oleum non conſecratum, conſecrato miſceatur, intelligunt *Angel. & Roſel. in ſumm. verb. Aqua*, quorum refert ſententiam, tenetque (cum modificatione) *Sylueſt. eod. verb. numero 3.*

Vndè

Vndè, Clericorum Collegium, ſimul & laicorum, quamuis minor pars
10 † ex Clericis conſtet, Eccleſiaſticum dici, firmauit *Anton. Burg. in cap. Cum dilecti, num.* 14. *de empt. & vendit.* quem refert, *Didac. Couar. practicar. quæſt. cap.* 34. *num.* 1. *poſt med. verſic. Quamuis Ant.*

Alio præterea ex capite, id ipſum, Miſerabilem nempè Vniuerſitatem eſſe, forique priuilegio vti, ſuadetur:
11 Quòd alieno arbitrio † iudicioque regatur. Ad ſpeciale hoc inducendum, ſufficiens cauſa, vt iam *ſupr. quæſt.* 5. notamus, ad pupillique ſimilitudinem. Pupillam enim Vniuerſitatem Alex. Imperator *in l.* 3. *C. de iure Reipubl. lib.* 11. appellauit, vtque pupillæ ſubueniendum ait. Sic Dioclet. in *l. Reſpublica,* 4. *C. quib. ex cauſ. maior.* Gordian. in *l.* 1. *& ibi Gloſ. verb. Flagitare, C. de offic. eius qui vicem alic. iud. vel Præſ. obtin.* & ante hos Papinian. *in l. Qui ſolidum,* 80. *§. Etiam,*) vbi *Bart.* & *DD.* notant) *D. de legat.* 2. plenè *Nicol. Euerard. in locis legalib. loco* 66. *à pupillo ad Rempublic.* & *loco* 67. *à Republic. ad pupill.* & *Nos in Axiomatib. & locis commun. iur. litter. A. numero* 513. latiùsque proſequemur inferiùs.

12 Præfatam denique aſſertionem † (quæ Miſerabilium numero Vniuerſitatem reponit, eique vt Miſerabili fori tribuit priuilegium) tenent *Alexand. dict. conſil.* 122. *lib.* 4. *numero* 16. *ad fin. verſic. Et iudicio meo, doctrina iſta etiam decidit caſum noſtrum: maximè cùm in ſocietate iſta Strazarolorum, ſint pupilli, minores, pauperes, infirmi, & multæ Miſerabiles perſonæ, quarum reſpectu, tota Vniuerſitas debet gaudere beneficio dictis perſonis Miſerabilibus conceſſo, vt l.* 1. *C. ſi in commun. ead. que cauſ. & l. Præcipimus, §. Eodem obſeruando, C. de appellationib.* & poſt eum *Grammat. in conſ. ciuil.* 76. incip. *In cauſa Vniuerſitatis, numero* 5. *in fin.* 6. *&* 7. *Vrſil. in annot. ad Matth. de Afflict. deciſion.* 257. *numero* 2. *verſic. Et propterea, Proſper. Carauit. in rit. magn. Cur. ritu* 233. *numero* 3. ſic Neapoli deciſum aſſerens, *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 66. *numero* 23. *Cald. de modo artic. in princ. numero* 99. *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electiõn. & variat. fori. ſection.* 1. *quæſtion.* 20. *per tot. Thor. in compend. deciſ. verb. Vniuerſitas, Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. tit. de citation. reſolution.* 2. *num.* 35.

13 Contrariam vero, † ingenuè (cum *Marcheſano*, quem refert) opinionem ſuſtinet *Sigiſmund. Scacc. de appellation. quæſt.* 7. *numero* 130. *verſic. Extende.* Ea ratione, quod Vniuerſitas, ſeu communitas non ſit de perſonis à *lege* noſtra *vnica* deſignatis, neque miſeræ conditionis in ea ratio extet. Quare communibus regulis, non priuilegiato debet Iure vti. Siquidem vbi in ſpe-
14 cie priuilegiata non reperitur, † communi Iure adſtringi, eoque vti Vniuerſitatem debere, *Marciani* decreto cauetur *in l. Simile,* 10. *D. ad municip.* & Imperatoris Anton. *in l.* 2. *C. de iure Reipubl. lib.* 11. Inque huius caſus ſpecie, priuatam perſonam Vniuerſitatem reputari, priuatorumque Iure vti, verba probant, *legis* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect.*

Ego verò, pro more, ſic arbitror di-
15 ſtingendum: † Aut Vniuerſitas negotia vniuerſos de illa in cõmuni, vtque vniuerſos; aut ſingulos tangentia tra-
16 ctat. Primò caſu † (cum *Marcheſano,* & *Scaccia* hoc fori priuilegio Vniuerſitatem non gaudere, dicendum, rationibus iam perpenſis ea quoque addita: quod Vniuerſitas omnes in communi, neminem, vel Miſerum, in ſpecie repræſentet, nec corpus habeat ani-
17 matum, † aut verum; Miſeræ conditionis capacem, iuxta *text.* iuncta *Gloſ. verb. Penitus, in cap. Romana,* 5. *§. In Vniuerſitatem, de ſentent. excommun. lib.* 6. *l. Mutuò,* 23. *& ibi Bald. & Bologn. D. de fideiuſſor. & mandator.* notantque *Bart. in l. Aut facta, §. Nonnunquam, numero* 3. *Caſtrenſ. in l. Muniti-*

piſcipibus.nu.2 D.de condit. & demonſtr. &o in ſen.in cap.Mulieres, 6.de ſentent. excommun.num.15.in cap. Ad audientiā, de homicid. num 301. & in cap. Dilectus filius, de ſymonia, numero 14. & ibid. Abb. in numero 11. & in cap. Noui, 2.de his quæ fiunt à Prælat.num.68. Nicol. Loſæ, de iure vniuerſit. dict. part. 1. cap. 1. num. 5. cum ſeqq. Andr. Gail, de pace publ. lib. 2. cap. 9. num. 11. & ſeq. Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. cōcluſ. lit. V. concl. 255. num. 4. & 8. Proſper. Farin. (alia in id iura adducente) praxis crimin. part. 1. quæſt. 24. num. 108. & ſeq. Nec perſonæ appellatione propriè vniuerſitas continetur, auth. Item quæcumque, & ibi Bald. C. de Epiſc. & Cleric. d. §. In vniuerſitatem, Iaſ. in l. fin. C. de pact. num. 6. Subiectoque miſeræ con-
18 ditionis deficiente, † & ipſam deficere, ſit neceſſe, cum ſine ſubiecto neſciat ſtare qualitas, l. 4. §. fin. D. de action. empt. l. fin. D. de coll. bonor. cum adductis à Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. Q. num. 2. Miſerabilis ergo perſonæ non extantis, appetet priuilegium ineptè. Nec quòd impropriè ſaltem, perſonæ vicē teneat Vniuerſitas, contrariæ quidquam parti fauet, ex notatis ſuprà quæſt. 6. num. 8.

Nec pariter, quod omniū de vniuerſitate res in communi agatur; ad ſingulos referri, aut ſingulorum priuilegium Vniuerſitas prætendere debet, cum nec ſingulorum cauſa ſit, in qua,
19 tanquam in aliena, † ſingulis de vniuerſitate ferre teſtimonium liceat, vt infinitis propè relatis Farinacius tradit, praxis crimin. part. 2. quæſt. 60. num. 495. Quo argumento, ad prædictam aſſertionem firmandam, vtentem reperie Gloſſam vnicam, in l. 2. D. quod cuiuſque vniuerſit. nom. quod & firmant Marcianus, in l. In tantum, 6. §. 1. D. de rer. diuiſ. ait enim: Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorum, quæ in Ciuitatibus ſunt theatra, ſtadia, & his ſimilia, ſi qua alia ſunt communia Ciuitatum (à quo eadem Iuſtinianus Imperator verba deſumpſit in §. Vniuerſitatis, inſtit. eod. tit.) Proſecutuſque Martianus, nectit: Ideoque nec ſeruus communis Ciuitatis, ſingulorum pro parte intelligitur, ſed vniuerſitatis. Et ideò, tam contra ciuem, quàm pro eo, poſſe ſeruum Ciuitatis torqueri, diui fratres reſcripſerunt. Et libertus Ciuitatis, non habet neceſſe veniam edicti petere, ſi vocet in ius aliquem ex Ciuibus. & Vlpianus, in l. Sed etſi hac, 10. §. Qui manumittitur, D. de in ius voc. inquiens: Qui manumittitur à corpore aliquo, vel Collegio, vel Ciuitate, ſingulos in ius vocabit. Nam non eſt illorū libertus, ſed Reipublicæ honorem habere debet, & in l. 1. §. Seruum municipum, D. de quæſtion. reperit: Seruum municipum poſſe in caput Ciuium torqueri, ſæpiſsime reſcriptum eſt, quia non ſit illorum ſeruus, ſed Reipublicæ. Bonaque Vniuerſitatis,
20 † ſingulorum non dici, neque ècontra, præter ſuperiora, Vlpiani verba oſtendunt, in l. Sicut, 7. §. Sed quod, D. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Ea ſunt: Sed quod vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur. Neque quod debet Vniuerſitas, ſinguli debent. Pro debito inde Vniuerſitatis, capi ſingulares perſonas non poſſe, niſi aliter ſe aſtrinxerint, in neceſſariā conſequentiam venit, & notant ibi Angel. num. 1. & cæteri, pleneque hac de re Gutier. de gabel. quæſt. 168. per tot. Nec quod Vniuerſitati debetur, ſinguli de illa petere poſſunt, dict. §. Sed quod, & aduertit Caſtrenſ. ibid. numer. 1. Quæ cauſam, vel litem Vniuerſitatis, ſingulorum non eſſe, neque ècontra, ſatis apertè monſtrant, & docet Roland. à Vall. conſil. 53. num. 9. 10. & 11. lib. 4. Vniuerſitatisque nomine agentem, ſingulorum nomine non agere, Vniuerſitatisve actorem, ſingulorum non reputari, Odofred. notat in l. Si municipes, num. 1. & 3. D. quod cuiuſque vniuerſit. nom.

21 Vniuerſitatis inde Aduocatum † contra ſingulos de ea conſulere poſſe, dixit Corraſ. in l. 1. num. 144. D. de ſeruit. ſequitur Iacob. Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 4. num. 103. & 104. & cap. 17. à num. 179. & ſeqq. ſuprà dicta proſequens, pariterque Loſæ. dict. 1. part.

*cap.* 1. *num.* 10. *cum ſeqq.* & *Roland. à Vall. conſil.* 53. *à num* 6. *cum ſeqq. lib.* 4.

Neque aſſertioni huic contraria Iu-
22 ra † *num.* 6. *& ſeq.* aſsignata, obſtant. Loquuntur enim in cauſa natura ſua indiuidua, & inſeparabilia; in eaque procedunt, non ſi ſeparari quoquomodo poſſunt, vt eſt concors Doctorum reſolutio *in dict. l. Si communem*, 10. *D. quemadmod. ſeruit. amitt.* & firmat *Couar. practicar. dict. cap.* 34. *num.* 1. Vniuerſitatis verò cauſam omnes in communi tangentem, non modo ſeparabilem; ſed omnino diuerſam, ſuperiora monſtrant.

23 Nec vniuerſitatis ad pupillos † fortius inſtat argumentum, tanquam fallax, nec ſemper procedens, vt conſtat ex *Gloſ. in l.* 1. *§. Quod ſi nemo, verb. Proconſul*, & ibi notat *Bart. D. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. Iaſ. in l. Si quis maior*, 41. *num.* 10. *verſ. Non obſt. C. de tranſact.* vbi argumentum hoc tunc demũ vigere, cum æquiparatio facta reperitur, aduertit. Vtque ab æquiparatis argumentum procedat, omnimodam ſimilitudinem adeſſe in caſu æquiparato debere, nec aliter, minima etiam diſſimilitudine data, ſubſiſtere; iam alibi diximus, & in *Axiomatib. noſtris, lit. A. num.* 533. ſimilitudinem ab eo, qui in illa fundamentum habet, probandam adiicientes, *Socini, Surd. Seraphin.* aliorumque auctoritate.

A legibus ſpecialibus in caſibus, ſuprà æquiparationem factam vidimus: diſsimilitudinem oſtendãt aliæ. Secun-
24 dum decretum contra pupillum † interponi, ex *Iuliani, Marcellique* ſententia *Vlpian.* vetat, *in l. Apud Iulianum*, 3. *D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur*, vbi ita *Accurſ. verb. Poſſideri*, & *Scribentes* no-
25 tant: Contra vniuerſitatem † interponi poſſe, conſentit *Caius in dict. l.* 1. *§. Quod ſi nemo, Accurſ. iam dicto verbo ibi*, & *Bart. num.* 1. & *in l.* 1. *num.* 1. *C. de iure Reipubl. lib.* 11. Vtrumque (aliis quoque citatis) *Nicol. Loſæ.* probat, *de iure vniuerſit.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 72. *& ſeq.*

Neque alieno, veluti pupillus, Vni-
26 uerſitas † arbitrio regitur, cum ſe regendi, propriaſque lites agitandi, non vt minor habilitate, & potentia; ſed facultate caret. Quæ in Romano populo Senatuum; in cæteris, Decurionum ordinem conſtitui fecit, non quod illi propria gerendi deeſſet facultas, *Pomponio* teſte, in *l.* 2. *§. Deinde, D. de origin. iur.* dicente: *Deinde, quia difficile plebs cõuenire cæpit: populus certe multo difficilius, in tanta turba hominum: neceſſitas ipſa, curam Reipublicæ ad Senatum deduxit: & ita cæpit Senatus ſe interponere, & quidquid conſtituiſſet, obſeruabatur.* Eademque ratione, Procuratorẽ, ac Syndicum, qui vniuerſitatis nomine peragat neceſſaria, induxerunt Caius in *l.* 1. *§. Quibus* (vbi notat *Gloſ. verb. Syndicum.* Vlpian. in *l. Nulli*, 3. Paul. in *l. Itẽ eorum* 6. *§. Sed ita, verſ. Sed hodie, D. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Iulianus in *l. Ita tamen*, 27. *D. ad S.C. Trebell.*

Diuerſa tamen (vt diximus) vtriuſque natura. Pupillo enim tutor datur,
27 † cuius regatur arbitrio, cum eius imbecilla ætas, quid faciat, ignoret, vt iam *quæſt.* 3. *num.* 129. *& quæſt.* 5. *num.* 1. *&* 2. notamus. Ideòque actibus à pupillo, minoreve gerendis, tutorem, aut curatorem auctoritatem, ne corruant, præſtare neceſſe eſt, niſi euidentem Minorum præſe vtilitatẽ ferant, *princip. & toto tit. inſt. de auctor. tutor. l. Pupillus*, 5. *§. Pupillus, & toto tit. D. eod.*

28 Vniuerſitas, per ſe, † aut per Syndicum à ſe conſtitutum, cuique auctoritatem ipſa præſtitit, contrahere, ac publica expedire negocia valet, Vlpiani reſponſo *in l.* 1. *§. Si autem Collegium*, vbi id notant *Bart. Iaſ. num.* 6. *&* 7. *Rip. num.* 9. *Alex.* 3. *& fin. D. ad S.C. Trebell. Caſtrenſ. in dict. l.* 1. *§.* 1. *num.* 2. *& ſeq. D. quod cuiuſque vniuerſit. nom. & in l. Item eorum, § Sed ſi ita, num.* 2. *D. eod. tit. Doctores in l. Ciuitas, D. ſi cert. pet.* plenè *Nicol. Loſæ. de iure Reipubl.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. cap.* 3. *num.* 1. *& ſeqq. & cap.* 5. *per tot.*

29 Præterea, pupilli quamlibet, † par-

ſiam etiam potentiam perhorreſcunt,
quæ dicti priuilegii cauſa præcipua ra
tio extitit. Vniuerſitatis alii potētiam
perhorreſcunt, cum de potentiori-
bus, vt inferiùs ſubiicimus, dicatur.

Satis ergo Vniuerſitatis ad pupillos
æquiparationis factæ argumētum cor-
ruere, diſsimilitudinemque omnimo-
dam ad fori priuilegium conſequendū,
cum propriā, vniuerſorumve cauſam
in communi agit, exiſtere, prædictis
conſtat.

Secundò verò caſu, † quādo vt ſin-
30 gulorū Vniuerſitatis cauſa agitur; ſub-
diſtinguendum quoque videtur: an Mi
ſerabiles principaliter reſpiciat, vel
non; vt ſi principaliter miſerorum cau
ſa vertatur; fori Vniuerſitas priuilegio
gaudeat. Exemplum præſtat *Paulus in
l. Ciuitatibus*, 125. aliàs 122. *D. de legat.*
1. inquiens: *Hoc amplius, quod in alimen-
ta ætatis infirmæ (puta ſenioribus, vel pue-
ris, puellisque) relictum fuerit: ad honorem
Ciuitatis pertinere videtur.* Quæ enim
ratio vetat, pro Miſerabilibus nomina-
tim agendo, ſuum quoque ius, honorē,
decoremque ſeruando, hoc Vniuerſita
tem iure vti? cum & veluti procura-
torio nomine agat, & inſeparabi-
litas cauſæ, priuilegiatorum fauo-
rem non priuilegiatis, vt diximus, tri-
buat.

31 Si verò non Miſerabilium, † ſingu-
lorum licet cauſa vertatur: nec paupe-
rem quoque Vniuerſitatem hoc fori
priuilegio vti; argumenta in primo ca-
ſu adducta *num.* 13. *& ſeqq.* probant,
& Signaturæ decretis *Marcheſanus*, &
*Scaccia* citatis locis confirmant: apud
quam, denegari paſsim hunc Vniuerſi
tatis fauorem, quamuis illius allegetur
paupertas, teſtantur. Quia ſi ſinguli
vnum quadrantem ponant (ipſi aiunt)
ſufficientem ſummam conſtituunt.

32 De perſonis inde potentioribus, †
Vniuerſitatem eſſe, pauperes licet, Mi
ſeroſque contineat, fatentur *Bald. con-
ſil.* 311. *incip. Apparet, in fin. lib.* 1. *& An
char. conſil. vlt. col. vlt. circa med. Præter-
ea téſtis Eccleſia*, prout eos ſequutus,
*Aymon Crauet.* refert, *de antiquitat. tem
por. §. Circa præmiſſa, num.* 34. conſtat-
que ex rubro, & nigro, *C. ne Fiſcus, vel
Reſpublica procurationem alicui patrocinii
cauſa in lite præſtet.*

Huiuſcemodi tamen *Marcheſani*, &
33 *Scacciæ* ratio, † Vniuerſitatis ſolum in-
digentiam reſpicit, eamque ſufficien-
tem cauſam ad fori priuilegium obti-
nendum, non eſſe, ſuadet. Cæteros au-
tem miſeræ conditionis caſus neque
excludit: neque eundem illum (pauper
tatis ſcilicet) in quolibet, abſoluteque
verum eſſe demonſtrat. Si aut tam bre
ui conſtet vicinorum Vniuerſitas nu-
mero (quippe quæ, & tribus conſtet,
*l. Neratius*, 85. *D. de verbor. ſignific.* &
vno ſuſtineatur, *l. Sicut*, 7. *§. fin. D. quod
cuiuſque vniuerſit. nomin.*) aut tam gra-
uibus præmatur cauſis; vt non ſingu-
lorum quadrans (quemadmodum illi
dicunt) ſed nec lōge maior ſumma ſuf-
ficientem, pro rei qualitate conſtituat.
Tuncque, vt pauperem alium, hunc &
mereri, & debere conſequi Vniuerſita
tem fauorem, aſſerendum venit, ſicut
& pauperum Collegium, vel Hoſpita-
le, redditus quoque habens (vt *quæſt.*
8. ſcripſimus) obtinet.

Quare vltra etiam notæ pauperta-
tis caſum, in cæteris, cum vt ſingulo-
34 rum cauſa agitur, † legis noſtræ vni-
cæ, forique priuilegio Vniuerſitatem
gaudere, dicendum videtur. Veluti ſi
de aqua ducenda, paſcendo pecore,
lignisve cedendis, in quibus ſinguli
vtilitatem ſentiunt, commodumque
reportant, controuerſiam Vniuerſitas
patiatur: quæ ſingulorum, & ſic Miſe-
rabilium pariter, cauſa dicitur. In qua,
veluti in propria, teſtimonium ferre
vetantur, vt profitentur *Felin. in cap.
Super, num.* 6. *poſt med. Abb. num.* 2. *col.* 2.
*verſ. Hoc membrum intelligerem, Deci.
num.* 16. *de teſtib. Maſcard. de probation.
concl.* 295. *num.* 19. & cum propè infi-
nitis, *Proſper. Farin. de teſtib. quæſt.* 60.
*num.* 484. *&* 496. Vniuerſitatis enim
tunc condemnatio, vel abſolutio, vti-
litas, vel damnum, ſingulos inſepara-

biliter

biliter afficit, in eoſque influit. Quo quidem caſu, dictæ *legis Si communem,* 10. *D. quemadmod. ſeruit. amitt.* ſimiliumque priuilegiati ad non priuilegiatum fauorem porrigentium, diſpoſitio vrget.

Sed adhuc id cum priuilegiatus ip-
35 ſe principaliter † agit; non ſi alius, ſecundariò licet vtilitatē ſentiat, vel vt tertius pro intereſſe ſuo compareat. Tunc enim Miſerabilem ſic comparentem, non fori priuilegio vti, aliorum opinione, *quæſt.* 3. *num.* 42. tradidimus. Cum ergo in præſenti, non Miſerabiles, ſed Vniuerſitas principaliter agat, etſi vtilitas ſecundario deſcendat in ſingulos; cum nec iſto priuilegiato iure, ſecundum præfatam opinionē, Miſerabilis ipſe gaudeat; neque Vniuerſitas, eius perſona gaudebit. Naturali ratione, regulaque dictante: *Neminem plus iuris in alium transferre poſſe, quam ipſe habeat,* contenta in *cap. Nemo poteſt,* 79. *de regulis iuris, lib.* 6. aliiſque iuribus relatis à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. P. num.* 91. Reſponderi licet poſsit, æque principales ſingulos tunc de Vniuerſitate exiſtere, intereſſe, damnum, vel cōmodum æqualiter cum Vniuerſitate ſentientes, iuxta *text. in l. Loci corpus.* 4. *§. Si fundus, D. ſi ſeruit. vendic.* & in *l. Qui aliena,* 33. *§. fin. D. de negoc. geſt.*

Quo tamen argumento ſedato, il-
36 lud quoque inſurgit: † textum in *dict. l. Si communem* (qui capitalis in iſta materia eſt, per quem priuilegiati fauor non priuilegiato communicatur) non tam de nouo iure, actioneve præſtanda; quam de veteri, & iam quæſito ſeruando, retinendoque ex priuilegiati perſona, diſponere. Quod facilius conceditur, iuxta notata à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iuris, lit. A. num.* 60. *& lit. R. num.* 122. & ita conſiderat *Cyn. in l. vnic. C. ſi in commun. ead. que cauſa in integr. reſtit. poſtul. in fin. verſic. Item non facit.* Conſultique verba *in dict. l. Si communem,* manifeſtant: *Licet vterque non vteremur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.* Miſerabilium ergo in Vniuerſitate exiſtentium ratione, ius quod Vniuerſitati competebat, illæſum ſeruari (terminis in quibus loquimur retentis) *dictæ legis Si cōmunem,* conforme eſt: nouum vero, forique priuilegium, adquirere, velleque Vniuerſitatem eo exercere prætextu; diſſonum ab illa videtur. Niſi nouam in iſto caſu adquiſitionē negemus; ſed iuris conſeruationem, quod ex Miſerabilium perſonis Vniuerſitati legum miniſterio competebat, defendamus. Cum præſertim, neque remedium hoc ius auferat, vel tribuat, ſed tuetur.

Quæ quidem tunc faciliùs ſententia procedet, ſi maiori Miſerabilium
37 parte, † vel ſaltem æquali Vniuerſitas conſtet. Priuilegiatorum enim minorē numerum, maiorem non priuilegiatorum adſe trahere, illiſque ſuum communicare fauorem, aut magis dignum, minus digno præualere, ſi minus dignum, numero, vel quantitate excedat: neque ſatis ſuperioribus apertum: neque iuribus, authoritatibuſque in id *ſuprà num.* 7. *& tribus ſeqq.* relatis, probatum. Namque *in dict. cap. Per tuas,* 9. *de arbitr.* non ideo arbitrium à duobus laicis, & vno Clerico valuit, quòd Clerici capacitas, laicorum incapacitatē ſuppleret, eiſque de ſpiritualibus iudicandi, concederet facultatem adiunctio: ſed quia ab Archiepiſcopo arbitrii facultas fuerat conceſſa, cuius delegationis, commiſsionisque virtute, non ſolum in cauſa Eccleſiaſtica ciuili (de qua ibi agebatur) ſed etiam ſpirituali, arbitrium ferre poterant. Eamque rationem *textus ipſe* reddit, non quod cum Clerico laicis arbitrium cō miſſum foret. Dum ait in fine: *Quod autem à duobus laicis, & vno Clerico dicitur eſſe prolatum; nequaquam obiare videtur, cum auctoritate dicti Archiepiſcopi factum ſit.* Laicis etenim, quamuis Eccleſiaſti-
38 ca negotia tractare † prohibeat *text. in cap.* 2. *de iudiciis*: id tamen *ibi Gloſ. verb. Non præſumant,* intelligit; *auctoritate ſua, ſecus delegata,* in pecuniaria ſaltem,

tem, ſeu huiuſmodi mere ciuili Eccleſiaſtica cauſa.

Vndè nihil ad arbitrii valorem Clerici adiunctionem in eius textus ſpecie effeciſſe, firmumque abſque illa etiam exiſtere poſſe cõſtat, expreſsiusque ex *textu in cap. Expoſita*, 11. *eod. tit. de arbitr.* Sic notat, deciſionemque *textus in dict. cap. Per tuas*, intelligit *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad cap. Quod in dubiis*, 3. *num.* 3. *de conſecr. Eccleſ.* Qui
39 etiam pro contraria parte citatus, † huic non obeſt. Etſi enim probet: *Oleũ non conſecratum, conſecrato oleo poſſe commiſceri*, non tamen totum conſecratum manere, ſi tantundem, maiorve pars non conſecratũ addatur. Quinimo verior ſententia firmat, neutrum tunc cõſecratum manere, vt ex *Syluestr. & eius ſupplemento, verb. Aqua*, tradit *Auguſt. Barboſ. ibid. num.* 4. Regulam propterea vulgarem, quæ *magis dignum, adſe minus trahere dignum* dictitat, limitat, docetque procedere *Bart. in l. fin. C. de colleg. illicit* (quem refert, & approbat *Neuizan. in Sylu. nuptial. lib.* 6. *titul. quemad mod. iud. pro commun. opin. num.* 40. inter cõmunes, *lib.* 5. *pag mihi* 376.) cum numero, vel quantitate ſupereſt, aut ſaltem æquet. In vniuerſitate Clericorum comprobans, & laicorum: in qua ſi plures laici exiſtant, ſecularem reputari aiunt.

CONTROVERSVS hac in re Vniuerſitatis fauor, multis aliis inconcuſſus ſupplementum capit. Si generalia præmittamus; & compendioſa, vt aiunt, via ad totius materiæ cognitionem deueniemus: & ſpecialia cætera expedientur facilius. Præbeatque ad minores, pupilloſque Vniuerſitatis, iam ſuprà multis iuribus tradita com-
40 paratio. Ex quibus, reſtitutionẽ † Vniuerſitati, vt pupillæ concedi, tradunt *Alexand. conſil.* 1. *num.* 22. & 23. *in fin. lib.* 4. & cũ multis, latiſsimeque *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 9. 10. 11. & 12. copioſiſsimè etiã *Nicol. Loſæ. de iure Vniuerſit.* 3. *part. cap.* 18. *per tot. Adrian. Neguſant. in Sylu. reſponſor. quæſt.* 439. *num.* 1. & *per tot. Oſuald. Hiliger. in Donel. Enucl. lib.* 21. *cap.* 7. *lit. H.* & *cap.* 13. *lit. L.* vbi & aduerſus contractus iuratos illi reſtitutionem competere dicit. Quæ nõ Doctorum ſolum placito opinio conſtat; ſed *legis* 3. *C. de iure Reipubl. lib.* 11. decreto, moribus comprobato, Imperatore Alexand. in ea dicente: *Rempublicam, vt pupillam extra ordinem iuuari, moris eſt.*

Vndè, quemadmodum contra pu-
41 pillum indefenſum † ſententiam non tenere, *quæſt.* 5. *num.* 36. & *duobus ſeqq.* notamus: ita nec contra Rempublicam, *Anton.* Imperator, in *l.* 1. *C. eod. prox. tit. de iure Reipubl. lib.* 11. his verbis ſanxit: *Si quid aduerſus Rempublicam indefenſam, in ea ſpecie, in qua neque defenſores creati fuerint; neque vt crearentur, placuit, ſtatutum eſt: actionibus eius nihil eſt præiudicatum.* Cuius regulariter contrarium, minoribus, Vniuerſitatique fauorem hunc tribuentia Iura oſtendunt.

42 Sicut præterea debitor pupilli, † vel minoris, ab eius tutela, curave repellitur, *auth. Minoris debitor, C. qui dari tutor. poſſ.* & in corpore vndè ſumitur, in *auth. Vt ii, qui oblig. ſe haber. perhib. §. Sed ſi quis, coll.* 6. ita & Vniuerſitatis, Reipublicæque debitorem priùs
43 debitum non ſoluentem † ab eius honoribus, & adminiſtratione anexum honorem habente, *Vlpian.* atteſt, in *l. Reſcripto*, 6. *§. Debitores, D. de muner. & honor.* inquiens: *Debitores Rerum publicarum, ad honores inuitari non poſſe certum eſt: niſi priùs in id quod debetur Reipublicæ ſatisfecerint.* Imperator quoque Anton. in *l.* 1 *C. de debitor. Ciuit lib.* 11. his verbis: *Non priùs debitorem Reipublicæ, honorem in Republica ſubire, quam id quod debere conſtiterit, Conuentui exſoluerit: tã meis, quàm diuorum Principum conſtitutionibus declaratur.*

Sic Vniuerſitatis, Reipublicæque adminiſtratores, Rempublicam male
44 † gerentes, ad pupillorum, ac minorũ, tutorum, vel curatorum ſimilitudinẽ teneri;

teneri; *Papinianus* prouidit *in l. fin. D. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinent. toto* que
*titulo* cauetur, *C. de adminiſtr. rer. pu-*
*blic. lib.* 11. & notat *Adrian. Neguſant.*
*in Sylu reſponſor. quæſt.* 129. *nu.* 1.

Quemadmodum item minoribus
45 iuris ignorantiam † prodeſſe, quæſt. 5.
num. 50. tradidimus: ita & Vniuerſita-
ti, affirmat *Lamberteng. de contract. gloſ.*
1. *num.* 156. aliiſque relatis, *Proſp. Fa-*
*rin. fragmentor. criminal. p.* 2. *lit. I. num.*
278.

Minorum etiam adinſtar, Vniuerſi-
46 tatis bona, ſine ſolemnitate † alienari
nequeunt, præfinita à *lege fin. C. de vēd.*
*reb. Ciuit. lib.* 11. proſequiturque *Loſæ.*
*de iure Vniuerſit. part.* 3. *cap.* 5. *per tot.*
Pluraque ex æquiparatione præfata
deducunt Doctores, quæ paſsim legen
tibus occurrent.

47 Eccleſiæ † quoque Vniuerſitatem
comparat Iuſtinianus *in l. fin. C. de ſa-*
*croſ. Eccleſ.* vtrique circa præſcriptio-
nem in rebus hæreditarii iuris, legatis,
donationibus, & venditionibus, cen-
tum annorū ſpaciū concedens. Quod
etſi *per auth. Quas actiones*, ſtatim ſequē-
48 tē, ſit in Eccleſia † mutatum: non quo
ad Vniuerſitatem, in qua intelligendam
mutationem non eſſe, cum in Eccleſia
tantum diſponat: contendit *Loſæ. de*
*iure Vniuerſit.* 3. *part. cap.* 17. *num.* 14.
*cum ſeqq.* Imò potius contra Vniuerſi-
tatem, (ad Pupilli æquiparationē) præ-
49 ſcriptionem nō currere; † tradit *Sfort.*
*Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 90. *num.* 32.
*&* 33. auctoritate *Senioris Socini, conſ.*
66. *num.* 13. *lib.* 4. *Alciati, conſil.* 167.
*num.* 5. *& Roland. à Vall. conſil.* 68. *num.*
28. *& ſeq. lib.* 3.

Sed tamen extra quatuor *dictæ le-*
50 *gis finalis* caſus, † triginta, vel quadra-
ginta annorum præſcriptionem con-
tra Vniuerſitatem currere; *Loſæ.* profi-
tetur, *dict. cap.* 17. *num.* 19. *ad fin.* ex *l.* 1.
3. *&* 4. C *de præſcript. trigint. vel qua-*
*drag. annor.* & *Gloſ. in dict. l. vlt. verb.*
*Centum annorum, verſ. Sed dic ſecundum*
*Ioan.*

Ad alia multa Vniuerſitatis ad Ec-
51 cleſiam comparatio: † quorum tibi (di
uerſitatis inter vtramque non exiſten-
te ratione) Eccleſiæ priuilegiis di-
ſcerpendis, cumulandiſque, â Nobis
iam impenſus labor, gratis copiam fa
ciet.

Ad publicamque vtilitatem factū,
52 pium † dici, (ex *l.* 1. *§. vlt. C. de caduc.*
*toll. l. Ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Ec-*
*cleſ.*) aſſerunt *Caſtrenſ. conſil.* 194. *viſo*
*puncto col.* 2. *verſic. Pro hoc etiam, lib.* 2.
& *Deci. in cap.* 1. *num.* 13. *ver. Septimo, de*
*probation.*

Nouorum inſtrumentorum prætex
53 tu, † & ſententiam retractari non poſ-
ſe; & in negotio publico poſſe, Impera
torum *Antonini*, & *Seueri* reſcripto, in
*l. Imperatores*, 35. *D. de re iudic.* Conſul-
tus *Papiryus* prodit: *Imperatores Anto-*
*ninus, & Seuerus reſcripſerunt: quamquā*
*ſub obtentu nouorum inſtrumentorum, re-*
*ſtitui negotia minimè oporteat: tamen in*
*negotio publico, ex cauſa permittere, ſe hu-*
*iuſmodi inſtrumentis vti.* Obſeruantque
*ibidem Iaſ. nu.* 8. 11. *&* 12. *Ioan. Maur.*
*de reſtit. in integr. cap.* 293. *num.* 3. *& cap.*
420. *per tot.* & *Nicol. Loſæ. de iure Vni-*
*uerſ. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 88. Conueniunt
que *l.* 15. *in fin. titul.* 11. *& ibid. Gregor.*
*Lop. verb. Fueras ende*, & *l.* 19. *titul.* 22.
*verſ. Otroſi dezimos*, cum *eodem Lopez.*
*verb. Contra el Rey, part.* 3.

Quam eficax, arctaque ſit mutui
54 obligatio, † & eius ſolutionis neceſsi-
tas; multis iam *de priuileg. pauper.* 1. *p.*
*quæſt.* 44. *num.* 18. cum aliquibus ſeqq.
oſtendimus *ſuprà* que etiam *q.* 8. *num.*
122. notamus.

Ex mutuo autem, non aliter obliga-
55 tam Vniuerſitatem, † quam ſi in illius
vtilitatem ſit verſum, *Vlpiano* placuit,
in *l. Ciuitas*, 27. *de reb. cred. ſi cert. pet. Ci-*
*uitas* (inquit) *mutui datione obligari po-*
*teſt, ſi ad vtilitatem eius, pecuniæ verſæ*
*ſunt. Alioquin, ipſi ſoli qui contraxerunt,*
*non Ciuitas tenebitur.*

Cuius deciſione eleganter *Andr.*
*Fachin.* probat, *lib.* 2. *controuerſiar. cap.*
88. *verſic. Poſtrema*; Exceptionem non
56 numeratæ pecuniæ † perpetuo Vni-
uerſ

uerſitati competere. Cum enim perpetuò exceptionem mutui in eius vtilitatem, non conuerſi, opponere poſſit: multo magis numerationis non factæ. Siquidem, vbi numeratio facta nõ eſt; nec vtilitas adeſſe poteſt. Quòdſi à creditore numeratione probata; in vtilitatem quoque verſio (ea oppoſita exceptione) probanda eſt: longè magis non numeratæ pecuniæ exceptione propoſita; numerationem creditorem probare debere, ſequitur, deducitque *ipſe*, idẽ, omnes notare aduertens *in l. Si is qui bona, D. de pignor.* tenereque *Nicol. Mozium, de contract. lib. tit. de mutuo, §. venio ad vltimam columnam, poſt num. 18.*

Ferias meſſium, & vindemiarum, regulariter conceſſas in *l. 1. & tot. tit. D. de fer. l. 37. tit. 2. part. 3.* in Vniuer-
57 ſitatis, † publicisve cauſis non ſeruari, Imperatores *Valentin. Valent.* & *Gratian.* in *l. Publicas, 5. C. eod. tit. de fer.* his verbis conceſſerunt: *Publicas, ac Fiſcales cauſas, tua ſinceritas, etiam feriatis geminis menſibus (hoc eſt, ſine aliqua intermiſſione) diſtinguat.* & ibid. notat *Bald. nu. 2. Nicol. Loſ. d. tract. part. 2. cap. 1. num. 47.*

58 Creditor ante tempus † debitorem conueniens, diuerſis ſubiicitur pœnis, quas *de priuileg. pauper. part. 1. quæſt. 43. num. 1. & ſeqq.* ſumus proſequuti: A
59 quibus Rempublicam † inopia laborantem excuſari, poſſeque ante diei aduentum debitores ſuos exigere: & *ibidem, num. 13.* notamus; & tradit plenè *Nicol. Loſæ. de iure vniuerſit. part. 3. cap. 6. à num. 2.* & deinceps. Poſſeque
60 etiam nunc vectigal † ſeu gabelam imponere, multis auctoritatibus comprobamus, *dict. 1. part. de priuileg. pauper. quæſt. 38. num. 24. & ſeqq.* vbi & an etiã hodie, vltra trium millium morapetinorum ſummam abſque Regia quoque facultate, imponere ex cauſa valeat.

Appellationis beneficiũ, quod om-
61 nibus † regulariter Iura indulgent, vt *ſupra eod. quæſt. 8. num. 366.* prædiximus conuictis, confeſſisque exceptis, iuxta *l. 2. C. quor. appell. non recip.* Vniuerſitatis debitori, de cuius debito
62 conſtat, † conuictusque eſt, etſi non confeſſus, denegari; profitetur (cum *Baldo in l. fin. num. 1. & 2. C. quorum appellation. non recip.*) *Nicol. Loſ. d. tract. 3. p. d. cap. 6. num. 8.*

63 Nudo pacto, † citraque ſtipulationis vinculum non deberi vſuras, Iura decernunt in *l. 1. & 3. C. de vſur.* At
64 Vniuerſitati † citra ſtipulationem, nudoque pacto, creditarum ab ea pecuniarum vſuras deberi, *Paulo* Conſulto placuit *in l. Etiam ex nudo, 30. D. de vſur.* cuius hic reſponſi tenor: *Etiam ex nudo pacto debentur Ciuitatibus vſuræ creditarum ab eis pecuniarum.* vbi *Gloſ. vnic.* contra duas Iuris regulas ſpeciale id eſſe notat: & ſine ſtipulatione (aduerſus proximas relatas leges) deberi vſuras: & nudo pacto actionem concedi, quæ aliis denegatur, *l. Iuris gentium, 7. §. Quinimo, in fin. & ibi Accurſ. verb. Ex pacto, & §. Idem reſponſum,* iterumque *Accurſ. ibi. verb. Pacto, D. de pact.* hac in re nota, allegatione cõtenti, vt multitudini (quæ adduci poſſet) parcamus.

65 Vendere rem ſuam † cogi neminẽ; ſæpè diximus, formauimusque Axioma, *in noſtris, lit. Y. num. 10.* Pro vtili-
66 tate vero publica, † quem poſſe compelli, *text.* probat, & notat *ibi Accurſ. verb. Patris, in quarto caſu,* & *Bart. num. 3. & 4. in l. fin. C. de debitorib. Ciuitat. lib. 11.* text. optim. *in §. Sed & maius, inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Per quem regula illa trita, *in re ſua quem moderatorem eſſe, & arbitrum* dictans (aſſignata, ampliationibus, limitationibusque ornata à *Nobis in Axiomatib. lit. R. num. 49. & quinque ſequentibus,*) publico fauore limitationem recipit, & notant *ibi Angel. Port. & Iaſ. in additionib. ad eundem, nu. 11. & 12.* aduertimusque *Nos d. lit. n. 52.*

Rem communem, pro ea parte, quæ
67 aliena eſt, † vendere priuato non licere, *text.* decernit *in l. 2. C. de commun. rer.*

*rer.alienation.*ſpeciali id priuilegio Fiſ-
68 co † (pro minima etiã parte tangente)
concedens, *text.*etiam *in l.vnic.C.de*
*vendit. rer. Fiſcal. cum priuat. commun.*
*lib.*10.& in *l.*53.*verſ.Otroſi dezimos, tit.*
69 5.*part.*5. quod pariter Vniuerſitati †
tribuit *lex fin. ad fin.* & ibi notat *Gloſ.*
*penult.C.de debitor. Ciuit. lib.*11. publi-
cum debitorem, qui pro debiti ſatisfa-
ctione maiorem prædii partem Vni-
uerſitati alienârat; cogi poſſe vt eidem
diſtrahat remanentem, probantes, aſ-
ſeritque *Loſæ.de iure Vniuerſit.dict.* 3.*p.*
*cap.*6.*num.*15.*& ſeq.*

Eam conſuetudinis vim, iam *ſuprà*
*quæſt.*5.*num.*26.eſſe diximus, vt legem
70 quoque vincat: † ſi tamen contra pu-
blicam ſit vtilitatem; nullius eſſe mo-
menti, nec ſubſiſtere: probat *text.in l.*
*fin.C.ſi contra ius, vel vtilit.publ.* notant
que *ibi* communiter *Doctores*, & ne-
minem à concluſione hac diſcrepare
teſtatur *Roch. de Curte in tract.de conſue-*
*tud.ſect.*7.*num.* 1. *& per tot.* profitetur-
que *Farinac.fragment.crimin.p.*1.*lit.C.*
*num.*271.

71 Inter chirographarios, † perſona-
lesve creditores, prælationem *Paulus*
negat, *in l.Priuilegia,*16.*D. de priuileg.*
*creditor.Priuilegia*(inquiens) *non ex tem*
*pore æſtimantur; ſed ex cauſa. Etſi eiuſdem*
*tituli fuerint, concurrunt: licet diuerſitates*
*temporis in his fuerint.* Ipſe tamen *Pau-*
72 *lus* id in Republica † creditrice limi-
tat, in *l.Bonis,* 22.*§. vnic. D. de priuileg.*
*creditor.* his verbis: *Republica creditrix,*
*omnibus chirographariis creditoribus præ-*
*fertur.* Quæ late examinat *Petr. Ban-*
*der.de priuileg.creditor.cap.*10.*per tot.*

In omni regulariter caſu, ex omni-
buſque actionibus, compenſationem
73 † ipſo iure fieri, *lex* ſtatuit *fin. C.de com*
*penſation.* iamque ſuprâ aduertimus,
*quæſt.*8.*num.*308. Debitor tamen pu-
74 blicus, † multis in caſibus compenſa-
tionem non opponit. Quorum primũ
*Vlpianus* refert, in *l.*2.*§.Ad frumenti,D.*
*de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertin.* in-
quiens: *Ad frumenti comparationem pe-*
*cunia data, reſtitui Ciuitati, non compen-*
*ſari in erogata debet.* Alios, Imperator A-
lexad. *in l.*3. *C. de compenſation.* ibi: *Si-*
*neque ex Kalendario, neque ex vectigali-*
*bus, neque ex frumenti, vel olei publici pe-*
*cunia; neque tributorum, neque alimento-*
*rum, neque eius, qui ſtatutis ſumptibus, ne-*
*que fideicommiſſi Ciuitatis debitor ſui,* cõ-
penſationem admitti decernit, *Diocle-*
*tian.* pariter, & *Maxim. in l. Si velut,*
13.*C. eod.tit.* quod debetur Reipubli-
cæ, cum eo, quod officialis, aliave per-
ſona debet, non compenſari ſanxêre.

Eos, qui alienas, imò & proprias res
75 apud alios exiſtentes, † inuadunt, pro-
priaque auctoritate extrahunt: pro-
priarum rerum amiſsione; alienarum,
æſtimatione, cum fructibus poſſeſſori
præſtanda, damnant *lex Si quis in tan-*
*tum,*7.*C.vnde vi, l. Extat,* 13. *D.de eo,*
*quod met. cauſ. l. Creditores,* 7. *D.ad leg.*
*Iul.de vi priuat.* & *l.* 10. *tit.* 10. *part.* 7.
quarum conſtitutionem (præter ordi-
narios in eis ſcribẽtes, multosq; alios
quos vacuum referre arbitramur) late
ornat, examinatque *Farinac.fragmẽtor.*
*crimin part.*1.*lit. A.num.*254. *& ſeqq.*
*& de furtis, quæſt.*175.*num.*2.*& ſeqq.*

76 Vniuerſitatem vero, † & eos qui à
Ciuitatibus collectas conduxêre, poſ-
ſe, ſi de debito non ſit controuerſia, res
non ſoluentium capere; & ſub haſta po
nere (relato *Baldo in l.*1.*num.* 4. *lect.*2.
*D.quod cuiuſque Vniuerſit. nom.* & *Paul.*
*Caſtr.in l.Creditor,* 54. *num.* 2. *& ſeqq.*
*D.de actionib.empt.*) tenet *Nicol. Loſæ.de*
*iure Vniuerſit.* 3. *part. cap.* 8.*num.*5. *&*
*cap.*9.*num.*29. *&* 30. plenè etiam *Oſaſc.*
*deciſ.Pedemont.* 86. *per tot.* Proque ſibi
77 tributis debitis † tacitam, vt Fiſco cõ-
petere Vniuerſitati hypothecam, tra-
dit *Iaſ.in l.Si domus, §. fin. num.* 28. *&*
29.*D. de legat.*1. cuius refert, probat-
que ſententiam *Gutier.de gabel.quæſt.*1.
*num.*27.

Vniuerſitatis adminiſtratores, de
78 bonis eius ditatos † præſumi, ſi finita
adminiſtratione diuites, cum antea nõ
eſſent, reperiantur, niſi bonam redide-
rint rationem, tenet *Bald.in l.Cum opor*
*tet,*6.*num.*13.*C.de bon. quæ liber.* ſentit
*Borgnin.*

BIBLIOTECA GRANADA

*Borgnin.Caualcan.deciſ.Fauiſan.* 37. *numero* 36. *part.* 1. & profitetur *Nicol. Loſ. de iure Vniuerſit.* 3. *part. cap. vltim. num.* 16. multiſque relatis, *Iacob.Menoch. de præſumpt.lib.*3.*præſumption.*51. *num.*4. & 5. notamusque *ſuprà*, *quæſt.* 8.*num.*195. Quæ maximam habet vti-
79 litatem præſumptio, † per quam quippè reivendicatio Vniuerſitati pro ſatisfactione, bonorum apud adminiſtratorem repertorum concedatur, iuxta *legem Si defunctus,*10.*C.arbitr tutel.* Cũ aduerſus alios huiuſmodi præſumptionem, & onus non vrgere, *dict. quæſt.* 8. *num.*194. notauerimus.

Quod ſi Vniuerſitatis adminiſtra-
80 tor pecuniam retineat; † non ſolum cũ vſuris reſtituet, (*l. fin. in princip. iuncto* §.*vlt D.de admin.rer.ad Ciuit.pertot. l. Cum quidam,*17.§.*Eos, D. de vſur.* ſic ſtatuens: *Eos qui ex adminiſtratione rerũ Ciuitatum conueniuntur, vſuris obnoxios eſſe ſatis notum eſt.*) Sed ſi doloſè verſatus fuerit, & ad vſuras vſurarum, centeſimasque teneri: & in quadruplum puniri, *Caſtrenſ.* firmat, in *l. Qui ſine vſuris,*40.*num.*1. & 2.*D. de negot. geſtis, Caualc.deciſ.*26.*num.*64.*dict.part.*1. legeque Iulia de reſiduis tenetur, *l. lege Iul,* 4.§.*Lege Iulia, D. ad l. Iul. pecul.* Proſequitur hæc omnia *Loſæ.dict. cap. vltim, num.*38. & *ſeq.* vbi etiam *num.*42. de
81 leui † culpa hunc teneri firmat, poſt *Caualc. dict. deciſ.* 37.*num* 12. & 22. *part.*1. Non tamen tunc ad vſuras vſurarum, nec ad vſuras ſimplices, ſed adſortem tantum adſtrictum, humanum *Scæuolæ* dixit in *l. Conſtitutionibus*, 24. *D.ad municip.*

82 Item nec delinquere, † nec puniri Vniuerſitas poteſt, quia inanimatum corpus eſt, vt in principio diximus, voluntate, & conſenſu carens, ſine quo, delictum non committi, tradidimus *in Axiomatib.noſtris,lit.D.num.* 66. Iniuriam ideò animal facere non poſſe, merito *Conſultus* dixit in *l.*1.§.1.*D. ſi quadrup. pauper. feciſ. dic.* Eaque ratione, multis Iuribus comprobata, præfatam ſententiam tenet *Gomez.tom.*3.*variar.* *tit de delict.cap.*1.*num.*52.*in prin.Ioach. Mynſing. obſeruat.* 78. *centur.* 4. *Andr. Gail.de pace publ.lib.*2.*cap.*9. *num.*1. & *ſeqq.Proſp.Farinac.prax. crimin. tom.*1. *quæſt.*24.*num.*108.

83 Quare neque de dolo actionem † in Vniuerſitatem dari, cum nec dolum committere poſſit; *Vlpian.* reſpondit, in *l.Sed & ex dolo,*16.§.1.*D.de dolo.*

Excommunicationem pariter, ea
84 ratione, in Vniuerſitatem † ferri non poſſe; *textus* cauit in *cap. Romana,* 5.§. *In Vniuerſitatem, de ſent. excommunicat. lib.*6. in cuius *collectan. num.* 20. *Auguſt. Barboſ.* plures ad id Doctores congerit, profitenturque citati iam *ſuprà numero* 17.

Superior tamen limitationem concluſio recipit, delinquereque, & puniri Vniuerſitatem poſſe, ſi de illa om-
85 nes, † maiorve pars, campana pulſata, tractatu habito, & communicato conſilio, facinus perpetret, firmant *Tiber. Decian.tract.crimin.lib.*5.*cap.*50.*num.*5. *Ioach. Mynſing. d.obſeruat.*79. *Iul.Clar. ſententiar.lib.* 5.§.*fin. quæſt.* 16.*num.*7. *Sed hic aduerte, Nicol.Loſæ. dict. tractat. part.*4.*cap.*1.*per tot.Andr.Gail. dict. cap.* 9.*Cardin.Tuſch.practicar.concluſ. lit. V. concluſ.*273.*num.*1. & *ſeqq.* aliique ex præcitatis. Tractatu enim non habito,
86 † conuocatione, & deliberatione, licet omnes de Vniuerſitate ſimul irruerent, aliquem occiderint, delictumve aliud commiſſerint: non dici Vniuerſitatem deliquiſſe, ſed ſingulas perſonas, easque puniri: & ſuperiores aſſeuerant, & numero penè carentes, quos refert, ac ſequitur *Farinac. dict. quæſt.* 24.*nu.*129. Ideò neque tunc *legis Quod*
87 *maior*, † *D.ad municip.* diſpoſitionem procedere, notant *Iaſ.in dict.l. Ciuitas, num.*2.& 3.*D.ſi cert.pet.Nicol. Boer. in tract.de ſeditioſ.cap.vlt.num.* 11. *Matth. de Afflict. deciſ.* 376. *num.* 1. *Octauian. Oſaſc. deciſ.Pedemont.* 128. *num.* 27. & 32. *Roland. à Vall. conſil.* 66. *numero* 32. & *ſeqq.* & *num.* 63. & *ſeqq. lib.* 2. *Andr. Gail. dict.obſeruat.*79.*num.* 1. 2. & 3.

Adhuc tamen Vniuerſitatem, mul-
88 titudinemve delinquentem † minùs
puniri, (ex text. *in cap. Conſtitueretur, in fin. 50. diſt. cap. Ordinationes, in fin. cap. Ipſa pietas ante fin. cap. Non poteſt, & ibi Gloſ. cap. Quiſq; 23. quæſt. 4. cap. Denique, & ibi Gloſ. diſt. 4. cap. Comeſſationes, 44. diſt. c. Quoties à populis, 1. q. 7. cap. Sane, de tempor. ordin.* & aliis) probat, ſolitaque elegantia, & eruditione proſequitur *Andr. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 47. per tot. Loſæ dict. 4 part. cap. 1. à num. 27 cum ſeqq. Andr. Gail. de pace publ. dict. lib. 2. cap. 9. num. 19. & latiùs à num. 33. Cardin. Tuſch. dict. concluſ. 273. num. 10.* Enimvero (vt id *Tiraquello* cæteriſque ex *Senec. de ira, lib. 1.* addam) *Quid tollit iram ſapientis? turba peccantium.*

Ex ſuperioribus quoque deſcendit:
89 poſſe in criminali cauſa † Vniuerſi-
tatem per Procuratorem, ſe defendere, vt (ex *text. in l. Tam collatores, 18. C. de re milit. lib. 12. l. fin. verſ. Conuentos vero, C. de caſtrenſ. & miniſter. eod. lib.* etſi mendoſe citatis, cum *Alberico, in l. Seruum quoque, §. Publicè, num. 17. verſ. Item Vniuerſitas, D. de procurator. & in l. pen. §. Ad crimen, num. 4. verſ. Item Vniuerſitas, & num. 19. D. de public. iudic.* cum aliis) *Farinac.* tenet, *praxis crimin. 3. part. quæſt. 99. num. 148 Ioach. Mynſing. cent. 4. obſeruat. 76. à num. 3. Andr. Gail. dict. cap. 9. num. 3. Sebaſtian. Guazin de defenſ. reor. defenſ. 12. circa excuſationes pro abſente, cap. 1. num. 29.* Aduerſus regulam *legis primæ, D. an per alium cauſ. appell. red. poſſ. dict. l. penult. §. Ad crimen, de public. iudic.* quam plenè tradit, proſequiturque more ſuo *Farinac. dict. quæſtion. 99. numer. 1. & ſeqq.*

90 Neque periurium † Vniuerſitatem
incurrere, iuramentum non ſeruãtem, defunctis ſaltem qui iurarant, tradunt, cum *Sanct. Thom.* & aliis, *Syluest. in ſum. verb. Iuramentũ, 4. n. 2. Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. nouiſſ. Rom. 12. num. 8. part. 1. volum. 1.* eiſque relatis, *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. tit. 62. de periurio, num. 17.*

91 Pubicam vtilitatem † priuatæ ante-
ferri, vulgare eſt Axioma, traditum, & ornatum à *Nobis in noſtris, lit. V. num. 198.* Publicæque vtilitatis priuilegia congeſsit *Cardin. Domin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. P. concluſ. 960.* conſulendus.

92 Alterius facto † grauandum nemi-
nem, Axioma pariter formando, multis comprobamus *in noſtris, lit. F. num.*
93 41. Vniuerſitatis vero factum † ſingu-
los de illa grauare, poſſeque per contractum, eius principaliter vtilitatem reſpicientem, obligari, affirmant *Rip. in l. Si ſe non obtulit, num. 42. D. de re iudic. Antonin. Theſaur. deciſ. 257. num. 4. Cardin. Tuſch. dict. lit. V. concluſ. 262. n. 15. Iacob. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 136.*

Publicus item fauor vulgarem frangit regulam, quæ ante litem conteſta-
94 tam † teſtes recipi vetat, traditam *in cap. Quoniam frequenter, vt lite non conteſt.* Quam & ibi, materiamque communiter Doctores pertractant, proſequiturque lariſsimè *Farinac. de teſtib. quæſtion. 76. à numero 1. cum ſeqq.* Idem tamen ipſe fauoris publici ratio-
95 ne, † cumque ille offenditur, eam li-
mitat *ibidem numero 45.* teſteſque tunc ante litem conteſtatam poſſe recipi fatetur, poſt *Gloſ. in dict. cap. Quoniam frequenter, verb. Regulariter, verſ. Item offenditur, & ibid. Innocent. numero 1. poſt med. verſ. Item fallit vbi offenditur, Anan. num. 6. verſ. Quarta quando Ius, Abb. num. 4. verſ. Quartam regulam,* multoſque alios.

96 Gratia *ad beneplacitum* † concedentis facta, licet eius morte expiret, iuxta *text. in cap. Si gratioſæ, 5. de reſcript. lib. 6.* Si vero publicam reſpiciat vti-
97 litatem, † concedentis morte non ex-
pirare, *Nouarius* tradit *de priuileg. miſer. perſonar.* allegans (ſed mendoſe) *Farinac. fragment. crimin. 1. part. verb. Bona, num. 99.* qui non in verbo *Bona, ſed in verb. Bannum*, hac de re agit, nec aſſertiue propoſitionem hanc iactat: ſed ad *Claudium, in addition. ad Bertazol.*

P *conſil.*

*conſil.* 22. *lit. B.* eam diſputant, ſe remittit.

98 Iuri, fauorique ſuo † renunciare quemlibet poſſe; Axioma tradit vulgare, *Nos* que *in noſtris, lit. F. num.* 118

99 Publico † tamen renunciare non licet, *cap. Si diligenti, de foro compet. cap. Contingit,* 36. *de ſent. excommun.* Cum priuatorum pacta iuri publico nō derogent, vt eadem iura dicunt: & *Papinian. in l. Ius publicum,* 39. *D. de pact.* cum aliis adductis à *Nobis dictis Axiomatib. lit. M. num.* 120.

Clauſula in reſcriptis frequenter

100 apponi ſolita, *Et quoſdam alios,* † etſi cæteros comprehendat; ex *cap. Rodulphus,* 35. *de reſcript. & cap.* 2. *eod. tit. lib.*

101 6. Vniuerſitatem † vero non comprehendit, quemadmodum reſoluunt *Felin. in cap. Eam te,* 7. *de reſcript. num.* 15. *Gomez. in dict. cap.* 2. *num.* 68. & cum *Mandoſ.* ac *Marcheſ.* à ſe relatis, *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. cap.* 2. *num.* 8. Mādatum inde *contra Titium, & contra quaſuis perſonas,* Vniuerſitatē, Collegiumve non comprehendere, neque ad litigandum cum ea, ſufficiens reputari, niſi exprimatur nominatim; ex *Felin. dict. loco, Bald. Archidiacon.* & aliis, tradit *Paz in praxi,* 1. *part. annot.* 4. *numero* 25.

Duas Vniuerſitatis, aut Decurio-

102 num partes, † amplius ve ad Vniuerſitatis actus gerendos adeſſe, requirunt *Vlpian. in l.* 3. & Paul. *in l.* 4. *D. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin.* traditque (vt alios omittamus) pleniſsimè *Cardin. Dominis. Tuſch. practicar. concluſ. lit. V. concl.* 358.

In actibus autem Vniuerſitati, aut

103 Collegio vtilibus, † minorem quàm duarum partium exiſtentiam, aſſenſumque ſufficere, dicunt *Lapus allegation.* 132. *in princip. ver. Item ſi vtiliter, Bald. conſil.* 462. incip. *Punctus, quidam, per tot. lib.* 4. *Cardin. Tuſch. dict. loco, nu.* 34. & 37.

Sic licet à maiori Vniuerſitatis par-

104 te factum † ab omnibus factum videatur, ex vulgatis Iuribus, congeſtis à *Nobis in Axiomatib. noſtris, lit. F. nu.* 85. In damnoſis Vniuerſitati, prædictam regulam non procedere, ſingulorumque etiam deſiderari conſenſum, notat (cū *Baldo conſ.* 400. incip. *Super primò, num.* 3. *verſ. Non obſtat, dict. lib.* 4.) *Cardin. Tuſch. dict. lit. V. concluſ.* 259. *per tot. & concl.* 272.

Ciuitatum Prætores, inter ſuæ, ſiue etiam alienæ iuriſdictionis incolas, Ad

105 uocati officium † exercere prohibiti: publici fauoris ratione, Aduocationis exercitium à lege Regia (quæ illud interdixerat) habent, *in l.* 3. *tit.* 6. *lib.* 3. *noua Reg. collect.* eius ſunt verba: *Otroſi mandamos, que el tal Aſſiſtente, o Gouernador, o Corregidor, ni ſus oficiales, ni familiares, no ſean Abogados, ni Procuradores, ni Solicitadores en los pleytos, y cauſas que dentro del termino de ſu juriſdicion ſe trataren, ni ayudaràn a perſona que ſea de fuera de ſu juriſdicion, aunque el negocio ſe trate en ſu juriſdicion, o fuera della, ante otros juezes ſeglares, ni Ecleſiaſticos. Pero que el Aſſiſtente, o Gouernador, o Corregidor, o ſu Alcalde, puedan ayudar en fauor de ſu juriſdicion, o del bien publico, no lleuando por ello dinero.*

106 Publico etiam fauore, † in *l. Principalibus,* 33. *D. ſi cert. pet.* ea Modeſtinus verba protulit: *Principalibus conſtitutionibus cauetur, ne hi, qui Prouinciā regunt, qui ve circa eos ſunt, negotientur, mutuam ve pecuniam dent, fœnus ve exerceant.* Repetitque idem in *l. Qui officii,* 62. *D. de contrahend. emption. Qui officii cauſa in Prouincia agit; prædia comparare in eadē Prouincia non poteſt,* ait. Cui *Martianus* conuenit *in l. Non licet,* 46. *D. eod. tit.* inquiens: *Non licet ex officio quod adminiſtrat quis, emere quid, vel per ſe, vel per aliam perſonam: alioquin, non tantum rem amittit: ſed & in quadruplum punitur, ſecundum conſtitutionem Diuorū Seueri, & Antonini.* Prouiditq; idē Iuſtinian. *in l. vnic. C. de contract. iudic.* apud Noſque *l.* 5. *tit.* 5. *p.* 5. ſimiliter his verbis cauit: *Adelantado, o otro Iuez qualquier, que ſea pueſto para judgar, o para fazer juſticia, en alguna tierra, o en alguna Cibdad, o Villa;*

no

*no puede comprar heredamiento, nin caſas, el, nin otro por el.* Et in *l. 2. tit. 6. lib. 3. nouæ Reg. collect.* his: *Ni aſſi miſmo durante el tiempo de ſu oficio, el dicho Aſſiſtente, o Gouernador, o Corregidor, ni ſus oficiales, por ſi, ni por otro compren heredad alguna, ni edifiquen caſa, ſin nueſtra licencia, y eſpecial mandado en la tierra de ſu juriſdicion: ni vſen en ella de trato de mercaduria, ni traygan ganados en los terminos, y valdios de los lugares de ſu Corregimiento. So pena que el que lo contrario hiziere, pierda lo q̃ aſſi comprare, edificare, o tratare, o el ganado que aſſi traxere, para la nueſtra Camara.*

Quod & ad Rectores, Officialeſque
107 perpetuos † extendunt multi, etſi *lex Paulus. 34. D ſi cert. pet.* contrarium in eis ſuadeat. Cui tamen (priorem tenendo, verioréque dicens) reſpõdet *Andr. Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 78. verſ. Altera eſt ſententia.* Sed quidquid de iure ſit communi, Regiis relatis conſtitutionibus idem in perpetuis, quòd in temporalibus in maioribus, quod in minoribus dicẽdum eſt, aduertitque *Gregor. Lop. in d. l. 5. gloſ. 2. verb. Iuez qualquier.* Contrarium licet in ſupremis Senatoribus videamus ſeruatum.

108 Eãque ob publicum fauorem † prohibitionem emanaſſe, & *relatæ leges* nõ obſeruare indicant; & in *d. cap. 78. Fachin.* notat, & *Gregor. Lop. in d. l. 5. tit. 5. p. 5. gloſ. 1.* Qui quidem efficit, vt nec
109 palam, † & bona fide negociatio, emptioue permittatur eiſdem, vt ex eiſdẽ Iuribus deducitur, præcipuè ex *dict. l. vnic. C. de contract. iudic.* & tenuerunt *Iaſ. Alciat. Alex. & Zac. in d. l. Principalibus*, & cum eis *Fachin. d. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 79.*

Eandemque, eadem ratione, præcí-
110 puè in tangentibus ad victum † prohibitionem Vniuerſitatum Decuriones, Tabellioneſque patiuntur, *lege 20. tit. 3. lib. 7. nouæ Reg. collect.* ſic ſtatuente: *Porque reſultan muchos inconuenientes, y encarecimientos de los baſtimentos en los pueblos donde los Veinte y quatros, y Regidores, y Iurados, y Eſcriuanos ſon regatones, y tratantes en oficio de regatoneria de mantenimientos: mandamos, que ninguno de los ſuſodichos, ſo pena de priuacion de ſus oficios, no vſen del dicho oficio, y tratos. Y a los del nueſtro Conſejo, que den ſobre ello prouiſiones ordinarias. Y en quanto a los otros tratos de mercadurias: mandamos, q̃ los del nueſtro Conſejo, auida informacion, prouean lo que mas conuenga.* Prouidetque ſimiliter *l. 25. tit. 7. lib 3. eiuſdem nouæ Reg. collect.*

Nullum pariter horum Vniuerſita-
111 tum propria † earumve Regalia iura conducere (eadem ratione, conueniendi difficultate, & ne fraus, præiudiciũque illi fiat) patitur *lex 3. tit. 5. lib. 7. nouæ Reg. collect.* ab illarum rerum conductione eos inhibens.

Ad matrimonia contrahenda, in ſecundo conſanguinitatis gradu, † & nõ
112 diſpenſandum; & ob publicam vtilitatem diſpenſari poſſe: *ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſion. 24. de reform. cap. 5.* decernit.

Dominium Vniuerſitas abſque poſ-
113 ſeſſione † adquirit, *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* contra vulgaria iura, auctoritateſque adductas à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. D. num. 209.* Ideò emptori ſecundo, cui res prius tradita fuit, præfertur, cum traditionem in Vniuerſitatis fauorem Ius præuenerit, proque facta, ex ſolo titulo venditionis habuerit, vt (cum *Roman. conſ. 298.* & aliis) profitetur *Couar. variar. lib. 2. cap. 19. num. 2.* Noſque pariter, multis relatis notamus, *de priuil. pauper. p. 1. q. 23. num. 10. & ſuprà, quæſt. 8. num. 125. & 449.* aduerſus celebrem *legis Quoties, 15. C. de rei vindic.* conſtitutionem.

Alia publicæ vtilitatis præcipua, continet *quæſtio 13.*

# VTRVM CARCERATI Miſerabiles dicantur? Fori electionem, iuxta legem noſtram vnicam habeant? Quibuſque aliis priuilegiis fruantur?

## SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars comprobatur, & numer. ſeqq. vſque ad numerũ 16. excluſiue. Seqq. contraria. Numero 25. & tribus ſeqq. reſolutio, & intelligentia vera, Authoris iudicio, deſignatur.*

*Seruitutis ſpeciem carceratio refert. Perpetui ideò carceris pœna à Iudice laico imponi non poteſt. ibid. dict. num. 1.*

2 *Maior pœna ſtare in carcere, quam in opere publico laborare, quibuſdam viſa eſt.*

3 *Carcer deportationi in metalum comparatur.*

4 *Eſt mala manſio, & locus horribilis, ſepultura viuorum, conſumatio bonorum, inimicorum conſolatio, experientia amicorum, & alia.*

5 *Tormenti ſpecies eſt.*

6 *An confeſſio in carcere, ſicut in tormentis facta non valeat?*

7 *Pœna carceris morti æquiparatur, eiuſque ſubrogatur loco.*

8 *A* carcerationis *decreto (tanquam grauamen irreparabile per diffinitiuam ſententiam continente) appellari poteſt.*

9 *Et quandocumque, poſt decem quoque dies, continui grauaminis ratione: quem admodum ad exilium, tirremesve damnatus. & num. ſeq.*

11 *Tempus exiſtentiæ in carcere, poſt exilii, ſimiliſve condemnationis ſententiam, in exilii tempus computatur. Et quid de tempore ante ſententiam in carcere exiſtentiæ ibid. remiſ.*

12 *Qui diuturnum carcerem ſuſtinuit, vel in totum (ſi cauſa patiatur) venia donandus, vel puniendus mitius.*

13 *Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, inuentus eſt. Sine pœna tamen, & graui quidem, eſſe non poteſt. & numero ſeq.*

16 *Inducta ad vnum finem, contrarium operari non debent; nec pœna immunitatem tribuit; aut odium fauorem.*

17 *Ibi de crimine agi debet, vbi commiſſum eſt. Amplia num. ſeq.*

18 *Rei origo ſemper attenditur.*

19 *Quemadmodum pro delicto, (forma legum ſeruata) perſonaliter capi mulier poteſt: ita pro debito ex delicto, vel quaſi delicto naſcenti.*

20 *Pro debito ciuili carcerari, ſub capitali pœna prohibetur.*

21 *Clerici etſi pro ciuili debito capi nequeunt perſonaliter: pro deſcendenti ex delicto poſſunt, nec pro illo, beneficio* capitis Oduardus, de ſolution. *gaudent.*

22 *Qui non conueniuntur vltra quam facere poſſunt; pro debito ex delicto, vel quaſi conueniuntur, mittunturque in carcerem.*

23 *Nobiles, & quilibet alii exempti, ne pro debito mittantur in carcerem; pro debito ex delicto, vel quaſi trahenti originem, in eum detrudi poſſunt.*

24 *Carceratus, pro cauſa ciuili, ordinaria, vel executiua, an fori priuilegio gaudeat?*

*Pro debito, cauſaque ciuili, corporaliter capi quis non poteſt. ibi.*

*Fraudulentèr, aut malicioſè verſatus, indignum ſe fori priuilegio reddit. ibi.*

*Quo caſu carceratio pro debito licet, de illo conſtare debet apertè. ibi.*

*Pauper in carcerem pro debito coniectus, fori priuilegio ſe munire poteſt.*

28 *Breui tempore relaxandus, pro relaxato, de proximoque abſoluendus, pro abſoluto habetur; nec captus videtur, cito capturam egreſſurus.*

29 *Carceratorum cauſa, proque carceratis relictum etiã ſi culpa ſua in carcerem deuenerint, pium dicitur; & in cauſæ piæ diſtributionem executor datus, in eos facere diſtributionem poteſt.*

Car-

*30 Carcerati pauperibus æquiparantur.*

*31 Eorum cauſæ, vt Miſerabilium, ſummariè, de planoque ſunt tractandæ. & diebus quoque feriatis expediuntur. nu. ſeq.*

*33 Fauendi ſunt in dubio carcerati, pro eiſque præſumendum.*

*34 In carcerem pauper coniectus, ab illo eſt alendus, qui illum coniecit. & ſi ægrotet, curandus.*

*35 Carceratus pauper, ad expenſas cuſtodiæ non tenetur, nec detinetur pro illis.*

*36 Quid pro alimentis, quæ carceris cuſtos in carcerati alimoniam præſtitit? remiſ.*

*Et quid in aliis pro carceratis expendentibus, an repetere expenſas poſſint? earumve donatio inducatur? ibi remiſiuè.*

*37 Obligatio à carcerato in carcerantis fauorem facta, inutilis eſt.*

*38 Viſitare Iudices carceratos debent, eoſque etiam relaxare, & quibus diebus?*

*39 Is etiam cui populus pro carcere datus eſt, viſitari poteſt.*

*40 Non in publicis tantum vinculis detentus, ſed quolibet loco, à Iudice deputato, Ciuitas ſit licèt, dicitur carceratus.*

*41 A prouiſione per Regios Conſiliarios in viſitatione facta, ſupplicatio negatur.*

*42 Carceratus in vno loco, ad comparendum in alio aſtringi non debet. Amplia num. ſequenti; vt nec per Procuratorem, ſed ſufficiat per excuſatorem impedimentum allegare, terminumque ad probationem petere.*

*44 Sententia contra carceratum abſentem lata, de cuius impedimento notitiam Iudex habet, nulla eſt ipſo iure. Limitatur dupliciter, num. ſeq.*

*46 Iuſtam præbet reſtitutionis carceratio cauſam.*

*47 A relaxationis decreto appellatio, an eius effectum ſuſpendat?*

*48 Quamuis alicuius conſtitutionis vigore poſſit bannitus impunè offendi: in carcere exiſtens bannitus, nequit offendi.*

*49 Carceratum occidens, legis Iuliæ Maieſtatis tenetur.*

*50 Cuſtos carceris, aliusve carceratus, carnaliter carceratam meretricem licèt, cognoſcens, qualiter puniatur?*

*51 Carceratus, vt in propria domo exiſtere ſecurus debet.*

*Pro criminali cauſa in carcere exiſtens, an recomendari pro ciuili debito poſſit? ibid.*

*52 Pro debito captus, an pro alio debito, vel etiam pro delicto recomendari valeat? remiſ.*

*53 Carceratus iniuſtè, fractis etiam carceribus effugere poteſt, & diſtributiones quotidianas interim lucratur.*

*55 Nobilis, magnæque exiſtimationis carceratus, an in criminali cauſa, ſub fideiuſſoribus relaxari debeet? Et an & quando alii? remiſiue, ibid.*

*55 Qui ad carcerem voluntariè venit, præſumptionem delicti excludit.*

*56 Carceratus, ſub fideiuſſoribus de ſe repreſentando relaxatus, non niſi noua cauſa, indiciaque ſuperueniant, ad carcerem reduci poteſt.*

*57 Sub fideiuſſoribus relaxatus, vel in cauſa leui, poſt ſexaginta dies capi ſuper eadem cauſa, de iure Regio nequit.*

*58 Sub fideiuſſoribus de ſe repreſentando relaxatus, abſolutus à iudicii obſeruatione videtur.*

*59 In pœnam pecuniariam damnatus, licèt fideiuſſorem, vel pignora offerat, non niſi ſoluat, relaxatur.*

*60 A ſententia pecuniaria condemnationis appellans, fideiuſſorem de ſe repreſentando, iudicatumque ſoluendo, offerens, relaxandus eſt. Et quid ſi à delicto pecuniaria condemnatio deſcendat? num. ſeq.*

*62 Carceris effractor ad Eccleſiam fugiens, eius immunitate gaudet.*

*63 Carceris effracti pœnam vitat, qui*

ſe ad Principem, vel competentem ſuperiorem iudicem confert.

64 Carcerem frangens, quibus in caſibus fracti carceris pœnam vitet? remiſ.

65 A carcere fugiens, mala cuſtodis cura fugiſſe præſumitur.

66 In carcere mortuus, ex mala cuſtodis cura, ni aliud oſtendatur, mortuus præſumitur.

67 Culpa in dubio non præſumitur, eam ideo allegans probare debet, ſumenendaque culpæ excluſiua interpretatio.

Diligens in dubio quis præſumitur. ibi.

68 Obligatus ad cuſtodiam, publici officii ratione, non ſolum caſum, ſed etiam quod abſque eius culpa euenerit, probare debet.

69 Oſtium apertum videns, à carcereque fugiens, carceris effracti pœnam non incurrit.

70 Prohibitio, Ni quis carceratos à loqui, aut inſtrure poſsit, carceratos alios non comprehendit.

71 Carceratus orationibus vtens, quibus os non aperiatur, neque fateatur delictum, an & quando puniatur?

72 Iudex indebitè aliquem carcerari præcipiens, in ſyndicatu tenetur.

# QVÆSTIO XI.

MISERABILEM Car-
ceratum eſſe, non videtur in
dubium reuocandum. Cum
1 ſeruitutis ſpeciem † referat,
vt probat *textus in l. 2. D. de liber. homin. exhibend.* obſeruantque *Aret. conſil. 192. num. 3. volum. 1. Neuiz. conſil. 52. num. 9. Roland. à Vall. conſil. 57. num. 4. volum. 3. Marc. Anton. Cuch. de morator. præſcript. num. 21. Vital. de clauſul. tit. An poſſit renunciari beneficio ceſsionis? n. 4. Farin. prax. crimin. q. 24. n. 24. & q. 19. nu. 31.* Ideo perpetui carceris pœnam â Iudice laico imponi non poſſe ibidem contendens, apud Nos licèt diuersũ *lex 2. tit. 4. lib. 4. Ordin.* ſtatuat, Tenent etiam priorem aſſertionem *Oſuald. Hilliger. in Donel. Enucl. lib. 15. cap. 38. lit. H.* Et conducunt excogitata à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num. 569.*

Maioremque pœnam, ſtare in car-
2 cere, † quam in opere publico laborare, dixit *Franc. in cap. Quamuis, verſ. In gloſ. 2. de pœn. in 6. & in cap. Super eo., 2. in ordine 12. num. 2. & 3. de appell.* De-
3 portationique in metallum † comparari, profeſſus eſt *Aſcan. Clem. de patr. poteſt. cap. vlt. num. 33.* poſt *Roland. à Vall.* quem refert, *conſ. 2. num. 53. volum. 1.*

4 Eſt enim carcer † (vt *in l. Si hominē, 7. D. depoſit.* & in *l. Item apud Labeonem, 15. §. Quæſtionis, D. de iniur.* cum *Vlpianus* appellat) mala mãſio. & locus horribilis, vt *Bart. in tract. de carcerib. num. 2.* qui corpus vinculorum cruciatu, immundicia, fœtoreque conſumit: amicorum communione priuat; ad inimicorum, aut eorum, qui nobis tedio ſunt, conſortium cogit: liberam ſui diſpoſitionem, arbitriumque tollit. Ideo merito, *ſepulturam viuorum, conſumationem bonorum, inimicorum conſolationem, experientiam amicorum*, communiter nuncupari *Farin. tradit prax. crimin. quæſt. 27. num. 2.*

5 Tormenti † que ſpeciem eſſe carcerem, protulit *Vlpian. in dict. §. Quæſtionis*, inquiens: *Quæſtionis verbo etiam ea, quam malam manſionem dicunt, continebitur.* vbi *Gloſ. verb. Dicunt*, interpretatur: *Vt ſi ponatur in carcere.* Immenſos cruciatus ſuſtinere carceratum, text. dixit *in l. Omnes, 23. C. de pœn.* ad amuſſim infra referenda; appellationeque tormenti contineri, profitentur etiam *Catald. tractat. de Syndic. numero 103. Franc. Caſon. de torment. cap. 12. numero 8. & in quæſtionib. crimin. cap. 9. numero 8. & cap. 19. numero 7. Roland. à Vall. conſil. 17. numero 22. in fin. dict. lib. 3. Farinac.* (multis comprobans) *dict. quæſt. 27. numero 1. Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. 1. part. defenſion. 6. cap. 1. num. 72.* Confeſsionem inde in
6 carcere, † ſicut in tormentis factam,

non

non valere, multorum opinione oſtendens, nempè *Anchar. conſ.* 24. *num.* 4. *Maſcard. de probation. concluſ.* 353. *num.* 17. *& ſeq. volum.* 1. *Roland. conſil.* 17. *num.* 22. *in fin. lib.* 3. *Grammat. Burſat. Honded. Bertaz.* & aliorum contrarium licet *ſequenti numero* non longe minori tenentes referat, concordiamque ſimul, *num.* 47.

7 Mortis † item loco pœnam carceris irrogari, ex text. deducitur *in cap. pen. & fin. de hæretic.* & *Cardin. Crecent.* notat, *deciſ.* 9. *num.* 14. *tit. de probation.* eandemque æquiparationem *vbi proximè Farin.* format.

Prædicta efficiunt, vt à *carcerationis*
8 decreto † (tanquam grauamen irreparabile per diffinitiuam continente) appellari de iure poſſit, teſtibus *Philip. Franc. in dict. cap. Super eo,* 2. *notab. num.* 2. *in fin. de appell. Petr. Rebuff. de ſent. execut. artic.* 10. *gloſ.* 1. *numero* 2. *verſ. Vnde ſi quis. Sigiſmund. Scacc. de appellation. quæſtion.* 17. *limit.* 57. *num.* 156.

9 Nec modo intra decem dies † (tempus regulariter appellandi præfinientes) ſed quandocumque, iniuſte ſe carceratum prætendentem, continui grauaminis ratione, appellare poſſe; profitetur (cum *Bald. Iaſone, Angel. Marſil. Paul.* & aliis, quos refert) *Anton. Gomez, de delict. cap.* 9. *num.* 10. *& ibid. eius Addit. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. for. ſect.* 1. *quæſt.* 14. *numero* 8. *Sebaſt. Guazin. dict. tractat. defenſ.* 36. *de appellatione, cap.* 1. *numero* 5. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 132. *numero* 9. *Mar. Anton. Macerat. variar. lib.* 3. *reſolut.* 29. *num.* 20. *Borgnin. Caualc. de brach. Reg. part.* 2. *num.* 318. etſi limitent *ibi Guazin. num.* 24. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 4. *nu.* 21. & *Baiard. ad Clar. quæſt.* 46. *num.* 6.

10 Vt & in relegato, † aut condemnato ad triremes dicunt (poſt antiquiores à ſe relatos) *Arias Pinel. in l.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. *C. de reſcind. vendit. Guazin. vbi proximè, & Proſper. Farinac. fragment. crimin.* 1. *part. lit. A. num.* 236.

Tempuſque exiſtentiæ in carce-
11 re, † poſt exilii ſententiam, ſimiliſve condemnationis, in exilii, condemnationiſve tempus computari: Imperatores *Honor.* & *Theodoſ. in l. Omnes,* 23. *C. de pœn.* humaniſsima ſanctione, hiſque & clementia, & elegantia plenis verbis decreuêre: *Omnes quos damnationis conditio diuerſis exiliis deſtinatos, metas temporis præſtituti in carceris impleſſe cuſtodia, deprehenderit: ſolutos pœna, vinculiſque laxatos, cuſtodia liberari præcipimus, nec formidare miſerias vllas exilii. Sit ſatis immenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia: neii, qui diu priuati ſunt auræ communis hauſtu, & lucis aſpectu, non intra breue ſpatium catenarum ponderibus prægrauati: etiam exilii pœnam ſuſtinere iterum compellantur.* Secundum quam, in Regiis Audientiis Barenſ. & Apuliæ ſæpè deciſum, *Viuius* affirmat, *deciſion.* 201. In Sacro Conſilio, *Vincent. de Franch. deciſion.* 317. In Curia Archiepiſcop. Neapolit. *Ioan. Aloyſ. Ricc. deciſion.* 45. *part.* 2. Hancque aſſertionem ſunt proſequuti *Andr. Tiraquel. de pœn. tempor. caſu* 41. *ad fin. ſub num.* 3. & latiùs *Petr. Cabal. reſolut. crimin. centur.* 2. *caſu* 142. *per tot.*

Vbi & an exiſtentiæ in carcere ante ſententiam tempus, de condemnationis tempore extrahi debeat? Id interim ſciendum; eum qui diuturnũ ſuſti-
12 nuit carcerem, † vel in totum (ſi cauſa id patiatur) donãdum venia: vel mitius ſaltem puniendum, cum tempus carceris computetur in pœnam, vt late comprobat *Guazin. de defenſion. reor. circa priuilegia carceratorum, defenſ.* 2. *per tot.* & *defenſ.* 6. *num.* 7. & *Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. p.* 1. *q.* 17. *num.* 15.

13 Quamuis enim non ad pœnam, † ſed ad cuſtodiam carcerem inuentum, iura dicant, *in l. Aut damnum,* 8. *§. ſolent, D. de pœn.* & in *l.* 1. *C. de cuſtod. reor.* Quantumuiſque ibidem Conſtantin. Imperator. carceratis leuamen

præſtet, leuis cuſtodiæ modum præfi-
14 niens. Adhuc tamen ſine pœna † (& graui quidem) eſſe non poteſt, vt *dictæ legis Omnes*, relata verba monſtrant, & Imperatoris *Auguſti*, *in l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10. eiuſdemque* legis. 1. *C. de cuſt. reor.* & aduertunt *Vincent. de Franch. dict. deciſ.* 317. *num.* 4. & *Petr. Cabal. dict. caſu* 142. *num.* 3.

15 Quæ omnia ſat Miſerum † carceratum oſtendunt, forique priuilegio (iuxta *legem* noſtram *vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* Regiasque leges, *ſupr. quæſt.* 3. *num.* 1. relatas) gaudere, tenentque (poſt *Bart. in tract. de carcerib. in fin. num.* 29. *Foller. in conſtit. regn. Lege præſenti, num.* 12. *de iuſt. & iur.* & alios, quos allegant) *Ioan. Mar. Nouar. in praxi election. & variation fori, sect.* 1. *quæſt.* 14. *per tot.* Qui licet quæſtionem *de damnato ad carcerem* formauerit, & de eo quæſiuerit, an fori electione vtatur: de carcerato, cum *Bart.* & *Foller.* ſimpliciter reſpondet: conuenitque *Didac. Perez. in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinam. verb. Pobres, verſ. Item carcerati, pag. mihi* 463. textum in id adducens *in l. Si quis ad declinandam,* 37. *C. de Epiſc. & Cleric. Cynum in l. fin. C. ſi quis alter. vel ſibi, Bartolum proximo loco,* & *Hippolyt. in pract. crimin. §. Nunc videndum, num.* 11.

16 Sed neque *text. in dict. l. Si quis ad declinandam,* † quid tale profert, proferendum ve dictat; neque *Cynus*, à *Bartulo* etiam, & *Hyppolyto* citatus. *Bartholus* autem, etſi Miſerabilem carceratum dicat ibidem; non tamen ad eam qua de agimus ſe ſpeciem reſtrinxit, aut deſcendit. Sed ad eam, *an in carceratorum cauſis ſummariè procedatur?* affirmatiuam, Miſerabilium argumento, partem profeſſus, vt aliorum quoque ſententia ſubiiciemus inferiùs. Ad quã quidem ſpeciem, aut cæteri cum allegantes, ſe arctare videntur, ſecundum prænotata *quæſt.* 8. *num* 6. aut damnãdi ſi abſoluté fori priuilegium carceratis concedant.

Nos igitur, qui (vt in profundo non deſidioſis theſaurum recõditum) quærimus veritatem, Doctorum in Curia, latebris inuolutam, aut reuocabimus, aut curabimus ſaltem reuocare in lucem. Quaſque tenebras generalitas aſſertionis induxit; diſtinctione fugare.

Miſerum itaque (cum *Bart.* cæteriſque relatis) fatemur: ſed *legis* noſtræ *vnicæ*, forique præſcriptione abſolute frui, negamus. Sic enim frequenter accidere, iam *in proœmio, num* 4. *verſ. Sen ſit, & num. ſeqq.* notata monſtrant. Ob delictum namque in carcerem detruſum, & delictum, & carcer reddit Miſerum. Primùm, dicta *quæſt.* 2. *num.* 10. *& ſeqq.* ſat oſtendunt. Secundùm, proximè præcedentia. Huic tamen ipſi, vtriuſque rei prætextu, Principis forum mediocriter etiam edoctus, denegabit. Cum aduerſus delinquentes, eorumque odio huiuſmodi remediũ, certis ſaltem in caſibus, ſit conceſſum, iuxta notata *ſuprà quæſt.* 9. *num.* 43. & 65. criminoſis, perconſequens, omnino denegatum. Inducta ſiquidem ad vnũ finem cõtrarium operari non debent, ex citatis à *Nobis iuribus*, *in Axiomatib. lit. I. num.* 70. Neque enim immunitatem pœna tribuit, vt Conſultus ait *in l. Relegatorum,* 7 *§ fin. D. de interdict. & relegat.* odium ve fauorem, vt vulgata Axiomata dictant, *à Nobis* deſignata *in noſtris, lit. C. num.* 86. & *lit. M. numer.* 16.

Quæ quidem, non ſolum in eo, qui ob delictum in carcerẽ miſſus eſt, carceriſque prætextu ſe Miſerabilem diceret & ad Principem cauſam, in eius congreſſu, deferri poſtularet, rationes vrgent: ſed & in eo quoque qui ante
17 crimen commiſſum, † miſſionemque in carcerem, extabat Miſer. Aduerſus quem præterea ſequentes inſurgunt: ibi nempè de crimine agi debere, vbi commiſſum eſt. *l. Si cui,* 7. *§. Idem Imperator, D. de accuſ. l.* 1. *& tot. tit. C. vbi de crimin. agi oportet. auth. Vt nulli iudic. § Si vero quis, coll.* 9. *l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. Nullumque tam validum priuilegium eſt,

eſt, vt eius regulæ vires eneruet; illud enim reatus excludit. *Modeſtini* verba id comprobantia, *in l. fin. D. de accuſa-tion.* ad diuorum Imperatorum, ſimiliter ſtatuentium, tranſitum nobis faciant. *Alterius Prouinciæ reus* (inquit ille) *apud eos accuſatur, & condemnatur, apud quos crimen contractum oſtenditur. Quod etiam in militibus eſſe obſeruandum, optimi Principes noſtri generaliter reſcripſerunt.* Conſtantini Auguſti, *in l. 1. C. vbi Senat. vel clariſſ.* aſſertionem eandem clariùs manifeſtant: *Quicumque non illuſtri, ſed tantùm clariſſima dignitate præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaſerit, vel in aliqua culpa, ſeu crimine fuerit deprehenſus: intra Prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis ſubigetur legibus, ne fori præſcriptione vtatur. Omnem enim huiuſmodi honorem reatus excludit.* Iuſtiniani pariter, *in auth. Qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi oport.* dicentis: *Si ergo ambo, & actor, & reus ſint in Prouincia*: *illic*, omni priuilegio ceſſante, *res expediatur*. Quibus conuenit *Innocentii Quarti* decretum, *in cap. 1. de priuileg. lib. 6.* Quæ quidem effecêre, vt in criminali cauſa, reo Miſerabili exiſtenti, conformis Iuri ſtylus, fori deneget priuilegium, eaque exceptione adiecta, Regiæ fori literæ expediantur; vt *quæſt. 3. ampliation. 9.* aduertimus.

Quæ itidem non modo incarcerato
18 pro crimine, ſed etiam pro debito † ex delicto naſcenti, rationes inſtant. Cum primæua cauſæ natura fori priuilegiũ deneget, ſemperque attendatur origo, vt multis *in Axiomatib. noſtris* comprobamus, *lit. O. num. 41.* Quæ operatur,
19 vt quemadmodum pro delicto † capi mulier perſonaliter poteſt (ſeruata forma *legis Quoniam, 3. & auth. Hodie*, ſequentis, *C. de cuſtod. reor. auth. Vt nulli iudic. §. Neceſſarium, coll. 9.* & *legis 5. tit. 29. part. 7.*) ita & pro debito à delicto deſcendenti, vt *text.* probat, *in l. Si quis id quod, 7. D. de iuriſdict. omn. iudic.* referente ibi Vlpiano: *Sed & vtrumque ſexum Prætor complexus eſt.* Cumque *Foller. in pract. crimin. verb. Notatos capiat de perſona, num. 19. Petr. à Plac. in epit. delictor. lib. 1. cap. 34. num. 12.* & aliis, tradit *Farinac. prax. crimin. tom. 1. quæſt. 27. num. 60.* in puncto quoque Iuris, (cum eodem *Foller.* textui in *dict. auth. Hodie*, reſpondente) id procedere affirmans. In idem pariter *Gaſp. Baez. de inop. debit. cap. 15. num. 7.* Eſtque aperta deciſio *textus, in l. 62. Taur.* tranſlata *in l. 10. tit. 3. lib. 5. nouæ Reg. collect.* vbi ſic nominatim annotat *Matienz. gloſ. 2.* idem pro debito ex quaſi delicto deſcendenti tradens, ex *Gomez Arias in l. 60. Taur. num. 7.* Cum pro ciuili debito
20 † mulierum capturam omnino prædictæ inhibeant leges, factamque pœnâ vindicent capitali, vt & prædiximus *quæſt. 3 num. 143. & 245.*

Simile & in Clericis, quos pro ciui-
21 li debito † in carcerem detrudendos non eſſe, *quæſt. 9.* aduertimus *num. 102. & 104.* Ex delicto vero deſcendenti, detrudi poſſe *Proſp. Farin.* tradit, *dict. quæſt. 27. num. 72.* adducto *Marſillo in practic. crimin. §. Attingam, num. 7. verb. Hanc tamen concluſionem intellige eſſe veram, & in tract. de bannit. verb. Carcerati, ſub num. 12.* addens pariter, eo in caſu, beneficio *capitis Oduardus, de ſolution.* non gaudere.

Et in eis, qui nõ conueniuntur vltra
22 quam facere poſſunt, † quos pro debito à delicto, vel quaſi delicto deſcendenti, in carcerem mitti poſſe, tenet *Humad. in l. 23. titul. 6. part. 1. gloſ. 6.* eoque relato, *Alphonſ. Azeued. in l. 6. titul. 2. lib. 6. nouæ Reg. collect. in princip. ſuper verb. Y ſi la tal deuda deſcendiere de delicto, o quaſi delicto.*

23 Generaliter † que, non modo nobiles, ſed quoſvis alios exemptos, & priuilegiatos, ne pro debito mittantur in carcerẽ; pro debito à delicto, vel quaſi originem habẽte, quemadmodum pro delicto, in eam poſſe detrudi; Regiæ *leges 79. Taur. & dict. l. 6. titul. 2. lib. 6. nouæ Reg. collect.* his verbis decreuerunt: *Ordenamos, y mandamos, que las leyes de eſtos nueſtros Reynos, que diſponen que los*

hijos

*hijos dalgo, y otras perſonas, por deudas no puedan ſer preſos: que no ayan lugar, ni ſe apliquen, ſi la tal deuda deſcendiere de delicto, o quaſi delicto. Antes mandamos, que por las dichas deudas eſten preſos, como ſi no fueßen hijos dalgo, o eſſentos.* Reatus enim, fraus, vel dolus priuilegium, & honorem excludit, *l. 1. in fin. C. vbi Senat. vel clariſſim.* vbi id in ſpecie aduertit *Gloſſa, & Doctores*, eiſque relatis, *Petr. Caleſat. in tractat. de æqueſtor. dignit. num.* 57.

Nec præterea, ſolùm præcedentibus caſibus, fori priuilegium carcerato non competit; ſed neque in cauſa
24 omnino ciuili. † In executiua namque, aditum remedio huic præcluſum Miſero, *quæſt. 3. num.* 67. diximus: in ordinaria, prohibitam carcerationem fecit Imperator Auguſtus, *in l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10.* notauitque *Gloſ.* (communiter recepta) *in l. 3. §. Tutores, verb. In vinculis, D. de ſuſpect. tutor.* & cum multis à ſe citatis, *Azeued. in l. 19. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. collect. num.* 75. Deficitque tunc quæſtionis ſubiectum. Sed eſtò quod aliqua iuſtificaretur captura ratione, niſi alioquin miſeri exiſtat conditio, ex eo ſolum quòd in carcere ſit, in cauſa ea, iure fauorem hunc carceratus non poſtulat. Quia cum ob contumaciam in non ſoluendo, dolum, fraudem, maliciamve in carcerem ſit coniectus (conſtare ſiquidem apertè ad carcerationem decredito, obligationeque ſoluendi, debet, ex *l. 66. Taur. l. 3. tit. 16. lib. 5. nouæ Reg. collect.* & vtrouique *Regnicolæ* notant:) argumenta, rationeſque perpenſæ *ſuprà num.* 16. pugnant, & limitatio, quá legi noſtræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. quæſt. 3. num. 39.* aſsignamus, malicia, vexandique aduerſarii animo priuilegium hoc prætendenti, denegans. Aliter præterea, non ſpecialis Miſerabilium fauor, ſed generale, communeque ius exiſteret, prauis iudicans ſubterfugium, protrahendi lites, ordinariamque iuriſdictionē fraudandi, viam oſtendens, contra vulgatas Iuris regulas. Si vero in defectum bonorum in ordinaria cauſa, mitti quis in carcerem contingat: paupertatis, non carceris ratione hoc ſe poterit priuilegio munire, iuxta tradita à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 4. num.* 80.

Tum igitur demum carcerem, remedium hoc parare, cum exiſtenti in
25 eo, † lis inſurgeret aliunde, ciuilis, vel criminalis, in qua partes teneret actoris; præcedentia dicere cogunt, ita in condemnato, quâm in non condemnato ad carcerem, dum eo continetur, illiuſque ſuſtinet cruciatus, vrgentia; miſerrimum interim carceratum, & fori priuilegio dignum (iuxta præfinitum modū, caſumque iá dictum) prædicantia. In eoque intelligendam, aut limitandam eorum aſſertionem, qui indiſtinctè, & in genere proferunt: *Carceratum, Miſerabilem eſſe, fori, legiſque noſtræ vnicæ priuilegio gaudere.* Reprehendendos pariter & hos ob profuſsi ſermonis vitium, vel continentis errorē, vel ad illum ducentis: & *Nouarium citato loco, num.* 15. ſi de condemnato ſolummodo ad carcerem, ſuam protuliſſet, nullo veluti iuridico fundamento nixos.

Opinionem vero noſtram (quæ non tantum ad carcerem damnato, ſed etiã in illo exiſtenti, modo præfato, hunc firmat competere fauorem) dupliciter adhuc extendendam arbitramur. Pri-
26 mo, † non tantum ſi exiſtenti in carcere, lis accideret, quam ad Principem, in eius initio deferri curaret: ſed etiam ſi ante capturam, cœpta coram Ordinario eſſet, eamque ad Curiam (carcerationis, conditioniſque Miſeræ ſuperuenientis intuitu) remittendam contenderet, ex dictis *ſupr. quæſt. 3. ampliatione 6.*

27 Secundô, † etiam ſi propria culpa, ad caſum non ordinata, ad carcerem deueniſſet, ex notatis pariter à *Nobis, de priuil. pauper. 1. p. q. 54. à nu. 7. cũ ſeqq.* & *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. M. num.* 17. & *infrà, num.* 29.

Limi-

Limitandam vero eandem, & intel-
28 ligendam, † ſi longa, diuturnaque carceratio ſit, ſecus ſi leuis, & paruo tempore duratura. Non ex brocardicis tantum, ſcitisque regulis, quæ breui tempore relaxandum, pro relaxato, aut de proximo abſoluendum, pro abſoluto habent, de quibus *Nos* latè, *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 4. §. 2. *num.* 121. & *ſeqq.* quæque nec captum iudicant, cito egreſſurum, cuiusve captura protrahenda non eſt, iuxta ſimiliter dicta à *Nobis in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. F. num.* 74. ſed ex eadem ipſa *lege* noſtra *vnica* & Regiis conſimilibus, *quæſt.* 3. *num.* 1. relatis, ita demum miſeræ conditionis prætextu hunc fauorem indulgentibus, ſi grauis miſeria premat, ex adiectarum in ea Miſerabilium perſonarum qualitate, ſimilique in ceteris deſiderata, vt *infrà* notâmus, *quæſt.* 15. *num.* 4. longumque, & diuturnum morbum, vt huic priuilegio ſit locus, requirentibus.

CAETERA Nos carceratorum priuilegia ſpectant. Quorũ in primis,
29 † piam eſſe cauſam, proque carceratis relictum ( ipſorum licèt culpa ) dici prium, & in piæ cauſæ diſtributionem executorem datum, in carceratos illã facere poſſe; iam *de priuileg. pauper.* 1. *part. q.* 54. *n.* 10. aduertimus, ibique relatis *Nouarium* addimus *in praxi electtion. & variation, fori, ſection.* 1. *quæſtion.* 14. *num.* 4.

30 Pauperibus † que illos æquari (ex *l. Iudices,* 10. *C. de Epiſcop. aud.*) profeſſus eſt *Didac. Perez, in l.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordinam. gloſ.* 1. *poſt med.*

31 Illorumque cauſas, † vt Miſerabilium, ſummariè, & de plano eſſe tractandas, probat *lex* 1. *C. de cuſtod. reor.* in verbis illis: *Id quidem debet quam celerrime procurari*, traduntque *Bart. in dict. tractat. de carcer. num.* 29. & *Didac. Per. vbi proximè, & in dict. l.* 1 *tit.* 1. *lib.* 3. *verb. Pobres, verſ. Item carcerati*, apertèque *text. in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 2. *nouæ Reg. collect.* dum ait: *Y ſepan la razon de todos ellos, y hagan juſticia breuemente.*

32 Diebus etiam feriatis, † illorũ cauſas expediri, notat *Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt.* 14. *in princ.* & de Miſerabilium generaliter cauſis, diximus *ſecunda part. de priuileg. paup. quæſt.* 65. *num.* 43.

33 Et in dubio † carceratis fauendum, pro eiſque præſumi, & iudicandum, firmant *Grammat. deciſ.* 56. *num.* 17. & *Franc. Perſon. conſ.* 7. *numero* 43. *lib.* 1. Proque cæteris Miſerabilibus protulit *Ioan. Neuiz. in Sylu. nuptial. lib.* 6. *quomod. iudic. pro commun. opin. num.* 27.

34 In carcerem pauper coniectus, † ab illo eſt alendus, qui illum coniecit, *Bart. in tract. de carcer. nu.* 30. & ſi ægrotet, curandus, multis comprobâmus vtrumque *de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 39. *num.* 33. & *ſeqq.* addimusque ibi relatis, plenè hac de re agentem, *Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. part.* 1. *defenſ.* 6. *circ. priuileg. carcerator. cap.* 1. *num.* 5. & *ſeqq.*

Ad expenſas ſimiliter cuſtodiæ †
35 carceratus pauper non tenetur, neque pro illis detineri in carcere poteſt, vt *in dict. tract. quæſt.* 28. *num.* 68. ſcripſi-
36 mus. Et quid pro alimentis, † quæ carceris cuſtos ad carcerati alimoniam præſtitit? videndus *Guazin. citato proximè loco.* Quidque in aliis, pro carceratis expendentibus, an repetere expenſa poſsint? *Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Ecleſiaſt. quæſt.* 143. *num.* 4. & *ſeqq.*

Obligationem à carcerato factam
37 † in carcerantis fauorem, inutilem declarauit Paulus *in l. Qui in carcerem,* 22. *D. de eo quod met. cauſ. Qui in carcerem* (ait) *quem detruſit, vt aliquid ei extorqueret; quidquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt.* Conuenit Regia *lex* 17. *tit.* 26. *part.* 2. *verſ. Cà tal pleyto non valdria, porque lo fiziera teniendolo en ſu poder, o en ſu priſion.* Quã latiſsimè examinant materiam ( præter ordinarios dictis legibus, vetuſtioreſque aliis in locis) *Ioan. Gutier. de iuram. confirmator.* 1. *part. cap.* 57. *per tot. Proſper. Farinac.*

prax.

prax.crimin.part.1.quæſt.35.per tot. & Sebaſtian.Guazin.de defenſ.reor. dict.defenſ.6.num.10.& ſeqq.

38 Carceratos viſitandi curam, † Arcadius,& Honorius Imperatores in l. Iudices,10.C.de Epiſcop.aud. iudicibus his verbis imponunt: Iudices Dominicis diebus, productos reos de cuſtodia carcerali, videant, & interrogent: ne his humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur. Victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari, libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimauerint cōmentarienſes, decretis, &c. pœna ſimul ibidem Iudicibus id non adimplentibus, impoſita. Viſitationis huius tempus, ad diem Veneris, Regii Ordinamenti mutarunt leges 6.tit.4.lib.2. & l.13.tit.3. Ad Sabbatum vero, recentior l.1.tit.9.lib.2.nouæ Reg.collect. Carceribuſque relaxandos Paſchalibus feſtiuitatibus, caſibus quibuſdā exceptis, Imperatores Gratian.& Valent. decreuêre in l.3.C.eod.tit.de Epiſcop.aud. traduntque, aliis relatis, Ioan. Yañez Parlador.rer quotid.lib.2.cap.fin. part.5.§.6.num.8.& Proſper.Farin.prax.crimin.q.33.num.77.

Viſitarique etiam poſſe eum cui po-
39 pulus pro carcere † datus eſt; merito diſponit l.5.dict.titul.9 lib.2.nouæ Reg.collect. Cum non ſolum carceratus dicatur, qui in vinculis publicis, ſed in quolibet alio loco à Iudice deputato,
40 † etiam ſi Ciuitas ſit, detinetur, vt (ex text.in l.Milites agrum,13.§.Eius fugā, D.de re milit.ſtatim in princip.& in l.Capitolium,28.§.Ad ſtatuas, in illis verbis: Niſi qui ex vinculis, aut cuſtodia detentus, &c.D.de pœn. cum aliis) tradunt Angel. de malef.verb.Quod fama publica, ſub nu.87.& in verb.Qui Iudex dictis inquiſitis, nu.14.& 16.Boer.deciſ.215.nu.15.poſt med.verſ.Pro quo allego text. multiſque relatis, Farin.quæſt.30.numero 46.& ſeq.

A prouiſioneque per Regios Con-
41 ſiliarios † in viſitatione facta, ſupplicationem denegat lex 6.d.tit.9.lib.2.nouæ Reg.collect.

Carceratus præterea in vno loco,
42 ad comparendum in alio, † arctari non poteſt, Vlpiani reſponſo, in l.2.§.Simili modo, ibique notat Accurſ.verb.Retentus, D.ſi quis caution.Proſper.Farin.conſ.17.num.12.part.1. Sebaſtian.Guazin.de defenſ.reor.dict.defenſ.6.num.17. Nec
43 per Procuratorem † tunc comparere tenetur, ſatiſque eſt, per excuſatorem impedimentum allegare, & terminum ad illud probandum petere, Iulii Clari ſententia, recept.ſentent.lib.5.§.fin.quæſtion.34.num.6.verſ. De carcerato, Guazini dict.loco, num.18.& 21.verſ.Tertio limita,& Farinac.dict.conſ.17.num.13.28.& 29. Et contra abſentem carceratum de cuius impedimento Iudex
44 notitiam habet, † ſententiam latam, nullam ipſo iure eſſe, firmant (poſt Doctores in l.Quæſitum, D.de re iudic. Pariſium, conſ.102.num.1.& 3.lib.4.Afflict.deciſ.23.num.3.& alios) Proſp.Farinac.conſ.89 num.2.in fin.& num.17.Sebaſt.Guazin.vbi ſupr.num.19.& Ioach.Minſyng.obſeruation.57.cent.4. Quæ dupli-
45 citer limitant † Clar.dict.quæſt.34.numero 6.& ibid.Baiard.num.36.Farinac.dict.conſ.17.num.28.Guazin.dict.defenſ.6.num.20.& 21.& Proſp.Carauit.ritu 166.num.16. ſi vel prior carceratio affectata ſit, vel ab inferiore quis Iudice ſub fideiuſsione detineatur. Quem carcerationis exceptione non excuſari, cum ad ſuperiorem ſpectet prouidere ne moleſtetur acceſſu, profitentur.

46 Iuſtamque præbere carceratiōe † reſtitutionis cauſam, ex l.2.& ibi Bald. C.ex quib.cauſ.maiores, notat Hieronym.Gigas de penſion.quæſt.75.num.4.

Licet ab excarcerationis decreto,
47 reo in carcere exiſtente, † appellatio interpoſita, liberationis effectum ſuſpendat: ſi tamen eius decreti tempore, in carcere reus non exiſtat, in libertate remanere, appellatione non obſtante, profitentur Roman.ſingul.496.incip.Accuſatus, Baiard.dict.quæſt.34.num.40.eiſque relatis, Guazin.dict.loco, numero 25.

Eam

48 Eam præſtat ſecuritatem carcer, † vt licèt alicuius conſtitutionis, vel decreti vigore, poſsit offendi bannitus impunè: ſi in carcere exiſtat, offendi nequeat, tradentibus ſic *Farinac. prax. crimin. quæſt.* 103. *num.* 153. *Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. dict. part.* 1. *defenſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 26. & *Franc. Burſat. conſ.* 216. *num.* 2. & *ſeq. lib.* 2. ſimul *num.* 4. firmante, eum qui carceratũ occidit,
49 † vel offendit, legis Iuliæ Maieſtatis pœnis ſubiici, poſt *Bart. in l.* 3. §. *Transfugas, in fin. D. ad leg. Cornel. de ſicar. Anan. in cap. Cum iuramento,* 4. *num.* 5. *de homicid. volunt.* & *Boſſ. in tract. de crimin. læſæ Maieſtat. num.* 64. Cum publicam fidem, & ſecuritatem (ſub qua carceratus exiſtit, *l. fin. C. de cuſtod. reorum*) frangat.

Inde & cuſtos carceris, aliusve car
50 ceratam † carnaliter cognoſcens, præter ordinariam delicti pœnam (et ſi meretrix illa ſit) grauiorem, arbitrio Iudicis incurrit, vt ex *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 292. *num.* 3. & 6. & aliis, obſeruãt *Farinac. dict. quæſt.* 31. *nu.* 23. & *Petr. Cabal. reſolut. crimin. caſu* 283. *per tot.*

Omnimodamque in carcere, ſicut
51 in propria domo † exiſtenti (iuxta *legem Plerique, D. de in ius vocand.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib.* & *locis commun. iuris. lit. D. num.* 213.) ſecuritatem eſſe debere, arguit *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 70. *num.* 3. Hoc pariter, aliiſque fundamentis *numer. ſeqq.* probans, pro criminali cauſa carceratum, recomendari pro ciuili non poſſe. In quam multos ſententiam referunt *Guazin.* repetita *defenſ.* 6. *num.* 85. & *Farinac. quæſt.*
52 27. *num.* 156. Et an pro debito † captus, pro alio debito, vel etiam pro delicto recomendari rectè valeat: iidẽ ipſi diſputant.

Iniuſtè præterea, indebitèque car-
53 ceratum, † fractis etiam carceribus, tutè effugere poſſe; *Florentini* verba in *l. Nihil intereſt,* 25. *D. de captiu. & poſt lim. reuerſ.* probant, quæ ſic ſe habent: *Nihil intereſt, quomodo captiuus reuerſus eſt; vtrum dimiſſus, an vi, vel fallacia poteſtatem hoſtium euaſſerit, &c.* aſſeruntque *Gloſ. in Clement. Paſtoralis, verb. Per violentiam,* & *Doctores ibidem, de re iudic. Socin. in l.* 1. *num.* 13. *D. ne quis eum, qui in ius voc. Alex. in l. Sed ſi eximendi, §. Si quis, circa fin.* & *Iacob. de ſanct. Georg. num.* 3. *D. eod. titul. Andr. Tiraq. de vtraque retract. in præfation. num.* 68. *verſ. Et in ſimili quoque dicitur, Didac. Couar. variar. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. *poſt verſ.* & *num.* 12. & 13. *ad fin. Iacob. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 301. *num.* 14. & *de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 43. & 49. propè infinitis relatis, *Farinac. prax. crimin. part.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 120. & *ſeqq.* multis, vtilibusque ampliationibus hanc ornans concluſionem, & *Sebaſtian. Guazin. dict. defenſ.* 6. *num.* 30. 67. & 68. Sicque iniuſtè carcere tentũ diſtributiones quotidianas lucrari, dicunt (aliis citatis) *Bonacin. de hor. canon. diſput.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. §. 1. *Sanctar. variar. reſolut. quæſt* 9. *num.* 5 *Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.* 2. *part. alleg.* 53. *num.* 178. & *in collect. ad cap. vnic. de Cleric. non reſid. lib.* 6. *num.* 19.

Pro carceratorum quoque priuilegio, & illud *Guazin.* ipſe *ibidem num.* 31. aſsignat: nobilem nempè, magnæque exiſtimationis carceratum, † ſub fide-
54 iuſſoribus in cauſa criminali relaxandum, quod ex aliis etiam tradit *Farin. quæſt.* 33. *num.* 60. Id vero, nobilitati potius tribuendum; neque eius adhuc fauore, ſi pœna corporalis infligenda veniat, ſatis firma aſſertio, vt cum multis *idem Farinac.* aduertit *ibidem, num.* 63. & 64. quem, an & quando ſub fideiuſſoribus in delictis carceratus relaxari valeat, plenè agentem conſule *ibi à num.* 1. *cum ſeqq.*

Qui ad carcerem voluntariè accedit, † præſumptionem delicti exclu-
55 dit, *Crauet. conſ.* 75. *num.* 19. *Burſat. conſ.* 144. *num.* 8. *volum.* 2. cum quibus, aliiſque *Guazin.* eadem *defenſ.* 6. *numero* 62. qui & illud *num. ſeq.* addit; carceratum, ſub fideiuſſoribus de ſe repreſentando rela-

relaxatum, † ad carcerem reduci non poſſe, niſi cauſa noua, inditiaque ſuperueniant, ex *Iul. Clar, Tob. Nonio, Brun. à Sole, Gabriele,* & *Maceratenſ.* Apud Nos,
57 ſub fideiuſſoribus relaxatus, † & in cauſa leui, poſt ſexaginta dies ſuper eadem cauſa reduci ad carcerem non poteſt, ſtatuente ſic *l. 18. tit. 9. lib. 3. nouæ Reg. collection.*

Quin & ſub fideiuſſoribus de repre-
58 ſentando, † carcere dimiſſum, à iudicii obſeruatione abſolutum videri, eáque vim relaxationem illam habere; tradunt *Proſp. Farinac. prax. crimin. quæſt. 4. num. 25. conſ. 59. num. 1. & conſ. 60. n. 5.* & *Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. d. defenſ. 6. num. 64.*

In pœnam pecuniariam damnatus,
59 † pignora offerens, vel fideiuſſorem, & ſi ante realem ſolutionem relaxari non debeat, nec fideiuſſere, pignorave præſtando, condemnationi ſatisfaciat, ex *l. 4. §. Ait Prætor, D. de re iudic.* notantque *Plac. de delict. lib. 1. cap. 2. num. 18.* & *Farin. prax. crimin. quæſt. 33. num. 9.*
60 Si tamen prouocauerit à ſententia, † fideiuſſorem de ſe repreſentando, condemnationeque ſoluenda præſtet, relaxari vtique debet, vt à contrario ſenſu, probant *text. in l. Eos, 6. §. Super his, & in l. Minimè, 12. in fin. C. de appellation.* aduertitque *Farinac. dict. quæſt. 33. numero 20. & ſeq.* Sed ſi delictum pecunia-
61 riæ condemnationi † cauſam præſtiterit ab ea condemnatum appellantem fideiuſſorem, vel etiam pignora offerentem, relaxandum non eſſe, non condemnatione ſoluta; idem arguendi modus, ex Regia ſumptus *lege 16. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. collect.* ſatis ſuadet, dicente: *Mandamos, que quando alguno fue repreſo por cauſa pecuniaria, no ſeyendo la cauſa criminal, ſi apelare de la ſentencia que contra el fuere dada: que depoſitando la quantidad en que fue condenado, o dando fianças baſtantes por ella, ſea ſuelto de la priſion, para que pueda ſeguir la apelacion:* auxilianturque dicta *ſuprà, num. 18. & ſeqq.*

Carceris efractorem, ad Eccleſiam
62 fugientem, † eius priuilegio gaudere, firmant *Guazin. repetita defenſ. 6. num. 71.* cum *Tiber. Decian.* quem allegat, *tract. crimin. lib. 1. cap. 28. num. 28.* & plenius *Farinac. de immunit. Eccleſiaſt. capit. 14. per tot. Decianum* quoque adducens *eodem capite, & numero, ſed lib. 6.* Hancque communem opinionem, & ab ea conſulendo, & iudicando non recedendum, & multis relatis, teſtatur *Farinac.* & multipliciter eam ibi *d. num. 2.* ampliat.

Fracti quoque carceris pœnam, qui
63 ad Principem, † vel Superiorem competentem Iudicem ſe confert, euitat, vt profitentur *Iacob. de Sanct. Georg. in l. 1. num. 9. C. de ſerui. fugit. Nicol. Boer. deciſ. 215. num. 28. Thom. Grammat. vot. 39. num. 12. Paul. Griland. in tract. de relax. carcer. rubr. de fug. carcer. num. 10. & ſeq. Ioſeph. Maſcard. de probation. lib. 2. concl. 280. n. 13.* cum quo multis aliis, *Farinac. prax. crimin. part. 1. quæſtion. 30. num. 171. Sebaſt. Guazin. dict. loco, num. 71. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 301. nu. 7. & ſeqq. Caualc. de debit. ſuſpect. quæſt. 1. num. 2.*

Cæteros caſus, in quibus carcerem
64 frangens, † pœnam fractionis vitet: per *Farinacium* licet videre, *dict. quæſt. 30.* ferè *per tot. Guazin. dict. defenſ. 6. nu. 80.* & *Andr. Fachin. controuerſiar. iur. lib. 9. cap. 64. & 65.* vt ab illis omittamus adductos.

A carcereque fugientem, mala cu-
95 ſtodis † cura aufugiſſe præſumi, dicunt *Iacob. Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 61. num. 32. & ſeqq. Ioſeph. Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 266. num. 10. Farin prax. crimin. part. 1. quæſt. 31. num. 19. & ſeq.* Vt mala pariter cuſto-
66 dis cura in carcere mortuum, † ni aliud doceatur *lex* præſumit *fin. verſ. Sed ſi cuſtodia, & verſ. Ergo caſu, D. de cuſt. reor.* & cum multis *Farinac. vbi proximè,* repetitque *num. 44. & ſeqq. Maſcard. concluſ. 267. num. 1. & ſeqq. Caual. de brach. Reg. part. 2. nu. 135. & ſeqq.* Licèt enim
67 in dubio culpa † non præſumatur, *l. 2. D. ſi quis cautio. l. In illa ſtipulatione, ſi*

*Kalen-*

*Kalendis*, 8. *D. de verbor. oblig.* ſumendaque ſit in dubio culpæ excluſiua præſumptio, *Ang. in l. Sed ſi damnum, §. 1. D. de pecul. Crauet. conſ.* 151. *num.* 18. *&* *conſil.* 319. *num.* 15. Culpamque ideo allegans, probare debeat; *l. Si quis fundum*, 10. *§. Imperator*, iuncta *Gloſ. verb. Probari poteſt, D. locat. l. Si res pupilaris*, 51. *D. de adminiſtr. tutor.* Et diligens quis cenſeatur, vt *in Axiomatibus noſtris, lit. D. num.* 104. multis comproba-
68 mus: ad cuſtodiam tamen obligatus, † publici officii ratione, non ſolum caſum; ſed etiam quod abſque ipſius culpa euenerit, probare tenetur, vt expendit *Gloſ.* celebris *in l. Cum ita legatur*, 33. *§. Species, verb. Nec dolo, D. de legat.* 2. *& ibid. Bald. Iaſ. in l. Si paſcenda, num.* 4. *C. de pact. & in l. Quod te mihi, nu.* 11. *D. ſi cert. pet. Alex. conſ.* 158. incip. *In cauſa, & lite, num.* 2. *lib.* 2.

Oſtium inde carceris apertum vi-
69 dens, † ab eo fugiens, carceris efracti pœnā non incurrit, mitiorique, vt euaſor arbitrio *Iudicis* plectetur, veluti poſt antiquiores, à ſe relatos, docet *Couar. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11.

Prohibitio *Nequis carceratos aloqui*,
70 † *aut inſtruere poſſit*, carceratos alios non comprehendit, ex ſententia *Landerch. Imol.* (ita in facto obtinuiſſe affirmantis) *conſil.* 203. *in fin.* cuius relator, & approbator *Sebaſtian. Guazin.* exiſtit, ſæpè dicta *defenſ.* 6. *num.* 77. addens pariter *numero ſequenti.* Poſſe carcera-
71 tum, quo ad forum ſaltem fori, † etſi non poli, orationibus vti, quibus os nō aperiatur, nonque fateatur delictum, dummodo ex eis ſortilegium non reſultet, ob idque non infligi pœnam, allegans *Grilandum de ſortig. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 4. & *Landerchum dict. conſil. numero* 6.

Iudex indebite quem carcerari præ-
72 cipiens, † in ſyndicatu tenetur, qualiterque puniatur, tradit cum plurimis à ſe relatis *Farinac. prax. crimin. part.* 1. *q.* 27. *num.* 134. *& ſeq.*

Plura omittimus, quæ tanquam carceratorum priuilegia, aliqui ex citatis, præcipuè *Guazinus*, aſsignāt: Nobis nō ſic viſa, quin nec ſuperiora omnia. Sed quia ſi non principaliter, ſecundariò, vel aliquo modo eorum vtilitatem, fauoremque reſpiciunt: quædam, cæteris priuilegiis inſeruimus. Plura ergo hac in re deſiderans, prædictos conſulat: delicatus condita non faſtidiat.

## VTRVM SCHOLASTICI Miſerabiles ſint perſonæ? Legis noſtræ vnicæ priuilegio, quibuſque aliis gaudeant?

## SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur, & num. ſeqq. vſque ad num.* 9. *Aduerſa inde, cū intellectibus, & limitationibus.*

2 *Miſerabilis eſt amore captus.*

3 *Indefeſum laborem ſtudia requirunt.*

4 *Scientiæ pulchritudo ita illius ſectatores in ſui amorem rapit; vt vltra vires ſæpè eam proſequantur, in ægritudines, dementiam, mortemque incidant.*

5 *Exul miſer eſt, & grauius morte exilii ſupplicium.*

6 *Scholares ab ſcholis abſentes, in Lariſq; patriis exiſtentes, ſcholas ſuo tempore petituri, ab illis non dicuntur abeſſe.*

*Amans verius eſt vbi amat, quā vbi animat. ibid.*

7 *Scholares an pauperes de diuitibus fiāt? & num.* 11.

10 *Temperatum ſtudium, animi oblectamenta affert, multoſque ex infirmitate, ad firmam valetudinem reuocauit.*

12 *Scholaris neque à Miſerabili ad Principem in prima cognitione cauſæ, trahi poteſt. Et qualiter Scholarem ad alium Iudicem, quam ad Scholaſticis deſignatum trahens, plectatur?*

13 *Et an tam ciuili, quàm criminali cauſa apud ſuos Iudices conueniri Scholares debeant? & num. ſeq.*

14 *Fori priuilegium Scholaribus conceſſum,*

*ſum, quibus competat? & num. ſeq.*

16 *Scholaris apud alium Iudicem, quam apud ſibi deſignatos reſpondens, an priuilegium ea in cauſa perdat? Quidquè facere vt eo vtatur debeat? & num. 19.*

17 *Contra priuilegiatos non comparentes ſententia lata valet.*

18 *Notoria qualitas exiſtens, an eius allegationem, probationemque ſuppleat?*

21 *Scholares omiſſo medio, ad Principem appellare poſſunt.*

23 *Iudices præcipuos Scholaribus deſignarunt leges, ne ab ſtudiis diſtrahantur.*

24 *Conſeruatorum Iudicum natura, & nomen in ſibi commiſſos proniores illos futuros oſtendit.*

25 *Miſero malicioſè agenti, fori denegatur electio.*

27 *Fauor in odium verti, ad vnum ve finem inducta, contrarium operari non debent.*

29 *Scholaſtici hodiè deſuetudine, vel conſuetudine contraria, Iudicum ſibi à Iure communi, Partitarumque datorum beneficio, neque diſpoſitione* authent. Habita, C. de ſal. pro patr. *gaudent.*

30 *Scholaſticorum priuilegia, remiſiue. Et qui de illis egerint, referuntur.*

31 *Scholaſticorum cauſa, proque ſtudiis relictum, an pium dicatur?*

32 *Eccleſiæ, Clericiſque comparantur, & an eorum priuilegiis gaudeant?*

33 *Dotis priuilegia Scholaribus competunt.*

34 *Pauperum quoque, & Doctorum. & num. ſeq.*

36 *Scholares militibus comparantur. De vnoque ad alium argumentum valet.*

37 *Peregrini dicuntur, peregrinorumque priuilegia eis Doctores commodant.*

38 *Multo licet tempore, mille etiam annis, in ſtudii loco, ſtudendi cauſa manentes, vt peregrini domicilium non contrahunt.*

39 *De alibi geſtis, in ſtudii loco conueniri regulariter Scholaſtici nequeunt: illius tamen Ciuitatis, vel loci priuilegiis fruuntur, nec grauantur incommodis, etiam ſi ſtatuto, vel conſuetudine pro Ciuibus reputentur. & num. ſeq.*

41 *Dominus domus, & ſi propriis vſibus ea indigeat, expellere Scholares non poteſt. Ad limit.* text. in l. Æde, 3. C. de locat.

42 *Scholaſticorum libri in domum conductam illati, pro penſione domus, vt cætera conductoris bona, in eam illata, tacite hypothecati non exiſtunt.*

43 *Dominus domus Scholaſtico potius quã alteri illam tenetur locare. Ad limitationem* text. in l. Ne cui, 32. C. de locat.

44 *Pro Doctoratus, Magiſterii, Licenciaturæ, aut Bachalaureatus gradu, in Vniuerſitatibus Salmantina, Compluten ſi, & Valliſoletana, nullum ſtipendium, ſalariumve, à pauperibus Scholaſticis extorquendum eſt.*

# QVÆSTIO XII.

1 MAXIME Miſerabilium † locum Scholaſticos occupare, pluribusque ſimul miſeriarum generibus premi, *Federici* Imperatoris verba, in *authent. Habita, C. ne filius pro patr.* oſtendunt. *Quis enim*, ait, *eorum non miſeratur, qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuã multis periculis exponunt; & à villiſſimis ſæpè hominibus (quod grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt.*

Miſeræ conditionis demonſtrationẽ exorditur ab *Amore* Imperator, quo 2 tentum † Miſerabilem eſſe, ſuo loco inferiùs dicenda monſtrabunt. Quodque ibi illicitum amorem legum beneficium demereri aduertimus: licitus hic, honeſtusque comparat, totque calamitates ex eo venientes cõſequi debent. Quippe quæ non corpori tantũ, ſed animo etiam inſidias parent. Vt nãque *Horat. de art. poet.* ait:

*Qui vult ad optatam curſus contingere metam,*

Multa

*Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, & alſit. &c.*

Cum enim, & indefeſſum laborem
3 † ſtudia requirant, vt experientia docet, & probat *text. in l. 1. C. de aſſeſſor. in §. Quorum, & §. fin.* & vtrouique *Gloſ. in prooem. inſtitut. Bald. in prooem. Decretal. num. 36. Horat. Lutius, de priuileg. Scholaſt. in prooem. nu. 11.* & ita ſcientiæ pulchritudo illius ſectatores in ſui amorẽ
4 rapiat; vt vltra vires † ſæpè illam proſequantur, operam ei etiam immoderatè impendentes: diuerſas inde ægritudines, ad dementiam vſque, mortem que ipſam contrahunt, notante *Gloſ. in clement. 1. §. Licet, verb. Declarauit, de verbor. ſignificat. Socin. in cap. fin. num. 8. de Magiſt. Horat. Luti. dict. loco, num. 20.* Vt namque, ex Apuleio, *Luc. de Pen. in l. 1. C. de profeſſor. lib. 12.* refert: *Continuatio literarii laboris omnem gratiam à corpore detergit, habitudinem tenuat, ſuccum exorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat.* Ad quod Oraculi reſponſum Zenoni Cittico datum, reſpexiſſe videtur. Qui cum Oraculum con ſuluiſſet, quo nam pacto optimè vitam inſtituere poſſet, reſponſo accepto, *Si concolor fieret mortuis*; ad lectionem librorum, ſtudiũque ſe vocari ſentiens, Philoſophiæ operam impendit, vt *Diogen. Laert.* prodit, *de vit. Philoſoph. lib. 7. in princip.*

5 Exilio † deinde Miſeram Scholaſticorum conditionem demonſtrat ibidẽ Imperator. Quid enim Miſerabilius, quã parentibus, liberis, coniuge (quod que durius eſt) patria, amicisque carere? Quæ celebris perpendit Regia *lex 1. tit. 29. part. 2. verſ. E aun fazen mayor crueldad, que departen lo que Dios ayunto, aſſi como marido de muger, que ſe faze por ley, è por caſamiento. E otroſi eſtreman el ayuntamiento natural, aſſi como fijos de padres, o hermanos de hermanos, è de los otros parientes que ſon de vna ſangre. E otroſi los amigos, que es muy fuerte coſa departir a vnos de otros. Cà bien como el ayuntamiento del amor paſſa, è vence al linage de todas las otras coſas: aſſi es mayor la cuyta è el peſar quando ſe parten.* Formidabileſque exilii miſerias, profeſſi ſunt *Honor. & Theodoſ.* Imperatores, in *l. Omnes, 23. C. de pœn.* in verbis illis: *Nec formidare miſerias vllas exilii.* Triſtius inde morte (ſuum deplorans) exilium teſtatur *Ouid. Triſt. lib. 3 eleg. 3.*

*Cum patriam amiſi, tunc me periiſſe putato,*
*Et prior, & grauior mors fuit illa mihi.*

*De Ponto lib. 1. eleg. 8. ad Meſalinum.*

*Nos ſatis eſt inter glaciem, Scytaſque ſagitas*
*Viuere, ſi vita eſt mortis habenda genus.*

& *lib. 2. eleg. 3. ad Maximum.*

*Quid enim ſtatus hic à funere differt?*

paucîſque interiectis:

*Inſtar & hanc vitam mortis habere puta.*

Idque ipſum (ex *Philone Iudæo, lib. de Abrahamo*) tradit *Petr. Gregor. lib. 31. ſyntagmat. iur. vniuerſ. capit. 6. de exilii pœna, numero 13.* dicente: Secundam ab extrema capitali pœnam atrociſſimorum criminum conuictis imponi à Iuriſperitis exilium: ſuo autem iudicio, vltimo eam eſſe ſupplicio grauiorem. Siquidem mors, calamitatum finis eſt: exilium vero non finis, ſed malorum omnium initium: dum euitata vna, ſenſu carente: innumeræ mortes ſentiuntur. *Et certè* (*Petrus* idem *Gregorius* addit) *Quò magis ſuprà omnia nobis chara patria, & proximi, & amici ibidem exiſtentes: eò maior, & aſperior quotidiana pœna, diuulſum, & priuatum illis ſe videre.* Merito inde *Valer. Maxim. lib. 2. de Maieſtate, cap. 5.* exclamat: *Quid damnatione, quid exilio miſerius?* Denique (vt in id vulgata omittamus, ad inſtitutum noſtrum oratione conuerſa): *Nonne vt apices literarum, vt elementa cognoſceres, addictus Magiſtro, Scholis affixus, totus patiens laboris, & pœnæ, nec domum noueras, nec parentes?* Vt eleganter Diuus *Petr. Chryſolog.* ait,

*ſermone* 101. *ſuper illud Lucæ, Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Quod adeò verum eſt, vt etiam dum ab Scholis ab-
6 ſunt, † inque paternis penatibus exiſtunt, Scholas ſuo tempore petituri; ab eis non dicantur abeſſe. Rationé, quã proſequimur literarũ amore, acutiſsimus *Bald.* aſsignat in eadem *auth. Habita, num.* 40. quia veriùs amans eſt vbi amat, quam vbi animat. textum allegat *in l.* 2. *D. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* & *in l. In ſacris*, 9. *C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. *& ibid. Andr. de Baru.* Sed id mihi clarius probant *Florentini* verba, *in l. Nihil intereſt*, 25. *D. eod. titul. de captiu. & poſt limin. reuerſ.* dicentis: *Nec enim ſatis eſt, corpore domum quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt, & Auſonii* carmen, *epigram. ad Gallam, pag. mihi* 41.

*Vado, ſed ſine me; nec niſi tecum*
*Totus ergo, parſcumſim altera Galla tui*
*Vado tamen, ſed dimidius: vado minor ipſo*
*Dimidio: nec me iam locus vnus habet.*
*Nam tecum ferè totus ero: quocumque recedam,*
*Pars veniet mecum quãtulacumque mei:*
*Separor vnus ego; ſed partem ſumo minorem*
*Ipſe mei: tecum pars mea maior abit.*
*Si redeam, tibi totus ero: pars nulla vacabit.*
*Quæ mox nõ redeat in tua iura. Vale.*

Vtque ex omni parte miſera Scholaſticorum appareret conditio: *paupe-*
7 *res* † illos de diuitibus fieri, *in dict. auth.* Imperator addit. Quos inter Miſerabiles, Principem tenere locum, iam *ſuprà, quæſt.* 2. *num.* 23. aduertimus. Debereque adiſcere volentem, pauperem fieri, plura teſtimonia prædicant, à *Nobis* relata *de priuileg. pauper. quæſt.* 7. *numero* 37. *& ſeq.* Quibus, illud vnum, ex Diuo *Petro Chryſolog. ſermone* 28. addam: *Athleta ad luctandum, nudus accedit, confligit cum fluctibus nauta nudus: miles in Acie, nonniſi expeditus aſſiſtit: Qui tendit ad philoſophiam, totum quod in rebus eſt, contemnit.*

Summa itaque cũ ratione fori Prin-
8 cipis electionem † Scholaribus vt Miſerabilibus, dum ſtudiorum labuntur curricula, competere, aſſerendum videtur, aſſeruêreque *Frãciſc. Viui. deciſ.* 65. *num.* 5. *Tiber. Decian. conſ.* 14. *num.* 12. *lib.* 1. *Iacob. Menoch. de arbitr. caſu* 66. *num.* 26. *lib.* 2. *& in addition. num.* 32. *Petr. in addition. ad Grammat. deciſ.* 21. *ſub num.* 9. quos refert, & ſequitur *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electión. & variation. for. ſect.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 1. *Mart. de iuriſdict.* 4. *part. centur.* 1. *caſu* 39. *nu.* 3.

Nos vero, etſi aliquo reſpectu Scholaſticos inter Miſerabiles patiamur tranſire: quoad Principis fori electio-
9 nem, † vtque primam cauſæ cognitionem ad eum referant, non omnino, in quolibet caſu patimur. Cũ neque Fortunæ iniuria, neque ſimiles nominatis *à lege* noſtra *vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* Miſerabiles extent, neque vere exilium patiantur, voluntariè à patria abſentes, vt omnia *inferiùs quæſtione* 15. dicenda probant. Temperatumque (vt eſſe debet, eſtque frequẽ-
10 ter) ſtudium, † librorumque lectio, non infirmitates modo, ſed animi oblectamenta afferat. Si quidem vt *Senec. epiſt.* 45. *Lectio certa prodeſt; varia delectat.* Multoſque ex infirmitate ad valetudinem firmam ſtudiũ reuocaſſe, & apud *Valer. Maxim.* videre eſt, *lib.* 8. *cap.* 7. *de ſtudio, & induſtria*, & longe plures (ex *Æliano ſuprà, quæſt.* 3. *verſ. Scientiarũ, & artium*) numerauimus. Conuenit *Senec.* dum *epiſtol.* 15. ait: *Mos antiquis fuit, vſque ad meam ſeruatus ætatem, primis epiſtolæ verbis adiicere:* Si vales, benè eſt. *Rectè & Nos dicimus:* Si philoſopharis benè eſt. *Valere enim hoc demum eſt, ſine hoc æger eſt animus. Corpus quoque, etiam ſi magnas habet vires, non aliter quam furioſi, aut phrenetici, validum eſt.* Huiuſcemodique ſtudii effectum in ſeipſo, idemmet teſtatur, *epiſtol.* 78. E cuius verbis quædam poſtquam detraxeram (breuitati pro more intentus, in-

iuriam

iuriam lectoribus, aſſertionique ratus, ſic eam probant, ſic aures, animumque mulcent) eadē ſuper ſcripſi. Ait enim: *Vexari te diſtillationibus crebris, ac febriculis, quæ longas diſtillationes, & in conſuetudinem adductas ſequuntur; eo moleſtius mihi eſt; quia expertus ſum hoc genus valetudinis: quod inter initia contempſi. Poterat adhuc adoleſcentia iniurias ferre, & ſe aduerſus morbos cōtumaciter gerere: deinde ſuccubui, & eo perductus ſum, vt ipſe deſtillarem. Ad ſummam maciem deductus, ſæpè impetum cæpi abrumpendi vitã. Patris me indulgentiſſimi ſenectus retinuit. Cogitaui enim, non quam fortiter ego mori poſſem; ſed quam ille fortiter deſiderare me poſſit. Itaque imperaui mihi vt viuerem. Aliquando enim, & viuere, fortiter facere eſt. Quæ mihi tunc fuerint ſolatio dicam: ſi priùs hoc dixero, hæc ipſa quibus acquiaſcebam, medicinæ vim habuiſſe. In remedium cedunt honeſta ſolatia, & quidquid animum erexit, etiam corpori prodeſt. Studia mihi noſtra ſaluti fuerunt. Philoſophiæ acceptum fero, quod ſurrexi, quod conualui: illi vitam debeo, & nihil illi minus*
11 *debeo.* Neque tam paupertatem, † quã diuitias ſtudium affert, vt *de priuileg. pauper. quæſt. 6. num. 52. & ſeq.* & *quæſt. 7. num. 13. & ſeqq.* à Nobis dicta comprobant. Quibus & *Senec. epiſt. 17.* accedat, inquiens: *Repreſentat opes ſapientia.* Ne & de illo, qui in arbitrio ſuo eſſe (ditatrice ſapientia ſua) diuitem fieri prædicabat; vbertatemque futuram præuidens, hortos, prædiaque cōduxit, ex quibus vberrimos fructus, maximamque ex illis auri ſummam percepit: ne longius hiſtoriam referamus.

12 Id tamen fatebimur; à Miſerabili † quoque ad Principem Scholarē in prima cognitione trahi non poſſe, Federico Imperatore, *in auth. Habita,* dicēte: *Verumtamen, ſi litem eis quiſpiã ſuper aliquo negocio mouere voluerit; huius rei optione data Scholaribus: eos coram Domino, vel Magiſtro ſuo, vel ipſius Ciuitatis Epiſcopo (quibus hanc iuriſdictionem dedimus) conueniat. Qui vero ad alium Iudicem eos trahere tentauerit (etiam ſi cauſa iuſtiſſima fuerit) tali conamine cadat.* Quam nouat deciſionem Regia *lex 7. tit. 31. part. 2.* inquiens: *E non les deuen demandar, nin traer a juyzio delante de otro Alcalde, ſin ſu plazer dellos. Pero ſi les quiſieren demandar delante de ſu Maeſtro; en ſu eſcogencia es de reſponder a ella, o delante del Obiſpo del logar, o delante del juez del fuero, qual mas quiſiſſe.* Eandē contra aliter Scholares conuenientes; pœnam adiiciens, in eo tamen *dictæ authenticæ* diſpoſitio-
13 nem emendat: † quod illa, in omni negotio (& ſic tam ciuili, quam criminali, vt omnes ibi aduertunt) Hæc, Regia nempè, in ciuili tantum huiuſcemodi fori electionem Scholaribus concedit.
14 Iudicum vero multitudinem, † numerumque recentior *lex 18. tit. 7. lib. 1. nouæ Reg. collect.* quoad Salmanticenſe ſtudium, in eoque ſtudentes arctauit: multo tamen laxius eiſdem priuilegiũ porrexit. Non ſolum enim in cauſa ciuili, & criminali corã Magiſtro Scholæ eos conueniendos ſanxit: ſed etiam vt ipſi coram eodem alios conuenire poſſent, conceſſit: quod Ius cōmune, partitarumque denegarat, vt ex *dict. auth. Habita,* deducitur, affirmantque *ibi Salicet. num. 20. Curt. iuni. in l. 1. §. Si quis, num. 8. D. quod quiſque iur. Horat. Lut. de priuileg. Scholaſticor. priuileg. 65. verſ. Nono limita.* expreſſeque *dict. l. 7. tit. 31. p. 2.* decreuerat, ſtatuens: *Mas ſi el eſcolar ouieſſe demanda cōtra otro que no ſea eſcolar: eſtonces deue de mandar derecho ante aquel q̃ puede apremiar al demãdado.*

Salmanticēſique ſtudio, & in eo operam literis impendentibus per dictam
15 *legem 18.* priuilegium conceſſum; † Cōplutenſi poſtmodum *lex 26. eodem titulo, & libro,* commodauit. Valliſoletano deinde *lex 28.* ſequens.

Adhuc tamen ſi apud alios, quam apud ſibi Iudices deſignatos Scholaſti-
16 ci Conuenti reſpondeant, † neque de priuilegio ſuo opponant, illud tunc perdunt, *dictæ legis 7. partitæ* diſpoſitione: *Otroſi dezimos, que ſi el Eſcolar es demandado ante el juez del fuero, è non alegare ſu priuilegio, diziendo que no*

*deue reſponder ſinon adelante de ſu Maeſ-*
*tro, o ante el Obiſpo, aſſi como ſobredicho es:*
*ſi reſpondiere llanamente a la demanda,*
*pierde el priuilegio que auia, quanto en*
*aquellas coſas ſobre que reſpondio, è deue yr*
*por el pleyto a delante, fiſta que ſea acabado*
*por aquel Iuez ante quien lo començò.* Vi-
dendus tamen & in id, late ſuper hoc
diſputans *Didac. Perez. in l. 3. titul. 1.*
*lib. 3. Ordinam. gloſ. 2. verb. Citar. verſ.*
*Sed eſt dubium.* Corã non ſuo ideo Scho
laris Iudice conuentus, ſi eius vellit iu
riſdictionem ſubterfugere; compara-
re, priuilegium allegare, deque illo do-
cere debet, ex *l. Si quis ex aliena, 5. D.*
*de iudic. l. 2. D. ſi quis in ius voc. non ier.*
Namque contra priuilegiatos non cõ-
17 parentes, † ſententiam latam ſubſiſte-
re, tradit *Rebuff. de priuileg. Scholaſtic.*
*priuileg.* 154. iamque notauimus *ſuprà,*
*quæſt. 3. limit.* 4. Scholaſtici licet qua-
18 litate notoria † exiſtente, tituli proba-
tionem, allegationemque ſuppleri (ex
*Gloſ. in cap. Super literis, & Decio in cap.*
*Cum ordinem, de reſcript.*) *Rebuff. dicto*
*loco, num. 2.* notet, etſi allegare, & pro-
bare tutius dicat: Scholareſque mo-
net, vt ſecum ad probationem titulos
afferant. Vtque hodie eo vti priuilegio
poſsint, conſeruatoriaſque literas con
19 ſequi, † de omnibus conſtare debet,
quæ *dict. l. 18. titul. 7. lib. 1. cap. 6. nouæ*
*Reg. collect* deſyderat, ſtatuens: *Ordena-*
*mos y mandamos, que de aqui adelante, nin-*
*gun eſtudiante que venga al dicho eſtudio*
*nueuamente, no ſe le den conſeruatorias de*
*las deudas, y coſas fechas y contraydas an-*
*tes que vengan al dicho eſtudio, haſta tanto*
*que ayan hecho vn curſo entero, y que eſtu-*
*dien contino, y entren en las eſcuelas, y oy-*
*gan dos leciones cada dia. De manera que*
*hagan aquello porque deuan gozar.*
Si autem ad Principis (vt diximus)
20 tribunal † primam cauſæ deferendum
cognitionem Scholares contendant;
& perpenſis iam rationibus impediun-
tur, & ipſamet *authent. Habita*, quæ ita
illis ad Principem recurſum, aditum-
que præſtat, cum ſui Iudicis experti
iudicium fuerint, ſeque grauatos ſen-
ſerint appellatione interpoſita. Qua
21 in re, id Scholaribus ſpeciale datum, †
vt omiſſo medio, ad Principem va-
leant prouocare, veluti *dictæ authenticæ*
verbis nixi, tradunt *Petr. Rebuff. in tra*
*ctat. de appellation. art. 2. gloſ. vnic. num.*
13. *limit. 2. & de priuileg. Scholaſtic. pri-*
*uileg. 164. num. 9. Horat. Lut. eod. tract.*
*priuileg. 73. Socin. regul. 23. fallent. 5. Si-*
*giſmund. Scacc. de appellation.* (multis ad
ductis) *quæſt. 7. num. 102.*
Planè cum in ſtudio exiſtens, vul-
22 nere, † vel iniuria afficitur: eorum opi-
nio vrget, qui Scholarem inter Miſe-
rabiles ponunt; & *legis* noſtræ *vnicæ*
beneficio gaudere affirmant, dictæque
*authenticæ Habita* verba adſtringunt.
Cum & Peregrinus ſit (ex *dict. authent.*
*Habita*, infraque dicendis, *num. 37. &*
*ſeqq.*) cui fauorem hunc competere, *in-*
*frà quæſt.* 15. contendimus, & de mer-
catore in itinere indebite grauato *in-*
*frà* quoque dicenda, *quæſt.* 14. ſuadent.
Miſerabiliorem namque miſerum
iniuria reddit. Quamuis enim in ciui-
23 libus quoque † peregrinitate ad bene-
ficium hoc conſequendũ, iuuare Scho-
lares ſe poſſent: non id leges patiuntur
relatæ, quæ ne ab ſtudiis diſtrahantur,
eis præcipuos Iudices deſignarunt, Cõ
ſeruatoreſque dederunt; quam nomi-
natim exprimit rationem *dict. l. 18. ti-*
*tul. 7. lib. 1. nouæ Reg collect.* quibus reli-
ctis, ſi ad alios vadant, trahantque ad-
uerſarios, (fori rei Iudice excepto) ma
licioſe agere ſuſpitio vrget. Cum Con
24 ſeruatorum Iudicum † natura, & no-
men in ſibi commiſſos, eos proniores
reddat. In id ſiquidem dati ſunt, vt il-
los, illorumque iura ſeruẽt, vt tradunt
*Molin. de iuſt. & iur. tom. 6. tract. 5. diſ-*
*put. 29. num. 7. Aluar. Valaſc. conſult.* 152
*num. 4. Auguſt. Barboſ. in collect. ad cap.*
*1. de offic. & poteſt. iudic. deleg. lib. 6. num.*
6. & 7. & ibi deſcripta diffinitio mon-
25 ſtrat. Malicioſe † vero, vexandique ad-
uerſarii animo Miſerabili agenti, hunc
denegari fauorem, ſæpè notauimus.
26 In criminali autem cauſa, † cum Ec-
cleſiaſticus Iudex ad ſanguinis effuſio-
nem

nem peruenire non valeat; ſi eam pœnam cauſa depoſcat: ad Principem accedere, cauſamque in prima cognitione referre poſſe videtur, cum & parua quoque potentia merito Peregrinos terreat, illamque habeant ſuſpectam. Quam quidem perhorreſcentiam locũ huic priuilegio feciſſe; & *dict. l. vnica*, ſatis apparet, & iam *quæſt.* 3. aduertimus. Si vero à Conſeruatore puniri cõdignè aduerſarius poſsit; apud ipſum cauſam agitandam, non ad Principem tunc referendam memoratæ leges, ra-
27 tioneſque ſuadent. Et quia aliter † fauor verteretur in odium, ad vnumque finem inducta, contrarium operarentur, aduerſus *legem Quod fauore*, 6. *C. de legib. l. Nulla Iuris ratio*, 24. *D. eod. titul. cap. Quod ob gratiam*, 61. *de reg. iur. lib.* 6. *l. Legata inutiliter*, 19. *D. de legat.* 1. & *l. Legata inutiliter*, 14. *D. de adimend. legat.* & adducta à *Nobis in Axiom. & locis cõmun. iur. lit. F. n.* 111. *& lit. E. n.* 19.

Ad illorum autem commiſerationẽ,
28 qui in aliis † quam in tribus prædictis ſtudiis, ac Vniuerſitatibus operam literis nauant; fortius natura mouemur, non in criminali tãtum, ſed & in ciuili cauſa. Cum omnes ab Imperatore in *dict. auth. Habita*, calamitates numeratas ſtrictiùs perferant, neque conſeruatores Iudices habeant, imò neque à cõmuni, Partitarumq; iure iudicum ſibi
29 datorum † beneficio fruantur, iniqua deſuetudine, aut conſuetudine vbique ſublato, vt teſtantur *in dict. auth. Habita, Gloſ. & Doctores, Oſuald. in Donel. Enucl. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. E. Gregor. Lop. in l.* 7. *tit.* 31. *part.* 2. *verb. De ſangre.* Eiſque præcipuè in diſcurſu dicta, quoad ſpeciem noſtram auxiliantur. Remiſſius vero, ſi in patria, propriiſque laribus ſtudeant; præcipuis miſeræ tunc conditionis rationibus deficientibus.

HABENT ET ALIA propè infi-
30 nita Scholaſtici † priuilegia, quæ quia tractatibus integris cõtinentur, qui in omnium ferè manibus verſantur; non ſigillatim proſequimur. Centum octoginta *Petr. Rebuff.* aſsignauit *in peculiari tractatũ*, Cẽtum quatuor poſtmodum, *Horat. Lutius.* Multos etiam *Didac. Perez. in l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam. gloſ.* 1. *verb. Eſtudios generales, Alfonſ. Modit. in §. Plebiscitum, dubitat.* 78. *nu.* 9. *& ſeqq. Aſcan. Clem. de effect. patr. poteſt. effect.* 17 *nu.* 41. 44. *&* 48. *Vincent. Caroc. tract. de locato, & conduct. p.* 3. *gradu* 2. *q.* 1. *n.* 10. *& ſeqq. pag. mihi*, 149. præter *Ordinarios in d. auth. Habita, & in cap.* 1. *de locat.* A quibus pauca, ſed plura, & præcipua comprehendentia decerpemus.

31 Scholaſticorũ igitur cauſam, † proque ſtudio relictum pium dici, piarũq; cauſarũ priuilegio gaudere, dicunt *Panorm. conſ.* 63. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 2. *Andr. Tiraquel. de pia cauſ. in præfation. nu.* 26. pleniſsimè *Horat. Lut. de priuil. Scholaſtic. priuil.* 1. *per tot. Petr. Surd. de aliment. tit.* 6. *q.* 19. *n.* 8. *& ſeq. Philip. Paſchal. de vi-rib. patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 84. ad pauperum, dotis, & publici fauoris compara-
32 tionem. Ad Eccleſię † quoque ſimilitudinem illam format, lateque proſequitur *Horat. Lut. priuil.* 2. Eccleſiæ, Clericorumque priuilegia Scholaſticis cõpetere probans.

33 Ad dotẽ † etiã cõponit eã, dotiſq; priuilegia Scholaſticis pertinere, *idẽmet priuileg.* 3. affirmat, & notamus *de priuileg. pauper. q.* 4. *n.* 62. & *q.* 28. *n.* 36.

34 Pauperum † que ad Scholaſticos cõparationem latiùs idẽ ipſe *Horat. Lut. priuileg.* 7. aſsignat, pauperum eis priuilegia commodans. Iamque ſuprà aduertimus.

35 Doctorum † item priuilegia Scholaſticis communicari, & è conuerſo, cõmunem atteſtantur ſententiam *Iaſ. in l.* 1. *nu.* 48. *D. ſolut. matr.* & *ibid. Socin. nu.* 64. *Thom. Parpald. Baptiſt. de S. Blas.* & alii, quos refert, ac ſequitur *Horat. Lut. dict. tract. priuileg.* 4.

36 Militibus † ſimiliter Scholaſticos cõparari, deque vno ad alium argumentum valere, & alterius alteri priuilegia prodeſſe, docet *Accurſ. in l. Diuus*, 9. *verb. Militarem, D. de fer. in l. Quæ pater*, 51. *verb. Comprobatus, D. famil. erciſc. & in l. Nepos Proculo*, 125. *verb.*

Dignitate, D. de verb. ſignific. exornat
pulchrè Horat. Lut. dict. tract. priuileg.
5. & 6. Euia. in Cur. Philip. 2. part. §. 16
num. 8. & conducunt adducta à Nobis
in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A.
numero 479. Quibus adde, l. 2. titul. 2.
verſ. Eſso miſmo, part. 3. & l. 3. tit. 10.
part. 2.
37 Peregrini † præterea Scholaſtici di
cuntur in l. Longus, 18. D. de iudic. in
dict. l. Quæ pater, 51. D. famil. erciſc. in l.
Cum filius fam. 17. D. ſi cert. petat. &
in dict. authent. Habita, C. ne fil. pro patr.
in cap. Conſultationibus, 10. de offic. & po-
teſtat. iudic. deleg. Regia lege 2. titul. 5.
part. 3. verſ. Eſſo miſmo ſeria, & l. fin. ti-
tul. 17. part. 4. Peregrinorumque illis
iura competere, communiter Docto-
res tradunt in dict. l. Cum filius famil. &
Horat. Lut. priuileg. 8. Et tanquam Pe-
regrini, multo licet tempore in ſtudii
38 loco permaneant, † nullum ibi domi-
cilium contrahunt, ex l. 2. C. de incol.
lib. 10. & notant Gloſ. in l. hæres abſens,
19. §. Proinde, D. de iudic. verb. Domici-
lium, Felin. in cap. Dilectus filius, el 2.
num. 12. verſ. Secunda declaratio, de reſ-
cript. Horat. Lut. priuileg. 9. Petr. Re-
buff. priuileg. 121. num. 2. Petrus Barboſ.
in l. 2. §. Legatis, numero 341. D. de iudic.
Proſper. Farinac. fragment. crimin. part.
1. lit. D. num. 215. Nec ſi per mille an-
nos, ſtudiorum cauſa ibi commoren-
tur, deque illo appareat, Menoch. de
arbitrar. lib. 2. caſu 86. num. 6. 7. & 22.
Matth. Stephan. de iuriſdict. lib. 1. cap.
28. num. 49. Ioſeph. Maſcard. de proba-
tion. concluſ. 534. num. 13. lib. 1. Farinac.
dict. loco, num. 218. Oſuald. Hilliger. in
Donel. Enucl. 17. cap. 12. lit. E. Ideo de
39 alibi geſtis, † conueniri in ſtudii loco
regulariter Scholaſticum non poſſe,
tradunt Petr. Rebuff. dict. tract. priuil.
121. 122. & 123. Horat. Lut. dict. pri-
uileg. 9. verſ. Vnde, & verſ. Neque, Oſual.
vbi proximè Farin. dict. num. 215. in fin.
Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. cōcluſ.
lit. D. concl. 596. num. 26.

Priuilegiis vero eiuſdem Ciuitatis,
40 † aut loci Scholares vti, firmant Re-
buff. priuileg. 125. Horat. Lut. & Oſuald.
citatis locis, non in commodis grauari,
quamuis ſtatuto, vel conſuetudine Ci-
ues reputentur: ad commoda enim,
non ad incommoda intelligi, profiten-
tur, Rebuff. priuil. 126. Oſuald. dict. lit. E.
Alphonſ. Modit. in §. Plebis ſcita, dubit.
69. num. 2. per quem numeris ſeqq. in-
tellectus, limitationesque vide.

Hæc generalia Scholaſticorum pri
uilegia, tot parturientia, retuliſſe ſuf-
ficiat, ne ad cætera ſigillatim deſcen-
damus, ad totque iurium limitationes,
quas Scholarium fauor induxit, vt le-
41 gis Æde, 3. C. de locat. † non enim à do-
mino domus, pro habitatione etiam
propria illa egente, expelli eos poſſe,
dictam legem aduerſus, firmant Bolog-
net. in repet. dict. authent. Habita, num.
369. Petr. Rebuff. priuileg. 8. Hieronym.
Ceuall. commun. contra commun. quæſt.
756. num. 43. Petr. Auguſt. Morl. in em-
por. iur. part. 1. titul. 10. num. 26. etſi
contrarium tenentes non deficiant, vt
apud Auguſtin. Barboſ. in collect. ad cap.
3. §. Verum, num. 27. de locato, videre
eſt. Legis Certi iuris, 5. C. eod. titul. de lo-
42 cat. † Scholaſticorum namque libros
in conductam domum illatos, pro eius
penſione tacite hypothecatos, vt cæ-
tera conductoris bona in eam illata,
non exiſtere ſententia Angeli, & Iaſo-
nis in §. Item Seruiana, inſtit. de actionib.
illius, num. 3. Huius, num. 64. aſſerit
Ioan. Hieronym. Campanil. in Diuerſor.
iur. Canon. rubr. 11. cap. 10. num. 11. ra-
tionem adiungens. Et legis Necui, 32.
43 eodem ipſo tit. C. de locat. † liberam cui
velit facultatem locandi domino do-
mus tribuentis, quæ Scholaſticorum
fauore reſtringitur, & Scholaſtico
potius, quam alteri eam locare debe-
re, dicunt Petr. Rebuff. dict. tractat. pri-
uileg. 9. Anton. Gomez. tom. 2. variar.
cap. 3. num. 5. & Aluar. Valaſc. de iure
emphyt. quæſtion. 24. num. 2. Aliarum
quoque multarum. Quibus omiſsis,
in id iam conſulendis citatis: illud ſo-
lum ex lege Regia, 6. tit. 7. lib. 1. nouæ Reg.
collect. referam ſtatuente: † Mandamos

*al Maeſtreſcuela, Abad, y Rectores, Conſiliarios de los Eſtudios, y Vniuerſidades de la Ciudad de Salamanca, y Villas de Valladolid, y Alcala de Henares, que no puedan lleuar, ni lleuen, ni conſientan lleuar en los dichos Eſtudios a los eſtudiantes, y perſonas pobres neceſſitadas (por los grados que les dieren de Dotores, Maeſtros, y Licenciados, y Bachilleres) ſalario alguno, ni propina, ni otra coſa alguna.*

## VTRVM AGRICOLA ſit perſona Miſerabilis? Legis noſtræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. priuilegio, quibuſque aliis gaudeat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Affirmatiua pars, num. 1. & ſeqq. proponitur. Negatiua, à num. 13.*
*Adam ob peccatum ad terræ damnatus culturam, & labores, cæterique cum eo ibi. & num. 20.*
2 *A magnitudine Agricolarum laboris,* Laborantes *appellati ſunt.*
3 *Agricolarum vita in continuo labore perſiſtit. Eiuſque per anni curſum deſcriptio. & num. ſeqq.*
4 *Res agreſtis, nec moram, nec intermiſſionem recipit, eſt inſidioſa cunctanti, glebiſque inhærere præcipiuntur Agricolæ.*
5 *Æui initio, ſua ſponte, ſine cultura fructus terra ferebat.*
6 *Media procedente ætate, infertilior effecta, cultura iuuari cœpit.*
7 *Vltima, ferreaque, non niſi elaborata, multiſque delinita fomentis fructus refert: nec adhuc Agricolarum ſpei, laborique reſpondet.*
8 *Leuis, parumve laborioſa cultura ſæpè ſterilitatem fert.*
9 *In Agricolas incurioſè agros, vineasve tractantes, grauiter Cenſores animadvertere ſolebant.*
10 *Contra dominos agrorum deſertores, ſola biennalis poſſeſſio ad præſcriptionem ſufficit, & nouo Agricolæ, qui deſertum agrum ad culturam reduxit, adquiritur.*
11 *Agricolæ corporis, & animi angoribus cruciantur, à ſegetibus penduli.*
*Segetes non modo facili perditioni virentes ſubſunt: ſed maturæ iam, à ſoloque etiam ſeparatæ. ibi.*
14 *Agricolæ diuites reputãtur, & exiſtunt, veluti cum paruis diuites, paruaque deſiderantes. & num. ſeq.*
16 *Oblectamentis Agricola fruitur, dulceſque reddit agricultura labores.*
18 *Agricolæ, beati, fortunati que prædicantur.*
20 *Reſpondetur contrariis. & duobus ſeqq.*
23 *In iudicialibus, & his, quæ ad Iuris conſeruationem, & rigorem pertinent, Iure communi ruſtici vtuntur, neque eis ſubuenitur.*
24 *Agricolæ in ſacris literis comendantur. remiſ.*
25 *Sine Agricultoribus conſiſtere vniuerſus orbis non valeret.*
26 *Agricolæ magno ſemper vbique ſunt in pretio habiti, nec modo in pace: ſed ſeruati in bello.*
27 *Ab omnĩ munere extraordinario, & perſonali immunes exiſtunt.*
28 *A realibus, & patrimonialibus, etſi non ita: benignè tamen tractandi, & onerandi moderatè, quamuis male, ratione reluctante ſeruetur. & num ſeq.*
30 *Ex humanitate in Agricolas, moderatiſque vectigalibus, vbertas, commeſtibilium copia, & Reipublicæ affluentia magna ex parte pendet.*
31 *Agricolæ militare cogendi nũ ſunt. Imò neque ſe vltro offerentes admittendi. Nõ enim minus Reipublicæ intereſt, à quibus alatur, quàm à quibus defendatur, habere.*
32 *A tutela ruſticus excuſatur. Intellige vt num ſeq. Si re, & opere ruſticus ſit.*
34 *Agricola ob inertiam, vel ſimplicitatem à tutela remotus, integra exiſtimatione abit.*

35 *Ruſticus, qui ſimplicitate pupillares pecunias fœnori non dedit; vſuris fenebris pecuniæ non eſt plectendus.*

36 *Pro nullo regulariter debito ruralia inſtrumenta, animaliave aratoria capi poſſunt, pignori ſubmitti, aut executioni.*

37 *Olim ita demum in aratoriis bobus, vilibusque inſtrumētis pignoratio, aut executio prohibita erat; ſi alia bona ex quibus creditori ſatisfieret, adeſſent.*

38 *Hodie, etiam in aliorum bonorum deficientiæ caſu (tribus demptis) executio fieri prohibetur.*

39 *Agricola qui par ſolum boum, aliorumve animalium aratorum habet; nullo in caſu, nec in tribus ſuperius exceptis, executionem in eis patitur.*

40 *Res exercendi ruris gratia exportatæ, vectigalibus publicis non ſunt obnoxiæ.*

41 *Atticæ leges aratores boues mactare prohibebant, quòd Agricolæ, laborumque ſocii reputentur. Quid apud Romanos? Et qualiter boum occiſores plecterentur? numer. ſeq. Quid apud Phryges? Qualiterque agricolationi apta inſtrumenta ſurripientes, ipſæ, aliæque gentes punierint? num. 43.*

44 *Apud Nos, vitulorum interfectio, communi vtilitate, agriculturæque ratione, prohibita.*

45 *Inſtrumenta ruſtica, quæ dicantur? quæque eorum appellatione veniant, vt executio, vel pignoratio in eis fieri nequeat?*

46 *Agricolæ pro debito capi non poſſunt.*

47 *Alibi quàm in domicilii foro conueniri nequeunt, neque alteri ſe ſubmittere iudici poſſunt.*

48 *Pro aliis quam pro Agricolis fideiuſſores exiſtere non valent.*

49 *Neque vt fideiuſſores, aut principales in fauorem dominorum locorum vbi degunt ſe obligare, huic ve Iuri renunciare, pœna in Tabelliones huiuſmodi obligationis, renunciationesve conſcribentes, appoſita.*

50 *In ſatis, tritico, ordeo, vel millio, à ſolo etiam ſeparatis, executio fieri prohibetur.*

51 *Si poſt fructuum recollectionem, in eis executio fiat, non minori quam taxæ pretio vendi debent. Venditoreque non exiſtente; in ſolutum creditor eos dicto pretio accipere compellitur.*

52 *Prædictis Agricolæ fauoribus renunciare non poſſunt.*

53 *Renunciari non poteſt his, quæ in publicæ vtilitatis fauorem principaliter conceſſa ſunt; ſecundario licet renunciantem tangant.*

54 *In frumenti, vel ordei quod ipſi collegere, venditione, à conſtitutionibus Regiis taxam præfinitam ſeruare non coguntur.*

55 *Agricolarum cauſæ priùs aliis tractandæ, breuiter, ac ſummariè expediendæ, quique modus à Romanis ad id præſtitus?*

56 *Frugum colligendarum gratia, feriæ ſunt inſtitutæ, quibus ad iudicium trahi ruricolæ vetantur.*

57 *Neceſſitate poſcente, etiam feſtis diebus eis licet rurale peragere opus.*

58 *E multis conſortibus litis, Agricola vno ad litem peragendam vrbe detento, cæteri in proprias domos remittendi.*

59 *Ex ruſticorum inſtrumentorum portatione, vectigal publicum an pendatur?*

60 *Fenerari Agricolis, an & quatenus à Iuſtiniano conceſſum ſit?*

61 *Ruſticus à præſumpta vſurarum fraude ignorantia excuſatur.*

62 *Et in aliis regulariter caſibus, in quibus contrarium à Iure expreſsè non eſt cautum.*

63 *Plurimi referuntur caſus, in quibus excuſata ruſticitas exiſtit.*

64 *In caſibus à Iure expreſſis, ipſo iure ruſticitas excuſat: in non expreſsis, reſtitutionis ope, æquitate, officioque Iudicis eis ſubuenitur.*

65 *Tam in ciuilibus, quàm in criminalibus (ad pœnam ſaltem ordinariam vitandam) excuſat ruſticitas.*

66 *A ſubreptionis, & obreptionis vitio liberat.*

67 *A ſolutione penſionis, vel tributi in futurum, diuturnæ, & vniformis annuæ præ-*

*præſtationis virtute, an ruſtici excuſentur?*

*Intellectus* text. in l. Cum de in rem verſo, 6. D. de vſur. *ibi.*

68 *Ad bonorum poſſeſſionem petendam, dies ruſtico non cedit.*

69 *Solemnes in vltimis ruſticorum elogiis formas, teſtiumque numerum leges remittunt.*

70 *A contumatia, eius pœna, dolique ſuſpitione (ſine quo vera non contrahitur contumacia) ruſticus excuſatur.*

*Simplicitas fauorem meretur, bonam fidem arguit, dolumque excludit. ibi, & num. 72.*

71 *Ob veram aliàs contumaciã, ruſtico non denegatur appellatio.*

73 *A periurio, vbi de damno vitando agitur, ſimplicitatis prætextu, ruſticus excuſatur.*

74 *Infamia liberatur, vt à tutela non amoueatur, etſi abſque Iudicis decreto adminiſtrauerit.*

75 *Dilatoria, vel declinatoria exceptione ante litem conteſtatam non oppoſita, Ius ſuum ruſticitas non perdit.*

76 *Ruſtico non ſagaci Aduocato præſente, poſitionibus reſpondere licet. Amplia num. ſeq. vt etiam pro ruſticis Aduocatis reſpondere ſit permiſſum. Pro aliis reſpondere non modo Aduocatis prohibitum eſt; ſed neque eis præſentibus, partibus ipſis reſpondere conceſſum. numer. 78.*

79 *Erroneam Aduocati confeſſionem reuocare quandocumque ruſticus poteſt.*

80 *Aduocati confeſſio clienti regulariter obeſt, ni ſit incontinenti reuocata.*

81 *Ruſticæ ſimplicitati ſubueniendum, vbicumque æquitas mouerit Iudicantem.*

82 *Ruſticus inuentario non confecto hæreditatem adiens, an vltra hæreditatis vires teneatur?*

*Aduerſus Agricolas, de aqua pluuia arcenda negatur actio.*

# QVÆSTIO XIII.

1 MISERABILEM Agricolam eſſe, † & nomen, & inditi nominis cauſa manifeſtat. Nomen, laborem dicit: cauſa, peccatum. Per illud namque factus Adam Agricola, ad terræque damnatus culturam, *Gen. ſ. 3. Adæ vero dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo: in laboribus commedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Pulchre indè *Franc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortun. lib. 1. dialog.* 57. inquit: *Non homo terræ, ſed terra homini ſeruire debuerat: hominum culpis effectum eſt, ne terra poſſeſſori ſuo ſine labore reſpondeat: inculta, meſſem horridam, lappas, & tribulos paritura: hanc ferro ſolicitare, miriſque blandiciis molliri, mortalis cogit indigentia.* A magnitudineque A-
2 gricolarum † laboris (cæteros facilè ſuperantis) *Laboratores* appellati ſunt, *l. 5. tit. 20. part. 2. Labor, y obra, como quier que ſean fechas por maeſtria; departimiento à entre ellas. Cà labor es dicha aquellas coſas que los homes fazen trabajando en dos maneras: La vna, por razon de la fechura: la otra, por razon del tiempo, aſſi como aquellos que labran por pan, è por vino, è guardan ſus ganados, o que fazen otras coſas ſemejantes deſtas, en que reciben trabajo, è andan fuera por los montes, o campos, e an por fuerça à ſofrir frio, è calentura, ſegun el tiempo que faze. E obras ſon las que omes fazen eſtando en caſa, o en lugar encubiertos, aſſi como los que labran oro, è plata, & fazen monedas, è armas, è armaduras, è los otros meneſtrales, que ſon de muchas maneras, que obran deſta guiſa, maguer ellos trabajan por ſus cuerpos; no ſe apodera tanto el tiempo dellos para fazerles daño, como a los otros que andan defuera. E por ende, a eſtos llaman* Meneſtrales, *è a los otros*, Labradores. Et *in procem. tit. 21. eiuſdem part. E otroſi los que labran la tierra, è fazen en en ella aquellas coſas, porque los omes an de*

vi-

*viuir, o de mantenerſe, ſon dichos Labrado-*
3 *res*. Quorum vita † in continuo labore perſiſtit, quin aliquo anni ſpatio vacationem præſtet. Ante quam enim terræ ſemina mandent, præparanda multa: Ferramenta acuenda, manubia aptanda, fodiendus, & mundandus ager, ſterchilino fœcundandus, cremandæ glebæ. Poſt iacta ſemina, ante quã vireſcant, à Cœli auibus, poſt viriditatem, à terræ animalibus cuſtodienda, & exeruanda. Cum ad maturitatem peruenerint: ſecanda meſsis, terenda, à palea ſeparanda, recolligenda. Poſt quorum collectionem, panici, milliique multis in locis, ſatio eſt. Vnius itaque collectio, alteriùs culturæ locum facit, & vnius vacatio nouam curam iniungit. Interim & hortorum ſolicitudo, vinearum, arborumque plantationes, inſertiones, & ampurationes, effuſiones, & purgationes aggerum, multaque ſimilia inſtant, vt apud eos, qui hac de re integros edidere tractatus, nonque parua volumina, videre eſt. *Marc. Barron. Columel. Plin. Seniorem*, & alios, quos *Tiraquel.* recenſet, *de nobilit. cap.* 32. *num.* 11. Verumque illud eſſe conſtat.

*Quod redit Agricolis labor actus in orbem,*
*Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.*

Continuus itaque labor, ac laboris magnitudo Miſerabilem Agricolam
4 oſtendunt: cũ neque vmbra † in æſtu, neque in frigore foco vtatur; ſed æquali ſtatione, Solis ardentiſsimos radios, & brumæ glaciem, ſæuitiãque ferat. *Res eſt enim cunctanti inſidioſa agreſtis.* vt *Columel. de re ruſtic. lib.* 11. ait. Quæ nec moram, nec intermiſsionem recipit. Ideo *Honor.* & *Theodoſ.* Imperatores *in l. Colonos*, 15. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. ita Agricolis glebis inhærere præcipiunt: *vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri*: aliique præcipiunt Imperatores *in l.* 1. *C. eod. tit. & lib. in l. vnic. C. ne operæ à Collator. exig. lib.* 10. *& tot. titul. C. ne ruſticani ad vllum obſequium deuocentur, lib.* 11. Namque,

*Frigidus Agricolam ſi quando continet imber,*
*Multa forent, quæ mox Cœlo properanda ſereno*
*Maturare datur.*

5 Quamuis enim incunabulis, † Æuique exordio,

*Nulli ſubigebant arua Coloni,*
*Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum*
*Fas erat: in medium quærebat, ipſaque tellus*
*Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.*

& vt *Metamorf. lib.* 1. *fabul.* 3. *Ouid.* tradit:

*Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec vllis*
*Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus.*
*Contentique cibis, nullo cogente, creatis,*
*Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.*

paucisque interiectis:

*Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.*

*Lucret. de rer. natur. lib.* 5. de primæuo illo tempore loquens:

*Nec robuſtus erat curui moderator aratri*
*Quiſquam: nec ſcibat ferro molier arua,*
*Nec noua defodere in terram virgulta, nec altis*
*Arboribus veteres dedicere falcibus ramos.*
*Quod Sol, atque imbres dederant, quod terra crearat*
*Sponte ſua, ſatis id placabat pectora donum.*

*Senec.* pariter primam illam deſcribens ætatem, in *Hipol. actu* 2. hæc inter alia:

*Nullus in campo ſacer*
*Diuiſit agros, arbiter populis lapis.*

inſcriptiſque aliis:

*Iuſſa nec dominum pati*
*Iuncto ferebat terra ſeruitium boue:*

Sed

*Sed arua perſe fœta, poſcentes nihil*
*Pauere gentes.*

Alter que *Senec. epiſt.* 89. *Terra ipſa* (inquit) *fertilior erat illaborata, & in vſu populorum non diripientium, larga.*

6 Media † que procedente ætate, infertilior terra, cultura iuuari cæperit, vt *Ouid. dict. loco, fabula* 4.

*Semina tunc primum longis cerealibus ſulcis*
*Obruta ſunt, preſſique iugo gemuere iuuenci.*

7 Ad vltimam † vero, ferreamque cum ventum eſt, non niſi elaborata, multiſque delinita fomentis fructus terra refert, vt eſt apud *Maronem*:

*Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris,*
*Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci*
*Falce premes vmbras, votiſque vocaueris imbrem:*
*Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum.*

& *lib.* 1. *Georg.*

*Nec vlla interea eſt inaratæ gratia terræ.*

& apud *Ouid. Triſt. lib.* 5.

*Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,*
*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

Quinimo ſæpè ſic elaborata, & culta, ſpem fallit, vt enim *Lucret. de rer. natur. lib.* 2. *in fin.* ait:

*Iamque adeò fracta eſt ætas, æffetaque tellus:*
*Vix animalia pauca creat.*

& inferiùs.

*Præterea nitidaſque fruges, vinetaque læta*
*Sponte ſua primum mortalibus ipſa creauit:*
*Ipſa dedit dulceis fœtus, & pabula læta:*
*Quæ nunc vix noſtro grandeſcunt aucta labore:*
*Conterimuſque boues, & vireis agricolarum*
*Conficimus. Ferrum vis aruis ſuppeditarit.*

Ætatis igitur damna, terræque infœcunditas Agricolarum aſsiduo labore iubanda, & ſupplenda, ſiquidem *Cicerone lib.* 2. *Tuſculan.* teſte: *Ager quantumcumque fertilis, abſque cultura fructuoſus eſſe non poteſt.* potioreque *Diuo Petro Chriſol. ſerm.* 17. *ſuper illud Matth.* Cum ieiunatis: *Agricola ſi non præſſerit cultrū, ſi ſulcum non defoderit, ſi non exciderit ſentes, ſi in tuto ſemina non locarit: ſibi mentitur, non terræ; nec terræ facit damnum, ſed ſibi non facit fructum.* Leuem nāque 8 † parumve laborioſam culturam, inutilem, & ſterilitatem ſæpè ferentem, *Furii Creſinii* caſus comprobat, à *Plinio hiſtor. natural. lib.* 18. *cap.* 6. *Petr. Crenit. de honeſt. diſciplin. lib.* 2. *cap.* 2. & *Renat. Chop. de priuileg. ruſt. cor. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *verſ. Quin & opera*, relatus. Furius namque à Sp. Albino Ædili Curili apud Senatum delatus, quod ex ſuo agello fructus largiores, quam vicini colligeret, idque beneficiorum, & incantationum opeſtata is die in forum cum vxore, & liberis, maribus, ac fœminis precioſè indutis, ornatiſque proceſsit, adducens pariter ferramenta egregiè facta, ponderoſos vomeres, ligones graues, ſaturos boues: quibus, accuſatione recitata, oſtenſis: *Hæc ſunt*, inquit, *beneficia mea Quirites. Nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaſque & ſudores.* Proprias deinde attritas labore manus, & callis induratas monſtrans: omnium ſententiis abſolutus eſt. *Perdit* (de benefic. lib. 2. cap. 11. Senec. inquit) *Agricola quod ſparſit, ſi labores ſuos deſtituit in ſemine. Multa cura ſata perducuntur ad ſegetem; nil in fructum peruenit, quod non à primo, vſque ad extremū æqualis cultura proſequitur.* Inter *Sapientis* inde conſilia, *Prouerbior. cap.* 24. & hoc vnum: *Præpara foris opus tuum, & diligēter exerce agrum tuum.* Iuriſque præcepta, hoc *in l. Si merces*, 28. §. *Conductor, D. locat.* adiecit Caius: *Et ante omnia,*

*Colonus*

*Colonus curare debet vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat:ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faceret.*

9 In Agricolas ideò, qui incurioſe, † nonq;aptè agros,vineasve tractaſſent, grauiter cenſores animaduertere ſolitos,teſtantur *Liui.lib.*1.*Lut.Feneſtel. de Magiſtrat. cap. de Cenſore*, & *Aul. Gel. noct.Athicar.lib.*4.*cap.*12. in hæc verba: *Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere,eumque indiligenter curabat,ac neque arauerat, neque purgauerat; ſiue quis arborem ſuam, vineamque habuerat derelictui: non is ſine pœna fuit, ſed erat opus Cenſorium,Cēſoreſque ærarium faciebant.* Ita ſimiliter *Petr.Gregor.ſyntagm. iuris vniuerſ.lib.*47.*cap.*16.*num.*10. Reipublicæ namque nocent, cuius intereſt, vt fundi ſedulo colantur,*l.*2.*D. de nundin.*Inde contra dominos agrorum de-

10 ſertores,† ſolam biennalem poſſeſſionem ad præſcriptionem ſufficere, & nouo agricolæ, qui deſertum à priore domino agrum ad culturam reduxit, adquiri,his verbis,*in l.Qui agros,*8.*C.de omni agro deſert.lib.*11. Valent. ſanxit: *Nam ſi biennii fuerit tempus emenſum,omnis poſſeſſionis,& dominii carebit iure, qui ſiluit.* Ad cuius intellectum, & ornatũ *Maſcardum* conſule,*de probationib.concluſ.*1214.*num.*16.*& ſeqq.*& alia inferiùs circa hæc locanda.

11 Nec minores animi, † quam corporis Agricolæ patiuntur angores,beneficio,& arbitrio temporis expoſiti; à ſegetibus penduli. Quod non miſeria leuis,non mediocre tormentum eſt, vt iam *ſuprà quæſt.*2.*num.* 33. diximus. Quæ non modo facili perditioni ſubſunt virentes(vt *Lucret.de rer.natur.lib.*5. deſcribit.

*Et tamen interdum, dum magno quæſita labore,*
*Cum iam per terras frondent,atque omnia florent:*
*Aut nimius torret feruoribus ætherius Sol,*
*Aut ſubiti perimunt imbres,gelidæque pruinæ,*
*Flabraque ventorum violento turbine vexant.)*

ſed maturæ iam,à ſoloque etiam ſeparatæ,Quodque longus, & prolixus labor anni pararat;breuis caſus., temporiſque iniuria ſubuertit. Ocularem teſtem ſic ſe *Virgilius* præbet:

*Sæpè ego,cum flauis meſſorem induceret aruis*
*Agricola,& fragili iam ſtringeret ordea culmo:*
*Omnia ventorum concurrere prælia vidi,*
*Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis*
*Sublimè expulſam eruerent:ruit arduus æther,*
*Et pluuia ingenti ſata læta,boumque labores*
*Diluit:implentur foſſæ, & cauſa flumina creſcunt.*

& *Ouid. Metamorf.lib.*1.

*Sternuntur ſegetes, & deplorata Colonis*
*Vota iacent;longique perit labor irritus anni.*

*Metes quod ſeuiſti triticum,atque ſolicitudinem.Niſi illud eſt verius;quod triticum, plurimorum; ſed anxietas tua eſt.* inquit *Fran.Petrarc.de remed. vtriuſque fortun. lib.*1.*dialog.*57.

12 Quæ quidem ſatis Agricolarum miſeram † conditionem eſſe demõſtrant, meritòque noſtrates eos in Miſerabilium numero ponunt,fori,*legis* que noſtræ *vnicæ,C. quando Imper. inter pupill. & vid.* priuilegio gaudere prædicant *Socin.Sen.in cap.Cum ſit generale, numer.*25.*in fin. de foro compet.* eoque relato, *Iacob.Menoch.de arbitrar. lib.*2.*centur.*1.*caſu* 66.*num.*22.*& Camil. Borrel.in ſumm.deciſ.part.*1.*tit.* 56. *num.* 27. Ad quod ego probandum, textum ( quem ab aliis adductum non video)affero, *in l.fin.poſt princip.C.de locat.*vbi eos miſeros *Iuſtinianus* ſic appellat: *Sed contra vicinos, & forſitam etiam aduerſus ipſos miſeros Colonos, &c.*

13 Opoſitam vero ſententiam, † non

deuilio-

deuiliores authoritates ſuſtinent, quæ non modo Agricolarum conditionem miſeram negant; ſed fœlicem, & in humanis beatam clamant: nec tam ſophyſtica id argumenta, quàm veritas ipſa comprobat. Namque ſi (vt humana fert natura) in diuitiis, oblectamentis, animi quiete, ſimplici cultu, & vita, à bello, negotiiſque forenſibus ſeparata, humana fœlicitas, temporaliſque beatitudo maximè repoſita eſt: nõ vnum ex his, alterumve, ſed omnia ſimul Agricolarum naturam comitantia, eos fœlices reddent; ob eaque fortunati vbique dictitantur. Breuiter tibi hæc omnia conſtent.

14 Diuitem primo Agricolam † reputari, & eſſe; pul'ch•im, & laudabile fœnus, quod cum terra contrahit, ſuadet. *Habet enim ration e n cum terra, quæ nunquam recuſat imperium nec vnquam ſine vſura reddit, quod accepit licet aliàs minore, plerumque maiore cum fœnore* vt Cicero *de ſenectut.* inquit, & officior. lib. 1. *Omnium autem rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nil eſt agricultura melius, nil vberius.* Quia vt *Senec. epiſt.* 82. ait: *Sæpè quidquid perierat, aſſidua infœlicis ſoli ſterilitate, vnius anni reſtituit vbertas.* Vtque *Plin. iun. lib. 9. epiſt. ad Paulin. Eſt alioqui nullum iuſtius genus redditus, quã quod terra, Cœlum, annus refert.* Quibus *Cicero de ſenect.* villæ commoditates, ad diuitias conducentes, venienteſque ex eis deſcribens, ſuper addit: *Villaque tota locuples eſt. Abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Iam hortum ipſi Agricolæ ſuccidam alteram appellant.*

15 Præterquam quod, cum paruis † Agricola diues, vt non ineleganter *de priuilegiis pauper. 1. part. quæſt. 4. num.* 11. monſtramus. Ibique adductis *Ariſtotelem* addimus *Politicor.* 6. dicentem: *Agricolæ, qui non habent neceſſaria, circa opera morantur, & aliena non concupiſcunt.* Quæ ſumma eſt fœlicitas, & opulentia ſumma. Siquidem, *Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit, eo quidem certius quam qui cuncta poſſidet: quia dominium rerum collabi ſolet: bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.* vt perbellè *Valer. Maxim.* prodit *lib. 4. cap. 4. in proœm.* Nam, *Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? Is qui minimum cupit.* vt pulchrè *Senec. de morib.*

16 *Venio nunc ad voluptates † Agricolarum, (quibus ego incredibiliter delector) quæ nec vlla impediuntur ſenectute; & mihi ad ſapientis vitam proximè videntur accedere.* vt cum *Cicerone de ſenect.* loquens, propoſitioni ſecundæ (quòd oblectamentis fruantur Agricolæ, dulceſque reddat agricultura labores) ſatisfaciam. Cum *Ouid.* pariter *lib. 1. de remed. amoris.*

*Rura quoque oblectant animos, ſtudium*
*que collendi.*
*Quælibet huic curæ cedere cura poteſt.*
& *Virgil. Georg. lib.*
*Frigoribus parto Agricolæ plerumque*
*fruuntur,*
*Mutuaque inter ſe læti conuiuia curant,*
*Inuitat generalis hyems, curaſque reſoluit.*

17 Cœtera ſuperiùs adiecta, † & præfata *quæſt. 4. num.* 11. *& ſeq.* & hac câdem *infrà proximè, & num* 27. *& ſeqq.* præcipuè *num.* 31. 46. 47. 55. cum *tribus ſeqq.* patent. Merito ergo *Virgil.*

18 *Georgic. lib.* 2. exclamat. †

*O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,*
*Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis*
*Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.*
Iterumque ibi.
*Fortunatus & ille Deos qui nouit agreſtes,*
*Penaque ſyluarum ſenem, Nimphaſque ſorores.*
*Horat. Epod. Od.* 2.
*Beatus ille qui procul negotiis*
*(vt priſca gens mortalium)*
*Paterna rura bobus exercet ſuis,*
*ſolutus omni fœnore:*
*Nec excitatur claſico miles truci:*
*Nec horret iratum mare.*

Fo-

*Forumque vitat, & ſuperba ciuium*
*Potentiorum limina.*

& *Sermon.lib.2.ſatyr.6.*

*O rus, quando ego te aſpiciam? quando licebit*
*Nunc veterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis*
*Ducere ſolutæ iucunda obliuia vitæ?*

& *epiſtolar. lib. 1. epiſt. 10. ad Fuſc. Ariſt.*

*Nouiſti ne locum potiorem rure beato?*
*Eſt vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura*
*Leniat & rabiem canis, & momenta leonis,*
*Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum?*
*Eſt vbi diuellat ſomnos minus inuida cura? &c.*

Nullamque vitam, quam Agricolarum beatiorem, ex Catone Maiore, tradit *Leand. Galganet. de iure Reipubl. lib.4.titul.42.de refrumentar.Ciuitat.ſeu de annon. num. 2.* Quod & *Anaxagoræ Claſici* reſponſum confirmat: Qui interroganti cuiquam, quis nam beatus eſſet? *Nemo inquit ex his, quos tu fœlices exiſtimas: ſed eum in illo numero reperies, quẽ tibi ex miſeriis conſtare creditur. Non erit ille diuitiis, & honoribus abundans, ſed aut exigui ruris; aut non ambitioſæ doctrinæ, fidelis, ac pertinax cultor: in ſeceſu, quàm in fronte beatior.* vt prodit *Valer. Maxim. lib. 7. de ſapienter dictis, aut factis, cap.12.*

Cum igitur non in Miſerabilium, ſed in beatorum numero Agricolam
eſſe reponendum tam aperte ſuperiora
19 demonſtrent: neque vt Miſerabilem †
*legis* noſtræ *vnicæ* beneficio, forique
priuilegio ad Principem in prima cognitione
aduerſarium trahendi, gaudere ſequitur, profiteturque *Petr. Gregor.
lib.3.ſyntagm.iur.vniuerſ.cap.8.num. 19*
& ſic ſtylus, praxiſque forenſis obſeruat.

Neque contraria clariore ſolutione egent, quàm ſuperiora præſtant. La-
20 borioſam † nãque agriculturam fatemur; ſed voluptatibus plenam, ſed obleStamentis refertam.

*Nil ſine magno*
*Vita labore dedit mortalibus.*

*Horatius*, inquit, *Sermon. lib.1.ſatyr.9.* Cum omnes ad laborem per peccatũ ſimus damnati, auctoritate in principio relata, ex quo non fori priuilegiũ naſcitur: etſi miſeria prouenerit conditionis humanæ, vt diximus *quæſt. 2. num.9.& ſeqq.*

21 Neque *Marian. Socin.* † quem pro
contraria opinione *Menoch.* refert (vt ſuprà ſcriptum relinquimus) eam affirmat, ſed an ad Eccleſiaſticum Iudicem cauſam Agricolæ trahant ad *Innocent. in cap. Significantibus, de offic.deleg.* ſe remittit. Cuius fori electionem, Miſerabiles ipſos à *lege* noſtra *vnica* nominatos, ſi diuites ſint, non habere, ſpolio, oppreſsione, Iudiciſque ſecularis negligentia ceſſante, *de priuileg. pauper. 1. part.quæſt.52.num.35.& 38.* cum multis tradidimus. Neque *Menoch.* aliquã legem, aut rationem pro ſe adducit, ſed profuſo ſermone ex Miſerabilium conditione, ad Agricolas immerito deſcendit. Qua non exiſtente, agriculturæ ratione, niſi alia extet; dubitationi locus præcluſus eſt. In hancque *Borrel.* pro contraria citatus, inclinat.

22 Neque *Iuſtinianus* Imperator † in
*dict.l.fin.C.de locat.* hanc veritatem impugnat: nõ enim exercitii ratione, ſimpliciterve Colonos miſeros appellat; ſed cauſatiuè, ſi à militibus, qui eos defendendos ſuſceperant, iniuriis afficiãtur. vt quemlibet alium ſic læſum, iure miſerum appellaret.

23 Regulariter igitur, nec miſeros, †
nec diuerſo iure quàm alios, Agricolas cenſendos, dicendum venit, in iudicialibus præſertim, & his, quæ ad Iuris cõſeruationem, & rigorem tendunt, in quibus iure communi vti ruſticos debere, nec ſuccurri; tradit *Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.tom.4. cap. 604. num. 17.* citatis *Alexand.conſ.75.num.10.lib. 5.conſ.165.num. 6. & ſeq. lib. 6.conſ.7. num. 21.lib. 7. Surd. de aliment. tit. 6.*

quæſt.

*quæſt.7.num.6.*& aliis, multis quoque relatis, *Sfort. Odd. de reſtit. in integr.1. part. quæſt.9.art.4.num.14.*ad plura inde *numeris ſequentibus* inferens, *Iacob. Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.9.Farin. Fragmentor.crimin.2.part.lit.I.nu.296. Stephan. Lamberteng. de contract. gloſ.1. num.161.& ſeqq. & gloſ.7.num.80.deciſ. Pedemont.86.num.4. Sebaſt. de Medic.de caſib.fortuit.part.1.quæſt.3.num. 30.in fin.verſ.Octauo,Ioan.Baptiſt.Coſt. de fact.ſcient.& ignor.regul.15.per tot. Alex.Trentac.variar.reſolut.lib.1.reſolut.2.tit.de legib.& conſtit.num.2.verſ. Similiter,verſ.Declaratur, & verſ.Tertio declara,& lib.2.tit.de exceptionib.reſolut.1.num.46.verſ.Hæc concluſio, Alderan. Maſcard. de gener.ſtatut. interpret. concl.9.num.65.*

ALIIS VERO MVLTIS Agricolæ fauoribus gaudent, quos plena congeſsit manu, & ſubtili fuit ſtylo proſequutus *Renat.Chop. in ſpeciali tractat.de priuileg.ruſticor.* A quo, & cæteris præcipua, quò breuius liceat, pro more noſtro, colligemus.

Et præmiſſa Agricolarum in ſacris
24 literis commendatione; † multis repetita locis, quæ expendit *Azebed. in l.6. tit.17.lib.5.nouæ Reg.collect.num.1.* & aliis comprobari poſſet: à rei agrariæ vtilitate (vnde multa proueniunt) exordium ſumimus. Vtilitas autem in aper
25 to eſt, † quæ veluti vniuerſum ſuſtinet orbem, ſine qua, actum de illo eſſet. *Nam ſine agricultoribus, nec conſiſtere mortales, nec ali poſſe manifeſtum eſt,* vt *Columel.de re ruſt.in procem. lib.1.* inquit, & ſimiliter *Regia l.4.tit.20.part.2. Bouadill.in polit.2.part.lib.5.cap.9.num. 1.*& *Collant.de re frument.lib.2.cap.1.in fin.*

26 Magno ideo ſemper in precio † habiti Agricolæ vbique ſunt: non in pace modo: ſed in bello ſeruati, vt *quarto Regum libro, cap.25.* legimus vbi magna illa ſtrage à Nabucodonoſor, capta Ieruſalem, edita, dicitur: *Et de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas.* Repetiturque *Ieremi.cap.52.* Indorũ quoque leges, moreſque recenſens. *Diodor.Sicul.rer.antiquar.lib.3.cap.10.* hæc prodit: *Secunda Tribus eſt Agricolarum, qui multitudine ſuperantes cæteros; à bello, reliquoque opere liberi, ſolis agris colendis tempus impertiunt. Sed exiſtimans illos in communi vtilitate verſari, ab omni iniuria abſtinent. Ita ſoluti metu Agricolæ, terrãque liberè colentes, rerum afferunt vbertatem.*

27 Ab omni eos munere † extraordinario, & perſonali Imperatores immunes reddunt *Conſtantin. Auguſt. in l.1. C.de Agricol.& cenſit.lib.11.Iuſtinian.in l.Deuotum,5.C.de metat.& epidematic.* Alia in id Iura, non tamen (vt verum fatear,) probantia citat *Chop. de priuileg.ruſticor.1.part.cap.2.* Apud Nos *Regia pragmatica* extat, *in Commitiis Matriti anno* 1594.*die* 9.*Marcii* edita, ita *cap.*7.decernens: *Que no compelan a ninguna perſona, que ſea verdaderamente labrador, a que dè, o ſocorra a la gente de nueſtras guardas, ni a otra ninguna gente de guerra, de a pie, ni de a cauallo, con dinero, trigo, ceuada, ni mantenimiento alguno, ſino ſolamente (ofreciendoſe neceſſidad) darles apoſento, y cama en ſus caſas, meſa y manteles en que coman, y otras menudencias, como ſal, y vinagre, y que les guiſen la comida.*

28 A realibus † autem, & patrimonialibus, quamuis nõ omnino exiſtant immunes (*l.Hi pœnes, 4.C.de Agricol.& cenſit.lib.11.l.1.C.de immunit.nemin.cõced.lib.10.l.Omnes,4.l.Obſiſtere,9.C.de annon.& tribut.eod.lib.*) benignè tamen cum eis agendum, moderatèque onerandos, in eadem *l.Hi pœnes, in fin.* Valent.prouidet. Modicumque olim Imperatori ſoluere ſolitos, teſtis eſt *Bald. in l.Ex hoc iure in fin.D.de iuſtit.& iur.*
29 Quamuis hodie nil minus † ſeruari (dolenter ſumma cum ratione) *Guil. Bened.*affirmat, *in repet.cap.Raynuntius, verb.Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 968.& ſeq.* Quin potius, nec ſpiritum ferè precarium eis dimitti, & deplorat; & dominos meritò obiurgat. Ex huma
30 nitate namque in Agricolas, † moderatis

ratisque vectigalibus, vbertatem, co-
meſtibilium copiam, & Reipublicæ
affluentiam magna ex parte pendere,
obſeruat *Renat. Chop. dict. tractat.* 1.
*part.cap.* 3. Belæ Panoniæ Regis facto
comprobans. Qui (*Bomſinio rerum Vn-
gariæ, decad.* 3. *lib.* 3. ſcriptore) omnibus
promiſcuè, leuato populo, vectigalia,
tributaque remiſsit. Quo factum re-
fert, vt breui plebs cum nobilitate eo
vſque diuitiis creuerit: vt ne minimus
quidem ruſticus, egenus ſit inuentus:
& è finitimis, nemoque tanti cenſus
extiterit, cum Hungari opulentia con
ferre ſe poſſet. Qua de re longior Nos
expectat ſermo. *Pertinax* Imperator,
*Decem annorum immunitatem, ac perpe-
tuam libertatem Agricolis conceſſit.* vt pro
dit *Herodian. lib.* 2. *in eius vita*, Angelo
Politiano interprete.

31 Eaque ratione, neque militare † co-
gendos Agricolas, imò neque ſe vltro
offerentes, admittendos, rectiſsimè
*Dioclet.* & *Maxim.* decreuêre, in *l.* 3.
*C. qui milit. poſſ. vel non, lib.* 12. & Va-
lent. *in l. Colonos,* 18. *C. de agricol. & cenſ.
lib.* 12. Non minus enim Reipublicæ
intereſt, à quibus alatur; quàm à qui-
bus defendatur habere, tradit *Petr. Ca-
bal. reſolut. crimin. caſu* 294. *num.* 25. pro
batque text. elegans *in dict. l.* 4. *tit.* 20.
*part.* 2. in verbis illis. *Porque bien aſſi co-
mo a todos plaze con ſu vida: aſſi les deue
plazer con aquellas coſas que la an de man-
tener.*

32 A tutela † etiam ruſticum excuſari,
Imperatoribus *Adriano*, & *Antonino*
placuit quorum retulit *Vlpian.* placitũ
in *l. Athletæ, §. fin. D. de excuſation. tutor.*
inquiens: *De ruſticis autem, & humilibus,
& illiteratis, ſcribit Paulus ita: Mediocri-
tas, & ruſticitas, interdum excuſationem
præbent, ſecundum epiſtolam Diuorum A-
driani, & Antonini.*

Immunitatem vero hanc, non niſi
33 re, † & opere ruſticitatem præſtare,
declarat ibidẽ: *Cuius, qui ſe negat literas
ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modò nõ
ſit expers negotiorum.* Eius *Iuſtinian.* Im-
perator ſententiam probat, *in §. Simi-
liter, inſtit. eod. titul.* ex intellectu *Gloſſæ
ibid. verb. literas neſciunt*, & *Ioan. Fabri*
ſtatim in principio, & *Regia lex* 2. *tit.*
17. *part.* 6. *verſ. E aun el que no ſopieſſe
leer, ni eſcreuir, ſi fueſſe tan ſimple, o tan
neſcio, que no ſe atreuieſſe a fazer la guarda
con recabdo.*

34 Quòd ſi ob inertiam, † vel ſimpli-
citatem à tutela Agricola remotus ſit;
integra exiſtimatione abibit, *Vlpiani* iu
dicio in *l.* 3. *§. vlt. D. eod. tit. de excuſat.
tutor. & Renat. Chop. dict. part.* 1. *cap.* 5.
Addens pariter, nec quaſi fœnebris pe
35 cuniæ, † vſuris ruſticum plectendum,
qui ſimplicitate pecunias pupillares
non fœnori dedit, vt & *Senatus Pari-
ſienſ.* decreto, 13. *Kalẽd. Mai, anni* 1574
deciſum prodit.

Eadem præter ea vtilitatis publicæ
36 ratio induxit, † ne ruralia inſtrumen-
ta, aratoria ve animalia pro vllo regu-
lariter debito capi, pignori, aut execu-
tioni ſubmitti queant, iubentibus ſic
Imperatoribus *Conſtantin. in l. Execu-
tores,* 7. Honor. & Theodoſ. *in l. Pigno-
rum,* 8. Federic. *in auth. Agricultores, C.
quæ res pignor. oblig. poſſ. vel non.* ornat-
que (præter inibi Scribentes) *Iacob. Me
noch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 378. *Ber-
nard. Alfan. in collect. iuris ciuil.* 913.
*Ioan. Baptiſt. Coſt. de remed. ſubſidiar. re-
med.* 43. *num.* 4. cum propè infinitis ci-
tatis à *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. part.*
3. *tit.* 32. *de ſententiarum executione, num.*
377. *& ſeqq. Iacob. de Collant. in com-
ment. pragmat. in fauorem rei frument.
lib.* 1. *cap.* 1. *per tot.* ſuntque *Regiæ leges*
5. *tit.* 19. *lib.* 3. *For. leg. l.* 3. *tit.* 27. *part.* 3.
*l.* 4. *tit.* 13. *part.* 5. *l.* 7. *&* 8. *tit.* 11. *lib.* 5.
*Ordinam. l.* 5. *&* 6. *titul.* 17. *lib.* 5. *nouæ
Reg. collect. pragmat. ſanctio* edita *nona
die Martii, anni* 1594. vberiùs anterio-
ribus prouidens. Ante illam namque,
ita demum (communi Doctorum aſſen
37 ſu) in aratoriis bobus, † villicisque in-
ſtrumentis pignoratio, aut executio
prohibita erat; ſi alia bona ex quibus
creditori ſatisfieret, adeſſent: non ita
pariter, ſi deficerent. Vt argumento *le-
gis Stipendia,* 4. *C. de execut. rei iudic.* vo-

luêre

luit Gloſ. in d. l. Executores, 7. verb. Aratorium, & ibid. Gothofred. lit. A. C. quæres pignor. Franciſc. Rip. de peſte, tit. de præſeruatiu. remed. contra peſt. numero 221. Petr. Dueñ. regul. 275. numero 2. Montalu. in dict. l. 5. For. verb. Mandamos, in fin. dict. titul. 19. lib. 3. cum aliis, quos recitat Camil. Borrel. dict. titul. 42. numero 445. verſ. Declaratur, Collant. de re frument. dict. lib. 1. cap. 12. numero 1. verſ. Sed iure communi, Renat. Chop. dict. lib. 1. cap. 17. ad fin. verſ. Sin autem ruſticanus. Quod non obſcurè dict. l. 3. titul. 27. part. 3. ea inhibitione facta, monſtrauit: *Ni en bueyes de arada, cuyos quier que ſean, fallando otros bienes del vencido en que ſe pueda cumplir el juyzio.* aduertitque idem Gregor. Lop. dictam quoque legem Stipendia, & legem Commodis, D. de re iudic. in idipſum allegans. Per dictam vero pragmaticam
38 ſanctionem, † etiam in bonorum aliorum deficientiæ caſu (tribus in eadem aſsignatis, demptis) pignoratio, aut executio præfattis in rebus ſic primo eius in capite prohibetur: *Primeramente, que los labradores que por ſus perſonas, o por ſus criados, y familia labraren, no puedan ſer executados por deuda deuida por carta, contrato, o en otra qualquier manera, en ſus bueyes, mulas, ni otras beſtias de arar, ni en los aperos, y aparejos que tuuieren para labrar, ni en ſus ſembrados, ni barbechos, en ningun tiempo del año, aunque no tengan otros bienes; ſaluo por los pechos, y derechos a Nos deuidos, o por la renta de las tierras del ſeñor de la heredad, o por lo que el tal ſeñor les huuiere preſtado, y ſocorrido para la dicha labor. Y en eſtos tres caſos, quando no tuuieren otros bienes de que puedan ſer pagadas las dichas deudas.*
39 *Y que en vn par de bueyes, † mulas, o otras beſtias de arar no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno.* Idque ipſum antiquiores etiam leges 5. titul. 17. lib. 2. & l. 25. titul. 13. lib. 8. nouæ Reg. collect. (etſi ſtrictiùè in culturæ ſolum tempore) prouiderant.

Ita ſimiliter â publici vectigalis one-
40 re † res exercendi ruris gratia exportatas, immunes Conſtãtinus reddit, illudq; poſtulari vetat in l. Vniuerſi, 5. C. de vectigal. & cõmiſ. Regia lege roborata, 5. tit. 7. p. 5. verſ. *Otroſi dezimos, q̃ trayendo ferramiẽtas, è algunas otras coſas para labrar ſus viñas, o las otras heredades q̃ ouiere; que non deue pagar portadgo dellas, ſi las non vendiere.*

Inter Atticas quoq; leges, hãc vnã Ælianus, var. hiſtor. lib. 5. cap. 14. prodit:
41 *Bouẽ aratorem, † qui iugum trahit, vel cum aratro, vel cum plauſtro, ne mactes: quoniam ille etiam Agricola eſt, & humano generi laborum ſocius.* Illucq; reſpexit Ouid. Faſtor. lib. 4.

*A boue ſuccinti cultros remouete miniſtri:*
*Bos arat: ignauum ſacrificate ſuem.*

ſimiliter & Plin. natural. hiſtor. lib. 9. cap. 45. de boue loquens: *Sociũ enim laboris, agriq; culturæ habemus hoc animal.* Ad pę-
42 nã deinde bouem occidentis † ab antiquis conſtitutã, progreſſus, ſubnectit: *Tantæ apud priores curæ, vt ſit inter exẽpla damnatus à populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſeſe negante, occiderat bouẽ: actumq; in exilium, tanquã Colono ſuo interempto.* Grauiorẽ (capitalẽ ſcilicet) hac in re pœnã pro boue occiſſo conſtitutã, tradit Marc. Varr. de re ruſtic. lib. 2. cap. 5. de boue ſic verba faciens: *Ab hoc antiqui manus ita abſtinere voluerũt: vt cap. ſanxerint, ſi quis occidiſſet.* Eandemque apud Phryges, le-
43 gem † (ex Æliano lib. 12. cap. 34. falſo tamen) ſcribit Borrel. d. tit. 32. num. 43. Prodit autem Stobæ ſerm. 42. Phrygum Inſtituto, ſi quis inſtrumentum agricolationi aptum, furto ſuſtuliſſet, vel bouem aratorem furto ſuſtuliſſet: hunc morte mulctari. Diuerſas quoq; pœnas pro minimis etiam ruralibus inſtrumẽtis furto ſubtractis, recenſet Petr. Greg. ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 37. cap. 4. per tot.

44 Apud Nos † pragmaticæ ſanctiones extant, anno 1598. & 1602. editæ, vitulorum interfectionẽ, eâdem ratione, grauibus ſub pœnis prohibentes, cauẽtes expreſsè, cauſamque reddentes: *Porque aſſi cõuiene al beneficio general de nueſtros ſubditos, y a la labrança y agricultura.*

Quæ autem inſtrumenta ruſtica di-
45 cantur, † quæque eorum appellatione veniant, vt pignoratio, executiove in eis fieri nequeat: enumerat, ex *Sabini* ſententia *Vlpianus* in *l. in inſtrumento*, 8. *D. de fund. inſtruct. & inſtrum. legat. dictæ* que *leges Regiæ*, monſtrant, & tradunt plenisſimè *Collant. d. tract. lib.* 1. *cap.* 4. *per tot.* & *Borrel. dict. tit.* 32. *num.* 444. *& ſeq.*

Ex quibus, à fortiori deducitur, Agri-
46 colas ipſos † pro debito capi, aut in eorum perſonis executionem nullatenus fieri poſſe, cum & animata inſtrumenta ſint, rebus digniores, ſine quibus, bobus licet, inſtrumentisque exiſtētibus, ruſticum peragi opus nō valet. eoſque inter ruſtica inſtrumenta *Vlpian. in d. l. In inſtrumento*; primo loco his verbis poſsuit: *In inſtrumento fundi ea eſſe, quæ fructus quærendi gratiâ parata ſunt, Sabinus ad Vitellium euidēter enumerat. Quærendi: veluti homines, qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpoſitive ſunt his: quorum in numero ſunt villici, & monitores: præterea boues, &c.* & ibi in *verb. Veluti Gothofred.* inſtrumentorum fundi, partē homines eſſe, vel ſeruos, cæteris inſtrumentis præſtantiores, ex *Ariſtot.* 1. *Politic.* 3. firmat, à Græco ſermone ita ſententia translata *Seruus res quædā poſſeſſio animata eſt, & miniſter omnis veluti eſt inſtrumentū, inſtrumēta omnia antecedens.* Idque ipſum *Plutarch. in Eraſ.* tradit.

Meritò ideò Græcos legumlegatores, *Renat. Chop. de priuileg. ruſticor. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 7. mordet, quod aratrum quidem, aliudve quod Ius operi neceſſarium ob fœnus creditori addici prohiberent: corpora verò his vtentia, necti permitterent, ex *Diodor. Sicul. rer. antiquar. lib.* 2. *cap.* 3. qua in re Gallicos Principes longe iudicio, ac prudentia Græcos anteire iure aſſeuerat, apud quos ſingulari lege ſancitū refert: *Ne ob æs alienum quodcumque Agricolæ in carcerem abducantur, neve fundi ruſtici inſtrumenta iure pignoris capi poſſint*, conſtitutione lata, 8. *idus Octobris*, *anno* 1571. *pridie nonas Februarias, anno* 1572. à Senatu probata ſimiliter quoque Regalis *Hiſpana* iā relata *ſanctio anni* 1594. *die* 9. *Martii, cap.* 2. hac in re decreuit: *Que las perſonas de los dichos labradores no puedan ſer preſos por deuda alguna que no deſcienda de delito en los meſes de Iulio y los ſiguientes, haſta fin de Deziēbre, y q̄ el Iuez, o executor que contrauiniere aſſi en lo diſpueſto en el capitulo primero, como en eſte, ſea ſuſpendido de oficio por vn año; y el acreedor que lo pidiere, por el miſmo caſo aya perdido la deuda, y el labrador quede libre della.*

Vberiuſque poſtmodum ruricolis proſpiciens, in perpetuum abſque temporis præfinitione *pragmatica ſanctio Eboræ anno* 1619. *die* 18. *Maii*, edita fauorem hunc protraxit, proximè relatæ conſtitutionis determinationem hunc in modum extendens: *Que lo que por la dicha ley ſe ordena, que las perſonas de los labradores en los meſes de Iulio, y los ſiguientes, no puedan ſer preſos por deuda alguna que no deſcienda de delito: lo eſtendemos, que tampoco lo puedan ſer en ningun tiempo del año, ſino es que las deudas ſean contraidas antes de ſer labrador. Y el Iuez, o executor, o acreedor que contrauiniere a lo ſuſodicho, incurra en las penas della.*

Nec à carceribus ſolum Agricolæ redduntur immunes: ſed occaſio quælibet, quę à rurali opere eos abſtrahere poſſet; eâdem lege arcetur, ſic ſtatuen-
47 te: † *Que ſin embargo que por la dicha ley ſe les permite ſometerſe al Corregidor Realengo mas cercano; y en los lugares eximidos, al de la cabeça de la juriſdicion donde ſe eximieron: no puedan de aqui adelante hazer la dicha ſumiſſiō, ni otra alguna, ſino que por las deudas que contraxeren ayan de ſer cōuenidos en el fuero de ſu domicilio, y no en otra parte.* Decernens pariter (ne aliquo facto rurale opus intermiſsionē
48 recipiat) *Que no puedan ſer fiadores*, † *ſino entre ſi miſmos vnos labradores por otros, y las fianças q̄ ſe hizieren por otras perſonas, ſean ningunas.* In idem *præfata antiquior* intenta *ſanctio, cap.* 5. cauit: *Que los dichos no ſe puedan obligar como principales, ni*

49 *ni fiadores* † *en fauor de los ſeñores de los lugares en cuya juriſdicion viuieren; y que ſeã nulas las eſcrituras que en lo contrario de lo cõtenido en eſte capitulo, y de todo lo demas en fauor de los dichos labradores aqui eſpreſſados otorgaren: ſin embargo de qualeſquier renuntiaciones que dellos hizieren; ni los Eſcriuanos den lugar a que ante ellos ſe otorguen, ſo pena de que pierdan los oficios, y no puedan vſar mas dellos de ai adelante.*

Neque ſolum in perſonis bobus, aut inſtrumentis executio, aut pignoratio fieri prohibetur: ſed neq; in fructibus,
50 † etiam à ſolo ſeparatis diſponit *anni* 1619. iam *relata* hunc in modum ſanctio: *Que lo diſpueſto por otra nueſtra ley, que los labradores no puedã ſer executados en ſus ſembrados, ſino es en los caſos en ella expreſſados; ſea y ſe entienda tambien que no lo puedan ſer en el pan que cogieren de ſus labores deſpues de ſegado, pueſto en los raſtrojos, o en las eras, haſta que lo tengan entroxado. Y entonces quando por alguna execucion ſe les huuiere de vender alguna*
51 *parte del pan;* † *no ſe les pueda tomar, ni vender a menos precio de la taſſa. Y no auiẽdo comprador, ſe haga pago con ello al acreedor.* Duos inſuper in id fauores addens:
52 alterum, ne illi renunciare † poſsint: *Que lo contenido en eſta, y en la dicha ley en fauor de los labradores, no ſe pueda renunciar ni valga la renunciacion que hizieren della.* Quod regulare eſt, in his quæ in
53 publicæ vtilitatis fauorem † principaliter conceſſa ſunt, licèt renunciantem ſecundario tangant, ex *text. in cap. Si diligenti, 12. de foro compet.* cum ſimilibus de quibus *ſuprà quæſt. 10. num. 99.*
54 Alterum: vt taxam † in venditione panis à lege Regia præfinitam, in eo, quem ipſi collegerunt, ſeruare non teneantur. Cuius iuſtificationem, & valorem comprobat oſtenditque late *D. Melchior de Soria Epiſcopus Troianus in tract. taxæ panis, cap. 9.*

Dicta quoque publicæ vtilitatis ra-
55 tione Agricolarum † cauſas priùs aliis tractandas, breuiter ſummarièque expediendas, *Caliſtrat.* prouidet in *l. 2. D. de nundin.* Iuſtinian. *in auth. de Quæſtore, § Si vero aliqui ſint Agricolæ, coll. 6.* comprobatque *Renat. Chop. dict. tract. lib. 3. p. 1. cap. 1.* & ante eum *Alex. conſ. 61. nu. 6. lib. 6.* & vtroque recentius *Parlador. differ. 137. nu. 29.* Inde apud Romanos, nono quoque die nundinas fieri, quo ruriculæ in vrbem ad negotia venirent, reliquis continuis diebus extra vrbem agriculturæ vacarent, lege lata obtentum, profitentur *Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 16. Cicer. pro Lut. Flau. Plutarch. in Coriolan. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 3. cap. 11. Marc. Varr. de re ruſtic. lib. 2. cap. 1. Dionyſ. Halicarn. lib. 2. & 7.* vbi ait: *Nundinæ nono quoque die celebrantur (vt nunc etiam) quo plebs agreſtis in vrbem ad mercandum conueniebat, finiendiſque litibus, & ad ſuffragia ferẽda de negotiis publicis, quorum ius erat pœnes populũ, aut de quibus Senatus retuliſſet ad eum.* Ita referẽte *Camil. Borrel. de Regis Cathol. præſt. c. 36. n. 31.* ſequentibusq; proſequitur, *Fran. Petrar. de inſtit. Reipubl. lib. 1. tit. 7*
56 Et frugum colligendorũ gratia † ferias cõſtitutas, quibus ad iudiciũ trahi ruricolæ nequeant, *Theodoſ.* Imperatoris cõſtitutio monſtrat in *l. 2. C. de feri.* & *l. 37. tit. 2. p. 3.* Illiſque etiã feſtis die-
57 bus, neceſsitate poſcente † eiſdem operibus incũbere, cõceſſum, probat *text. in c. fin. eod. tit. de fer.* & dicta à *Nobis de priuileg. pauper. 2. p. q. 65. nu. 39. & ſeqq.* proſequiturque *Renat. Chop. d. tract. lib. 2. p. 1. c. 7.* Si quidem (vt ſuprà iam diximus) *res eſt cunctanti inſidioſa agreſtis.* In his autem quæ inſtant, celeritatemve deſiderant, quibuſque periculum eſt in mora, extra culpam, tunc labor, *d. c. fin.* per quẽ in operibus his ruralibus exemplificat *Syluest. verb. Dominica, nu. 9.* imminente pluuia, vel tempeſtate, & præ dixerat *ibidẽ, nu. 6.* tradens ex *D. Thom. 2. 2. q. 122.* non prohiberi feſtis diebus ſpirituale opus, vt docere verbo, vel ſcripto: neq; opus corporale ſeruile ad ſeruitiũ Dei; nec corporale cõmune ſeruis, & liberis, vt prouiſio in neceſſariis ſibi, & proximo, præcipuè pertinentibus ad ſalutẽ corporis ſui, & proximi, quæ differri commodè non poſſunt:

& ſecundario, in damno rerum vitando. Et ita pariter colligit *Allagon.in D. Thom.compend.dict.loco,artic.*4. conſentiuntque cæteri Summiſtæ. *Nauar.*(eadem ex *D.Thom.*repetens) *in Manual. cap.*13.*numero* 3.*verſ.Quinto,Eman.Sà, verb.Feſtum,num.*5.& ab *Andr.Victorel. in eius annotationib. ibi additi, Eman. Rod.in ſumm.cap.*122.*num.*5.*&* 6. Eademque, verſibus quatuor complexa eſt *Gloſ.fin.in dict.cap.vlt.de fer.* Neque diſſensêre ab his antiqui, in feſtorum ſuorum obſeruatione, ſic *lib.* 1. *Saturnalior.cap.*16.*Macrobio* referente: *Vmbro negat eum pollui, qui opus, vel ad Deos pertinens, ſacrorumve cauſa feciſſet, vel aliquid ad vrgentem vitæ neceſſitatem actitaſſet. Scæuola denique Conſultus, quid feriis agi liceret, reſpondit*: Quod prætermiſſum noceret. *Qua propter, ſi bos in ſpecum decidiſſet, eumque paterfamilias adhibitis operis, liberaſſet; non eſt viſus ferias polluiſſe: nec ille, qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminenti vindicauit ruina. Vndè & Maro (omnium diſciplinarum peritus) ſciens laborari ouem, aut lanæ purgandæ, aut ſcabiei curandæ gratia: pronunciauit tunc ouem per ferias licere merſari, ſi hoc remedii cauſa fieret*:

*Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri.*

*Adiiciendo enim ſalubri, oſtendit, auertendi morbi gratia tantummodo; non etiam ob lucrum purgandæ lanæ cauſa fieri conceſſum.*

Ex ſuperiori quoque ratione è mul-
58 tis conſortibus litis, † vno ad litẽ peragendam in vrbe retento, cæteros in domos remittendos ſuas, ne plurium abſentia, aliquid res agraria detrimẽti accipiat; *Iuſtinian.*cauit, *in dict.auth.de quæſtore,§.Si vero forſitam,coll.*6.

Non item quemadmodũ in vrbana,
59 ita in ruſtica prædia inuecta, † aut illata à conductore, eſſe pro penſione tacitè locatori obnoxia, vel hypothecæ ſubiecta; elegans *Vlpiani* reſpõſum probat *lib.*28.*ad edict.in l.Solutum,*11.*§.Solutam,verſ.Planè, D. de pignorat. action.* & clarius *lib.*1. *Membranar.*(moribus comprobatum dicens) *in l. Eo iure*, 4. *D.in quib.cauſ.pign.vel hypoth.tacit.contrah.* vbi *Eo iure vtimur*, ait, *vt quæ in prædia vrbana inducta, illata ſunt; pignori eſſe credantur, quaſi id tacitè conuenerit: in ruſticis contra obſeruatur.* Aduertuntque *Accurſ.*& *Bald. in l. Certi Iuris, C. de locat. Renat. Chop. dict. tract. lib.* 2.*cap.* 3. *verſ. Eſt & alia differentia.* iamque diximus, *quæſt.* 5.*numero* 58. Id que non in primo tantum conductore, ſed in ſecũdo cui primus locauit, *Paul.* reſpondit *in l.Si in lege,*24.*§.Si Colonus,D.locat.*

Priuilegium aliud ruſticis *Iuſtinia-*
60 *nus* confert † *in nouel.conſtit. Ne quis mutuum dans agricolis,&c.* verbis iſtis: *Nemini cuiuſuis conditionis, etiam militi fœnerari licet Agricolis, vltra viceſſimã quartam ſortis partem annuam: ne ob id, terrã, boues, aut aliud pignus ab eis accipere: contrafaciens, actione cadit.* Quod proſequitur *Renat.Chop.d.tract.lib.*1.*cap.*8.

A præſumptaque vſurarum fraude
61 † ruſticam ignorantiam excuſare, tradunt *Iaſ.in l.Si quis id quod,num.* 32.*D. de iuriſd.omn.iudic.Chop.dict. tract.de priuileg.ruſticor.part.*2.*cap.* 4.*verſ. Ruricolæ. Barthol. Cæpol. in tract. de ſimul. contract.caſu* 6.*princip.*ex *Gloſ.in l. Cum allegas,C. de vſur. Alphonſ. Modit. dubitation. & reſolution. lib.* 2.*§.Magiſtratuum, ſeu Prætorum edicta, dubio* 6 *num.* 11. *Proſper.Farinac.prax.crimin. quæſt.* 162.*num.*4.*& quæſt.*163.*num.*127.*&* 128.*Sfort.Odd.de reſtit.in integr.part.*1. *quæſt.*9 *art.*6.*num.*35.

In cæteris etiã regulariter caſibus,
62 in quibus contrarium † à Iure expreſsè non cauetur, ruſticos excuſari, dixêre *Bart.in l. Non fatetur,num.*12. *D.de confeſſ.Alex.in l.Iuſtè,num.*36.*D.de adquir. hæredit.& conſil.*127.*num.*2.*lib.*3.*conſ.* 1.*num.*5.*lib.*6.*& conſ.*165.*num.*11.*eod. lib.Deci.in l.Fœmina,nu.*82.*D.de regul. iur.& in l.Si quis id quod,num.*35.*D.de iuriſd.omn.iudic.& ibid.Curt.nu.*36.*idẽ Deci.in cap.Paſtoralis,num.*68.*de except. Bald.in l.*1.*num.*3.*quæſt.*1.*C.de fideicommiſ.Bero.conſ.*120.*num.*27.*lib.*1.*Tiraq. de pœn. tempor. cauſ.*11.*num.* 1. *& ſeqq.*

*Thom.*

*Thom. Grammatic. deciſion.* 76. *numero* 10. & 11. *Marſil. in ſingul.* 450. *Capic. deciſion.* 159. *numero* 22. *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *numero* 25. & *de præſumption. lib.* 6. *præſumption.* 23. *numero* 16. *Maſcard. de probationib. lib.* 2. *concluſion.* 639. *numero* 13. & *lib.* 3. *concluſion.* 1285. *numero* 1. *Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. lit. E. concluſion.* 320. *numero* 33. *lit. I. concluſion.* 11. *numero* 9. & 10. & *lit. V. concluſion.* 371. & *ſeq.* quos refert, & ſequitur *Farinac.* 2. *part. fragmentor. crimin. liter. I. numero* 274. materiam ſequentibus proſequens.

63 Plures autem in quibus nominatim Iura ruſticis † opitulantur, enumerat *Sfort. Odd. de reſtit.* 1. *part. quæſt.* 9. *numero* 29. & *ſeqq.* quos ordine ab ipſo deſcriptos, curſim deſignabimus. Primum, ex *l.* 2. *in fin. D. de iure Fiſc.* quæ ruſticum excuſatum reddit, qui non detulit. Secundum, ex *l. Si quis id quod,* & *ibi Bart. in §. Serui, numero* 7. *D. de iuriſd. omn. iudic.* tutum ruſticum dicẽte, qui album deleuit. Tertium, ex *l.* 1. *in fin. D. de edend.* à non editione excuſante. Quartum, à vera contumacia, & multa, ex *l.* 2. *D. ſi quis in ius voc. non ier.* Quintum, ex *l. Diuus, D. de reſtit. in integr.* quæ verum etiam contumacem ruſticum ad apellandum admittit. De quo Nos latiùs infrà. A pœna quoque *legis Si quis in tantam, C. vnde vi,* rem nempè ſuam in vadentem liberari, *num.* 34. Sextum caſum aſsignans, dicit. Qua etiam de re, laté *Chop. dict.* 2. *part. cap.* 5. *in princip. verſ. Secundo, Menoch. dict. caſu* 194. *numero* 15. & *Farinac. quæſt.* 175. *numero* 9. & 10. Septimum, ſuprà proximè aſsignatum, *numero* 61. profert. Octauum, quando ruſticus contra leges pœnales poſitiuas, in his, quæ non ſunt de genere prohibitorum contraxit, allegat *Menoch.* poſt alios, *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 194. *numero* 53. Nonum, ex *l. Cum de indebito D. de probationib.* ab onere probandi indebitè ſolutum, ruſticum releuante. A qua & aliud infrà in id deducimus. Decimum, in non opponente declinatoriam ante conſenſum in Iudicem, ex *Menoch. dict. loco, numero* 63. *Specul. Angel. Alciat. Pariſ.* & aliis. Inferiusque *Nos, num.* 75. Vndecimum, nõ ſolum in continenti; ſed quan locumque erroneam Aduocati cõfeſsionem poſſe ruſticum reuocare, *num.* 39. profert, *Menoch.* citato *dict. caſu* 194. *num.* 61. adicimusque *infrà, num.* 79. Duodecimum, ob non vindicatam teſtatoris necem, ante eius tabulas apertas, ex *l.* 3. *§. Si quis ignorans, D. ad S.C. Sylan.* ignorantiam excuſante, & *Menoch. vbi ſuprà, num.* 46. poſt *Alex. in l.* 1. *num.* 10. *C. ad Sylan.* & *Alciat. de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 3. *num.* 1. Decimumtertium, ſi mulier ruſtica non petiit tutorem filio antequam ad ſecunda vota conuolaret, ex *l.* 2. *§. Idoneos,* & *§. ſeq. D. ad S. C. Tertul. Menoch. repetito caſu* 194. *num.* 66. Decimumquartum, in ruſtico Iudicis præcepto non obtemperante, ex *dict. l.* 2. *§.* 1. *in fin. D. ſi quis in ius voc. non ier. l.* 1. *in fin. D. de edend.* & *Natt. conſil.* 598. *numero* 7. traduntque idem *Renat. Chop. de priuileg. ruſticor. part.* 2. *cap.* 3. *verſic. Eodemque argumento,* & *Alexand. Trentacinq. variar. reſolution. lib.* 2. *titul. de exception. reſolution.* 1. *numero* 48. Conueniuntque *infrà* dicenda, *num.* 70. Decimumquintum, in ruſtico iuri ſuo renuncianti, de quo non fuerit certioratus, ex *Tiraquel. in l. Si vnquam, in præfation. numero* 102. *Marſil. ſingul.* 17. & *Menoch. dict. caſu* 194. *numero* 76. Decimumſextum, limitationem *legi Si quis maior, C. de tranſactionib.* aſsignat, à cuius conſtitutionis pœnis ruſticum excuſari, *numero* 14. afirmat, Cagnoli ſententia in *eadem leg. numero* 16. 24. & 25. Decimumſeptimũ, ſi ruſticus intra præfinita tẽpora bonorum poſſeſsionem non petierit, ex *l. penult. C. qui admit. Menoch. dict. loco, numero* 62. *inferiùs* que notamus, *numero* 68. Et an id indiſtinctè verum ſit, an ita demum, ſi ruſticus conſulere peritiores non valuit, *numero* 46. examinat. Decimum-

octauum, ſi ruſticus rei ſuæ valorem ignorans, minori eam precio vendidit, quem iuuari donec contra eum ſcientia probetur, tradit ex *Menoch. dict. caſu* 194. *numero* 45. & aliis, ita pariter *Alphonſ. Modit. dubitation. & reſolution. lib.* 2. *in* §. *Magiſtrat. ſeu Prætorum, edicta dubit.* 6. *n.* 10. Decimumnonum, vt ruſticus ſolita arma ſua deferens, *pœna capit.* 1. §. *Si quis ruſticos, de pac. tenend.* non plectatur, ex *Bald. Cœpol. Nouell. Menoch. dict. caſu, numero* 75. Vigeſimum, ſi ruſticus variauit in teſtimonio, vel in ſcripturis producendis, ſibi contrarius extitit. Quã latè examinat aſſertionem *toto artic.* 7. *numero* 51. *& ſeqq.* Quorum caſuum aliqui (quia vel clariori expoſitione, vel additione, ornatuque egent) ſi repetantur; non vertendum vitio, ſed neceſsitati parcendum, ſeruiẽdumque vtilitati.

In caſibus autem (vt ad inſtitutum ſermonem ſe conuertat oratio) à Iu-
64 re expreſsis, † ipſo iure ruſticitatem excuſare; in aliis autem non expreſſis, reſtitutionis ſaltem ope, æquitate, Iudicisque officio ei ſubueniendum; dixère *Parpal. in l. Si quis maior, numero* 2. *verſ. Secundus caſus, C. de transaction. Rip. in tractat. de peſte, titul. de remed. præſeruat. numero* 245. *& ſeq. Iacob. Menoch. de recup. poſſe. remed.* 9. *poſt numero* 26. *& de arbitrar. dict. caſu* 194. *numero* 4. *verſ. Ruſticum ipſo iure, & numero* 83. Quorum probat iudicium *Farinac. fragmentor. criminal. dict. lit. I. numero* 294. eiuſdemque fuit voti *Renat. Chop. de priuileg. ruſticor. part.* 2. *capit.* 1. *Alexand. Trentacinq. variarum reſolutionum, lib.* 1. *titul. de legib. & conſtitutionib. reſolution.* 2. *in fin. verſ. Regula illa, & lib.* 2. *titul. de exceptionib. reſolut.* 1. *numero* 46. *in primo caſu, & verſ. Secundus caſus, & numero* 47. aſſentiturque *Sfort. Odd. dict. quæſt.* 9. *numero* 25. *& ſeqq. & numero* 61. *& quæſt.* 10. *numero* 21. *& ſequentibus.*

65 Generaliterque, tam in ciuilibus, † quàm criminalibus (ad pœnam ſaltem ordinariam vitandam) ruſticum excuſari, probant *text. in l.* 3. *C. de defenſor. Ciuitat.* in verbis illis: *Innocens, & quieta ruſticitas, &c. l. Si quis id quod,* 7. §. *Doli mali,* (in illis: *Quod ſi per imperitiam, &c.*) *D. de iuriſd. omn. iudic. dict. l.* 2. §. *fin. D. ſi quis in ius voc. non ier.* & *l.* 1. §. 1. *D. ſi quis ius dicent. non obtemper.* & profitentur *Aym. Crauet. conſil.* 18. *numero* 13. *& ſeq. Cardin. Dominic. Tuſch practicarum concluſ. lit. R. concluſ.* 372. *numero* 16. *Farinac. dict. lit. I. numero* 285. *Ioan. Cœphal. conſil.* 708. *numero* 78. *lib.* 5. *Alphonſ. Modit. dubitation. & reſolut. lib.* 2. *dict.* §. *Magiſtratuum, ſeu Prætorum edicta, dubit.* 6 *numero* 3. *& ſeqq. Franc. Perſon. conſil.* 20. *numero* 10. *lib.* 1. *Coſt. de facti ſcient. & ignorant. regula* 15. *numero* 4. *Adrian. Neguſant. reſponſ. ſiue diſput.* 494. *numero* 11. *& ſeq.*

66 A ſubreptionis † quoque, vel obreptionis vitio ruſticitatem excuſationem præſtare, dixère (cum *text. in cap. ſuper literis,* 20. *de reſcript.*) *Gloſ. ibi verb. Simplicitatem, & Abb. numero* 6. *Crauet. conſil.* 2. *numero* 15. *verſ. Conſidero etiam, quod iſte impetrans eſt perſona ruſtica, cui facilius ignoſcitur circa iſta vitia obreptionis, & conſ.* 68. *num.* 12. *in fin. Menoch. dict. caſu* 194. *num.* 31. *Farinac. dict. lit. I. num.* 284.

67 A ſolutione etiam in futurum † penſionis, vel tributi, diutinæ, & vniformis annuæ præſtationis virtute, ruſticitatem liberare, neque obligationem eas tunc inducere præſtationes (eleganti *Pauli* reſponſo in *l. Cum de indebito,* 25. §. 1. *D. de probationib.* aduerſanti *legi Cum de in rem verſo,* 6. *D. de vſur.* ſatisfaciens) eruditè *Cynus* probat *in l. Si certis annis,* 28. *C. de pact. numero* 6. *quæſtion.* 5. his verbis: *Quinto quæro: mulier, minor, miles, vel ruſticus, longo tempore ſoluit mihi par caponum: ago contra eum, & cauſam habilem allego, ad quam probandam adduco, quod longo tempore ſoluit: nunquid ſufficit? Videtur quod ſic, vt dict. l.*

Cum

Cũm de in rem verſo, quæ loquitur indiſtinctè, & generaliter; ergo generaliter intelligenda, D. de public. l. De precio. E contra, quod non: quia eadem eſt ratio partis ad partem; & totius ad totum, vt D. de rei vendic. l. Quæ de tota, & de vſur. l. Qui ſcit: Sed lex dicit, quod ſi aliqua perſona de prædictis ſoluit; quod ſolutio non facit præſumi debitum: ergo licet in aliis perſonis annua ſolutio faciat præſumi debitum: non in iſtis, argum. D. de probationib. Cum de indebito, §. 1. Et iſta eſt quorundam Modernorum ſententia. Ad leg. cum de in rem verſo, reſpond. Quod licet generaliter loquatur: non debet ita intelligi generaliter, quando reperitur ratio alterius legis, quæ diſtinguat, vt D. de teſtib. l. Quæſitum: at hic reperitur ratio diſtinguens, in præallegato §. 1. Ita recitando pertranſit Pet. Probatiſsimique huic aſſentiuntur opinioni Doctores, Specul. in tit. de reſtit. ſpoliat. §. 2. (incip. Nunc dicamus) numero 8. ſic dictæ legis Cum de in rem verſo diſpoſitionem nominatim limitans. Cuius recitant, probantque iudicium Bald. in l. Solent, 6. §. Non vero, numero 7. D. de offic. proconſ. & legat. & in cap. 1. §. 2. quid ſit inueſtit. Alexand. conſil. 50. numero 19. lib. 5. Rip. in tractat. de peſte, titul. de remed. præſeruatiu. numero 243. cum aliis relatis à Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumption. 131. numero 70. verſ. Verum à prædictis, Ioan. Baptiſt. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. cent. 1. diſtinct. 43. numero 5. Adrian. Neguſant. reſponſ. ſiue diſputat. quæſtion. 315. numero 11. Renat. Chop. dict. 2. part. cap. 1. verſic. Excutiamus. Agricolam ideo binorum caponum ſolutionem detrectantem, quos per decennium quotannis penſitârat; nec interdicto vti poſſidetis, nec alia actione eſſe adſtrictum, niſi Ius penſitationis annuæ, vinculũque obligationis manifeſtè probetur; firmat, multiſque pariter venuſtè exornat. Quod aduerſus dominos, quibus ex liberalitate quadam, per longiſsimum etiam tempus, ſeruitia ruſtici præſtare conſueuerunt, fortius vrget. Non enim dominis longiſsima hæc præſtatio ad eam in futurum, inuitis ruſticis, exigendam, Ius tribuit, præteritamve obligationem arguit, vt dicunt Socin. iun. conſil. 98. numero 33. & ſeqq. lib. 3. Bertrand. conſil. 91. numero 1. lib. 1. Bertazol. conſil. crimin. 420. numero 4. & 6. lib. 2. & ibid. Claud. Bertazol. in addition. lit. D. hiſque relatis, Ioan. Vincent. Honded. conſil. 100. numero 72. tom. 2. etſi diſſentiant multi, quos refert Menoch. dict. præſumption. 131. numero 70. generalem regulam ex dicta lege Cum de in rem verſo conſtituens: ex diutina nempè, vniformique præſtatione, & titulum in præteritum argui; & obligationem in futurum induci. Notâruntque ſic in ea Bart. num. 14. verſic. Sed ſi non ſoluiſſet, Fulgoſ. numero 9. verſic. Aliquando ſoluiſti, Florian. numero 11. Salicet. numero 4. & 11. Couarru. in cap. Poſſeſſor, 2. part. §. 4. numero 2. de regul. iur. libr. 6. Ferdinand. Vazq. Menchac. controuerſ. illuſtr. lib. 2. cap. 61. numero 3. & pleniſsimè eod. lib. cap. 83. per tot. materiam hanc ad ſaturitatem diſcutiens, multique diſcutiunt alii, à Menoch. dict. præſumption. 131. numero 59. relati, cum quibus ipſe quoque in ruſticis profitetur idem, per text. in l. Litibus, 19. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11. aliiſque fundamentis ſequentibus numeris confirmat, ab Eccleſia, & Fiſco ſumptis, in quibus dict. legis Cum de in rem verſo diſpoſitionem procedere, ex magis communi opinione tradit.

Ad bonorum poſſeſsionem petendam, † diem ruſtico non cedere, Imperator Cõſtant. ſanxit, in l. Quicunque, 8. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. poſſ. Cum 68

Nec raucilites pertulit ille fori.

vt Claudian. ait, eoque adducto Chop. exornat dict. tractat. part. 2. capit. 3. Menoch. dict. caſu 94. numero 62. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. dict. quæſtion. 9. numero 45. & ſeq. iamque ſupr. aduertimus.

Solemnes in vltimis ruſticorum elogiis

69 giis † formas, teſtiumque numerum *Iuſtinian. Imper. in l. vlt. C. de teſtam.* remiſit, & noſtri quoque remiſere in *l. 5. tit. 1. part. 6. in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin.* & *in l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Reg. collect.*

70 A contumacia † ruſticum eximit *Paul. in l. 2. §. 1. D. ſi quis in ius voc. non ier. & ibi Alex. num. 4. Rip. de peſte. tit. de remed. præſeruat. num.* 229. *Renat. Chop. dict. tract. lib* 3. *part.* 1. *cap.* 2. *Alphonſ. Modit. dict. lib.* 2. *§. Magiſtratuũ, ſeu Prætorum. edicta, dubit. 6. n.* 11. Simplicitas in cauſa eſt, quæ (vt *Phillis Demphonti*) apud *Ouid.* ait:

*Digna fauore fuit.*

quæque bonam fidem arguit, dolum excludit; quo ſemoto, vera etiam contumacia, eiusque pœna abeſt. Declarant ſic *Curt. in dict. l. 2. §. 1. num. 6. Roland. à Vall. conſ. 47. nu. 42. vol. 2. Franc. Viu. deciſ.* 138. *num.* 38. *Ioan. Anton. Bellon. conſ. 5. num.* 160.

Ob veram ideo aliàs contumaciam,
71 non denegari † ruſtico appellationem, iuraque propter veram contumaciam appellationem denegantia, in ruſticis non procedere, notauit ſingulariter *Philip. Franc. in cap. Nicolao, ad fin. num. 20. de appellationib.* quem probat *Stephan. Gratian. deciſ. 111. nu.* 3. ſupraque iam obiter tetigimus. Neque enim fa-
72 cile doli, fraudisve ſuſpitione † onerandus Agricola eſt, cuius ruſticitas ſimplicis animi coniecturam capiendam adſtruit, vt ait *Bald. in rubr. C. de rer. permut. verſ. Item quæro donatio,* & *in l. Precibus, verſ. Quid ergo ſi petiit, C. de impuber. & alis ſubſtit.* eoque relato *Chop. dict. tract. 2. part. cap. 4. verſ. Adiice, Sfort. Odd. de reſtit. part. 1. quæſt. 9. num. 17.*

73 Inde à periurio † quoque vbi de dãno vitando agitur ſimplicitatis prætextu ruſticum excuſari dixit *Caſtrenſ. conſ. 377. num. 2. lib. 2.* relatus, ſequutuſque à *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 119. num.* 3. Etſi nõ niſi in caſibus à iure expreſſis procedere id velit *Proſper. Farin. de falſit. q. 160. num.* 293. & *fragment. crimin. 1. p. lit. D. nu. 3.*

74 Ab infamia † quę hunc liberari, vt à tutela non amoueatur, licet ſine Iudicis decreto adminiſtrauerit, etſi potuerit peritiores conſulere, (cum *Paulo Caſtrenſ. conſ. 356. incip. Poſtquam iſte tutor, col. fin. lib. 1.*) profitetur *Cardin. Dominic. Tuſch. practic. concl. lit. S. cõcl. 255. num. 2.*

75 In dilatoria, † declinatoriave exceptione ante litem conteſtatam, vel conſenſum in iudicẽ opponẽda, ſi eo nõ opponatur tẽpore, Ius ruſticitatẽ conſeruare, dixêre, *Angel. in l. fin. C. de except. Ripp. de remed. præſeruat. contra peſt. num. 231. Alciat. in l Venia, num. 12. C. de in ius voc. Socin. in l. De die, §. Si ſeruus, num. 3. D. qui ſatiſd. cog. Menoch. dict. caſu 194. num.* 38. eisque relatis, *Sfort. Odd. de reſtit. part. 1. quæſt. 9. num.* 38.

Ruſtica item ſimplicitas induxit, vt
76 aduocato præſente † poſitionibus reſpondere ruſticis liceat, teſtibus *Marant. de ordin. cogn. part 6. titul de poſit. num. 16. Grauat. in annotat. ad Veſtri. in praxi. tit. de ppoſition. lib. 5. cap. 14. n. 30. 31. & 32.* in ruſtico id ſagace limitante.

Quinimo pro ruſticis ad reſponden-
77 dum poſitionibus † Aduocatos, admitti voluit (poſt *Hoſt. in cap. Dilecti, de iudic.* cuius notabile dictum affirmat) *Abb. in cap. Paſtoralis 14 num. 9. eod. tit.* quem ſequuntur *Marſil. ſingul. 450. nu. 2. & Adrian. Neguſ. reſponſ. ſiue diſput. 442. num. 71. & ſeq.*

Cum pro aliis non modo reſponde-
78 re Aduocatis, † vel Procuratoribus nõ liceat; ſed ne his præſentibus, ſed longe ſemotis præſtandum à partibus eſſe reſponſum, profiteantur *Specul. in titul. de poſit. §. Tertio dicamus, num. 7. Bald. in l. 2. num. 6. verſ. In contrarium, C. vt lite pend. Abb. vbi proximè, num. 8. Octauian. Veſter. in dict. cap. 14. num. 33. verſ. Vnde mea. Adrian. Neguſ. dict. loco, numero 70.* communi praxi id obſeruatum addens.

Quandocumque autem erroneam
79 Aduocati confeſſionem † ruſticũ poſſe

ſe reuocare (poſt antiquiores, quos adducit) aſſerit *Iacob. Menoch. dict. caſu 194. num. 64. Sfort. Odd. de reſtit. dict. 1. part. quæſt. 9. num. 39. Renat. Chop. dict. tract. lib. 3. part. 2. cap. 1.*

Etſi clienti regulariter Aduocati
80 confeſsio † obſtet, ni ſit incontinenti reuocata, ex *l. 1. & 3. C. de error. Aduocator.* Qua de re plenè *Ioſeph. Maſcard. de probationib. part. 1. concl. 369. num. 1. & ſeqq.* præcipuè *num. 4. & 5.*

Generaliterque ruſticæ ſimplicitati
81 ſubueniendum † vbicumque æquitas mouerit iudicantem (ex *Vlpiani* reſpōſo in *l. 1. § fin. D. de edend.* Pauli in *l. Cū de indebito, 25. § Sin autem, D. de probat.* Calliſtrati, in *l. Ex quibuſdam, 2. in ord. § vlt. D. de iure Fiſc.* Innocent. III. *in cap. Super literis 20.* & ibi *Gloſ. verb. Simplicitatem, de reſcript.* & in *cap. Cum vniuerſorum, 8. de rer. permut.* & Cypriani *in cap. 3. de conſecrat. diſt. 2.*) protulêre *Abb. in dict. cap. Super literis, num. 6. Anchar. conſ. 375. Adrian. Neguſant. reſponſ. ſiue diſput. 494. nu. 12. Alphonſ. Modit. dubitationum, & reſolut. lib. 2. §. Magiſtratuum, & Prætorum edicta dubit. 6. per tot.*

Quibuſdam ideo placuit ſine inuen-
82 tarii confectione † hæreditatem ruſticum adeuntem, vltra illius vires non teneri, & ſi aliis diſpliceat, vt ex *Phanut. de confectione inuentar. 2. memb. part. 2. num. 47. Mangil. de imput. quæſt. 132. num. 48. & ſeqq. Sfort. Odd. dict. quæſt. 9. num. 22. Borgnin. Caualc. de curat. num. 104. Renat. Chop. d. tract. 2. p. cap. 3. Menoch. dict. caſu 194. num. 66. & ſeq. Alex. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. titul. de exceptionib. num. 46. & ſeqq.* apparet.

Aduerſus Agricolas tandem (*Quinti Mutii* ſequutus arbitrium) *Vlpianus in l. 1. §. De eo, D. de aqua pluu. arcend.* actio-
83 nem † de aqua pluuia arcenda, his verbis denegat: *De eo opere, quod agri colendi cauſa, aratro factum ſit: Quintus Mutius ait, non competere hanc actionem.*

Longiora in id appetens *Renat. Chop. d. tract. Marc. Mantuam obſeruation. lib. 1. obſeruat. 10.* cæterosque in diſcurſu relatos conſulat.

## VTRVM MERCATOR Miſerabilis ſit perſona? Legis noſtræ vnicæ priuilegio, quibuſque aliis gaudeat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Affirmatiua pars proponitur vſque ad numer. 9. ſeqq. impugnatur, & componitur.*

2 *Relegatorum vices ſuſtinent Mercatores.*

3 *Mercatorum inexplebilis cupiditas.*

4 *Cupidi, & auari idem tormentum in ſeruando, vel amittendo, quod inquærendo ſuſtinent.*

5 *Mercatores etiam diuites, propter aduerſæ fortunæ proximitatem, inter pauperes numerari poſſunt. Vide num. 12.*

6 *Aleatoribus (quorum nec lucrum ferè diſcerni, nec perditio poteſt) Mercatores comparantur.*

*An idem de p[illegible]enti, quam de proxima miſeria ſit iudicandum? ibi, & num. 12.*

7 *Mercatores, an & quando infirmis cōparentur? & num. 13. & 15.*

*Per mare, vel periculoſa loca iter faciens, infirmus, & in mortis articulo conſtitutus dicitur, & neque inter viuos, neque inter mortuos reponi poteſt. ibi.*

9 *Argumentis contrariis ſatisfit, & num. ſeqq.*

10 *Miſera mortalium vita, mille dolorum cauſis ſubiecta, totaque ſeruitium eſt.*

11 *Omnes auaritia, & cupiditate tenentur.*

12 *Fortunæ volubilitatem omnes experiūtur, quæ ſolum conſtans in leuitate ſua eſt.*

*Ei qui ſe in neceſsitate poſuit, an faueant iura? ibi.*

13 *Per loca inſidioſa, iter facturus, periculoſamve nauigationem, veluti infirmus, &*

*& in mortis articulo conſtitutus tenetur confiteri. & num.* 15.

14 *Mercatores iter facientes, in thelonæis, & pedagiis, aliove modo grauati, aut iniuria affecti, ad Principem conuolare, aduerſariumque deferre in prima cauſæ diſcutione poſſunt, non alii, & duobus numer. ſeqq.*

17 *Mercatiles cauſæ ſummariã ſunt, ex bono, & æquo ſpretis apicibus Iuris decidendæ.*

18 *Ex vna cauſa agens, & aliam probans, inter Mercatores obtinet. Alius repellitur, etſi diuerſa cauſa experiatur. & num. ſeq.*

20 *Inter Mercatores, qualis qualis petitio, in ſcriptis, ore tenus, aut incerta, parte quoque opponente, admittitur.*

21 *Inter alios, libellus offerendus eſt, & incertus, aut generalis non admittitur. & num. ſeq.*

23 *Sententia incerta firmitatem non obtinet.*

24 *Nudum inter Mercatores pactũ, vim ſtipulationis habet.*

25 *Extraiudicialis confeſſio, abſente parte facta, in Mercatorum curia, quemadmodum in Eccleſiaſtico foro probat.*

26 *Vnico teſti, cum aliis adminiculis, plena inter Mercatores adhibetur fides.*

27 *Actio, & paſſio in eodem ſubiecto conſiſtere nequeunt.*

28 *Conſuetudine, Mercatorumque ſtylo obtentum, vt ſibi ſoluere Mercator poſſit.*

29 *Lucrum ceſſans ratione debiti non ſoluti, negotiari non ſolitus petens, ab vſurarum labe immunis non eſt.*

30 *Aliter negotiari ſolitus, ſi ob non factam debito tempore ſolutionem, lucrum perdidit.*

31 *Celebrati cõtractus locus, eaſdem quas domicilii, & originis vices ſuſtinet. Et an potentius tribuat? num. ſeq.*

33 *Mercator alio tendens, an in contractus loco conueniri valeat? & duobus num. ſeqq.*

36 *Ad nundinas venientes, earum tempore durante, pro debitis in alio contractis, conueniri nequeunt. Limita num. ſeq. pro contractibus iiſdem ipſis nundinis celebratis.*

38 *Agere nemo compellitur. Fallit Mercatorum gratia. num. ſeq.*

40 *Immobilia non poſſidens, ſatiſdare omnino debet.*

41 *Mercator merces habens, immobilia non poſſideat licèt, à ſatiſdandi onere liberatur.*

42 *Ei ſcripturæ credi non debet, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit.*

43 *Mercatorum libris, an & quando in ipſorum fauorem credatur? & ſeq.*

45 *Librorum conficiendorum qualitates, vt mereantur fidem. remiſ.*

46 *Conſuetudo inducere poteſt, non ſolum vt libris Mercatorum ſolemniter confectis, etiam pro eis credatur: ſed etiam vt vim publici inſtrumenti cum hypotheca habeant, executionemque paratam. & num.* 47.

# QVÆSTIO XIV.

1 TOT maris, tot pericula terræ, † quibus opes, & vitam aſſiduè Mercatores exponunt; tot quibus anguntur curæ, patiuntur labores: inſita eis præ cæteris habendi plura cupido: ea perdendi metus, & proximitas, non ſolum eos miſeros oſtendunt; ſed miſerrimam ſuſtinere conditionem. In primis enim re-
2 legatorum † vices tenent, quos miſeros nemo negabit, ſuoque loco diximus: voluntarium exilium, & duriora climata ſufferentes, â coniugibus, liberis, amicis, & cognatis ſæpè longe remoti, vt breuiter *Horat.* cecinit, *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt.* 1.

*Impiger extremos curris Mercator ad Indos.*
*Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Quod & illorum inexplebilem cu-
3 piditatem, † & auaritiam (ac miſeram per conſequens conditionem (vt

iam

iam quoquè diximus) non obſcurè demonſtrat. Quippe quos

*Neque feruidus æſtus*
*Dimoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum.*

vt itidem *Horat.* inquit *ſermon. lib.* 1. *ſatyr.* 1. & *Carmin. lib.* 3. *in auaros:*

*Neque feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
*Mundi, nec Boreæ finitimum latus,*
*Durataeque ſolo niues*
*Mercatorem abigunt.*

4 Vnde fit, vt idem in ſeruando, † vel amittendo, quod in quærendo tormentum perferant, iuxta dicta à *Nobis de priuileg pauper.* 1. *part. quæſt.* 6. *num.* 77. non mediocris infœlicitatis ſpecies.

Aduerſæ quoque fortunæ proximi-
5 tas, † vt diximus, hanc probabiliorem partem reddit. Quæ adeò inſequitur Mercatores, vt diuites etiã, inter pauperes cõnumerari poſſe efficiat. Cum ad oculi ictum eorum ſtatum ſors mutet, quodque longiſsimi parârunt labores, breuiſsimum temporis ſpatium auferat, maris ingluuies abſorueat, prædonum occupet incurſus, furum inſidiæ, hoſtium immanitas perdat, flama voret, aut mergat vnda. Si quidem, *Momento mare euertitur: eodem die vbi luſſerunt nauigia, ſorbentur.* vt ait *Senec. epiſt.*
6 4. Aleatoribus † ideo (quorum nec lucrum ferè diſcerni, nec perditio poteſt) Mercatores eruditiſsimus comparauit *Soto de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 2. *art.* 2. *col.* 2. *paulò ante med.* Cumque idem de præſenti, quã de proxima miſeria ſit iudicandum (ex latè traditis à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 4. *§.* 2. *num.* 121. *& ſeqq.* & inter miſeros non inferiorem pauperes locum teneant) eorum vices, hac quoque ratione Mercatores tenère, conſequens eſt.

7 Infirmorum † pariter (quos *lex noſtra vnica* miſeros declarat) ad Mercatores comparatio huic præſtat ſententiæ robur. Comparatio autem ex eo deſcendit; quod non niſi per mare, aut periculoſa ſæpè loca negociatio, mercaturaque exerceatur: per mare autem, vel loca periculoſa iter facientem, infirmum, & in mortis articulo conſtitutum dicunt *Gomez. de infirmit. reſign. quæſt.* 8. *per tot. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 61. *num.* 2. *& ſeqq.* & cum multis reſoluit *Franciſ. à Coriolan. in tractat. de caſib. reſeruat.* 1. *part. ſect.* 2. *artic.* 16. *verſ. Circa hunc articulum, & verſ. ſeq.* vbi conſtituta (ſecundum aliquos) inter periculum, & articulum mortis differentia (vt *Articulus* ſit, quãdo mors proximè inſtat, eſtque moraliter certa, ac ferè ineuitabilis: *Periculum,* quando eſt probabile dubium, & frequenter ſolet tali in caſu mors accidere, quemadmodum in actuali bello, longa nauigatione, mulierum partu, &c.) tandem, duo hæc pro eodem reputari concludit, & in articulo, vel periculo mortis conſtitutum, à caſibus reſeruatis abſoluendum. Nauigantes enim, neque inter viuos, neque inter mortuos reponendos *Bacantes* dixerat, tradente ſic *Plutharc. in Axioco.* Quippe qui à morte non amplius quatuor digitis, ſeptemve diſtent, vt pulchrè *Iuuen. ſatyr.* 12.

*I nunc, & ventis animam committe dolato*
*Confiſſus ligno; digitis à morte remotus*
*Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima teda.*

Similiter *Marc. Ant. Senec. contr. lib.* 7. *controuerſ.* 1. *Scitis* (ait) *nihil eſſe periculoſius: quam etiam ſtructa nauigia: parua materia ſeiungit fato.*

Quare merito tot capitibus (non ſic licèt expenſis) miſerum Mercatorem
8 † inter reliquos miſerabiles numerant, & fori, *legis* que *noſtræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* electionem habere affirmant *Innocent. in cap. Significantibus, de offic. & poteſt. iudic. deleg. & ibid. Anton. de Butr. num.* 22. *Felin. num.* 6. *Alexand. conſ.* 130. *num.* 7. *lib.* 6. *Petr. Rebuff.* 1. *tom. ad conſtit. Gallic. titul. de ſentent. prouiſion. artic.* 3. *gloſ. vlt. verſic.*

*Quinto Mercatoribus, Ioan. Neuizan. in
Sylu.nuptial.lib. 6. titul. Quomodo iudic.
pro commun. opinion. num. 29. Antonin.
Theſaur. deciſ.*177*.nu.*1*. Iacob. Menoch.
de arbitrar, lib.*2*.caſu* 66*. num.*18*.Ben-
uenut.Strach.de mercator.part.*1*.num.*38
*Mart.de iuriſdict.part.*2*.cap.*21*.num.*5*.
Caballin. Milleloq.* 697*. verſ.* 5*. Thom.
Acti.de infirmit.cap.* 13*.num.*5*. Didac.
Perez in l.*1*.titul.*1*.lib.* 3*. Ordinam. pag.
mihi* 464*.verſ. Item mercatores ſunt miſe-
rabiles, Ioan. Mar. Nouar. in praxi ele-
ction. & variation. for. ſection.* 1*. quæſt.*
13*.per tot. Franciſc. Carraſc. de caſib. cur.
num.* 59*. Auguſtin. Barboſ.* (ſolo *Stracha*
relato) *in collect. ad cap.*2*. de treug. & pa-
ce, num.*2.

9 Sed neque argumenta contraria, †
neque relatorum auctoritas in hanc
Nos ſimpliciter mouere partem poſ-
ſunt. Non argumenta, quia non omni-
no concludunt: non relatorum iudiciũ,
quia nec firmo nititur fundamento,
nec eodem ſpiritu omnes aguntur, alii
ſimpliciter, reſtrictè alii loquentes.

Argumenta ſine oppugnatore cor-
ruunt: non ideo multis ad eorum euer-
ſionem vtemur, cum de miſera Merca-
10 torum conditione † nihil in ſpecie con
tineant, quod humanæ non conueniat.
Quam etſi miſerrimam latè *quæſt.* 2.
oſtendimus: non tamen ex eo ſolũ fori
electionem, *legis* que noſtræ *vnicæ* be-
neficium mereri, ſimul aduertimus:
quod & ſine animaduerſione patet, cũ
ſpeciale priuilegium ſit, præcipuæ mi-
ſeræ conditionis prætextu conceſſum:
quæ cum in Mercatore non appareat,
ad illud non admittendum, ſequitur.
Ad ſingula breuiter deſcendamus: Ad
primum enim,

*Et quis non mille cauſas doloris ha-
bet?*

vt *Ouid.* inquit. ne dicta iam *quæſt.*2. re-
petamus, *Senecæ* tantummodo verbis,
*de tranquilit. animi, cap.* 10. ſuper addi-
tis: *Omnes cum Fortuna copulati ſumus.
Aliorum aurea catena eſt & laxa: aliorũ,
arcta, & ſordida. Sed quid refert? Eadem
cuſtodia vniuerſos circũdedit: alligati ſunt
etiam qui alligauerunt: Niſi tu fortè leuio-
rem in ſiniſtra catenam putas. Alium hono-
res, alium opes vinciunt: quoſdam nobili-
tas, quoſdam humilitas premit: quibuſdam,
aliena ſuprà caput imperia ſunt: quibuſ-
dam, ſua: quoſdam exilia vno loco tenent:
quoſdam ſacerdotia. Omnis vita ſeruitium
eſt.* Merito inde D. *Auguſt. in meditatio-
nib. ſuis cap.*21. exclamat: *Vita hæc, vita
miſera, vita caduca, vita incerta, vita la-
borioſa, vita immunda, vita domina malo-
rum, Regina ſuperuorum, plena miſeriis,
& erroribus, quæ non eſt vita dicenda, ſed
mors, in qua momentis ſingulis morimur,
per varios mutabilitatis defectus, diuerſis
generibus mortium. Nũquid ergo hoc quod
viuimus in hoc mundo, dicere poſſumus vi-
tam? quam humores tumidant, dolores ex-
tenuant, & ardores exicant, aer morbi-
dat, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci diſ
ſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coar
ctat, ſecuritas hebitat, diuitiæ inflant, &
iactant, paupertas deiicit, iuuentus extol-
lit, ſenectus incurbat, infirmitas frangit,
mæror deprimit.*

11 Ad ſecundum, † quis, quæſo, mor-
talium à cupiditate, auaritiaque immu
nis exiſtit? dicente *Ierem. cap.* 6. *A mi-
nore quippe vſque ad maiorem, omnes aua-
ritiæ ſtudent*, vt & proſequimur latè *de
priuileg. pauper. quæſt.*6*.num.*72*.& ſeqq.*
præcipuè *num.*74. Idque magis ad ani-
mi, quam corporis miſeriam, Fortunæ
que iniuriam (quam lex noſtra requi-
rit) pertinet.

Quis ſimiliter Fortunæ volubilita-
12 tem † non eſt expertus? cum ſolum cõ-
ſtans in leuitate ſua,

*Iruſque ſit ſubito, qui modo Cræſus
erat.*

ne in vulgatis, & notis tempus conte-
ramus, & ne voluntariam quoque ne-
ceſſitatem, aut miſeram conditionem
Mercatori obiiciamus, & leges, quæ
ei, qui ſe in neceſſitate poſuit, non fa-
uent, relatas à *Nobis de priuileg. pauper.
quæſtion.* 54. *numero* 1. non multum
licet de obiectione confiſi, ex di-
ctis *eadem quæſtion.* 54. & ſequenti in
præſenti dicendis: miſeriamque à le-

ge noſtra in actu, non habitu ſolum requiſitam.

Non denique, ad ſpeciem noſtram, intereſt, an per loca periculoſa iter faciens Mercator, infirmo comparetur. Namque eo comparatio tendit, vt per inſidioſa, aut periculoſa iter facturus lo
13 ca, conſcientiæ ſuæ, † veluti infirmus, aut etiam in mortis articulo conſtitutus confeſsione prouideat, iuxta *textũ in cap. Cum infirmitas*, 13. *de pœnit. & remiſſ. Sylu. in ſum. verb. Mors, num. 4. Angel. ibid. num. 6. Sà, verb. Mortis articulus, num. 1. Nauar. in Manual. cap. 2. nu. 8. Eman. Rodrig. cap. 57. num. 4.* Vel vt eo ſaltem tempore, non ſimpliciter, & exercitii, mercaturæque ratione, miſerabilis reputetur. Nauigatione namque, aut peregrinatione durãte, † ſi in thelonæis, vel alio modo indebite ſe
14 grauatum contendat, hoc fori priuilegium mereri, pro grauamineque tollẽdo, reſeruando damno, iniuriave puniẽda, aduerſarium ſuum, & in prima diſcutione cauſam ad Principem deferre poſſe fatebimur. Quo quidem in caſu multi ex citatis *num.* 8. loquuntur, & in eo cæteri indiſtinctè Miſerabilium numero Mercatores locantes, aut intelligendi, aut reſpuendi quidem. Et ita ſe arctat, emendatque *Rebuff. in tractat. de mercator. minut. vendent. artic. 1. gloſ. 1. verſ. Nec refragatur,* inquiens: *Ideo Mercatoribus dantur priuilegia Miſerabilibus perſonis conceſſa, teſte Innocent. in cap. Significantibus, col. 2. de offic. deleg. quæ tradidi in art. vlt. in tractat. de ſentent. prouiſional. 1. tom. conſtit. Reg. Quod eſt verum in aliquibus, & donec ſunt in itinere, ſecus ſi domi.* Videndumque in id dicit *Ripam in cap. 1. in fin. de iudic.* Noſtrique fuit voti *Oſuald. in Donel. Enucl. lib. 17. cap. 20. lit. B.* & aſſentitur non obſcurè *Borrel. in ſum. deciſ. titul. 56. de iuram. perhorreſc. num. 27. part. 1.* cui conuenit textus deciſio (vnicum vtrorumque Doctorum fundamentum) *in cap. Si quis Romipetas*, 23. in ordine, 24. *quæſt.* 3. vbi ſic Calixtus Papa: *Si quis Romipetas, & Peregrinos, & Apoſtolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria viſitantes, capere, ſeu rebus, quas ferunt ſpoliare; & Mercatores nouis thelonæorũ, & pedagiorum exactionibus moleſtare tentauerit: donec ſatisfecerit, communione careat Chriſtiana.*

15 Tunc autem neque inſidioſa loca † Mercator pertranſeat, neque longum, tempeſtuoſumve nauiget mare, requiritur, vt ſuperiori caſu *num.* 13. Sũmiſtæ (præcipuè *Eman. Rodrig.*) requirũt: neque pro thelonæorum, vel pedagiorum ſolum grauamine ad Principem ſe conferre poterit, ſed alio quoque: ſat enim peregrinatio grauamine iuncta, & miſerum Mercatorem, & eo dignum fauore reddit, ex iam citatis, & *quæſt. ſequenti* dicendis. His vero ceſ-
16 ſantibus, † & nullatenus cum miſeris Mercatores coire: & communibus fori regulis adſtringi (præter ſuperiora) conſtat etiam ex *Vlpiano in l. Prætor ait*, 4. § *fin.* Calo *in l. Argentarius*, 10. *D. de edend.* Anaſt. Imperatore, *in l. fin. C. de iuriſd. omn. iudic.* milleque aliis.

AD CÆTERA deſcendamus, Mercatorum reſpicientia fauorem.
17 Quorũ in primis mercatiles cauſas † ſummarias eſſe, cum aliis à ſe relatis, aſſeruere *Robert. Marant. de ordin. iudicior. 4. part. diſtinct. 9. num.* 48. Secundum antiquiorem impreſsionem, & *Marc. Anton. Bellon. deciſ. Rotæ Genuenſ. 7. num. 13. in fin. deciſ. 9. num.* 18. etiam *in fin.* & *deciſ. 23. num.* 15. Ex bonoque & æquo ſpretis apicibus Iuris decidẽdas, voluit *Vlpian. in l. Si fideiuſſor.* 1 in ordin. 29. *§ Quædam, D. mand.* dum ait: *De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus Iuris diſputare.* Et notant *Marant. vbi proximè, & conſ. 57. num. 4. Marc. Anton. Bellon. deciſ. Genuenſ. 3. num. 23. deciſ. 31. num. 1. deciſ. 63. num. 3. deciſ. 69. num. 5. deciſ. 153. num. 8. deciſ. 171. num. 6. & deciſ. 195. num. 12. Ioſeph. Cum. in ritib. magn. Cur. Sicil. cap. 38 num. 405. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 2. num. 2. Petr. Barboſ. ad l. 1. art. 1. num. 127. D. de iudic. Benuenut. Strach. de mercatur. tit. quemadmod. in cauſ. mercator. proced. par-*

*ticul.*

*t.cul.vlt.num.* 2. *& ſeqq. Stephan. Gra-
tian.diſceptat.forenſ.cap.* 64. *numero* 12.
*Eſcob.de ratiocin.cap.* 11.*num.*22.

Plura hinc mercaturæ, & Mercato-
rum cauſa Scribentes deducunt. Nem
18 pè ex vna cauſa agentē, † aliāque pro-
bantem, inter Mercatores obtinere,
vt docent *Strach.dict.tract. & rubr. tit.
de libellis, ſeu petitionib.num.* 6.*& ſeq.&
numero* 15. *& ſeq. verſ. Mihi autem*, &
*Marc. Anton. Bellon. deciſ. Genuenſ.* 26.
*num.*4. ſic *legis Habebat*, 13. *D.de inſtit.*
19 *action.* † diſpoſitionem limitantes, quæ
ex vna cauſa agentem, & aliā proban-
tem excludit; eademque actione, li-
cèt diuerſa cauſa iterum experientem
repellit: quam in cauſis ex bono, &
æquo, veritateque attenta pertractan-
dis, veluti Mercatorum, non procede-
re affirmant.

Inter Mercatores pariter, qualem
20 qualem petitionem, † in ſcriptis, ore
tenus, aut incertam, parte quoque op-
ponente, admitti, tradit (ex *Iaſ. in l. Edi
ta, num.*6.*C.de edend. Alexand. conſ.* 178
*lib.*2.& aliis) *Marc. Ant. Bellon. deciſ.*21
*num.*5.6.*&* 7. corolariè inferens: ſen-
tentiam incertam in præſenti, actis li-
cet certificari nequeat, ſuſtineri. Cum
21 in cæteris † & libellum offerre neceſſe
ſit, *cap.*1.*de libell. oblat. l.* 1. *tit.*2. *lib.*4.
*nouæ Reg. collect. Paz in praxi, part.* 1.
*tom.*1.*temp.*4.*num.*4. *Didac. Perez in l.*
11.*tit.*1.*lib.*3.*Ordinam gloſ.*1.*verb. La
demāda no fue dada en eſcripto, Matienz.
in dialog. Relator. part.*3.*cap.*43.*num.* 1.
*Camil. Borrel. in ſum. deciſ. part.* 1. *tit.*49.
22 *de libello, num.*43. Et incertus, † vel ge
neralis non admittatur, ex *text. in cap.*
2.*de libell. oblat.* & notant *Hippol. de
Marſil. ſingul.*348.*Paz, & Borrel. dictis
locis*, ille, *num.*16. hic, *numer.*65. Neque
23 incerta ſententia † firmitatem obti-
neat, *§. Curare, inſtit. de action. tot. tit. C.
de ſentent. quæ ſine cert. quantit. profer.*
probatque multis aliis *Sebaſtian. Vant.
de nullit. ſentent. titul. de nullit. ex defect.
proceſ. num.*101.*pag. mihi* 678.

Ex eodem ſimiliter fonte deſcen-
dit, nudum inter Mercatores pactum,
24 † vim ſtipulationis habere, cū de æqui
tate, ex pacto nudo oriatur actio, *cap.*
1.*de pact.* & inter Mercatores æqui-
tas, vt diximus, attendatur, *Robert. Ma
rant. dict. diſt.*9.*num.* 48. *ad fin.* In hoc
Mercatorum Curiā Eccleſiaſticæ com
parans, poſt *Specul. tit. de competent. iu-
dic. adit. §.* 1. *num.* 27. *verſ. Viceſſimus
octauus*, & alios, quos citat, ſic & *Marc.
Anton. Bellon. dict. deciſ.*9.*num.*3. *& de-
ciſ.*171.*num.*4.*& ſeqq.*

Inde quoque extraiudicialem con-
25 feſsionem abſente parte factam † in
Mercatorum Curia plenè probare idē
ipſe *Marant.* infert, *dict. loco, num.* 49.
conſentitque *deciſ. Genuenſ. apud Marc.
Anton. Bellon.*171.*num.*4. *&*15. quem-
admodum in Eccleſiaſtico foro pro-
bat, vt notatur *in cap. Si cautio, de fide in-
ſtrum.* & tradit *Maſcard. de probationib.
concl.*347.*num.*12.*&* 13.

26 Quinimo teſti vnico, † aliis admi-
niculis iunctis, plenam inter Mercato-
res fidem adhibendam; eiſdem rationi-
bus *Bellon. idem dict. proximè deciſ. num.*
6. confirmat.

Mercatorum præterea fauore in-
27 ductum, vt licèt actio, & paſsio † in eo-
dem ſubiecto cōſiſtere nequeant, *l. fin.
D. de offic. Prætor.* cum adductis à *Nobis
in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A.
num.*65. nec debitor ſui ipſius quis eſſe
poſsit, *l. Vranius*, 82. *D. de fideiuſſor.* quia
(vt *Senec. de benefic. lib.*5.*cap.*7. ait:) *Ne
mo ſibi debet.* paucisque interiectis: *De-
bitor non eſt ſine creditore, non magis quam
maritus ſine vxore, aut ſine filio pater.* &
cap.8. ibid. *Hoc verbum* debere, *non ha-
bet niſi inter duos locum.* Conſuetudine
tamen, Mercatorumque ſtylo obten-
28 tum, vt ſibi ipſi † ſoluere Mercator poſ
ſit, de qua eiuſque obſeruantia teſtatur
*Marc. Anton. Bellon. deciſ. Genuenſ.*32.*n.*
3.*verſ. At pro maiori, & num.*4. quod to
ta die fieri videmus.

Lucrum ceſſans ratione debiti non
29 ſoluti negotiati non ſolitum † peten-
tem, vſurariam contrahere labem, mul
tis 1.*part. de priuileg. pauper. quæſt.* 26.
*num.*2. oſtendimus: ab illa tamen Mer-

cato-

30 catorem † liberali, & lucriceſſantis in tereſſe, ſi verè ſolutionis debito tempore non factæ cauſa ceſſauerit, petere poſſe; latiſsimè, pluriumque teſtimonio ibidem & *num. ſeqq.* comprobamus.

31 Etſi celebrati cõtractus locus † eaſdem quas domicilii, & originis ſuſtineat vices, æqualemque aduerſus debitorem poteſtatem, & iuriſdictionem vterque præſtet, iuxta diſpoſitionem *text. in cap. fin. de foro compet. in cap. 1. §. Contrahentes, eodem tit. lib. 6. & in l. Hæres abſens, 19 §. 1. D. de iudic.* vbi pleniſſimè *Petr. Barboſ. numero 3. & ſeqq.* præcipuè à *num. 10. & in § Proinde, à num. 4.* & *§. fin. num. 50. cum ſeqq. Didac. Couar. practicar. cap. 10. num. 3. in princip.* & *num 4.* & *variar. lib. 1. cap. 4. num. 1. Auiles in cap. 17. Prætor. verb. Entreguen, num. 16. & ſeqq. Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 3. part. cap. 16. num. 1.* & *per tot.* multos referens *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dict. §. Contrahentes, num. 13.* Eſtque de iure Regio *lex 32. tit. 2. part. 3. verſ. La ſexta es,* & *l. 8. tit. 9. part. 1. verſic. E puede lo aun deſcomulgar,* & vtrobique *Gregor.* notat.

32 Imò potentius iuriſdictionis ius cõtractum, † quam domicilium videatur tribuere, ex *cap. Dilecti, 17. de foro compet.* cuius probat deciſio; priuilegium habentem, vt non niſi certo loco, certoque Iudice conueniatur, ſi in alio cõtraxerit: priuilegio non obſtante, in cõtractus loco poſſe conueniri. Eandemque *Innocent. IV.* ſtabiluit aſſertionem, *in cap. 1. in princip. de priuileg. lib. 6.* quã proſequitur *Petr. Barboſ. ad l. 2. §. Legatis, num. 114. & ſeqq. D. de iudic.*

33 In contractus vero loco Mercatorem † alio tendentem, reſpondere non adſtringi, optima ratione conſtituit *Vlpianus in dict. l. Hæres abſens, 19. §. Proinde, verſ. At ſi quis, D. de iudic.* vt enim ipſe ait: *Duriſſimum eſt, quotquot locis quis nauigat, vel iter faciens delatus eſt: tot locis ſe defendere.* Quando ſaltem cũ

34 eo contrahens, † illius nouit conditionẽ, cuius in dubio ſcientia præſumitur, ex *l. Qui cum alio, 20. D. de reg. iur. Tunc enim conditionem eius, qui non hoc animo eſt, vt iudicii cauſa iter cœptum interrumpi vellit, in contrahendo ſequutus cenſetur, argum. l. 3. D. ad S.C. Macedon.* vt *Donel.* verbis vtar, *lib. 17. Digeſtorum, cap. 4.*

35 *lit. L.* vbi id *Oſuald.* interpretatur: † *Si creditor eius fidem ſequutus ſit.* Fide namque non habita, aduerſus receſſurum impetrari arreſtum poſſe, donec ſoluat, vel ſatisfaciat; *idem ipſe* tradit, ex *Matt. Stephan. lib. 1. de iuriſdict. cap. 29. num. 23. & ſeq.* quamuis detentiones illas arreſtorum moribus, potius quam Romano iuri acceptas ferendas, verius dicat, ex *P. Bel. ad l. 1. num. 6. & 7. de iudic.* quæ tamen non ab *Vlpiani* mente videntur alienandum, in *dict. §. Proinde,* ait: *Nam vbi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, &c.*

36 Ad nundinas autem, vel mercatus venientibus, † earumque tempore durante, publicæ vtilitatis ratione, datũ eſt, ne pro debitis alio tempore contractis conueniri tunc poſsint, indulgentibus ſic Imperatoribus *Valent.* & *Valentiniano, in l. vnic. C. de nundin.*

37 Tametſi pro contractibus iiſdem ipſis nundinis † celebratis, poſſunt, vt *Matth. Stephan. dict. cap. 29. num. 52.* & *Oſuald. in Donel. dict. lib. 17. cap. 14. lit. L.* aduertunt.

38 Sic, licet inuitus † nemo agere compellatur, *l. vnic. C. vt nemo inuitus, l. fin. C. de uſur. pupillar.* cum voluntarium ſit agere, vtque *Dioclet.* & *Maxim.* Imperatores *in l. Creditor, 20. C. de pignorib.* aiunt: *Creditor ad petitionem debiti vrgeri minime poteſt.* Diximuſque, & ornamus, *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. A. num. 201. & ſeqq.* Mercato-

39 rum gratia, † & ne à commerciis negociationibuſque abſtrahantur; doloſum creditorem ad agendum compelli poſſe, prouida Regia *lex 47 tit. 2. part. 3.* ſic decreuit: *Aſechan los omes vnos a otros malicioſamẽte, por embidia, o por mal querencia que han contra ellos: e eſto fazen contra los mercadores, e contra los otros omes que han a fazer ſus viajes por mar, o*

por

*por tierra.* Cà *luego que ſaben que tienen*
*ſus mercaderias en ſus caſas aparejadas pa-*
*ra yrſe; mueuen demandas eſcatimoſamente*
*contra ellos, ante los judgadores, para eſtor-*
*uarles que ſe non puedan yr de la tierra en*
*la ſazon que deuian. Onde dezimos, que los*
*judgadores non deuen ſofrir tal eſcatima,*
*nin tal engaño como eſte, quando lo ſopierē.*
*E para refrenarlos deſta maldad, manda-*
*mos que el mercadōr, o otro qualquier que*
*ſe temiere deſto, pueda pedir al juez que a-*
*premie a aquel que le eſtà aſechando, quel*
*faga luego ſu demanda, è que la non aluen-*
*gue faſta en la ſazon que ſe quiere yr. E el*
*juez deuelo fazer. Cà ſi eſtonces el deman-*
*dador non quiſieſſe ſu demanda mouer; non*
*deue deſpues ſer oydo, faſta que el demanda-*
*do torne de ſu viaje.*

40 Immobilia non poſsidentes † ſatiſ-
dare omnino debere, probat, à contra-
rio ſenſu, Martiani reſponſum, *in l. Sciē-*
*dum, 15. D. qui ſatiſd. cog. Sciendum eſt*
(ait) *poſſeſſorem immobilium rerum, ſatiſ-*
*dare non compelli.*

Mercatorem verò merces haben-
41 tem, † à ſatiſdationis onere liberari,
tametſi immobilia non poſsideat, te-
nuerunt *Bart. in dict. l. Sciendum, num.*
*5. Lancellot. Conrrad. de offic. Prætor. in*
*cauſ. ciuil. verb. Satiſdatio, num. 7. Sich. in*
*auth. Offeratur, num. 18. C. de lit. conteſt.*
*Peregr. Iannin. de citatione reali, lib. 1.*
*cap. 2. num. 161. Damaud. in praxi ciuil.*
*cap. 99. num. 9.* cum multis quos nume
rat *Oſuald. in Donel. Enucl. lib. 23. cap. 9.*
*lit. F.* Immobilium nāque vices merces
ſuſtinere, fugæ, vel ſubtractionis breui
tēpore fiendæ, ſuſpicionē tollere, & ſol
uendo interim Mercatorem eſſe præ-
ſumi, *Menoch.* tradit *de præſumpt. lib. 3.*
*præſumpt. 59. num. 1.*

Etſi prætereà (vt Imperator *Philip-*
*pus in l. Inſtrumenta, 5.* & Galien. *in l.*
*Exemplo, 7. C. de probation.* ait: *Exemplo*
42 *perniciosum eſt, † vt ei ſcriptura credatur,*
*qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria*
*debitorem conſtituit.* Quam ampliationi-
bus multis cōcluſionem exornat *Maſ-*
*card. de probation. lib. 2. concluſ. 976. à*
*num. 1. cum ſeqq.* vt alios omittam: Mer-
43 catorum tamen fidedignorum † libris
aſſueta ſolemnitate confectis, in par-
uis ſaltem quantitatibus, partitis ve
minutis (quaſi hoc tacito partium mā-
dato, & conuentione, officiique neceſ-
ſitate faciant) in ipſorummet fauore
eſſe credendum, affirmant *Bald. in l.*
*vnic. num. 6. verſ. Quid vero eſt in codici-*
*bus, C. de confeſſ. Iaſ. in l. Admonendi, num.*
*126. D. de iure iur. & ibid. Corraſ. num.*
*64. & Rip. num. 195. verſ. Et tamen,*
*Bart. hic, Deci. in l. 1. num. 4. C. de edend.*
*Abb. in cap. Bonæ, 2. num. 30. de poſtul.*
*Prælat. Felin. in cap. 2. ſub num. 25. verſ.*
*Fallit quarto, de fide inſtrum. Matthæſ.*
*ſingul. 79. incip. Nota doctrinam mirabi-*
*lem, ad fin. Maſcard. dict. concluſ. 976 nu*
*mero 10. & 13. Sigiſmund. Scacc. de iudic.*
*lib. 2. cap. 11. num. 129. 130. & 131.*
*Mari. Anton. Macerat. variar. reſolut.*
*lib. 2. reſolut. 6. num. 16. Fulu. Pacian. de*
*probation. lib. 1. cap. 63. num. 20. Nicol.*
*Genua de ſcript. lib. 4. titul. An liber ra-*
*tionum mercatoris pro ſcribente regulari-*
*ter fidem faciat? num. 11. 12. & 13. pag.*
*mihi 240. Adrian. Neguſant. reſponſ. ſiue*
*diſput. 423. num. 1. & 2. Ioan. Dominic.*
*Gait. tract. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 85.*
*& ſeqq.*

44 Quinimo & in maioribus † quo-
que ſummis, Mercatoris fide, legalita-
te, veriſimilitudine, ſolemnitateque in
libri confectione neceſſaria exiſtente,
data, & recepta, tempus, & cauſam cō-
tinentis; integram eſſe, ad Mercatoris
etiam commodum, fidem; eximiæ au-
thoritatis Doctoribus placuit. *Corneo*
*conſ. 81. num. 9. lib. 4. Caſtrenſ. conſ. 301.*
*incip. Ad benè examinandum, num. 4. lib.*
*1. Craueta conſ. 275. num. 8. & ſeqq. Ro-*
*land. à Valle, conſ. 92. num. 6. lib. 3. Fulu.*
*Paccian. dict. cap. 63. num. 19. & ſeqq.*
*Nicol. Gen. dict. loco, nu. 14. & 15. Petr.*
*Surd. deciſ. 105. num. 5. deciſ. 199. num. 11.*
& plenè *conſ. 543. per tot. lib. 4. Stephan.*
*Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 171. nu-*
*mero 1. Adrian. Neguſant. dict. reſponſ.*
*423. num. 8. 9. 10. 11. & 12.* Etiam ex-
tra Mercatorum curiam, omnique ſta-
tuto, conſuetudine, & priuilegio cir-

eunſcripto, id verum credere addens, *Strach. de mercatur. 2. part. numero* 64. *Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu* 91. *numero* 17. *&* 18. *& caſu* 93. *numero* 1. in Iudicantis ſaltem arbitrio, ex adminiculis tunc fidem *numero* 2. reponens, *Dominic. Gait. dict. capit. 2. titul.* 3. *numero* 127. *&* 130. *Camill. Borrel. in ſumm. deciſ. part. 2. titul. 22. De libris, & illorum fide, numero* 61. *&* 62. Apud quos librorum conficien-
45 dorum qualitates, † vt fidem mereantur, inuenies; easque nouiſsimè fuit proſequutus *Gait. dict. loco à num.* 153. *cum multis ſeqq.* quas & obiter præcedentibus numeris deſignamus. Eſtque apud Nos in librorũ confectione præfiniens modum, *l. 10. titul. 18. lib. 5. nouæ Reg. collect.* Librisque ſic confe-
46 ctis, ſi conſuetudo induxerit, † vt fides etiam pro eis habeatur, obtinere, eſt indubium, traduntque plenè *Mandel. conſil. 95. per tot. Didac. Couar. practicar. cap. 22. numero 8. verſ. Quandoque tamen, Franciſc. Viui. commun. opin.* 309. *Eſcob. de ratiotin. capit. 11. numero 14. Flamin. Chartar. deciſ. 127. numero 3. Paul. Fuſc. ſingul. 21. lit. L. Gait. vbi ſupr. numero 89. & ſeqq.* & *Menoch. Maſcard. Burſat. Turret. Roland. Scacc.* aliiſque relatis, *Camil. Borrel. dict. 2. part. ſumm. deciſ. tit. 22. num. 41. & ſeqq.*

Quodque maius eſt, non ſolum fidem Mercatorum libris, in eorum fauorem induci conſuetudine poſſe; ſed
47 vt & vim publici inſtrumenti † cum hypotheca habeant, executionemque mereantur, tradente ſic *Stephan. Gratian. dict. diſcept. 171. num. 2. &* 3. ex *Socin. Crauet.* & aliis, præcipuè *Surd. deciſ.* 312. *num.* 3.

(.?.)

## VTRVM PEREGRINI, & Aduenæ Miſerabiles ſint perſonæ? Legis noſtræ vnicæ priuilegio, donati ſint? quibuſque aliis?

## *SVMMARIVM.*

1 *Negatiua pars proponitur, & numer. ſeqq. vſque ad 6. Inde affirmatiua defenditur.*

*Omnes in terra peregrinamur, vitaque noſtra peregrinatio dicitur, ibid. & nu.* 24.

2 *Peregrinatio actiuis ſumpta, cum de vno ad alterum locum vagamur, an miſeram conditionem inducat? & num.* 25.

3 *Peregrinus eſtò quòd aliqua ratione miſerabilis dici poſſit, an fori priuilegio ea ratione vtatur? & numero* 26.

4 *An quibuslibet fortunæ iniuria miſeris fori priuilegium concedatur?*

*Dictio* Alius, *eſt repetitiua ſimilium, eandemque cum præcedentibus naturam requirit, ibi.*

5 *Via fraudibus præcludenda.*

7 *Peregrini, & Aduenæ pupillis, & viduis æquiparantur, eademque in vtriſque miſerendi ratio, & numer. ſeq.*

8 *Ordo literæ attendi debet.*

9 *Vbi eadem eſt ratio, idem exiſtit ius, non extenſiue tantum, ſed comprehenſiuè, & num. ſeq.*

11 *Pauperibus eligendi forum ius competit.*

*Pauperes, & Peregrini æquiparantur, ibi.*

12 *Similis, & vniformis prouiſio eandem rationem ſubeſſe demonſtrat. Et æquiparata parem exigunt diſpoſitionem.*

13 *Viduis & pupillis, miſerationis prætextu, fori Eccleſiaſtici electio datur.*
14 *Peregrinis quoque & Aduenis, eadem ipſa ratione, eorum Cura Eccleſiaſticis iudicibus, & Sacerdotibus impoſita, & nu. ſeq.*
16 *Peregrinorum, & Aduenarum cauſæ, vt Miſerabilium, ſummarie tractari, breuiterque expediri debent, & nu. 40.*
17 *Exulibus, deportatis, aut relegatis Aduenæ, & Peregrini comparantur.*
18 *Exulis, & Peregrini denominatio, ſiue diffinitio, & an & quatenus differant? & num. 19. & ſeq. Quique* Peregrini *nomine comprehendantur? nu. 31.*
20 *Peregrini conditio, quam deportati deterior, & nu. 22.*
Appolides, *quis dicatur? ibid.*
21 *Romæ Peregrinus pro Ciue ſe gerens, fiebat peregrinitatis reus.*
22 *Peregrinitate potius, quam deportatione honor perditur.*
24 *Argumenta contraria diluuntur, & nu. ſeqq.*
27 *Peregrini Diuino, & humano iure cõmendantur.*
28 *Peregrinis ius teſtandi (contraria damnata conſuetudine) datur; pœnis aduerſus eos, qui teſtari Peregrinos vetant, impoſitis.*
29 *Ægrotantium, & morientium (ſi humanum ſenſum attendamus) miſeranda conditio. Miſerior vero, morientis, & Aduenæ ſimul.*
*Mors vltimum terribilium, vltra quod nil habent iratæ leges, nec ſæuiſſimi domini, ibi.*
30 *Afflictio non eſt danda afflictis.*
31 *Peregrinis deuotionis cauſa; alia ve ratione, an teſtandi ſolemnitas ſit remiſſa? Coramque duobus teſtibus eorum valeat teſtamentum? & numero 33.*
*Intellectus* authent. Omnes Peregrini, C. commun. de ſucceſſ. & legis 30. tit. 1. part. 6. *ibid.*
*Nominis diuerſitas, diuerſitatem rei denotat, ibi.*
*Dictio* & *inter diuerſa ponitur. ibi.*
32 *Quibus teſtibus, vbi eorum copia, & tabellionis non datur, fieri hodie teſtamentum poſſit? & ſeq.*
34 *Peregrini, in ciuili, ſaltem cauſa, pro repreſaliis capi nequeunt, iusque reuocandi domum habent.*
35 *Ad Peregrinorum hoſpitalitatem Ciues excommunicatione compelli poſſunt.*
36 *Stabulariis, & cauponibus hoſpites recipiendi obligatio imponitur, iuſta excuſationis cauſa non apparente.*
37 *Domum ſuam quis locare, non compellitur, neque ad perfectionis opus, bonorumque regulariter ſuorum erogationem.*
38 *Aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios pro rebus, quas apud eos ablatas Peregrinus conqueritur; an illius credatur iuramento?*
39 *Contra eos, qui naufragorum res ad Peregrinum portum appellentium, ſubtrahunt, qualiter ſæuiant leges?*
40 *Naufragorum cauſæ ſummariè, vt Miſerabilium, tractantur.*
41 *Veſtitum, & ornatum Clericorum iura præfiniunt, pœnas in eorum tranſgreſſores ſtatuentia. Intellige vt numer. ſeq.*
43 *Comam nutrirè, aut relaxare, Clericis excommunicationis pœna interdicitur. Limitatur in peregre abeunte, num. ſeq.*
45 *Tabernarum ingreſſus Clericis prohibitus, peregrinantibus eſt permiſſus.*
46 *Aduena per excommunicatorum terram tranſiens, ab excommunicatis emere neceſſaria, vel ſi pecuniis, quibus illa emat, careat; eleemoſynæ loco ea ab illis accipere poteſt.*
47 *Peregrinus qui caſu cum hæretico, vel excommunicato in caupona, aut alibi reperitur, abſque excommunicationis metu eadem menſa, ſuis ſumptibus proprior cibos commedere poteſt.*

Cum

48 *Cum excommunicato in eadem menſa veſci, vel in eodem lecto dormire, prohibitum regulariter exiſtit, & numer. ſeq.*

50 *Peregrino cui vnum, & eundem lectum cum excommunicato in hoſpitio aſſignari caſu accidit; eodem lecto vti an citra peccatum liceat?*

51 *Viatori æquum ſuum in alieno agro ad refectionem pabulare, ſpeciali iure conceſſum; aliis eſt denegatum.*

52 *Vuas in aliena vinea commedere, non etiam exportare viator poteſt, neque ſtatutum id valet probibere.*

53 *Lex, vel ſtatutũ loci, aut territorii proprii, an peregrinos obliget? vel exeuntes de loco vbi feſtum, ieiuniumve ſeruatur, ſi ad alium perueniant, in quo non ita ſeruetur; ab eius obſeruantia liberi exiſtant?*

54 *In ſua quiſque patria, Ciuitate, aut Prouincia (ſacrilegii ſcelere immunis, vltronea Principis indulgentia non accidente) Magiſtratum petere, aut gerere nequit. Id quod multum rationi congruens, multorumque nationum moribus comprobatur, ibi. & num. 56. Ampliatur num. 55.*

## QVÆSTIO XV.

1 NON eſſe verè miſerabiles † Peregrinos, & Aduenas, neque *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. priuilegio* frui, vt aduerſarios ad Principis tribunal in prima cauſæ cognitione trahere poſsint; trahi vero ipſi inuiti nequeant, multa ſuadent.

Primo, quia lex noſtra vnica ſingulare ius conſtituit, ab vniuerſalibus Iuris regulis deuium, vni, aut alteri ſpecialis miſeræ conditionis ratione conceſſum; Peregrinis, per conſequens, nõ minus, quam omnibus in communi hominibus denegatum: cum omnes peregrinemur in terra, dicente *Pſalmiſt. Pſalm.* 38. *Ne ſileas; quoniam Aduena ego ſum apud te, & Peregrinus, ſicut omnes patres mei.* Et Pſalm. 118. *Incola ego ſum in terra, &c.* D. Paulo ad Hebr. 11. *Et confitentes, quoniam Peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram.* Et epiſtol. 2. ad Corint. cap. 5. *Scientes, quia dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino.* D. Petro epiſtol. 1. cap. 2. *Chariſſimi obſecro vos, tanquam Aduenas, & Peregrinos, &c.* Peregrinatio inde humana vita merito appellatur, *Geneſ. cap.* 47. *Dies peregrinationis meæ, centum triginta annorum ſunt, parui, & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Sic *D. Auguſtin. confeſſion. lib.* 11. *cap.* 2. vitam hanc peregrinationem dicit ſimiliter *Senec. de remed. fortuitor. Peregrinatio eſt vita*, inquit.

Secundo, quia nec arctius peregri-
2 natio ſumpta, † cum de vno ad alium locum, vel regionem vagamur, ſpecialem miſeriæ rationem inducit; cum potius vt illam vitemus, oblectamenti, deuotionis, diſcendi, vel noua videndi cauſa ſæpè vagemur, peregrinationemque ineamus libenter, vt proſequitur erudité *Petr. Gregor. ſintagmat. iur. vniuerſit. lib.* 31. *cap.* 6. *numero* 3. *& ſeqq.* multoque ante. *Senec. de tranquilitat. anim. capit.* 2. *poſt med.* quod miſeræ conditioni ſua natura repugnat, conſequenterque efficit, ne *legis* noſtræ *vnicæ* priuilegio locum peregrinatio faciat. Namque ſi (vt *Ciceron. Tuſcul.* 5. ait) *abeſſe à patria miſerum eſt: plenæ miſerorum Prouinciæ ſunt.*

3 Tertio, † quia eſto aliqua ratione Peregrinus miſerabilis dici poſsit: non tamen eam peregrinatio, voluntaria ſaltem, ſic inducit, vt eo fauore dignum Peregrinum reddat: cum illud ſolum Fortunæ iniuria miſerabilibus *dicta lex vnica* concedat: neque ei qui ſe in neceſsitate poſſuit, leges faueant, iuxta notata à *Nobis de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſtion.* 54. *numero* 1. *& ſeqq.*

Quarto, † quia non quibuslibet,

Fortunæ etiam iniuria miſeris id *præfata lex* tribuit; ſed ſimili qua pupilli, viduæ, diuturnove morbo fatigati, laborantibus, ac preſsis. Non obſcurè id eius verba monſtrant: *Quod ſi pupilli, vel viduæ, aliique Fortunæ iniuria miſerabiles, &c.* Illud ſi quidem verbum *Aliis*, repetitiuum eſſe ſimilium, eandemque cum præcedentibus naturam requirere, nec ad alia diuerſæ, diſsimilisve extendi, multis probamus, *de priuileg. pauper. quæſt. 7. num. 14. & q. 9. num. 22.*

5 Quinto, † quia via fraudibus aperiretur; quam præcludendam iura clamitant *in l. In fundo,* 38. *D. de rei vendic.* cum aliis, de quibus *Nos in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. F. num.* 165. Facile namque voluntaria, imò & voluptuoſa peregrinatio, vagabundaque deteſtanda conditio aſſequeretur, quod laborioſæ, & Reipublicæ vtili denegatur.

Valida nihilhominus Doctorũ manus Peregrinis, vt miſerabilibus fori
6 electionem † competere, primumque poſſe Iudicem habere Senatum, firmat, nempè *Butr. in cap. Significantibus, numero 22. de offic. deleg. Socin. ſen. in cap. Cum ſit generale, numero 25. de foro compet. Petr. Rebuff. ad conſtit. Gallic. titul. de ſentent. prouiſion. artic. 3. gloſ. vlt. verſ. Item peregrini, Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 23. numero 10. Mart. de iuriſdict. part. 2. capit. 21. numero 5. Proſp. Carauit. in ritib. magn. Cur. ritu 233. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 66. numero 21.* his aliiſque relatis, *Ioan. Mar. Nouar. in praxi election. & variation. for. ſection. 1. quæſtion. 22. numero 1. Franciſc. Carraſc. de caſib. Cur. numero* 58. Moti omnes miſera (vt diximus) peregrinitatis conditione, quã ab illis nudam, quaſique expoſitam aſſertionem veſtiemus, fouebimus, ad virilitatem vſque validumque robur perducentes pariter diluentes oppoſita.

Eam igitur in primis pupillorum, ac viduarum (quibus *lex* noſtra *vnica* ius illud nominatim concedit) cum Ad-
7 uenis, † & Peregrinis ſimilitudo, & æquiparatio (velut in quibus eadem miſerendi ratio adeſt) cõfirmat. Æquiparationem vero, vniformemque inter pupillos, viduas, Peregrinos, & Aduenas prouiſionem Diuinum ius conſtituit. *Deuteronom. cap. 24. Non peruertes iudicium Aduenæ, & pupilli; nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum.* & paulò inferiùs: *Quando meſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris: non reuerteris vt tollas illum; ſed Aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris.* Et iterum: *Si vindimiaueris vineam tuã, non colliges remcantes racemos; ſed cedent in vſus Aduenæ, pupilli, ac viduæ.*

Imò ſi ordinem literæ attendamus
8 (vt attendi debere † moſtrant *Iulianus in l. Quotiens,* 41. *D. de vſufruct.* Papinian. *in l. Hæredes mei,* 57. *§. Peto, D. ad S. C. Trebel.* & *in l. Generaliter,* 24. *§. Quis ergo, D. de fideicommiſ. libert.* cum adductis à *Nobis in Axiomatib. & loc. commun. iur. lit. O. numero* 34. *& ſeqq.*) Aduenas, & Peregrinos, pupillis, viduiſque præferendos, ex præcitatis locis dicendum foret. Eadem igitur ſaltem in Aduenis, & Peregrinis, quæ in pupillis, ac viduis pietatis, & commiſerationis ratione exiſtente: idem in
9 veriſque ius † pietatis quoque prætextu videri conceſſum; vulgaris dictat regula *legis Illud,* 32. *D. ad leg. Aquil. l. Nauta,* 5. *§. fin. D naut. caup. & ſtabul. legis A Titio,* 108. *D. de verbor. oblig.* & aliarum, quas *in Axiomatib. iuris, lit. R. num.* 14. adiecimus. Vbi *num.* 16. id non
10 tam extenſiue, † quam comprehenſiue accidere, multorum auctoritate roboramus, & proxima iura probant. Viduis ergo, & pupillis intuitu pietatis, eligendi Principis forum in prima cauſæ diſcuſsione facultatem conceſſam, Peregrinis datam videri, rationis pari-
11 tas exigit. Pauperum etiam (quos † hoc iure vti, iam ſuo aduertimus loco) cum Aduenis, & Peregrinis æquiparatio, à Diuinis ſæpè literis facta. Quarum duplici confirmatione,

ſum-

ſumpta, à longiori abſtinebimus. Prima pauperes, & Aduenas iungit, pareſque facit: Secunda, viduas, & pupillos cum pauperibus, & Aduenis miſcet, eis vniformi prouiſione conſulens. Sic enim *Leuitic. cap.* 23. Dominus præcipit: *Nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & Peregrinis dimittetis eas.* Et Zachar. cap. 7. *Iudicium verum iudicate, & miſericordiam, & miſerationis facite, vnuſquiſque cum fratre ſuo, & viduam, & pupillum, & Aduenam, & pauperem nolite calumniari.* Quorum cumulatio, ſimilis, & vnifor-
12 mis prouiſio, † eandem ineſſe fauoris, & pietatis cauſam demonſtrat, & æquale inter eos iudicium (vbi præſertim à pietate vires, vt in præſenti ſumit) proferendum. Cum non diſſimiliter æquiparati ſint cenſendi; ſed eadem illorum eſſe diſpoſitio debeat, ex *l.* 1. *D. de legat.* 1. & latè congeſtis à *Nobis in Axiomatib. iur. lit. A. num.* 180.

Propoſitus quoque arguendi modus à *text. in cap. Super quibuſdam*, 26. *in fin. de verbor. ſignific. in cap.* 1. *de empt. & vendit. in cap. Romipetas*, 23. *& in cap. Illi qui*, 25. *in ordine* 24. *quæſt.* 3. dicta aſſertio mutuet firmitatem. Qua
13 enim miſeræ conditionis ratione, † viduis, ac pupillis, *textus in dict. cap. Super quibuſdam*, fori Eccleſiaſtici electionem conceſsit: eadem *text. in dict.*
14 *cap.* 1. cæterique relati Aduenis, † & peregrinis indulſêre, illorũ curam Eccleſiaſticis iudicibus commendantes. De Eccleſiaſtico ideo foro eſſe, eorũque cauſas, dixêre *Specul. in tit. de compet. iudic. adit. §.* 1. *num.* 27. *verſ. Viceſſimus octauus. Petr. Rebuff. de priuileg. ſcholaſtic. priuileg.* 129. *num.* 4. *Cardin. Dominic. Tuſch. practicar. concluſ. lit. P. concluſ.* 276. *num.* 2. & *concluſ.* 277. *num.* 4.
15 Quod & *Plato* † ſuaſerat, *de legib. dialog.* 12. exterorum, & Peregrinorum, vtque illæſi ſeruarentur, Sacerdotibus curam imponens.

Vt Miſerabilium ideo Peregrino-
16 rum ſummariè † cauſas pertractandas, affirmat *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electión. & variation. for. ſect.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 2. citatis *Curaum. ritu* 234. *Rouit. in pragmat.* 1. *de offic. Baiul. & Caball. in Milleloq.* 697. *verſ.* 3. *in fin.* Namque vt breuius eorum expedirentur cauſæ, præcipuus fuit olim conſtitutus Iudex, Peregrinus Prætor appellatus *in l.* 2. *§. Poſt aliquot, D. de orig. iur.* text. que optim. *in l.* 32. *tit.* 2. *part.* 6. vbi notat *Gregor. Lop. verb. Luego.*

Exulum denique, deportatorum, aut relegatorum (ſi vocum diſcrimini
17 non hæreat) cum Aduenis, † & Peregrinis comparatio, & vtrorumque miſeranda conditio hanc validiorem partem reddit. *Exulum* namque quemadmodum, quis miſeram non negabit conditionẽ, miſerrimamque fatebitur, & eos *legis* noſtræ *vnicæ*, forique priuilegio dignos: ſic & Peregrinos fateatur neceſſe eſt. Si quidem (ſi *Nonio Marcello, & Feſto* credimus) *Exul* di-
18 citur; † *qui extra ſolum proprium poſitus eſt.* Neque aliud *Exilium*, quam *loci mutatio*, ſententia *Senecæ, de conſol. ad Aluiam matrem, cap.* 6. Peregrinum verò, *aliunde hoſpitem*, dixit *Nouar. præfata quæſt.* 22. *numero* 3. & à patria ſua abſentem, *Ambroſius Calepinus verb. Peregrinus*, Merito inde, quiſquis ille:

*Exilium patitur, qui ſe patriæ denegat.*

Quòd ſi nomine, aut cauſa ab exu-
19 libus Peregrini differant: † natura conuenire, *Ciceronis* verba *Tuſculanarum* 5. oſtendunt: *Iam vero Exilium (ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quæramus) quantum demum à perpetua peregrinatione differt?* Ideo apud *Dyonem Caſium, hiſtor. Roman. lib.* 38. Exilium, *peregrinationem quandam cum ignominia iunctam*, eſſe *Philiſcus* definiuit.

Et ſi ius noſtrum perſcrutamur, à Peregrinis ad exules, ac deportatos
20 æquiparationem † inueniemus: nec

modò natura (vt diximus) pares: ſed pœna quoque, & ignominia. *Titi Ælii Antonini Imperatoris* decretum, in *l.* 1. *C. de hæredib. inſtit.* veritatem pandat: *Qui deportantur* (ait) *ſi hæredes ſcribantur; tanquam Peregrini capere non poſſunt.* Quod quidem non æquiparationem prædictam ſolum; ſed deteriorem etiam, quam deportati Peregrini conditionem oſtendit; dum deportatos ad acquirendum ex teſtamento inhabiles, Peregrinis æquat; non Peregrinis deportatos. Teſtamentique factionem deportatos, non tam quia deportati; quam quia Peregrini per deportationem facti ſint, non habere; non obſcure *Vlpian. in l.* 1. *§. Ii quibus, D. delegat.* 3. inquiens: *Ii, quibus aqua, & igni interdictum eſt, ideſt, deportati, fideicommiſſum relinquere non poſſunt; quia nec teſtamenti faciendi ius habent, cum ſint Appolides.* Hoc eſt *ſine Ciuitate*, vt notat *Martian. in l. Quidam ſunt*, 17. *D. de pœn.* & *Accurſ. in ead. l.* 1. *verb. Appolides.* Idemque inſinuat *Paul. in l.* 1. *verſ. Quicumque, D. ad leg. Falcid.* & tradunt *Ferdinand. Vazq. Mench. de ſucceſ. progreſ. lib.* 1. *§.* 1. *numero* 124. *& ſeq.* & *Mart. in ſumm. ſucceſ. legal.* 3. *part. quæſt.* 14. *artic.* 6. *numero* 10. *& ſeq.* & *quæſt.* 15. *artic.* 1. *numero* 1. *& ſeqq.* in voluntariis quoque Peregrinis, & Aduenis indiſtinctè id firmans, tranſcripſitque *parte* 4. *quæſt.* 1. *art.* 5. *numero* 46. *& ſeq.* circa quod etiam infrà, *num.* 28.

Proinde, ſi quis Romæ Peregrinus,
21 pro Ciue ſegeſsiſſet, † fiebat peregrinitatis reus, vt prodit *Annæ. Robert. rer. iudicatar. lib.* 4. *cap.* 11. Ciuitatemque Romanam vſurpantes in Campo Eſquilino Claud. Caſ. ſecuri percuſsit, vt *in eius vita Sueton. Tranq.* refert.

Perque peregrinitatem potius, quã
22 per deportationem, † honorem amitti, *Vlpiani* verba, à contrario ſenſu probant, *in l. Sed ſi hac*, 10. *§. Sed ſi per pœnam, D. de in ius voc.* quæ ſunt: *Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus; putat Pomponius, eum amiſiſſe honorem.*

23 Et ſi igitur à Peregrinis exulum, † deportatorumve pœnã ſubtrahamus: miſeram vero conditionem quam peregrinitati natura ipſa indidit, abſtrahi nequit, quæ Peregrinos cum exulibus (vt probauimus) facit æqualeis. Quæ quidem, cæteræque iam perpenſæ rationes, (nuncque perhorreſcentiæ addita, quæ huic maximè iuri aditum patefecit, naturaliter enim incolarum Peregrini potentiam perhorreſcunt) & miſeros Peregrinos eſſe confirmant, & *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* foriquæ priuilegio dignos. Quibus argumenta contraria cedunt.

24 Primum, † quia etſi omnes dum viuimus à cœleſti patria peregrinemur; non circa eam peregrinitatem, ſed terrenam diſputatio noſtra verſatur, dum que à patria ſua longè abſens, qui exiſtit, vel trahitur, vel trahit ipſe alios in iudicium.

25 Secundum, † quia quantumuis peregrinatio oblectamenti cauſa ſuſcepta ſit: non eius à natura inditam illi cõditionem tollit. Si præſertim longè à propriis laribus, neque intra prouinciæ fines contingat.

26 Tertium, † quia qualitercumque miſera ſuperueniat conditio, non affectata quidem, neque ad caſum præordinata, (vt ſæpè diximus) hunc adipiſcitur fauorem: neque intereſt, à voluntario, neceſſariove prouenerit actu, iuxta dicta à *Nobis de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 54. præcipuè *numero* 22.

Quartum præterea dictis *ſuprà numero* 7. *& ſeqq.* æquiparationem hac in re, pupillorum, viduarum, pauperum, & exulum cum peregrinis faciẽtibus, ſolutionem recipit.

Hæc ſi, vel cõueniatur, aut vulnere, iniuriave affectus Peregrinus ipſe conueniat. Si itaque vt debitũ, aut ius cõſequeretur, aduerſarii forũ à ſuo (lõgequoq; diſtans) petierit; & tãquã Peregrinus eãdẽ cauſam ad Principis tribunal in eius prima cognitione deferri poſtularet;

latet; indubiè pateretur repulſam, ex dictis ſuprà quæſt. 11. præcipuè, numero 16. verſ. Miſerum itaque, num. 24. & 25. & contrariorũ argumentorum primi, & quinti ratione, in hoc caſu vrgenti. Ex quibus reſponſio eiſdem patet.

ALIA DEINDE Peregrinis, & aduenis priuilegia conceſſa extant,
27 quippe Diuino † & humano iure commendatis, *Exod. 22. Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum*, & cap. 23. *Peregrino moleſtus non eris.* Leuitic. 19. *Si habitauerit Aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos; non exprobetis ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eos, quaſi vos metipſos.* Deuteronom. 10. *Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, qui perſonam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat Peregrinum, & dat ei victum, atque veſtitum. Et vos ergo amate Peregrinos.* cap. 11. *Peregrino, qui intra portas tuas eſt, da vt comedat, aut vende ei. & cap. 24.* aliiſque iam citatis. Chriſtuſque Dominus noſter ſe Aduenam, & hoſpitem dicit *Matth. 25. Hoſpes eram, collegiſtis me*, & inferiùs: *Hoſpes eram, & non collegiſtis me.* Et alibi ſæpè hoſpitalitas commendatur, *Iſai. capit. 58. Lucæ 14. ad Roman. 12. capit. 13.* à ſancto etiam *Tridentino Concilio, ſeſſ. 25. de reform. capit. 8.* & proſequitur *Auguſtin. Barboſ.* in ſuo *Paſtorali, titul. 2. gloſ. 9. à numero 1.* cuius amatores eximium tulere præmium, vt multis confirmat *Ioan. Maior in ſpeculo exemplor. verb. Hoſpitalitas*, præcipuè *exempl. 4. & 6.* Iouemque hoſpitalem Gentilitas finxit, in cuius tutelam Aduenas, & hoſpites eſſe credebantur. *Virgil. 1. Æneid.*

*Iupiter hoſpitibus nam ſe dare iura loquuntur, &c.*

Multa in Hoſpitalitatis commendationem, & laudem (qua ſolet facundia, elegantia, & eruditione) enarrat D. IOAN. A SOLORZANO *de Indiarum iure, lib. 2. capit. 20. numero 38. & ſequentibus*, poſt hæc ſcripta viſus. *Germanis ius hoſpitũ ſanctiſſimum erat, hoſpitiiſque ita enixè indulgebant, vt quemquam hoſpitum cum quo menſa fuiſſet cõmunis, & ſacrificia arcere tecto, aut auerſari, nefas ducerent. Idem apud Lucanos, quibus lege cauebatur; vt ſi quis Sole occaſo, diuertentes hoſpites notos, ignotoſque domo excipere teneretur, multamque eo nomine pendere cogeretur. Calabres quoque hoſpites comi hoſpitio benigne inuitabant, pyra illis affatim apponendo. Alexand. ab Alexand.* (cuius proxima ſunt) tradit, *Dier. genial. lib. 4. capit. 10.* & in eius annotationibus ſimiles aliarum nationum mores circa hoſpitalitatem *Andr. Tiraquel.* enarrat; grauiuſque apud Celtas Peregrinum, quam Ciuem Occidentem puniri. *Sunt & apud Indos ſtatuti Principes, qui iniurias ab Aduenis prohibeant. Si qui eorum infirmantur, conductis medicinis curant; defunctoſque ſepeliunt, eorum pecunia proximioribus tradita*, veluti *rerum antiquar. lib. 3. Diodor. Sicul.* prodit. Apud Nos (præter iura *ſuprà numero 14. & 15.* relata, quæ Peregrinis conſulunt, infraque referenda, ad hoſpitalitatem compellentia Ciues) aliæ extant *libr. 1. titul. 12. nouæ Reg. collection. De los Romeros, Peregrinos, y Pobres*, & antiquior *lex 31. & 32. titul. 2. part. 6. auctenticæ Omnes peregrinos, C. commun. de ſucceſſion.* Diſpoſitionem confirmantes, liberam Pe-
28 regrinis † ægrotantibus teſtandi facultatem, de ſuiſque bonis diſponendi concedentes, & meritas impedientibus imponentes pœnas, contraria damnata conſuetudine, quæ ex Athenienſium Republica, ad Romanam migrarat; quæque Peregrini inteſtati mortui hæreditatem apud quẽ deceſſerat hoſpici applicabat. Cuius meminit *Annæ. Robert. rerum indicatarum, libr. 4. capit. 11.* captandæque hæreditatis gratia (humanitatis immemor hoſpes) Peregrinum teſtamentum concedere non patieba-

tiebatur. Quam quidem immanitatem, ſimilitudine ſupplicii præfatæ leges rectiſsimè coercent, inteſtabiles eos, qui Peregrinis quominus teſtamẽta libere condant, impedimento ſunt, reddentes. Satis enim, ſuperque miſeranda per ſe ægrotantium,

9 † & morientium, in propriis etiam laribus conditio, ſi humanum attendamus ſenſum; cum vltimum terribilium mors dicatur, *Vltra quod* (vt Seneca ait, in tract. quod in ſapientem non cadit iniuria) *nihil habent iratæ leges; ac ſæuiſſimi domini, quod minentur: in quo imperium ſuum fortuna conſumit.* Multoque acerbior, & morientis, & Aduenæ ſimul. Cui

*Non qui ſoletur, non qui labentia tarde*
*Tempora narrando fallat, amicus adeſt.*

vt *Triſt. lib. 3. eleg. 3. Ouid.* inquit, pauciſque interiectis:

*Nec meâ conſueto langueſcent corpora lecto,*
*Depoſitum nec me qui fleat vllus erit.*
*Nec dominæ lacrimis in noſtra cadentibus ora*
*Accedant animæ tempora parua meæ.*
*Nec mandata dabo, nec cum clamore ſupremo*
*Languentes oculos claudet amica manus.*

vtque *Marc. Aneo Senec. controuerſiar. lib. 2. controuerſ. 4. Poteſt*, inquit, *conualeſcere, ſi viderit penates ſuos: mitius quidem morietur, in paterno ſolo ſuo.* Quin

30 acerbitas illi, † afflictoque addatur, contra humanitatis, iuriſque regulam, traditam, & ornatam à *Nobis de priuileg. pauper. 1. part. quæſt. 17. numero 40. & in Axiomatib. iur. lit. A. num. 194.*

Nec modo liberam teſtandi, & de bonis ſuis diſponendi facultatem Peregrinis infirmis dicta authentica con-

31 ceſſam; ſed etiam † teſtandi ſolemnitatem remiſſam, coramque duobus teſtibus eorum teſtamentum valere; non mediocris exiſtimationis Doctores putarunt, ſuntque profeſsi *Angel. in ead. auth. Omnes peregrinos, num. 2. Caſtrenſ. in l. Nutritoribus, C. eod. titul. commun. de ſucceſ. num. 4. Alexand. in l. fin. num. 6. C. de teſtam. & ibid. Iaſ. num. 9. Tob. Non. in §. Sed hæc quidem, num. 4. verſ. Decimo tertio, inſtit. de teſtam. Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuncius, verb. Teſtamentum 1. num. 16. de teſtam. Nicol. Boer. deciſ. 223. num. 7. col. 4. Dilect. Duran. de arte teſtand. cautel. 6 num. 3. pag. mihi 114. tomo 8. tract. Doctor. part. 1.* Etſi quidam ex his aſſertionem hanc, pluribus teſtibus teſtamenti facti tempore non reperris; alii, in Peregrinis deuotionis cauſa intelligant: vtramque etiam qualitatem deſiderent alii. Re tamen vera, aut ſententiæ *Gloſſæ in dict. auth. Omnes peregrinos, verb. Liberã*, acquieſcamus neceſſe eſt (liberam teſtandi facultatem, verbumque *Liberam*, interpretantis: *Dummodo ſecundum ius teſtentur commune*) quàm ſequuntur multi à *Tello Ferdin.* adducti, & probati *in l. 3. Tauri, part. 1. numero 9. verſ. Contrarium*, & à *Mier. de maioratib. quæſt. 1. num. 152.* aut ſi liberam illam facultatem à *dicta auth.* teſtandi Peregrinis conceſſam, & à *l. 30. titul. 1. part. 6.* dicente: *Aya libre poder, &c.* ad ſolemnitatis teſtamentorum remiſsionem, cum ſuprà citatis, referamus: tam in Peregrinis deuotionis cauſa, quàm alia ratione intelligendum ſequitur. Ad id enim, non tam cõparatio à militibus ad Peregrinos ab ipſis facta: quã legum verba, & in quibuſvis Peregrinis miſeranda conditio mouet. Vtroſque autem Peregrinos, prædicta indulgentia contineri, dictæ authenticæ, Regiæque legis verba aperte demonſtrant. Illa enim Peregrinos, & Aduenas ſpeciatim nominat; hæc ſeparatim vtroſque appellat, initium faciens: *Enferman a las vezes los Peregrinos, è los Romeros.* Quid clarius, & ex nominum diuerſitate, per *l. Si idem, 7. C. de codicil.* adductaque à *Nobis in Axiomatib. iur. lit. D. num. 167.* & natura dictionis, & inter diuer-

diuerſa apponi ſolitæ, vt *in tractat. de priuileg. pauper. quæſt.* 1. *num.* 17. notamus pariter? Namque Peregrinus, non tam qui deuotionis, quàm qui ratione qualibet peregre degit, à patriaq; ſua longe abeſt, dicitur, iuxta notata *ſuprà num.* 18. conſtatque, ex *Iuſtiniano Imperatore in auth. Vt differentes iud. &c. in princip. col.* 9. & *toto tit. in Decretal. de cleric. peregrin.* locisque *num.* 1. citatis. Tametſi *Angel. in dict. auth. Omnes peregrinos*, & *Gregor. Lopez in dict. l.* 30. *tit.* 1. *part.* 6 *gloſ.* 1. in Peregrinis deuotionis cauſa, earum diſpoſitionem intelligant, quæ nec illarum verbis, nec mēti reſtrictio conuenit, vt Peregrini denominatio oſtendit, & quia repetita authentica non tam Peregrinis deuotionis cauſa, quā omnibus peregre degētibus conſuluit, prauam relatam Atheniensium conſuetudinem tollens, cuius Regia lex decretum confirmauit. *Angeli* ideò *Caſtrenſis* repugnat iudicio, in *dict. l. Nutritoribus, num.* 5. *C. cōmun. de ſucceſſ.* deluciturq; vel omnibus teſtamenti faciendi ſolemnitatem Peregrinis remiſſam; vel nullis, adhærendumque *dictæ authent. Omnes peregrinos Gloſſæ* opinioni proximè relatæ; cum libera eis teſtandi facultas conceſſa, non tam formam, & ſolemnitatem; quàm potentiam, aduerſus prauam cōſuetudinem ab incolis inductam, reſpiciat.

In tabellionis autem, & teſtium ca-
32 rentiæ † caſu, iam hodie omnibus indiſtinctè apud Nos Regia *lex* 1. *titul.* 4. *lib.* 4. *nouæ Reg. collect.* prouidit, vt coram tribus teſtibus (cæteris ſolemnitatibus remiſsis, ſi plurium non detur facultas) firmum ſit conditum teſtamen-
33 tum. Duobus autem † (ſi plurium non adſit copia) à Peregrinis factum, tenere, obſeruat *Greg. Lop. in dict. l.* 30. *gloſ.* 2. *verb. Libre poder.*

Ex eâdem etiam *auth. Omnes peregri-*
34 *nos*, pro repreſaliis † Peregrinos capi non poſſe, notant *ibid. Angel. num.* 1. *Bart. in tractat. de repreſal. quæſt.* 4. *princip. num.* 14. & 15. *Paul. Caſtrenſ. in dict. l. Nutritoribus, num.* 4. *Petr. Rebuf. tractat. de priuileg. ſcholaſtic. priuileg.* 150. *num.* 3. in cauſa ſaltem ciuili, iusque reuocandi domum habere, tradit *Angel. concluſ.* 340. *incip. Magiſter Iacobus, in princip.* & *Cardin. Tuſch practic. concluſ. lit. P. concluſ.* 276. *num.* 1.

35 Poſſunt item Ciues † ad Peregrinorum hoſpitalitatem excommunicatione compelli, diſpoſitione *text. in cap.* 1. *§. Hinc etiam*, 42. *diſt.* & ſententia *Gloſſæ in dict. cap.* 1. *de emption. & vendit. verb.*
36 *Hoſpitales.* Quam ſtabulariis, † & cauponibus neceſsitatem hoſpites recipiendi imponit *l. Vnic. ad fin. D. furt. aduerſ. naut. caup. ſtabul.* in verbis illis: *Nec repellere poteſt iter agentes.* Niſi iuſta excuſationis cauſa exiſtēte, vt poſt *Bart.* & alios ibidem, notat *Gregor. Lop. in l.* 26. *titul.* 8. *part.* 5. *gloſ. verb. De manera.* Nullamque tam validam excuſationē, aut priuilegiatam immunitatem, quæ ab hoſpitis recipiendi munere liberet, *Hermogenianus* dixit, *in l. Sunt munera, D. de vacat. muner.*

37 Quamuis regulariter, † neque domum ſuam quiſquam locare, neque ad perfectionis opus bonorumque ſuorum erogationem, cogatur inuitus. Primum, *in tractat. de priuileg. pauper.* 1. *part. quæſt.* 24. *numero* 2. Secundum, *quæſt.* 34. *n.* 3. *ibidem* expendimus, & ornâmus.

An Peregrini, ſeu viatores Sacramē-
38 to † aduerſus nautam, cauponem, vel ſtabularium, pro rebus quas apud eos ſibi conqueritur ſubtractas, ſtetur: eximius practicus *Speculat. lib.* 3. *part.* 4. *titul. de furt. num.* 15. & *ſeqq.* tradit. Vbi non ſolum quando Aduena res aſsignauit, & expreſsit: ſed etiam cum eas non oſtendit quæſtiones proponit, & erudite abſoluit. Videndaque in id *l.* 26. *titul.* 8. *part.* 5. & *ibid. Gregor. Lop. gloſ.* 5. *verb. Sin teſtigos.*

39 In eos vero, qui naufragorum † res ad Peregrinum portum appellentium, ſubtrahunt, qualiter leges ſæuiant, licet videre *in l.* 1. & *toto titul. D. de incend. ruin. naufrag. in l. In eum*, 18. & *in l.*

*Nauigia*, *ſequenti*, *C. de furt.* & plenè
*Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. vniuerſ.* 3.
*part. lib.* 37. *cap.* 3. *per tot.*

40 Naufragorumque cauſas † (veluti
Miſerabilium) ſummariè pertractan-
das, & dicta monſtratura; & tradit *Ma-*
*rant. de ordin. iudic.* 4. *part. diſtinct.* 9.
*num.* 187. in recentioribus impreſsio-
nibus.

Veſtitum, & ornatum Clericorum,
41 † iura præfiniunt, pœnas ſimul contra
aliter quam præſcripta, aſsignataque
forma ſe ornantes, *in cap.* 1. *& ſeqq.* 21.
*quæſt.* 4. qua tamen peregre abeuntes
42 † non arctantur, *cap. Epiſcopi*, 3. in ordi-
ne, eâdem cauſa, & quæſt.

Cumque comam nutrire, aut laxa-
43 re † ſub excommunicationis pœna ſit
Clericis interdictum, *cap. Si quis ex Cle*
*ricis*, 4. *& cap. Clericus*, 5. *de vit. & ho-*
44 *neſtat. Clericor.* Longo itinere † excu-
ſantur, vt *Gloſ. in dict. cap. Si quis ex Cle-*
*ricis*, *verb. Relaxauerit*, ſentit, verſus il-
los referens, quibus, ea ratione à Pon-
tifice Clericus reprehenſus; excuſatio
nem præſtitit:

*Tutius vt peterem laici ſub imagine*
*Romam;*
*Fas fuit vt ſinerem luxuriare co-*
*mam.*

45 Tabernarum quoque ingreſſus † eiſ
dem prohibitus, in peregrinatione exiſ
tenti conceſſus, *in cap. Clerici*, 4. *in ord.*
44. *diſt. Clerici* (textus inquit) *edendi*, *vel*
*bibendi cauſa tabernas non ingrediantur*;
*niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.*

Aduenam etiam per excommuni-
46 catorum terram † tranſeuntem, ab ex-
communicatis emere neceſſaria poſ-
ſe; ſic *text. in cap. Quoniam multos*, 103. §.
*Quicumque*, 11. *quæſt.* 3. ſtatuit: *Quicum-*
*que autem orator*, *ſiue Peregrinus*, *aut via*
*tor in terram excommunicatorum deuene-*
*rit*, *vbi non poſſit emere*, *vel non habeat vn-*
*de emat: ab excommunicatis accipiendi li-*
*centiam damus.* Similiter, & *text. in cap.*
*Inter alia*, 31. §. *Illud autem*, *de ſent. ex-*
*communic.* Quòd ſi pecuniis, quibus ab
excommunicatis neceſſaria emat, ca-
ret: ea eleemoſynæ loco ab eiſdem ac-
cipere poſſe, ex *dict. cap. Quoniam mul-*
*tos*, Doctores colligunt, aduertitque
*Anton. Ricciul. in tractat. de iure perſonar.*
*extra Eccleſ. grem. exiſtentium*, *lib.* 4. *cap.*
53. *num.* 6.

Neque excommunicationem Pere-
47 grinus incurrit, ſi caſu † cum excom-
municato, in caupona, vel alibi repe-
riatur, poteritque in eâdem menſa,
ſuis ſumptibus, de propriis commede-
re cibis, vt docet *P. Thom. Sanch. in præ*
*cept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 31. *num.* 14. &
*Anton. Ricciul. dict. tract. & lib. cap.* 36.
*num.* 16. *verſ. Et comprobatur.*

Tametſi cum excommunicato in
eâdem menſa veſci, ſit prohibitum,
*cap. Cum excõmunicato*, 11. *quæſt.* 3. *cap.*
*Nuper*, 29. §. *In ſecunda*, *&* §. *In ſecundo*,
*de ſentent. excommun. Franciſc. Viu. deciſ.*
99. *num.* 5. *Anton. Ricciul. dict. loco*, *num.*
14. *Diuo* quoque *Thom.* adducto, *in* 4.
*ſent. diſt.* 18. *art.* 1. *Sayr. de cenſur. lib.* 2.
*cap.* 13. *num.* 13. *Auil. eod. Tractat. part.*
2. *cap.* 6. *diſputat.* 9. *dub.* 11. *Bonacoſ. ipſo-*
*met tract. diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. §. 2.
*num.* 6. *Valer. Reginald. in praxi fori pœ-*
*nit. lib.* 32. *num.* 86.

Ita pariter, quamuis cum excom-
49 municato in eodem lecto † prohibea-
mur dormire (cum citra Communio-
nem, & familiaritatem fieri nequeat,
*Innocent. in cap. Nuper*, *num.* 4. *de ſentent.*
*excommunic. Abb. in cap. Si verò*, *num.* 10.
*eod. titul. Anton. Ricciul. vbi ſupr. numero*
50 17.) Peregrino tamen, † cui in hoſpi-
tio vnum, & eundem lectum cum ex-
communicato caſu accidit præfiniri:
citra peccatum licere eodem cum ex-
communicato lecto vti, affirmat *Suar.*
*tom.* 5. *diſput.* 15. *ſect.* 2. *num.* 7. eumque
ſequutus *Anton. Ricciul. repetito loco*,
*num.* 18. cum non id per ſocietatis, con
iunctionisve modum fiat, quæ ad com-
municationem deſideratur, vt proſe-
quuntur iidem.

Viatori præterea equum ſuum in a-
51 lieno agro † ad refectionem pabulare,
ſpeciali iure conceſſum: aliis denega-
tum, obſeruat *Didac. Couar. practicar.*
*quæſt. cap.* 37. *num.* 3. *verſ. Octauo proba-*
*tur*,

tur, ex *cap.1.§.vlt.& ibi Bald. de pac.tenend.& eius violat. Alberic. in l. vlt. C. ad leg. Aquil.& Barthol. Cæpol. de ſeruitut. iuris paſcend. num. 7.& 8.* Vuas †
52 que in alterius vinea commedere, non tamẽ exportare, ex Diuina, & humana ſanctione, Platoniſque authoritate cõ firmat ibidem. Neque ſtatutum facultatem huiuſmodi viatoribus tollens, validum eſſe, contra iuris veluti Diuini diſpoſitionem aſſerit *Petr. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 39. num. 8.* & *Stephan. Gratian.* (hæc proſequutus) *diſceptation. forenſ. cap. 80. à num. 16. vſque ad 21.*

Vtrum autem lex, vel ſtatutum loci, aut territorii proprii, † à quo viator,
53 abeſt, eum obliget? vel exeuntem de loco vbi feſtum, aut ieiunium ſeruatur; ſi ad alium perueniat, in quo non ſeruatur, ab eius obſeruantia liberet? vel è conuerſo? plenius aliis, & recentius reſoluit *P. Layman. de virtute, & ſtatu Religion. lib. 1. tit. 4. cap. 11. per tot.* & *cap. ſeq.* aliqua.

In eo etiam Peregrini, & Aduenæ originariis, & incolas antecedũt; quòd
54 in ſua quiſque patria, † Ciuitate, aut Prouincia Magiſtratum petere, aut gerere nequeat, ſacrilegii ſcelere immunis, vltronea Principis indulgentia nõ præcedente, Imperatorum *Gratian. Valent.* & *Theodoſ.* decreto *in l. fin. C. de crimin. ſacrileg.* cuius ſunt verba: *Ne quis ſine ſacrilegii crimine deſiderandum intelligat gerendæ, ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis officium, intra eam Prouinciam, in qua prouincialis, & Ciuis habetur: niſi hoc cuiquam vltronea liberalitate, per Diuinos affatus Imperator indulgeat,* quod & prædixerat *Vlpian. in l. Si cui, 38. D. ex quib. cauſ. maior.* Regiaque id ipſum iura ſtatuunt, *in l. 11. titul. 18. part. 1.* à dicta *l. fin.* deſumpta, & ſic tranſlata: *E aun ſeria como ſacrilegio, ſi algun ome ſe entremetieſſe de pedir, o de ganar oficio de judgador, o otro qualquier, en aquella tierra onde es natural.* Et *in l. 4. titul. 6. lib. 3. nouæ Regiæ collection.* quæ hanc eandem interdictionem ad iudicium Vicarios, Alguacellos, & Officiales extendit. Quã exornant *Azebed. ibi, num. 3. 4. & 5. Auiles. in cap. Prætor. cap. 4. gloſ. 1. verb. Tierra; Auendañ. de exequend. mandat. part. 1. cap. 3. num. 6. verſ. Item iudex, & ſeqq.* Firmaruntque latè aſſertionem, & diſcuſſere materiam *Andr. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 37. Ludouic. Gomez. in regul. Cancellar. de idiomat. pag. mihi 111. & Petr. Cened. canonic. quæſt. cap. 18.*

Rationem præbet *text. in dict. l. 11. Cà ſoſpecha pueden auer, que queria mas eſte ayudar a ſus parientes, è deſayudar a los que mal quiſieſſe, o tomar algo; que por parar bien la tierra, o dar a cada vno ſu derecho.*

Eandem (ne ad Fiſcale officium originarii euehantur) *Paul. lib. 5. ſentent. tit. de iure Fiſc.* in hæc verba aſsignat: *In ea Prouincia in qua quis originem ducit, officium Fiſcale adminiſtrare prohibetur: ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe appareat.* Apud Gallos, *Philippi pulchri,* & *Caroli Quinti* (qui Sapientis cognomen fuit adeptus) decretis anno 1304. & 1366. editis, nõ ſolum ita cautum extitit, tradente ſic *Guill. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, de teſtam. num. 1050.* ſed etiam plures originarios, tum temporis Magiſtratus gerentes, ab eis depoſitos, cæteriſque conceſſos, *ibid. nu. ſeq.* profitetur.

Quod quidem ab antiquioribus Legumlatoribus, & inueterata conſuetudine originem traxit. Athenienſes nãque, in Magiſtratibus demandandis, Ciuibus anteferre Peregrinos ſolere, teſtis eſt *Ælian. var. hiſtor. lib. 4. cap.* Et nequis cum Imperio, ac poteſtate apud eam gentem eſſet, ex qua fuiſſet ortus, *Antonium Philoſoph.* ſtatuiſſe, *Dyon. in eius vita* ſcribit. Cretenſes, ad gerenda Reipublicæ munia, Peregrinos ſæpè aduocaſſe, *Heraclid.* refert. Eiuſque conſuetudinis immutatio, Athenienſibus ipſis, ac Lacedæmoniis exitio fuit, vt *Cornel. Tacit.* prodit, ex *Clodii* oratione in ſenatu habita *annal.*

*lib,*

lib.5.relata: *Quid aliud* (inquit) *excicio Lacedæmoniis, & Athenienſibus fuit (quamquam armis pollerent) niſi quod victos, pro alieniginis arcebant? At conditor noſter Romulus, tantum ſapientia valuit; vt pleroſque populos eodem die hoſtes, de in Ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filiis Magiſtratus mandari, non (vt plerique falluntur) recens, ſed priori populo factitatum eſt.* Claudiique ſententiam Senatum probaſſe referens idem *Cornel. Tacit.* addit: *Orationem Principis ſequuto Patrum conſulto, primi Edui Senatorum in vrbe ius adepti ſunt.* Cuius ſteterat obſeruantiæ cultor *Iul. Cæſar*, adeo, vt illi id vicio verſum, *in eius vita* literis mandauerit *Sueton. Tranquil.* Vndè *Rutil.* Poeta Gallus (qui & Romæ Senator fuit) *Itinerar. lib. 1.*

*Religiosè patet peregrinæ Curiæ laudi;*
*Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.*
*Ordinis Imperio, collegarumque fruuntur,*
*Et partem genii, quam venerantur, habent.*

& *Caſiodor. var. lib. 2. Legit Roma frequenter faſces de manibus Gallicanis: ne aut damno ſuo præcipua contemneret: aut probata virtus inhonorata ceſſaret. Marcus Cato* (Francisc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortunæ, lib. 2. dialog. 5. ait) *plebeiæ vir originis, paruique opidi, diu quidem obſcurus incola; poſt, in maxima vrbe clariſſimus Aduena: mox Ciuis eximius, & Conſul, & Cenſor fuit.* Vbi & *Tarquinum Priſcum*, Romanorum Regem, patre negotiatore, & Aduena, alioſque numerat, *Trajani* Hiſpani (vt firmant *Eutrop. lib. 8.* & *Paul. Oroſe. hiſtor. lib. 7. cap. 12.* & conſtat ex *Claudiano, in laudes Serenæ Reginæ vxoris Stiliconis*, de Hiſpania dicente:

*——Tibi ſecula debent*
*Trajanum.*

Etſi deterius Tudertina Ciuitate ortum *in eius vita Aurel. Victor* putet) Imperatoris ſui Roma gloriabitur. Ne *Septimum Seuerum* Afrum (vt *Spartian. in eius vita* prodit) alioſque exteros adducam, quos ex *Tiraquello de nobilitate, cap. 4. num. 6. & ſeqq. vſque ad 11.* congerere licet.

Quinimò non ab ea modo Prouincia, vel Ciuitate regenda ex qua oriundus quis eſt, arcendum eum; ſed etiam
55 in qua Larem † locauit, *Conſtant.* Imperator decreuit, *in l. 3. C. de diuerſ. offic. & apparet. iudic. lib. 12.*

56 Quod Reipublicæ, † Exterorum, & Incolarum vtilitatem continet. Reipublicæ; ne amor, odiumve iuſtitiam præuertat: Exterorum, ne probata virtus inhonorata ceſſet, vt iam vtrumque diximus: Incolarum, quia apud exteros ſæpè ipſi ſtrenuiores, & amabiliores, quam apud ſuos ſe præbent, iuxta Dominicum illud *Lucæ 4. Quanta audiuimus facta in Capharnaù, fac & hîc in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis: quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis; multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta: ſed nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.*

## VTRVM CAPTIVI ſint perſonæ Miſerabiles? Legis noſtræ vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. priuilegio, quibuſque aliis vtantur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Affirmatiua pars defenditur, ac miſera captiuorum conditio deſcribitur, & nu. ſeqq.*

2 *Seruitus ab humana conditione diſſentit, eaque repugnante, introducta eſt.*

Anti-

3 *Antiquiores leges .ecis, vitæque in ſeruos dominis poteſtatem dabant.*

4 *Apud multas nationes cum Deos placatos eſſe volebant, Captiuos immolabant.*

5 *Seruitus morti comparatur.*

6 *Miſeris mors eſt ſolatium, vita ſupplicium. & num. ſeq.*

7 *Libertatem adimere non licet, cui etiam vitam adimere liceret.*

8 *Serui pro mortuis, & nullis quoad ius ciuile reputantur.*

9 *Inter miſerabiles primum ſerui locum tenent, ad labores, & incommoda viui, ad fauores mortui.*

10 *Serui an legis noſtræ vnicæ*, C. quando Imper. inter pupill. & vid. *fauoris capaces exiſtant? & num. ſeqq.*

11 *Seruus cum in alterius poteſtate ſit, ſuũ nihil habere poteſt.*

12 *Seruis an iniuria fieri dicatur? habeãtque pro ea vindictæ actionem? & num. ſeq.*

14 *Intellectus* text. in l. Labeo ait, 15. §. Prætor ait, 1. & 5. ſeq. D. de iniur. & in l. 2. D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.

16 *Ad libertatem quemadmodum proclamare ſeruus poteſt, in iudicioque contendere: ſic & aduerſarium ſuum ad Principem in cauſa ea in prima cognitione deferre. & num. ſeq.*

18 *Qui in libertatis poſſeſſione exiſtens, in ſeruitutẽ reuocatur, ad Principem deferre cauſam poteſt.*

19 *Cauſæ grauitas, & magnitudo locum caſui Curiæ facit, & num ſeq.*

20 *Libertas inæſtimabilis res eſt, cũctiſque precioſior aliis.*

21 *Cunctis quoque rebus fauorabilior.*

22 *Procurator Captiui ante captiuitatem nominatus an agere, aut cõueniri Captiui nomine, de calumniaque iurare poſſit? & num. ſeqq.*

23 *Qui per ſe facere non poteſt, an per alium faciat? & num. 27.*

24 *Seruitute, aut captiuitate an finiatur mandatum? & num. 28. & 29.*

25 *A morte ciuili ad naturalem, an & quãdo argumentum procedat? & num. 28.*

*Pupilli captiuitate expirat tutela, dict. num. 25.*

26 *Status mutatione an, & quando extinguatur mandatum? & num. 29.*

30 *Captiuus an conſtituere procuratorem poſſit? & duobus ſeqq.*

32 *Captiuus an mandatum facultatem vé de ſuis bonis diſponendi dare poſſit, eſto quod teſtari non poſſit?*

33 *Chriſtiani à Sarracenis, Turcisve capti, ſerui non ſunt, neque Romanorum leges de ſeruis loquentes, in eis intelligendæ: fauoribus licet ſeruis conceſſis gaudeant.*

34 *A prædonibus capti, ſerui non fiunt.*

35 *Procurator generalis ad omnes res conſtitui poteſt.*

*Captiui bonis procuratorem non habentis, curator dandus eſt. ibi.*

36 *Curatori Captiui bonis dato, eaque defendenti, fori competit priuilegium, & etiam Captiuo reuerſo curatori conceſſum priuilegium durat.*

37 *Et quid ſi curator hic agere, & actiones aduerſus alios mouere vellit? & an & quando eo id liceat? & num. ſeqq.*

40 *Impedito agere non currit tempus, Captiuis præcipuè, quorum iura illæſa leges ſeruant.*

41 *Captiuo libertatem adepto quod poſtmodũ ad ſuarum rerum recuperationem tempus detur?*

42 *Libertatis cauſa pia eſt, piarumque cauſarum priuilegiis gaudet.*

43 *Libertatis fauor minorum fauori comparatur, & præualet.*

44 *Aduerſus libertatem à ſe conceſſam non reſtituitur minor.*

45 *Neque aduerſus promiſſionem, aut donationem ad Captiuorum redemptionẽ factam.*

46 *Vt coniunctum Captiuum redimat, bona ſua alienare minor poteſt, etiam tutoris authoritate non interueniente, & num. ſeq.*

*Intellectus & limitatio* legis 22. titul. 11. lib. 5 nouæ Reg. collect. *ibi.*

48 *Pro marito redimendo, eius conſenſu, aut iudicis authoritate non interueniente, contrahere mulier poteſt.*

In-

*Intellectus* text. in l. 55. Taur. & in l. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Reg. collect. *ibid. & num. ſeqq.*
49 *Ad pios actus, etiam ſine mariti, iudiciſve conſenſu, contrahere vxori licet.*
50 *In diſpoſitionibus ad pias cauſas, iuris gentium ſolemnitates ſeruare, ſatis eſt.*
51 *Vxor, quæ cum poteſt, maritum non redimit (tanquam in ſociale matrimonii fœdus turpiter committens) indignam ſe mariti hæreditate reddit. Idemque in coniuncto quolibet.*
52 *Eccleſiæ bona, vel fideicommiſſo, aut reſtitutioni ſubiecta, pro Captiuorum redemptione alienari poſſunt, remiſ.*
53 *Neceſſariam alienationem poteſt iudex, ſine mariti, iudiciſve licentia, celebrare.*
54 *In actibus ſibi vtilibus concenſum quis accommodare præſumitur.*
55 *Præſumpto mariti conſenſu, ſine eiuſdem iudiciſve licentia expreſſa contrahere vxori licet.*
56 *Marito in longinquo abſente, contrahere mulier ſine illius conſenſu validè poteſt.*
57 *Mulier pro libertate, aut pia cauſa fide iubens, Velleiano non iuuatur.*
58 *Libertas per fraudem data, an ſuſtineatur? & num. ſeq.*
60 *Libertates à minore conceſſæ (cui ætatis prætextu abſtinendi ius eſt) firmæ manent.*
61 *Libertas ſemel data, etiam ex falſa cauſa retractari nequit.*
62 *Pro redimendis Captiuis datum, nec ingratitudinis prætextu reuocari poteſt.*
63 *Propter ingratitudinem reuocatur donatio.*
64 *Teſtamentum, aut relictum in eo legatum, cancellatum, deletumve repertum, nullius eſt momenti.*
65 *Libertatis legatum caſu præſumitur deletum: etiamque teſtamento cancellato valet.*
66 *Libertatis legatum, nullo etiam in teſtamento exiſtente hærede, ſuſtinetur. In aliis contra, & num. ſeq. vbi & quid hodie?*
68 *Hæreditate non adita an legata pia, aut libertas communi iure, Regiove debeantur.*
69 *Hæreditate adita, libertas data, et ſi qui eam adiuit, ab illa per in integrum reſtitutionem abſtineat, ſuſtinetur.*
70 *Alienatione voluntaria, aut inuoluntaria rei legatæ adeò legatum extinguitur; vt neque in legantis dominium reuerſa, conualeſcat. Libertatis fauore limitatur, num. ſeq.*
72 *Tacita libertatis datio, expreſſo de ſeruo legato facto præualet.*
73 *Paribus ſuffragiis, pro libertate, proque ſeruitute exiſtentibus, libertati fauentia præſtant.*
74 *In aliis, inter iudices ordinarios, quæ reis fauent, præualent.*
75 *Inter delegatos, à delegantis authoritate pendet.*
76 *Hodie cum Regii Senatores diſcordant, pareſque in ſuffragiis exiſtunt, quis ſeruandus ordo ſit? remiſ.*
77 *Nobiles pro debito ciuili in carcerem detrudi nequeunt.*
78 *Neque huic renunciare priuilegio poſſunt.*
79 *Nobilis ad redemptionis ſuæ pretium obligatus, nec ſoluens, in vincula detrudi, & in eis quoad ſoluat, detineri poteſt.*
80 *Non quemadmodum viri fœminæ pro debitis creditoribus addicuntur.*
81 *Limitatur ſi ex ſui redemptione debitum procedat.*
82 *Communi iure bonis cedens, pro debito ciuili carcerem vitat.*
83 *Secus atque etiam de iure ciuili, ſi debitum ex redemptione procedat. Qualiterque tunc ad ſatisfactionem compellatur debitor?*
84 *Victus & veſtitus præſtitus ab hoſtibus captis repeti non poteſt.*
85 *Cæteris, legis, vel hominis diſpoſitione ad alimenta non adſtrictis pro eis repetitio datr.*
86 *Pro libertate redemptioneque filii à parentibus impenſum, repetitio, aut in legi-*

legitimam imputatio denegatur.

Et quid ſi animo repetendi parens expendiſſe profiteatur? nu. 88.

Et quid in fratre, pro fratris redemptione expendente? nu. 87.

89 Ante litem conteſtatam teſtes recipi nequeunt. Limita num. ſeq. in liberali cauſa.

91 Minutam ſolutionem creditor recipere non tenetur.

92 Pro libertate, eiuſque fauore tenetur.

93 Seruus pignori obligatus à debitore, creditore ſciente, & tacente manumiſſus, liber efficitur, pignoriſque remiſſio à creditore facta cenſetur.

94 In aliis contra, cum in præiudicialibus pro conſentiente nō habeatur tacens, & nu. ſeq.

96 Morte mandantis finitur mandatum.

97 Libertatis fauore non finitur.

98 Talearum, pedigiorumve impoſitio exoſa, iureque damnata.

99 Libertatis, redemptionisve cauſa licita, & permiſſa. Pro Principe, dominove etiam inferiore redimendo. & nu. 101.

100 Ad Principis redemptionem, contributionemque ad eam faciendam, nobiles compelluntur.

102 Collectandi ius eſt de Regalibus, nec alii quam Imperatori, aut Regi ſuperiorem non recognoſcenti competit, remiſ.

103 Inuito beneficium dari ius, & ratio iuri adhærens vetant.

104 Pro Captiui redemptione ipſiuſmet bona (eo etiam renuente) diſtrahere tertio licet, cogiturque in id geſtum ratum habere redemptus. Conferturque in inuitum libertas.

105 Pro libertate penitus extraneo agere licet.

106 Intereſſe ceſſante repellitur agens.

107 Ex filii, vel conſanguinei nominatione, nec filiatio, nec conſanguinitas probatur.

108 Ex nominatione filii, de ſeruo à domino facta, ſi non filii iura, libertas tamen eidem competit.

109 Coniunctiua dictio libertatis fauore, naturam ſuam perdit, nec coniungit.

110 Pro libertate præſtanda, hæres nominatus ſuſpectam etiam adire compellitur hæreditatem

111 Libertas directè relicta, quæ ideo ſubtili iure, inutilis foret, ad fideicommiſſariam trahitur.

112 Conditione deficiente ſub qua legatum relictum eſt, legatum deficit, non vero libertatis legatum.

113 Legatum rei alienæ, quam teſtator ſuam eſſe putabat, inutile eſt.

114 Libertatis legatum, ei quoque ſeruo, quem ſuum eſſe arbitrabatur teſtator factum valet, illumque redimere, & manumittere tenetur hæres.

115 Generalia, adulatoria, & iactantiæ verba libertatis fauore probant, & obligant. In aliis ſecus. & nu. ſeq.

117 Verba enunciatiua libertatis gratia probant, & obligant. In aliis contra, & nu. ſeq.

119 De pecudibus, vel armentis pro Captiuorum redemptione dandis pedagiū, aut gabelam ſolui lex Regia vetat.

120 Captiuos pariter qui ſeruitutem euaſere, pro redemptionis pecunia, aliave cauſa, ab eadem exactione liberat.

121 Dominus ſerui Mauri, ad Chriſtiani Captiui redemptionem, illum vendere cogitur. Et quo precio? Ad idemque Mauri in publica ſubhaſtatione venditi, retractum concedit.

122 Officia publica conſumptioni obnoxia, quæ Captiui tenebant, non extinguntur, poſſuntque illa Captiui renūciare.

Seruorum præcipuam Diis curam eſſe, arbitrabantur Ethnici: eximioſque viros, poteſtatis, & Philoſophiæ Principes recenſens Macrob. prodit.

# QVÆSTIO XVI.

AD Captiuum gradatim deue-
nimus, quem non ſolum flen-
1 da ſors † miſerum reddit: ſed
Miſerabilium perſonarum fa-
uorum, penè incapacem. Primum, etſi
confirmatione non egeat: aliqualem ta
men ornatum, antequam ad ſecundum
fiat tranſitus, expoſcit. Miſeram Cap-
tiui conditionem ſic dolenter *Innocent.*
*text. de human. condition. vilit. lib.* 1 *cap.*
15. depingit: *Angariis fatigatur, plagis*
*affligitur, opibus ſpoliatur; quod ſi non ha-*
*bet, habere compellitur: et ſi habet, cogitur*
*non habere. Culpa domini, ſerui pœna: cul-*
*pa ſerui, domini præda ſeruus cogitur pati,*
*& nemo ſinitur compati: dolore compelli-*
*tur: & nemo dolere permittitur. Sic ipſe*
*non ſuus eſt, vt nemo ſit ſibi.* Conuenit
*Senec. epiſt.* 47. *In fœlicibus ſeruis* (ait) *mo*
*uere labia nec hoc quidem vt loquantur, li-*
*cet.* Summo ideò iure *Alphonſus* Rex
(Sapiens nominatus) *in l.* 1. *titul.*
29. *part.* 2. *in fin.* dicit: *Onde, por todas*
*eſtas razones, è otras muchas que ſufren ſon*
*llamados con derecho*, Captiuos: *porque*
*eſta es la mayor mal andança que los omes*
*pueden auer en eſte mundo.* Idque illud ſa-
tis oſtendit; quia cætera hominibus
contingentia aduerſa, infirmitates, lan
gores, ægeſtas, fames, calamitatum-
que reliquarum congeries, cum huma
na conditione affinitatem contraxêre;
eis ſi quidem obnoxii vitam recipi-
mus, *Iob.* 5. *capite*: ſeruitus autem † ab
2 humana conditione diſſentit. Hoc nã-
que vnum libertatis bonum illibatum
nobis Natura reliquit: cuius aduerſus
immutabilem legem, gentium praui-
tas mutationem induxit, & datam à
Natura libertatem ſuſtulit, dominio-
que exemptam (Natura reluctante) a-
lieno ſubiecit, teſte *Florentino in l.* 4. *§.*
1. *D. de ſtat. homin.* & Iuſtin. Imperato-
re, *in §. Seruitus, inſt. de iure perſonar.*
exornatque eruditiſsimus Præſes *Di-*
*dac. Couar. in relect. cap. Peccatum, de re-*
*gul. iur. lib.* 6. *part.* 3. *§.* 11. *num.* 2. qui-
bus *Senecam* adiice *epiſt.* 32. dicentem:
*Quid eſt eques Romanus, aut libertinus,*
*aut ſeruus? nomina ex ambitione; aut ex*
*iniuria nata.* Merito indè *Innocent. dict.*
*cap.* 15. exclamat: *O extrema conditio ſer-*
*uitutis! Natura liberos genuit: ſed Fortu-*
*na ſeruos conſtituit.* Quid enim miſe-
rius, quam libertate carere; & vitam
habere precariam? *Nam ita inique com-*
*paratum eſt, vt ſors inuida ius corporis non*
*illi, qui ipſum poſſidet; ſed ei, qui eſt merca-*
*tus, conceſſerit.* Veluti *Ariſtoph. in Plut.*
3 *act.* 1. inquit. In ſeruos enim † antiquio
res leges vitæ, necîsque dominis pote-
ſtatem fecerãt; Imperatore Iuſtiniano
referente *in §.* 1. *& fin. inſtit. de his qui*
*ſunt ſui, vel alieni iur.*

Apud multas quoque nationes, cum
4 Deos placatos eſſe volebant, † Capti-
uos immolare ſolitum, *Alexand. ab Ale*
*xand. dier. genial. lib.* 6. *cap.* 26. ſic pro-
dit: *Blemmyæ, Cymbri, Galli, Druidæ,*
*& Germani ſtatis diebus humanis litant*
*hoſtiis, & cruore Captiuorum adolent*
*aras.*

Neque mors adhuc (vltimum licet
terribilium ſit) & eius cum ſeruitute
5 comparatio † (quam formant *l. Serui-*
*tutem,* 209. *D. de regul. iur. l. Intercidit,*
59. *in fin. D. de condit. & demonſt. l. Cum*
*hic ſtatus,* 32. *§. Si donator, D. de dona-*
*tion. inter vir. & vxor. l.* 3. *in fin. D. de*
*capit. diminut. auth. de nupt. §. Si vero,*
*coll.* 4. & ex profeſſo *Iodoc. Dambour-*
*der. in tract. parium, aut ſimilium, verb.*
*Seruitus mors*) ſat miſeram Captiuorũ
exprimit conditionem. Cum Miſeris
6 † mors ſit ſolatium, vita ſupplicium,
vt eleganter *in l. Quiſquis,* 5. *§. Filii ve-*
*ro, C. ad leg. Iul. Maieſt.* Iuſtinianus in-
quit. Et in ſpecie, potiorem captiuita-
te mortem Regia *lex* 1. *titul.* 29. *dict.*
*part.* 2. dixit: *Metiendoles a tales ſerui-*
*cios; que querian ante la muerte, que la vi-*
*da.* Eiuſdem extitit voti *Seneca epiſt.*
26 *ad fin.* inquiens: *Qui mori didicit, ſer-*
*uire dedidicit.* Cicero Philip. 2. *Seruitus,*
*poſtremum malorum omnium, non modo*
*bello, ſed morte etiam repellendum.* Et 10.

*Mors*

*Mors eſt ſeruitute potior.* Et Offic. 1.
*Mors ſeruituti, turpitudinique antepon-
denda eſt.* & Saluſt. in Catilin. *Nemo
bonus libertatem niſi cum anima, amittit.*
Quod adeò verum eſt, vt ſi cui adime-
7 re vitam liceat; † libertatem non li-
ceat. Celebre eſt *Conſtantini* Impera-
toris teſtimonium, *in l. fin. C. de patr.
poteſt.* his verbis præſtitum: *Liberta-
ti à maioribus tantum impenſum eſt, vt
patribus (quibus ius vitæ in liberos, neciſ-
que poteſtas olim erat permiſſa:) liberta-
tem eripere non liceret.*

8 Pro mortuis ideo, † imò pro nullis,
quoad ius ciuile ſeruos Iura habent, *in
l. Quod attinet, 32. D. de regul. iur. in
l. 1. D. de iure deliber. in l. 3. in fin. D.
de capit. dimin. in §. Seruus autem, inſtit.
eod. titul. in l. Nec ſeruus, 41. D. de pe-
cul. in l. Stipulatio iſta, 38. §. Hæc quo-
que ſtipulatio, D. de verbor. oblig in l. Qui
teſtamento, 20. §. Seruus quoque, D. qui te-
ſtam. facer. poſſ. in l. Nullo modo, 7. D. ad
leg. Cornel. de falſ.*

Quæ efficiunt quidem, vt quamuis
9 *Miſerabilium* † primum Captiui locum
occupent, vt tenent *Butr. in cap. Sig-
nificantibus, numero 22. de offic. deleg. Ia-
cob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1.
caſu 66. numero 17. Petr. Gregor. in præ-
lud. iur. lib. 5. cap. 6.* ſuperiora mon-
ſtrant, & *l. Fœdiſſimæ, 7. C. de
poſtlimin. reuerſ. & ibi Accurſ. verb. Ex
neceſſitate,* & *procem. titul. 29. part. 2.*
quod ait: *Naturalmente ſe deuen los omes
doler de los de ſu ley quando caen en capti-
uo en poder de los enemigos*: in eo miſera-
biliores, quod viui exiſtant ad labo-
res; ad commoda, & ea, quæ ad ius
ciuile pertinent, mortui. Quod ſecun-
dum in principio propoſitum opera-
10 tur; ne ſcilicet captiuis, † quemad-
modum cæteris miſeris, *legis* noſtræ
*vnicæ* priuilegium, forique Principis
eligendi, aptari vel poſsit. Cum nec pro
bonis agere, quippe qui nulla habeant.
11 *Ipſe enim ſeruus, † qui in poteſte alterius
eſt, nihil ſuum habere poteſt.* Verba ſunt
Iunſtiniani, in *§. Itē vobis, inſtit. per quas
perſon. nob. adquir.* & alter in *Æſopi fa-
bulis.*

*Seruus habet, nec ſe, nec ſua.*

12 Neque pro iniuria agit † ſi quidem (vt
ille quisquis eſt, ait:)

*In miſeri vita, nulla contumelia eſt.*

Seruisque (hac quoque ratione, ſupe-
riori, *quod pro mortuis habeantur*, adie-
cta) iniuria fieri non dicatur, ſaltem ſi
leuis; namque ſi atrox, domino, cui vi-
uit, & fieri, & actionem pro ea vindi-
canda, competere; *Iuſtin.* Imperator,
*in §. Seruis autem, inſtit. de iniur.* ſic de-
creuit: *Seruis autem ipſis quidem, nulla
iniuria fieri intelligitur: ſed dominis per
eos fieri videtur: non tamen iiſdem modis,
quibus etiam per liberos, & vxores; ſed ita
cum quid atrocius commiſſum fuerit, &
quod aperte ad contumeliam domini reſpi-
cit: veluti ſi quis alienum ſeruum atrociter
verberauerit: & in hunc ſanè caſum actio
proponitur. At ſi quis ſeruo conuicium fece-
rit, vel pugno eum percuſſerit; nulla in
eum actio domino competit.* Et ſi enim in
13 iurias ſerui ſentiant, † quin impacien-
tius, & magis ægrè ferant, vt probat
*Aul. Gel. noct. Atticar. lib. 10. cap. 3.* quip-
pe qui non ſenſum cum libertate per-
diderint: vt enim *Senec. de benefic. lib. 3.
cap. 20. Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem
in totum hominem deſcendere: pars melius
eius excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt, &
adſcripta dominis: mens quidem ſui iuris.
Quæ adeò libera, & vaga eſt, vt ne ab hoc
quidem carcere cui incluſa eſt, teneri queat,
quo minus impetu ſuo vtatur.* Quoad ci-
uilem tamen obſeruationem, nec ſen-
tire iudicantur; neque actio pro iniu-
ria conceditur ipſis, vt ex *Vlpiani* quo-
que verbis colligitur, *in l. Apud La-
beonem, 15. §. Prætor ait, 1. & §. ſeq. D.
de iniur.* quæ ſunt: *Si quis ſic fecit iniu-
riam ſeruo, vt domino faceret: iudico do-
minum iniuriarum agere poſſe ſuo nomine.
Si vero non ad ſugillationem domini id fe-
cit: ipſi ſeruo facta iniuria inulta à Præto-
re relinqui non debet, maximè ſi verberi-
bus, vel quæſtionibus affligeret. Hoc enim
ſeruum ſentire, palam eſt.*

Pro iniuria itaque domini contépla
tione ſeruo illata, actionem ipſi domi-
14 no † Vlpianus concedit: ipſiusmet ſer-
ui reſpectu (etſi naturaliter iniuriã ſen-
tiat) denegat, Prætoris curæ vindicta
demandata, cui incumbit, inultum ma-
leficium non relinquere. Eoque modo
loquuntur, & intelligendi ſunt *text. in l. 2. D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* &
*in §. fin. ad fin. inſtit. eod. tit.* vt & notat,
intelligitque *Accurſ.* in relato *§. Si quis ſic fecit, verb. Sentire,* & *in d. §. Seruis autem, verb. Nulla iniuria.*

Cum igitur, nec pro ciuili, nec cri-
minali cauſa agere ſeruo, aut captiuo
liceat: inepta reputari propoſita quæ-
ſtio poſſet. Sat tamen apta, ſi ad eũ ca-
15 ſum ſe noſtra conuertat oratio, † cum
vel pro libertate ſeruus agit, ad eãque
proclamat, ſeu pro aliis apud ſuos, pro-
curatoris, curatoris ve miniſterio con-
ueniat, vel conueniatur ipſe.

Poſſe autem ad libertatem ſeruum
16 proclamare, † proque illa obtinenda, in
iudicio contendere, quemadmodum in
dubium eſt, *l. Liberis, 7. & tot. tit. D. & C. de liber. cauſ. l. Vix certis* (alias) *incertis, 53. D. de iudic. l. 8. titul. 2. part. 3.* pro-
17 ſequimurque latius infra: ſic † *legis* no-
ſtræ *vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid.* fauore vti, dominũque, vel ad-
uerſarium ad Principem in prima cau-
ſæ diſcuſsione trahere poſſe; miſera in
captiuitate exiſtentis conditione, pie-
tatisque prætextu. Ita in eo quoque,
18 qui in libertatis poſſeſsione exiſtens, †
ad ſeruitutem reuocatur, iiſdem ratio-
nibus (non tam eleganter, quam verè)
*Franciſc. Carraſc. in tractat. de caſib. Curiæ, num. 62.* his ſanè verbis profitetur:
*Ex quibus deducitur, duodecimus caſus Curiæ: ſcilicet in cauſa libertatis, quam intenderit in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus: vel ſi ſit reus in poſſeſſione libertatis, poteſt petere, vt in Senatu Regio intentetur, & ad eum remittatur: quia eſt, & reputatur cauſa libertatis, & habetur vt pia. Et ex prædicta ratione miſerationis, quia miſerabilis ille, qui ex ſeruitute ad libertatem proclamat; vel cum ſit pro libero exiſtimatus; ad ſeruitium redigi petatur: erit qualibet cauſa libertatis, Curiæ, ſiue agendo, ſiue defendendo, ex parte proclamantis ad libertatem, vel proclamati ad ſeruitutem.*

Quod cum cauſæ ſolum magnitu-
19 dini, † & grauitati dederit *lex* Regia
4. *titul. 1. lib. 3. nouæ Reg. collect.* verbis
illis: *Saluo ſi el caſo fuere de grande importancia:* libertati, à fortiori conceſſum,
ſequitur, & quia nullus alius tãtæ mag
nitudinis, & exiſtimationis; compara-
20 tionem † ſi quidem libertas non admit
tet, inæſtimabilis, cunctisque longè
precioſior rebus, teſte *Paulo* (ſi teſti-
bus natura eget) *in l. Libertas, 107.* &
Vlpiano, *in l. Non eſt ſingulis, 137. §. Infinita, D. de regul. iur. Iuſtin. in §. fin. inſtit. quib. ex cauſ. manumiſ. non lic. l. 18. prœm. dict. titul. 29. part. 2.* &
*l. 8. in princip. titul. 22. part. 4.* & illo,
quisquis eſt, qui *Æſopi* fabulas carmi-
nibus concinauit, *in fabula de cane, & lupo*:

*Libertas per dulce bonum, dona cætera condit.*

& inferiùs.

*Non benè pro toto libertas venditur auro*
*Hoc cœleſte bonum præterit orbis opes.*

21 & quia omnibus rabus † fauorabilior
eſt, vt *Caius* prædicat, *in l. Libertas, 165 D. de regul. iur. & l. 4. titul. 5. part. 3. in fin.* ibidemque *Gregor. Lop. gloſ. 7.*

Cum vero non pro libertate, ſed
circa res in propria captiui patria exi-
ſtentes, ſiue ius illius conſeruandum,
lis vertitur; an per procuratorem, vel
curatorem agere, ſe, vel defendere
poſsit? hosque *legis* noſtra *vnica*, cap-
tiui nomine remedio vti? diſſeren-
dum.

Diſtinguendumque videtur: num
ante captiuitatem procuratorem cap-
tiuus nominarit: an in captiuitate con-
22 ſtituat. Primo enim caſu, † procura-
torem ante captiuitatem deſignatum,
& agere, & conueniri captiui nomine
poſſe, de calumniaque iurare (*Bartholi authoritate, in l. 2. C. vbi in rem act. Panormit.*

*normit. in cap. Cæterum, num. 7 Socin. conſil. 26. lib. 2.* & *Menochii de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſu 150. num. 17.*) Profitetur *Paz in praxi, 1. part. tom. 1. part. 3. num. 7. pag. mihi 83.* Qua quidem vera aſſertione exiſtente procuratorem tunc *legis* noſtræ *vnicæ*, forique priuilegio captiui nomine vti poſſe, haut vllus dubitauit, cum ipſe captiuus agere videatur, ex vulgari regula *capitis Qui per alium, 72. de regul. iur. lib. 6.* multis aliis à *Nobis* confirmata *in Axiomatib. iur. lit. F. num. 3.* cum & pupillo, cuius nomine tutor in iudicio experitur, id quoque lex concedit.

Sed tamen hæc eadem ratio procuratorem hunc agere, aut conueniri non poſſe, dictat, cum neque per alium
23 † facere poſsit, qui per ſe nequit, *l. Neque per ſe. C. de hæred. inſtit.* cum adductis itidem à *Nobis in dict. Axiomat. iur. ead. lit. F. num. 7.*

Item, cum mortui vicem in ſeruitute, aut captiuitate exiſtens, ſuſtineat: per captiuitatem, † & ſeruitu-
24 tem mandatum finiri, quemadmodum per mortem finitur, iuxta vulgare Axioma, à *Nobis* quoque formatum *in noſtris, lit. M. numero 36.* pariter dicendum ſequitur, à morte quippe ciuili,
25 † ad naturalem, & è contra, procedente argumento, vt infinitis propè confirmamus *ibid. lit. A. numero 483.* Eandemque ſententiam *Vlpiani* reſponſum probat, *in l. Si arrogati, 14. D. de tutel.* pupilli captiuitate, tutelam finiri dicentis. Et in ſpecie, domini captiuitate mandatum finitum, aut reuocatum videri, aliis citatis, aſſerit *Ioſeph. Maſcard. de probationib. concluſion. 1016. numero 12.* Vbi pariter non hac
26 ſolum, ſed alia † ſtatus mutatione extingui mandatum affirmat, ſequaces referens, quibus idem tenentem addo *Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. titul. de procuratorib. reſolution. 10. numero 2.* Aphricani deciſione fultũ, *in l. Eius qui in prouincia, 41. D. de reb. credit.* Probatque apertius *Pauli* reſponſum, *in l. Si quis alicui, 48. D. de acquirend. hæredit.* per quem ita dicunt *Stracca de decoct. part. 3. numero 53. Nicol. Moz. de contractib. titul. de mandato, verſic. Quo modo annulletur, vel finiatur mandatum, num. 8.* & *Faui. de Anna, conſ. 82. num. 12.*

27 Ni primo reſpondeas: † non ſemper, & indiſtinctè *dictæ legis Neque per alium*, veram eſſe regulam, ſed ſæpè fallacem, vt *dict. lit. F. num. 8.* limitamus eandem, & ex pupillari caſu iam adducto colligitur.

28 Similiter ſecundo: † non perpetuo argumentum de ciuili, ad naturalem mortem propoſitum, vrgere, niſi in caſibus à iure expreſsis, ex celebri *Pauli* reſponſo, *in l. Statius Florus, 48. §. Cornelio, D. de iure Fiſc.* & probat *Menoch. de arbitrar. dict. lib. 2. cap. 27. numero 14.* notamusque *dict. numero 483.*

29 Tertio, † vel in mandatario, cuius conditio mutata erat (cuiusque ſtatus mutatione mãdati reuocationem, extinctionemque induci; multis *dict. concluſion. 1016. numero 13. Maſcard.* firmat, & *Faui. de Anna, dict. conſil. 82. numero 11.*) non in mandante *dictam l. Eius qui in prouincia.* Loqui, cui tamen reſponſioni ſe opponit *dictæ legis Si quis alicui*, deciſio, *Moziique, & Fauii de Anna dict. loco, numero 13.* aſſertio, cuiuslibet ſtatus mutationem mandantis, vel mandatarii ad mandati extinctionem ſufficientem contendentium, vel non tam mandatarii ſtatus mutatione; quam mandantis morte (vt textus, *in dict. l. Eius qui* proponit) mandatum ibidem expiraſſe. Licet idem alia ſtatus mutatione interueniente putent rationis paritate *Faui de Anna dict. loco numero 12. ex dict. l. Si quis alicui* in fauore loquente.

Sed vt non firmas, ſcrupulove carentes haſce adiicimus ſolutiones; ſic nec relatorum *num. 22.* iudicium pœnitus improbandum cenſemus.

Secundo autem caſu, cum in captiuitate exiſtens procuratorem conſtituit, nullius huiuſcemodi manda-

cum eſſe momenti, nec procuratorem conſtituere captiuum poſſe; & ſuperiora probant; & apertè decernit *Vlpian. in l. Ab hoſtibus*, 15. *D. ex quib. cauſ. maior. Ab hoſtibus autem captis* (inquit) *postliminio reuerſis ſuccurritur, aut ibi mortuis, quia nec procuratorem habere poſſunt: cum aliis ſuprà ſcriptis etiam per procuratorem poſſit ſubueniri, præter eos, qui in ſeruitute detinentur*, cui & *lex* 2. *titul.* 5. *part.* 3. conuenit: *Todo ome que fuere mayor de veynte y cinco años, è q̃ no eſtuuiere en poder de otri, aſſi como de ſu padre, o de ſu guardador, è fuere libre, è en ſu memoria, puede fazer perſonero.* Cuius quidem procuratoris conſtitutionem, etiam ei, qui ad libertatem proclamat, interdicit *l.* 1. *C. de aſſertion. tollend.* Regia *lege* 4. *dict. titul.* 5. *part.* 3. ſic confirmata: *Mas el que andouieſſe por ſieruo, è eſtouieſſe ſo poderio de otro; maguer quiſieſſe mouer pleyto a aquel que lo tiene en ſu poder, para ſalir de ſeruidumbre, diziendo que era libre: en tal caſo como eſte, dezimos: que como quier que podria razonar por ſi miſmo: non podria dar a otro por ſu perſonero.* Quam tamen diſpoſitionem ad eam ſolam ſpeciem in qua loquitur (cum de ſeruitute ad libertatem quis proſilit) reſtringat *Gloſ. in ead. l.* 1. *C. de aſſert. toll. verb. Pœnitus*, cumque de ſtatu controuerſia eſt, liberalique cauſa agitur: in aliis enim procuratorem ſeruum habere, & conſtituere poſſe, dicit, ex *l. Seruum quoque*, 33. *§.* 1. (vbi pariter repetit, *verb. Seruitutis, in fin.*) & *in l. Non ſolum*, 39. *§. Si ſtatus, D. de procurator.* Cui auxiliatur (repugnantibus licet ſuperioribus) *l.* 6. *titul.* 29. *part.* 2. Quæ tametſi Captiuum teſtari non poſſe dicat (*legis Eius qui, D. de teſtam. & §. fin. inſtitut. quib. non eſt permiſ. facere teſt.* diſpoſitioni conformis:) procuratorem tamen deſignare, mandatumve de ipſiusmet bonis diſponendi, dare poſſe, à mandatarioque, vel procuratore geſta tenere, in hæc verba ſtatuit: *Valer non deue teſtamento, nin manda que fizieſſen los omes demientra que yoguieren en Captiuo. E eſto, por quanto yazian en poder de los enemigos, è eran ſus ſieruos. E por ende teſtamento, nin manda que fagan, nin otra coſa, non deue valer.* Ac poſt pauca: *Onde por todas eſtas razones ſobredichas, mandaron los Antiguos que no valieſſe ninguna coſa que fizieſſen mientras yoguieren en captiuo. Fueras ende en dos maneras*: quarum primam, ex dominorum facultate, & permiſsione ſubdit; inde proſequens: *La ſegunda razon, es, quando ellos no pudieſſen fazer ſu teſtamento libremente, aſſi como ſobredicho es: è embiaſſen a dezir a ſus parientes, con alguno en quien ſe fiaſſen, como fizieſſen dello, vendiendolo, o empeñandolo, o para ſacar a ellos de captiuo, o para cumplir ſus debdas, o ſus mandas.*

Quibus quidem caſibus, legitimè procuratorem, vel mandatarium Captiui nomine iudicium expertum, fori priuilegio vti, legisque noſtræ vnicæ fauore, in dubium eſt. Quod cum in verè ſeruis, eorumque procuratoribus, vel mandatariis procedat: multo fortius in Chriſtianis à Turcis, vel
33 Sarracenis captis: quos verè † ſeruos non eſſe, propter iniuſtum bellum ab infidelibus inditum, defendit *Couarruuias in relect. cap. Peccatum, de regul. iur. lib.* 6. *part.* 3. *§.* 11. *numero* 6. Ideoque Romanorum leges de ſeruis loquentes, de Chriſtianis à Turcis, vel Sarracenis captis intelligendas non eſſe, neque in eis ſeruandas; fauoribus autem ſeruis conceſsis, eoſdem proſequendos, profitetur *Aluar. Valaſc. conſult.* 30. *numero* 9. *& ſeq.* nonque vt à bellantibus iuſtè, ſed à prędonibus captos cenſeri.

34 A prædonibus autem captos, † ſeruos non effici, liberoſque permanere, *Paulus* notat, *in l. Poſtlimini*, 19. *§. A piratis, D. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* hosque teſtamentum facere poſſe, *Martianus, in l. Qui à latronibus*, 13. *D. de teſtam.* Ex quo, & actus quoslibet, vt liberos, Chriſtianos captos poſſe, & mandatum ab illis

in eo ſtatum præſtitum, firmitatem ha-
bere, infert, aſſeritque *Valaſc. dict.*
*loco.*

Si vero Captiuus rerum ſuarũ pro-
35 curatorem † (qui conſtitui poteſt *Vl-*
*piano* authore, *in l. 1. §. 1. D. de pro-*
*curatorib.*) conſtitutum non reliquiſſet
(vera opinione exiſtente, relatorum
*numero* 22.) vel poſt captiuitatem non
deſignaſſet (iuxta proximè dicta) eius
bonis curatorem dandum, iura decer-
nunt, *in dict. l. Ab hoſtibus*, 15. *§. 1. D.*
*ex quib. cauſ. maior. l.* 3. *C. de poſt-*
*limin. reuerſ. l. Mato*, *§. vltim. D. de*
*tutel. l. 4. titul. 29. part. 2. l.* 12. *titul.*
2. *part.* 3. Eidemque res captiui de-
fendenti, *legis* noſtræ *vnicæ*, *C. quan-*
*do Imperat. inter pupil. & vid.* priui-
legium (vt procuratori) competet.
36 Quin captiuo reuerſo, † eodem iure,
in cauſis cœptis, eius nomine cura-
torem bonis datum vti poſſe, & ſu-
prà *quæſtion.* 3. *numero* 10. dicta mon-
ſtrant: & *Vlpianus, in dict. l. Ab hoſtibus*,
*§.* 1. ſic: *Ego autem, etiam nomine eius*,
*qui in hoſtium poteſtate eſt, ſi curator (vt*
*plerumque fit) fuerit bonis conſtitutus;*
*auxilium competere exiſtimo.* Vbi *&*
*Accurſ. verb. Exiſtimo*, captiuo quo-
que reuerſo, conceſſum auxilium, eius
bonis curatori dato, competere no-
tat.

37 Quod ſi alios † velit curator bonis
datus conuenire, actioneſque aduerſus
eos curæ ſibi iniunctæ ratione moue-
re, non idem vtique, diuerſum potius
videtur aſſerendum: cum non eadem
prouocationis, quæ defenſionis in cu-
ratore bonis dato ratio extet. Ea ſiqui-
dem (poſt longam Doctorum contro-
38 uerſiam) reſolutio præualuerit: † a-
ctiones tantum tempore perituras, nõ
etiam aliàs, curatorem hunc bonis da-
tum poſſe mouere, ex *l. Creditor*, 14.
*D. de bon. auctorit. iudic. poſſid.* & *ibi*
*Bart. & Alberic.* aduertitque, citatis
aliis, *Baez. de decim. tutor. cap.* 16. *nu-*
*mero* 15. eoſque ſequutus *Gutier. de*
*tutel. 3. part. capit.* 17. *numero* 8. quam
receptiorem opinionem (poſt *Azon.*
*Angel. & Alexand.*) teſtantur *Menoch.*
*de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſu* 15. *nu-*
*mero* 31. quando ſaltem graue æs alie-
num, vel non magna immineret ne-
ceſſitas, creditoreſve inſtarent. In
eamque *Pomponii* ſententia mouet, *in*
*l. Si quis inſtituatur*, 23. *§ Sed ſi ſub con-*
*ditione*, *D. de hæredib. inſtit.* & Pauli, *in*
*l. 1. D. de curat. bon. dand.* cum ad cu-
ſtodiam tantum, non ad plenam ad-
miniſtrationem is datus cenſeatur, vt
*Hermogenianus* reſpondit, *in l. Inter bo-*
*norum*, 49. *D. de adminiſtr. & pericul.*
*tutor.* differentiam pariter curatorem
ita deſignans: *Inter bonorum, ventriſ-*
*que curatorẽ, & inter curatorem furioſi,*
*itemque prodigi, pupillive, magna eſt dif-*
*ferentia: quippe cum iſtis quidem, plena*
*rerum adminiſtratio: duobus autem ſupe-*
*rioribus, ſola cuſtodia, & rerum, quæ*
*deterioris futuræ ſunt, venditio commit-*
*tatur.* Graui igitur ære alieno, neceſ-
ſitateve imminente, cum alios laceſ-
cere curator bonis datus poſsit: Cap-
39 tiui quoque nomine † (cuius iuribus
vtitur) aduerſus eius debitores legis
noſtræ vnicæ fauore, & diſpoſitio-
ne ſe munire, eoſque ad Principem
in cauſæ prima cognitione trahere;
in dictorum conſequentiam deſcen-
dit.

Simulque, neceſsitate prædicta de-
40 ficiente, † & actiones mouendi (praxi
licet non omnino conſentiente) fa-
cultatem curatori bonis dato denega-
ri, & fori captiui nomine priuilegium.
Cum & Captiuorum iura illæſa con-
ſeruent leges; & tempore pereant
nullo. Impedito ſiquidem agere tem-
pus non currat, *l. 1. § fin. C. de annal.*
*except. l. 1. in fin. C. de bon. quæ liber.*
*l. In rebus*, 30. *§. Omnis*, *C. de iure dot.*
cum cæteris congeſtis à *Nobis in*
*Axiomatib. iur. liter. I. numero* 22. Et
Captiuo in ſpecie prouiderit (anti-
quarum ſimul memor) *l. 5. tit. 29. dict.*
*part.* 2. cuius eſt initium: *Tiempo touie-*
*ron por bien los antiguos, que no paſſaſſe*
*a daño de aquellos que yoguiezen en Cap-*
*tiuo, porque perdieſſen ſus bienes, e los de-*

*techos que ouieſſen de auer. E porende ninguno non los puede ganar mientras ellos aſſi yoguieren, maguer alguno dellos fueſſe tenedor, quanto tiempo quier.* Quæ item
41 captiuo quoque libertatem adepto †
ad propriosque lares reuerſo, à triduo aduentus ſui, quadriennium ad bonorum recuperationem concedit. Subdit enim: *E porende, ſi el Captiuo deſpues que ſaließe de la priſion fallaſſe alguna de ſas coſas en poderio de otro, que dixeſſe que la auia ganado por tiempo: bien la podria demandar faſta quatro años, è auerla por derecho. E eſtos años ſe deuen començar a contar del dia tercero que llegaſſen a ſus caſas, faſta en quatro años acabados.*

ALIA PROPE infinita in libertatis (quippe quæ omnibus rebus fauorabilior ſit) Captiuorumque fauorem iura decernunt. Ne ideò in infinitum quoque ſermonem dilabamur; & remiſsione vtemur in multis; & vtiliora, ac frequentiora in medium proferemus: fœlici ad id in primis compendio vtentes, ex latè iam *quæſtione octaua* in Eccleſiæ, piarumque cauſarum, fauorem cumulatis, vbi vnam hanc rationem ad prolixi ſermonis (neceſſarii licèt) excuſationẽ, inter alias, quod cæteris conſimilibus in ea dicta prodeſſent, redidiſſe meminimus. Libertati vero Eccleſiæ, & piarum cauſarum priuilegia (diſparitate non exiſtente rationis) acommodari; & ibidem ſæpè notata monſtrant, & firma aſſertio, quæ libertatem, eiuſque cau-
42 ſam † inter pias reponit, earumque fauoribus potiri dictat, quam cõſtituunt *Andr. Tiraq. de pia cauſ. in princip. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect. 1. quæſt. 35. num. 1. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 55. num. 31.* De libertateque ad pias cauſas, & è contra, argumentum valere, multis comprobamus *in Axiomatib. iur. lit. A. numero* 453.

43 Minorum † pariter fauori comparari, imò præferri, aſſerit *Caſtrenſ. in l. 3. C. ſi aduerſ. libert.* ſequiturque *Sfort. Odd. dict. num. 25. verſ. Et ratio eſt.* Ideò neque aduerſus libertatem à ſe conceſ-
44 ſam † reſtitui minorem, decernunt *l. 1. 2. 3. & fin. C. ſi aduerſ. libert. l. Si ex cauſa, 10. §. fin. D. de minor.* vbi remedium hac in ſpecie, ita minori *Vlpianus* denegauit; vt neque à Prætore ſubueniri vlla ratione poſſe, hunc in modum prædicet: *Aduerſus libertatem minori quoque à Prætore ſuccurri, impoſſibile eſt,* repetitque *in l. Eleganter, 7. D. de dol.* conſentiunt *Paulus in l. Minor ſe in id, 50. §. 1. eod. tit. D. de minor.* & Martian. *in l. Illud, 2. in ordine, 9. D. de appel. & relat. Illud ſciendum eſt* (ait) *neque pupillum, neque Rempublicam, cum pro libertate iudicatur; in integrum reſtitui poſſe.* Præſtat huius rei ad longum rationes, materiamque proſequitur *Sfort. Odd. de reſtit. in integr part. 2. dict. quæſt. 55. num. 25. & ſeqq.* ampliationes, limitationes, & intellectus à *num.* 34. aſsignans.

Sic neque aduerſus promiſsionem,
45 † aut donationem ad Captiuorum redemptionem à minore factam, reſtitutionem concedi, tradunt *Bald. Nouel. in tract. de dote, part. 6. ſpecial. 63. n. 2. Sfort. Odd. d. 2. p. q. 58. art. 3. n. 27. Mier. de maiorat. 4 p. q. 1. n. 7.*

Poſſeque minorem, vt à captiuita-
46 te coniunctum redimat, † bona ſua alienare (ex *authentic. Si captiui, C. de poſtlimin. reuerſ.* aſſeruêre idem *Nouel. dict. tract. ſpecial. 61. Greg. Lop. in l. 18. tit. 16. part. 6. verb. Derecho, Palac. Rub. in repet. cap. Per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. §. 26. num. 4. Mier. dict. loco, num. 5.* Idem *num.* 9. affirmans, etſi
47 non tutoris † auctoritas adſit, diſpoſitionemque *legis 22. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. collect.* hoc in caſu, in minore, & filiofamilias reſtringens. Quam pari-
48 ter limitationem † recipiunt *l. 13. titul. 20. lib. 3. Fori leg. l. 55. Taur. & l. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Reg. collect.* contrahere mulieri abſque mariti licentia prohibentes, vt (cum *Tiraquel. de legib. connubial. gloſ. 8. De ſon marit, quæſt. 35. num.* 283.) obſeruat *Mier. d. quæſt. 1. limit. 4. n. 2.* Valereque tunc à muliere contractũ geſtũ, iudicis etiã non interueniẽte de-

decreto (quod in aliis abſente marito, *lex* 59. *Taur.* deſiderat) pietas exigit, neceſsitas requirit, præſumptus mariti conſenſus ſuadet. Pietatem id exigere, ex ſe, & ſuperioribus patet.

49 Ad pios autem actus, † etiam ſine mariti, iudicisve conſenſu, contrahere vxorem poſſe, defendit *Roderic. Suar. in repetit. dict. legis* 13. *titul.* 20. *de las deudas, lib.* 3. *Fori leg.* præcipuè *à num.* 3. *cum ſeqq.* Quòd in diſpoſitionibus ad

50 pias cauſas, † iuriſgentium ſolemnitates ſeruare, ſit ſatis ex *cap. Relatum, de teſtam.* aliiſque ab eo citatis.

Neceſsitas in eo caſu tanta, vt ſi

51 cum poſsit, † maritum vxor non redimat (tanquam in ſociale matrimonii fœdus turpiter committentem) indignam ſe hæreditate mariti reddat, iuxta *Marciani* placitum, *in l.* 3. & Hermogeniani *in l. Ei qui*, 21. *D. de his quib. vt indign.* Imperatoris Iuſtinian. *in authent. vt cum de appell. cognoſ. §. Si vnum ex prædictis, coll.* 8. & *Accurſ. in l. Si ab hoſtibus*, 11. *§. Si vir vxorem, verb. Lucrifacere, D. ſolut matrim. Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num.* 821. *& ſeq. pag. mihi* 135. Quam quidē diſpoſitionem, ad quoslibet extendit coniunctos, Regia *l.* 6. *tit.* 7. *part.* 6. *verſ. E lo que diximos.*

Eoque neceſſariæ alienationis præ

52 textu, Eccleſiæ bona, † reſtitutioni, vel fideicommiſſo ſubiecta, pro captiuorum redemptione alienari, & diſtrahi poſſe, iam *de priuileg. pauper. quæſtion.* 22. *num.* 41. *& ſeqq.* diximus. Neceſſariamque alienationem, eiusve cauſa,

53 contractum, † ſine mariti, iudicisve licentia celebrare poſſe, tradunt *Ciſontan. in dict. l.* 55. *Taur.* (ita eius limitans diſpoſitionem) *quæſt.* 5. *Azebed. in l.* 2. *num.* 81. *limit.* 1. *Burg. de Paz in prooem. leg. Taur. num.* 305. *&* 306.

Præſumptum mariti conſenſum ab argumentis petere, inane prorſus, ac puerille cum in quolibet actu ſibi vti-

54 li † (non etiam magnitudinis huius cōſenſum quis accommodare videatur, ex adductis à *Nobis in Axiomat. iur. lit. T. num.* 3.

Præſumpto vero mariti conſen-

55 ſu interueniente, † contrahere vxori, abſque eius, aut iudicis licentia, eſſe conceſſum, probant dicta ab *Anton. Gomez in eadem l.* 55. *num.* 3. 4. *&* 7.

Prætęrquam, quod abſente in lon-

56 ginquo † marito, cuius haberi conſenſus nequit, ſi eius ab ſtatuto (vt à lege noſtra) deſideretur conſenſus abſque eo contrahere vxorem poſſe, intelligendumque ſtatutum, aut legem *Si præſens ſit maritus*, aut illius haberi conſenſus poſsit; authoritate *Baldi conſil.* 488. *incip. ſequens quæſtio, lib.* 1. *&* *conſ.* 394. *Statuto commun. Papiæ, lib.* 5. notat *Aym. Crauet. conſ.* 12. *numero* 4. *lib.* 1.

Pro libertate quoque, aut pia cau-

57 ſa fideiubendo mulierem, † nequaquam Velleiano iuuari, profitentur *Gallet. in Margarit. caſ. conſcient. liter. M. verſic. Mulier iuuatur*, & *Ioann. Mar, Nouar. hoc eodem tractat. de priuileg. miſerabilium perſonarum priuileg.* 110.

58 Per fraudem item † datam non impediri libertatem, niſi & fraudandi animus, & damnum pariter adſint, *Iuſtinian.* Imperator reſpondit in *§. In fraudem, inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non licet*, & proſequitur *Sfort. Odd. de reſtitut. in integr.* 1. *part. quæſtion.* 4. *numero* 8. *verſic. Secundo facit, & numero* 12. Hæreditatemque reſtituere

59 iuſſus, ſi vt futurum ſucceſſorem † fraudet, cum libertate donauit: firma quidem libertas, ſui fauore, manet, eius vero qui libertatem dedit hæredes ad ſerui deſtimationem fideicommiſſario eſſe adſtrictos *Iulianus* edixit *in l. Quidam ita*, 52. *§. fin. D.*

60 *ad S. C. Trebellian.* A minore † que libertates conceſſas (cui ætatis prætextu abſtinendi ius eſt) abſtinendo, firmas remanere, *Papinianus* reſpondit *in l. Si mulier*, 32. *D. de minor.*

61 Semel etiam data libertas † neque ex falſa cauſa retractari valet, *§. Semel inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic. Sfort. Odd. dict. tract. part. 2. quæſt. 55. numero 25.*

Proque redimendis Captiuis datũ,
62 † neque ingratitudinis prætextu reuocari poſſe, tradunt *Franc. Rip. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. numero 172. & Marc. Anton. Genuenſ. in practicabil. Eccleſiaſtic. quæſt. 307. num. 4.* Cum per ingratitu-
63 dinem † donationem reuocari, nemo non ſciat, & proſequimur, *de priuileg. pauper. part. 1. quæſt. 42. num. 10.*

Teſtamentum, aut relictum in eo
64 legatum, cancellatum, † deletumve repertum, nullius eſſe momenti, conſultòque deletum præſumi (cum *Bart. Alexand. Iaſ. Lanfranc. Caſtrenſ. Pariſ. Albenſ. Perſon.* & aliis) teſtatur *Ioſeph. Maſcard. de probation. tom. 1. concluſ. 257. nu-*
65 *mero 1.* Libertatis † vero legatum, caſu præſumi deletum, vel etiam teſtamento cancellato, valere, probat *l. 3. D. de his, quæ in teſtam. del.* & notant *Bart. ibid. §. 1. Alexand. in l. Si vnus, poſt numero 7. C. de teſtam. & ibid. Iaſ. numero 7.* eoſque ſequutus *Maſcard. dict. loco, num. 6.*

Quin nullo etiam hærede exiſten-
66 te, † libertatis legatum ſuſtineri, ex Imperatoris *Antonini* decreto, *Marcel.* inſinuat *in eadem l. 3. D. de his quæ in teſtam. del.* & Vlpian. *in l. Cum quaſi, 30. §. Sed et ſi quis, D. de fideicommiſ. libert.* inquiens: *Sed et ſi quis ſine hærede, vel alio ſucceſſore deceſſerit, qui fideicõmiſſam libertatẽ præſtare deberet: adito Prætore, libertatẽ præſtandã eſſe, Senatus cẽſuit.* Etſi
67 in aliis † deficiẽte hærede, legata quoque deficiãt, *l. fin. D. de iure codicil. §. Ante hæredis, inſt. de legat.* Hodie licèt nullo quoque hærede dato, aut exiſtente, hæreditateve non adita, quælibet indiſtinctè debeantur legata, diſpoſitione *legis 1. titul. 2. lib. 5. Ordinam.* vt & *Anton. Gomez* aduertit, *in l. 24. Taur. num. 4. verſ. Ex quo videtur inferri*, adhuc arguens, ea quoque extante (et ſi non conſentiat) hæreditatis aditionem
68 requiri. Quã etiam in piis cauſis † deſiderari, nec aliter earum legata ſuſtineri (communi iure attento, ex recepta opinione) profitetur *ibidem, numero 1. col. 4. verſ. Nono, in fin.* Et pro libertate nominatim exigunt aditionem *Verus*, & *Antonin.* Imperatores, *in l. 2. C. de teſtament. manumiſ.* his ſanè clariſſimis verbis: *Ex teſtamento d functi libertates præſtari non poſſunt, hæreditate non adita*, repetuntque *in l. Sequenti.* Ea ta-
69 men exceptione, † vt ſemel hæreditate adita, licet hæres ſcriptus per in integrum reſtitutionẽ abſtinuerit hæreditate, nihil ea res libertati obſit, prædixerantque *Paulus in l. Sciendum, 32.* aliàs 33. *D. de manumiſ. teſtam.* Vlpian. in *dict. l. Cum quaſi, 30. §. Sed et ſi ſuus, D. de fideicommiſ. libert.* & *in l. Etſi ſine, 8.* (aliàs pro paragrapho inſeritur *legis Ait Prætor, 7.* incipiente, *Hodie*) *§. Sed quod Papinianus, D. de minorib.*

70 Rei legatæ alienatione † voluntaria, aut inuoluntaria ſic legatum extingui; vt neque re in legantis dominium reuerſa conualeſcat, *Paulus*, & *Modeſtinus* reſponderunt. Ille *in l. Cum ſeruus, 15.* Hic, *in l. Rem legatam, 18. D. de adimend. legat.* quam exornat concluſionem *Maſcard. de probation. tom. 3. concluſ. 1281. num. 87. & ſeqq.*

71 Hunc tamen fauorem libertati † *Marcellus* dedit, vt ſi ſeruus liber eſſe iuſſus, à domino alienatus ſit: in poteſtatemque eius poſtmodum recidat, vel ante aditam hæreditatem, hæreditarius fiat: libertatem vtique obtineat, *in l. Verum, 58. D. de manumiſ. teſtam. Verum eſt* (ait) *eum qui liber eſſe iuſſus eſſet, alienatum à teſtatore, ſi ante aditam eius hæreditatẽ rurſus hæreditarius fieret: mox cum adiretur hæreditas, ad libertatem peruenire.* A quo non longe abeſt *Iuſtiniani* Imperatoris decretum, *in l. Quidam, 5. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.* diſpo-
72 nens: † tacitam etiam libertatem, per hæredis in partem, vel in totum inſtitutionem de ſeruo factam, tutoriſve dationem, legato præualere, neque per le-

legatum de ſeruo ſimpliciter poſtea fa
ctum, reuocari.
73 Paribus ſuffragiis † vtrinque, pro
libertate, proque ſeruitute exiſtenti-
bus; quæ libertati fauent, præualent;
reiciuntur quæ nocent, auctore *Paulo*
*in l. Inter pares, 38. D. de re iudic. Gregor.*
*IX. in cap fin. extr. eod. tit. l. 18. tit. 22.*
*part. 3.*
74 Cum in aliis, † aut reo quæ fauent,
inter iudices ordinarios, ſuſtineantur,
vt eademmet iura decernunt: aut inter
75 delegatos, † à delegantis authoritate,
& placito pendeat, iuxta *Modeſtini* reſ
ponſum *in l. Duo iudices, 28. D. de re iu-*
*dic.* cuius ſunt verba: *Duo iudices dati,*
*diuerſas ſententias dederunt: Modeſtinus*
*reſpondit: vtranque ſententiam in pendenti*
*eſſe, donec competens Iudex vnam earum*
*confirmauerit.* Caueturque idem *in dict.*
*cap fin.* dicente: *Si vero ex delegata po-*
*teſtate; vtraque pendet ſententia ex arbi-*
*trio delegantis*, & in *l. 17. dict. titul. 22.*
*part. 3. verſ. Pero ſi los juezes*, & notat
*ibid. Gregor. Lop.* Aut *ſi ex compromiſſo*
(vt *text. in dict. cap. fin.* inquit) *neutrum*
*debet habere vigorem.*
76 Hodie, † cum Senatores diſcor-
dant, paresque in ſuffragiis exiſtunt,
quis debeat ſeruari ordo, *leges* tradunt
Regiæ 43. & 44. *titul. 5. lib. 2. nouæ Re-*
*giæ collection.*
Nobilibus datum eſſe, vt pro ciuili
77 debito † in carcerē detrudi nequeant,
haud eſt qui neſciat, diſponentibus ſic
Regiis pariter *legibus 5. titul. 12. lib. 2.*
*Ordinam. l. 79. Taur. & l. 6. titul. 2. lib. 6.*
*nouæ Reg. collect.* Huic nec renunciari
78 † fauori poſſe, in iuris communis ter-
minis, *Anton. Gomez in dict. l 79. num.*
3. defendit; quod recentiori ordinatio
ne (nobilitatis gratia) ſancitum eſt ex-
preſsè.
Nobilitatis tamen fauori, libertatis;
redemptionisque in hoc etiam præua-
lere fauorem; poſſeque nobilem ad re-
79 demptionis precium obligatum, † nec
ſoluētem in vincula detrudi, in eisque
quoad ſoluat detineri, in caſus contin-
gentia in Regia Valliſoletana Can-
cellaria deciſum, refert *Mieres de ma-*
*iorat. dict. 4. part. quæſt. 1. limit. 4. num.*
10.
Mulierum quoque fauori hac in re
libertatis, redemptionisque fauor po-
tior. Etſi enim fœminæ non quemad-
80 modum viri pro debitis † creditoribus
addicantur (vt legibus Regiis ſtanti-
bus, quæ debitores creditoribus ſuis
addicunt, à *Nobis* relatis, *de priuileg. pau*
*per. 1. part. quæſt. 44. num. 23.*) longiſsi-
mè validisq; rationibus defendit *Baez.*
*de inope debitor. cap. 15. num. 2. verſ Sed*
*verius eſt, & ſeqq. Idem* tamen, *ipſe ibi*
*num. 24.*
81 Id fallere dicit, iureq; pignoris reti
neri † fœminā poſſe, creditoriq; addici,
ſi ob ſui redemptionē debitū proceſſe-
rit. Sic expreſsè diffinitum dicens *in l.*
*Si quis ingenuam, 21. D. de capt. & poſt*
*limin. reuerſ. in l. Fœdiſſimæ, 7.* & in *l. Si*
*is qui te, 13. C. eod. titul.* quod & *num. 1.*
firmarat.
Simile quoque in redemptionis de-
biti gratiam adnotandum. Quod etſi
ciuili iure, cedens bonis pro debito ci-
82 uili † carcerem vitet, ex *l. 1. C. qui bon.*
*cedere poſſ. l. 4. titul. 15. part. 5.* Secus at-
83 que (etiam de ciuili iure) † ſi debitum
ex redemptione procedat; quia nec
ceſsione bonorum à carcere, ab addi-
ctioneve debitorem liberari, ſed quin-
quennali labore redemptionis preciū
ſeruitioque (ſi aliunde non habeat,
reſarcire debere, Imperatores *Honor.*
& *Theodoſ.* decreuere *in l. fin. C. de captiu.*
*& poſtlimin. reuerſ. Ne quando enim dam*
*ni conſideratio in tali neceſsitate poſſitis ne-*
*gari faciat emptionem; decet redemptos,*
*aut datum pro ſe precium emptoribus reſti-*
*tuere; aut laboris obſequio, vel opere quin-*
*quennii, vicem referre beneficii*, exornat
(ſic tradens) *Baez. de inope debitor. cap.*
1. *num. 65.*
84 Circa victum, † veſtitumque ab
hoſtibus captis præſtitum, iidem ipſi
Imperatores ibidem ſic decernunt: *Di*
*uerſarum homines prouinciarum, cuiuslibet*
*ſexus, conditionis, ætatis, quos barbarica*
*feritas captiuitatis neceſſitate tranſuexe-*

r

*rat, inuitos nemo retineat, ſed ad propria redire cupientibus libera ſit facultas. Quibus ſi quicquam in vſu veſtium, vel alimoniæ impenſum eſt; humanitati ſit præſtitum: nec maneat victualis ſumptus repetitio.*

85 Cum alteri cuilibet, † qui ex legis, aut hominis diſpoſitione ad alimentorum præſtationem adſtrictus non ſit, eorum concedatur repetitio, vt & in auia pro nepotis alimentis expendendente (ex *Pii Antonini* decreto) *Paulus* reſpondit, *in l. Neſenius, 37. D. de negot. geſt.* eamque regulam (ex *l. 1. l. Alimenta, 11.* & *l. Quod in vxorem, 13. C. eod. titul.* multorumque auctoritate) eruditiſsimus *Petr. Surd.* aſsignat in ſuo vtili *de aliment. tractat. tit. 6. quæſt. 1. num. 1.* latè *numeris ſeqq.* ornans.

Sic etiam pro libertate, redemptio-
86 neque filii à parentibus impenſum † repeti non poſſe, ſed pietate ductrice ſolutum expenſumque videri *Diocl.* & *Maxim.* ſanxêre, *in l. Liber captus, 17. C. de captiui. & poſtlimin. reuerſ.* inquiũt enim: *Quo genere matre filium redimente cum huiuſmodi contractus non de mercede, ſed de triſtitia repudianda, cogitatur: voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri reſtituit.* Pauciſque interiectis: *Propietatis itaq; ratione ab hoſtibus redempto filio, facti te penitere, ac de precio quiſquam tractare, non conuenit.* Ideoque nec in legitimam redemptionis precium, proque ea impenſũ imputari poſſe, apparet, proficẽturque *Bald. ibid. numero 3. & in auth. Ex teſtamento, ſub num. 35. verſ. Quarto, C. de collat. Bart. in l. Stichus, num. 3. D. de pecul. legat. & in l. Frater à fratre, numero 58. de condict. indebit. Deci. conſil. 628. num. 2. Alciat. de præſump. regul. 1. præſumpt. 32. num. 2. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 36. ſub numero 138. verſ. Et idem quoque, Ioan. Anton. Mangi.* (communem, & magis communem ſæpè affirmans) *de imputat. quæſtion. 42. numero 1. Anton. Gomez in l. 29. Taur. numero 29. Ioan. Garc. de expenſ. & melior. cap. 4. numero 12. Menoch. de arbitr. lib. 2. Eman. Rodrig. in ſumm. verb.* Captiuos, *cap. 41. num. 4. caſu 88. num. 29. Maſcard. de probation. tom. 1. concluſ. 554. nu. 68. & ſeq.* In fra-
87 tre † pro redemptione fratris expendente limitans *num. 70.* cum *Bald.* & *Decio,* ex affectionis diſparitate.

Limitat quoque *Gloſ. in dict. l. Liber captus, verb. Non conuenit,* ſi à principio
88 cum proteſtatione † repetendi, vel cõputandi precium redemptionis parens redimat, ex *dict. l. 1. C. de negot. geſt.* & *dict. l. Neſenius,* conducuntque à *Nobis* tradita *de priuileg. pauper. 2. part. queſt. 59. num. 12. & ſeqq.* Etſi in contrarium in hoc quoque caſu, ſi nulla filius bona pro redemptione habeat, ſuadent à *Nobis ibidem* prænotata, *num. 18.* probantia, nec proteſtationem quidem parentis credendi animo feciſſe, quidquam operari in his, quæ expendere, præſtare ve omnino neceſſe parens habet, vt aut repetere, aut in legitimam imputare nullo modo poſsit.

89 Ante litem conteſtatam † teſtes recipi non poſſe, *quæſt. 8. numero 389. & quæſt. 10. num. 94.* notamus.

Perdit tamen ea regula vires in li-
90 berali cauſa, † cum de ſtatu perſonæ agitur, ſecundũ *gloſ. in cap. Quoniã frequenter, vt lite non conteſt. verb. regulariter in fin. verſ. Et ſecundum quoſdam, & ibid. Hoſtienſ. num. 26. in caſu 21. Marian. num. 49. & 50. fallent. 53. & 54. Nell. in tract. de teſtib. num. 73. caſu 27. Farin.* cum aliis à ſe adductis, eod. tractat. *quæſt. 76. num. 43.*

91 Minutam ſolutionem † creditorem recipere non debere ſcitum, ex *l. Tutor. 41. §. Lutius, D. de vſur. & quæſt. 8. ſup.* aduertimus.

92 Pro libertate † vero eiuſque fauore, minutam ſolutionẽ, debitique partem creditorem accipere adſtringit *Paulus in l. Cum hæres, 4. §. Item ſi decem, D. de ſtat. liber. Si decem* (inquit) *hæredi dare iuſſus fuerit: etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus eſt.* Et notant *Alexand. in l. Quidam exiſtimauerunt, num. 7. & ibid. Iaſ. num. 6. D. ſi cert. pet.*

*Pirrh.*

*Pirrh. Maur. de ſolut. & oblat. cap. 30.*
*num.* 18.
Seruum quoque pignori obligatum
93 à debitore, ſciente, † & tacente credi-
tore manumiſſũ, liberum effici, pigno-
riſque remiſſionem à creditore factã
cenſeri, Imperatores *Verus*, & *Antonin.*
his verbis *in l.* 1. *C. de remiſſ. pignor.* de-
crêuere: *Si te manumiſſam, & in liberta-
te moratum, ſciente ea, cui pignoris nomine
obligatus diceris, Præſidi probaueris: ex cõ-
ſenſu creditricis remiſſam pignoris obliga-
tionem apparebit: & per hoc, iure te manu-
miſſum, nec ab hærede debitricis in ſeruitu-*
94 *tem peti poſſe, certum eſt.* Cum in aliis †
*Martianus* contradicat, *in l. Sicut,* 8. *§.
Non videtur, D. quib. mod. pign. vel hy-
poth. ſolu.* inquiens: *Non videtur autem
conſenſiſſe creditor, ſi ſciente eo, debitor rem
vendiderit: cum ideo paſſus eſt venire, quod
ſciebat vbique pignus ſibi durare.* In præ-
95 iudicialibus † namque tacentem pro
conſentiente haud quaquam haberi,
multis *in Axiomatib. lit. T. num.* 5. oſtẽ-
dimus.
96 Morte mandantis † finiri mandatũ
peruulgatũ eſt, *in Axiomatibuſque iur.
lit. M. num.* 36. plenè tradidimus. Li-
97 bertati † tamen & id *Iulianus* dedit, *in
l. Si pater, 4. D. de manumiſ. vindict.* (&
*ibid.* notauit, *verb. Fauore, Accurſ.*) vt
nec mandantis morte expiret. Multiſ-
que relatis profitentur ſic *Anton. Gabr.
commun. concl. tit. de procurat. concl. 2. nu.
33. & Trigon. ſingul.* 81.
98 Exoſam, iureque damnatam peda-
giorum, † tallearumve impoſitionem,
(vt *in prim. de priuileg. pauper. parte,
quæſt.* 38. *num.* 2. *& ſeqq.* ornâmus) per-
99 miſſam, & licitam libertatis † redem-
ptioniſque cauſa reddit: poſſe namque
licitè pro ſua redemptione taleam iu-
ſte Principem imponere, firmant *Ni-
col. Boer. deciſ.* 126. *num.* 8. *& 9. Archie-
piſc. Florent. 2. part. ſumm. cap. 13. §. 2.
verſ. Tertius eſt, col. 1. Mieres de maiorat.
4. part. quæſt. 1. limit. 4. num.* 7. addens
8. ad contributionem hanc, etiam nobi
100 les † compellendos, cõfirmatque *Boer.*
*dict. loco, num.* 10. & *Auguſtin. Bero. conſ.*
101 81. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. In dominis †
etiam inferioribus ſuperioremque re-
cognoſcentibus amplianres, ſequimur
*Nos dict. quæſt.* 38. *num.* 15. Collectandi
102 ius licet de Regalibus † eſſe, nec alii
quam Imperatori, aut Regi ſuperio-
rem non recognoſcenti cõpetere, mul
tis *duobus præcedentibus numeris ibidem*
comprobâmus.
103 Inuito conferri beneficium, † ius
& ratio vetant. Ius, *in l. Inuito, 70. D. de
reg. iur. in l. fin. C. vnde legit.* pluraque a-
lia à *Nobis in Axiomatib. congeſta, lit.
B. num.* 8.
Ratio iuri inhærens: quia (vt *Quin-
tilian. declamat.* 7. ait) *Omnium beneficio-
rum iſta natura eſt, vt non ſit neceſſitas, ſed
poteſtas. Quidquid in honorem alicuius in-
uitum eſt, deſinit priuilegium vocari poſſe,
ſi cogas. Cũcta (ſi videtur) iura percurrito
nuſquam adeò pro nobis ſolicita lex eſt, vt*
104 *quod præſtat, extorqueat.* Libertatis, † ve
ro, redẽptioniſque fauore extorquet.
Pro ſui namque redemptione ipſiuſ-
met bona diſtrahere, vt illum à capti-
uitate, eo etiam renuente, liberet, Ter-
tio licet, cogiturque ratum habere re-
demptus. Ex notabili Imperatoris *Iu-
ſtinian* deciſione, *in auth. vt cum de ap-
pell. cognoſc. §. In huiuſmodi vero coll.* 8.
Cuius non verba omittamus oportet;
etſi Doctorum ad confirmationem,
numero parcamus; ſiquidem ſatis ea
per ſe firma, adiutorio non egent: Ait
enim: *In huiuſmodi vero cauſis, quãdo pro
Captiuorum redemptione neceſſarium fue-
rit dare pecunias: ſi quis proprias pecunias
non habuerit; licentia erit ei, ſi memoratæ
ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobi-
les, vel immobiles ſupponendi, ſiue propriæ
ipſius ſint; ſiue illius, qui in captiuitate de-
tinetur. Quoniã in prædictis omnibus, quæ
pro Captiuorum redemptione data, vel ex-
penſa probabuntur; contractus huiuſmodi
tanquam perſona ſuæ poteſtatis, & legiti-
mæ ætatis factos; ita firmos eſſe decerni-
mus: nullo eis, qui cum huiuſmodi perſonis
in memoratis cauſis, quo prædictum eſt,*
*modo*

*modo contraxerint, præiudicio generando: neceſſitatem ſcilicet habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis tanquam ſuis debitis obligari.* Ex quo cum *§. præcedenti*, quinque mirabilia, *verb. Debitis*, notanda aduertit *Accurſ.* quorum pleraque iam ſuprà notamus. Probauitque diſpoſitionẽ prædictam *text. in l. 6. titul. 7. part. 6.* in fin. *E non ſe pueden ende eſcuſar los herederos ſobredichos, maguer digan que non recibieron mandado de los Catiuos para vender, ò obligar ſus coſas, por razon de quitallos. Cà ſin ſu mandado las podrian ellos vender, e obligar tambien como las ſus coſas proprias.* Conueniuntque latè à *Nobis* deductis *prædicta quæſt. 51. per tot.* ex text. etiam, *in l. fin. C. de teſtament. manumiſ.* in inuitum conferri libertatem poſſe, teſtatur *Iaſ. in addit. ad Port. in princip. inſtit. quib. mod. tol. oblig. numero 3.*

Proque libertate pœnitus extraneis
105 † agere licere, tradit (ex *l. 1. D. de liber. homin. exhib.*) *Arias Pinel. in rubric. C. de bonis matern. part. 2. num. 6. ante fin.* Cũ
106 intereſſe ceſſante, † repelli agentem, multa iura decernant, quæ adducimus Axioma formantes, in *noſtris, lit. I. nu. 92. & ſeqq.*

Ex *filii*, vel *conſanguinei* nominatio-
107 ne, † nec filiationem, nec conſanguinitatem probari Imperatores *Dioclet.* & *Maxim.* ſanxere, in *l. Non epiſtolis, 13.* & *in l. Non nudis, 14. C. de probat.* Gordian. *in l. 4. & 5. C. de hære. inſt.* probatq; *text.* & *ibid.* notat *Gloſ. verb. Nominatus, in cap. Per tuas, 10.* extr. *de probation.* aſſeruntque *Petr. Dueñ. regul. 341. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 53. num. 38. Aluar. Valaſc. conſult. 177. numero 9.* pleniſsimè *Ioſeph. Maſcard. de probationib. tom. 2. concluſ. 790. per tot.*

Ex nominatione autem *filii* à domi-
108 no † de ſeruo facta, ſi nõ filii iura, libertatẽ tamẽ ſeruo competere, *Iuſtiniano* Imperatori placuit, *in §. fin. inſtit. de adoptionib.* libertatisque fauore notarunt *Petr. Rebuff. in tractat. de nominat. quæſt. 1. num. 6.* & *Ioſeph. Maſcard. dict. concl. 790 num. 44.*

Multa prꝛterea alia iura libertati fauentia extant; quorum præcipua (ob materiæ in frequentiam) ſummatim referemus. Adeſt in primis Pauli notabile reſponſum, *in l. Iulius Paulus, 80. D. de condit. & demonſtr.*

Vbi libertatis fauore, coniunctio-
109 nem dictionem ve coniunctiuam † naturam ſuam perdere, nec coniungere, libertatemque alicui, cum alio ſimul relictam, ſi quid præſtiterit, eo etiam non præſtante, coniunctum liberum eſſe, affirmans.

Pro libertate præſtanda, hæredem
110 nominatum ſuſpectam † etiam hæreditatem ex benignitate adire compelli *Papinianus* docet, *in l. Non eſt cogendus, 53. D. ad S. C. Trebel.*

111 Libertas deinde directè † relicta, quæ ideò ſubtili iure inutilis foret, ad fideicommiſſariam trahi, *Vlpianus* eſt auctor, *in l. Generaliter, 24. §. Si quis ſeruo, D. de fideicommiſſar. libert. Si quis ſeruo pignorato* (ait) *directam libertatem dederit; licet videatur iure ſubtili, inutiliter reliquiſſe: attamen, quaſi fideicommiſſaria libertate relicta, ſeruus petere poteſt, vt ex fideicommiſ. liber fiat. Fauor enim libertatis ſuadet, vt interpretemur ad libertatis præſtationem accedere teſtamenti verba, quaſi ex fideicommiſſo fuerit ſeruus liber eſſe iuſſus. Nec enim ignotum eſt, quod multa contra iuris rigorem pro libertate ſint conſtituta.*

112 Conditione deficiente, † ſubqua legatũ relictum eſt, legatum deficere; nõ vero libertatis legatum, *Vlpianus* demonſtrat, *in l. Si ita ſcriptum, 16. D. de manumiſ. teſtam.* Eius ſunt verba: *Si ita ſcriptum fuerit: Cum Titius annorum 30. erit, Stichus liber eſto, eique hæres meus fundum dato: & Titius ante quam ad annum 30. perueniret, deceſſerit: Sticho libertas cõpetet; ſed legatum non debebitur. Nam fauore libertatis id receptum eſt, vt mortuo Titio tempus ſupereſſe videatur, quo impleto*

*pleto, libertas contingat. Circa legatum, defeciſſe conditio viſa eſt.* Notantque *ibid. Accurſ. verb. Impleto,* & *verb. Defeciſſe.* Et *Nos in Axiomatib. lit. C. num.* 108.

Legatum rei alienæ, cum teſtator
113 ſuam eſſe † putaret, inutile *Iuſtinianus* edixit, *in §. Non ſolum, verſ. Quod autem dixi, inſtit. de legat.*

114 Libertatis † autem legatũ, ei quoque ſeruo, quem ſuum teſtator arbitrabatur factum, ea nõ contineri ſanctione, tenerique hæredem, & redimere, & manumittere illum, *Paul.* reſpondit, *in l. Paulus, 39. D. de fideicommiſſ. libert.* Eius tranſcripta verba ſunt: *Paulus reſpondit: Etſi alienus inueniatur ſeruus, quẽ vt ſuum teſtator ab vno ex hæredibus voluerit manumitti, tamen cogendum eum qui eſt rogatus, redimere eum, & manumittere. Quoniam non putauit ſimilem eſſe cauſam libertatis, & fideicommiſſi pecuniarii.*

Nec mirabile minus, quod idem ipſe *Paul.* immediatè ſubnectit: *Paulus*
115 *reſpondit,* his verbis: *Crede mihi Zoile,* † *gratias tibi referet filius meus Martialis; imò non tibi ſolum ſed & filiis tuis. In plena voluntate defuncti contineri, citra beneficium coniunctis perſonis, & Zoilum, qui ſi ſerui ſint, nihil gratius his præſtari poſſe, quam libertatem: ideoque Præſidem debere ſequi voluntatem defuncti.*

Cum generalia, iactantia, vel adulatoria verba (vt ſunt prædicta) nec pro
116 bationem faciant, † nec obligationem inducant, iuxta diſpoſitionem *text. in cap. Cum veniſſent, 6. de inſtit.* in verbis illis: *Reſpondit, quod non ſolum in illo, ſed de omnibus reditibus ſuis faceret, quod ſibi placeret.* Notantque *ibidem Canoniſtæ, text. & ibi DD. in l. Sciendum,* 19. §. 1. *D. de ædilit. edict. Andr. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.* 51. *Franc. Viui. commun. opin. tom.* 2. *lib.* 8. *titul.* 22. *num.* 43. *Cald. Pereyr. de nomin. emphyt. quæſt.* 1. *num.* 39. Latiſsimè *Nicol. Genua, in addition. ad lib. 3. de ſcript. priuat. titul. de liter. offic ſeu reuerentialib. per tot. Balthaxar. Thomas* (poſt hæc ſcripta viſus) *tractat.* 10 *ſuorum tractatuum, titul.* 2. *de ſpecial ib. vel priuileg. piæ cauſ. cap.* 54. *Ioſeph. Seſſe Arag. deciſ.* 182. *num.* 13. *Stephan. Gratian. deciſ.* 156. *num.* 14. Cõueniũt in Baccharam (omnia offerentem, nihil præſtantem) *Martialis epigrammat. lib.* 7. *epigr.* 91. carmina:

*Si quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum,*
*Bis nobis dicis Bacchara, terque die.*
*Appellat rigida triſtis me voce ſecundus,*
*Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.*
*Penſio te coram petitur, clareque palamque:*
*Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.*
*Eſſe queror gelidasque mihi, tritasque lacernas:*
*Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.*
*Hoc opus eſt, ſubito fias vt ſidere mutus;*
*Dicere ne poſſis, Bacchara, quid ſit opus.*

Verba pariter enunciatiua liberta-
117 tis gratia † probare, diſpoſitionem, & obligationem inducere, eiuſdem *Pauli* reſponſum *in dict. l. Paulus* ſuadet, affirmatque (ſuo licet more, à piæ cauſæ ſimilitudine petita) *Ioan. Mar. Nouar. hoc eodem tract. de priuileg. miſerabil. per-*
118 *ſonar. priuileg.* 13. Cum in aliis † nec probare, nec diſponere, in vulgare tranſierit Axioma, ex *l. Si quis ita inſtituatur hæres, ſi legitimus, D. de hæred. inſtit. l. Lutius Titius teſtamento, §. Quisquis mihi hæres erit, D. de legat.* 2. quam plurimiſque aliis authoritatibus comprobatũ *in noſtris, lit. V. num.* 90. *&* 91.

Multas præterea libertati fauentes leges cumulauit *Gregor. Lop. in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 3. *gloſ.* 7. *verb. Todos los derechos del mundo.* Quibus & nouiores Regias adde, *toto* ferè, *titul.* 11. *lib.* 1. *nouæ Reg.*
119 *collect.* quatenus *lex* 1. ſtatuit: † *Que ſi ſe reſcataren por ganados, que huuieren de dar por ſus redempciones, que los nueſtros Almojariſes, y guardas de las ſacas no les tomen*

*por ello derecho de diezmo, ni medio diezmo, ni otro derecho alguno.*

120 Lex ſecunda: † *Que quandoquiera que algunos Christianos que huuieren eſtado captiuos en tierra de moros, y ſalieren de captiuerio, por ſer redimidos, o por otra manera qualquier: que no ſean obligados a pagar por ſi derecho alguno a los Almojarifes, ni a otro pueblo, ni perſona alguna, por lo q̃ pagaron por la redempcion, ni por otra cauſa alguna.*

121 *Lex tertia*, † dominum captiui Mauri, eũ ad captiui Chriſtiani redemptionem vendere cogit precio, modoque ibidem aſsignato, retractu etiam pro ſeruo maiori precio in publica ſubhaſtatione vendito, conceſſo.

122 Item officia publica, † conſumptioni obnoxia, quæ captiui obtinebant, nõ extingui, poſſeque eadem ipſa captiuos renunciare, legibus contrariis non obſtantibus, decernit *l.* 16. *titul.* 3. *lib.* 7. *nouæ Reg. collect.* modumque præfinit.

Denique non legis ſolum, ſed præ-
123 cipuam Deos † curã habere de ſeruis oſtendit, exemplisque confirmat *Macrob. Saturnalior. lib.* 1. *cap.* 11. eos ſimul commendans, ac multos, & eximios viros Poteſtatis, & Philoſophiæ Principes ſeruos recenſens.

## VTRVM MILITES Miſerabiles ſint perſonæ? Vtque Miſerabiles noſtræ *legis vnicæ*, C. *quand. Imperat. inter pupill. & vid.* priuilegio gaudeant? quibuſque fruantur aliis?

## *SVMMARIVM.*

1 *Militia tripartita eſt. Armata, Cœleſtis, & Legalis. Alteræ etiam Militiæ diuiſiones, num.* 21. *& ſeqq.*

2 *Armata Militia in multiplici eſt differentia. De cuius natura, num. ſeqq.*

3 *Ad legitimam, & ordinariam Militiã qui, & qualiter recipiebãtur, ac inſtruebantur?*

*Plagas vitandi, & inferendi, quis primus Militibus præcepta dedit? ibid.*

4 *Ad Militiam admiſſi, non ſolum initio, ſed quotannis Sacramentum præſtabant. Deque eius forma.*

5 *Verus Miles præſtare quinque debet. Et quæ? remiſ.*

6 *Tumultuaria Militia quæ? Qui, & qualiter ad eam recipiebantur?*

7 *Auxiliaria, Legionariave Militia, quæ? De vtriuſque qualitate, diſcrimine, & Militum numero.*

8 *Legio quibus Militibus conſtabat?*

9 *Equeſtris, & pedeſtris Militia, quæ? & vnde dicta?*

*Peditũ Militia in multiplici differentia, ibi remiſ.*

10 *Exercitus quid ſit?*

11 *Stationarii, ſeu Præſidiales Milites, qui?*

12 *Militia Cœleſtis (Clericorum nempè) ad terreſtris, armatæque Militiæ ſimilitudinẽ componitur. De vnaque ad aliã argumentum procedit.*

13 *Quatuor Militarium Ordinum equites an Cœleſti huic Militiæ adſcribantur? Et an Eccleſiaſticæ, aut Religioſæ perſonæ dicantur? & num.* 29.

14 *Legalem, Togatamque Militiam Aduocati conſtituunt. De Militibus que ad Aduocatos argumentum procedit, & num.* 56.

15 *Aduocati Militum, nobiliumque priuilegiis gaudent.*

16 *An vt relatorum priuilegiis Aduocati fruantur, & actu Aduocationis officium exerceant, & in Aduocatorum matricula ſint deſcripti, ſit neceſſum? & num. ſeqq.*

*Miles nomine, non exercitio, Militum priuilegiis non gaudet, ibid. & num.* 23. *& ſeqq.*

17 *Miles in militum matricula non deſcriptus, non Miles, ſed priuatus dicitur, nec Militaribus vtitur priuilegiis.*

18 *Aduocatus in matricula Aduocatorum deſcriptus eſſe debet, anteque aliorum deſcri-*

*deſcriptorum priuilegiis non fruitur. Et an ad id prius in Regio Senatu, Cancellariis, vel Audiētiis admiſſi eſſe debeant? num. 20.*

19 *Doctor, vel Aduocatus nomine, nec docens, aut poſtulans, Doctorum, vel Aduocatorum priuilegiis non vtuntur: miniſterium ſuum exercentes, vtuntur, caſu præſumptæ iuris ignorantiæ dempto.*

22 *Principes viri qui ab Imperatore Romano maiora feuda tenent, non niſi dum in caſtris pro Imperio, aut Republica militant, Militum priuilegiis gaudent.*

23 *Aurati equites, ſiue quos* de eſpuela dorada *vocitamus (idem enim ſunt) nomine tenus dicuntur Milites, nec eorum fauores merentur. & num. ſeq.*

*Tormentis tamen ſubiici, aut in carcerem pro ciuili debito detrudi nequeunt, num. 26.*

25 *Priuilegia denegantur his, qui munus quod profitentur non implent.*

27 *Nobiles nec tormentis ſubiici, nec in carcerem mitti pro ciuili debito poſſunt. Quidque circa id apud exteros, noſtrates ve conſuetudo induxerit?*

28 *Simpliciter nobiles Milites ſolum imaginarii dicuntur, nec Militum gaudent priuilegiis, & num. 30.*

29 *Trium Militarium Ordinem equites Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ an Ordinariorum Iudicum iuriſdictioni ſubſint? Militumque priuilegiis vtantur? & num. ſeq.*

31 *Equites armati an, & quibus fruantur exemptionibus?*

32 *Milites noſtri temporis an antiquorum Militum iure vtantur?*

33 *Miſera Militantum deſcribitur conditio. Miſerabiliumque fauorum dignos contenditur. Contra num. 42. & ſeqq. Diſtinguitur num. 59. & ſeqq.*

*Vita humana Militia dicitur, dict. num. 33. & 55.*

34 *Amans Militanti comparatur.*

35 *Miles, ſiue Militia vnde dicta? quæque in Milite qualitates adeſſe debeant?*

36 *Militibus in bello, aut etiā in pace ſine labore diem tranſigere, indecorum.*

37 *Nullum aliud ad Militaris gloriæ culmen, quam per labores iter. Ad illorumque menſuram erogari Militaria priuilegia debent.*

38 *Nil tam Militibus decorum, quam vulneratam oſtendere faciem.*

39 *Milites in vmbra mortis ſedent, ad bellumque euntes, vt morti proximi, ad perpetuam rei memoriam teſtes recipi poſſunt.*

40 *Et à quibus caſibus, & cenſuris, vt in mortis articulo in prælio exiſtentes, abſolui.*

41 *Nulli alii quam Milites, aut priuilegiis, aut maiori commiſeratione digni exiſtunt.*

43 *Militiam dignitatem eſſe, multis placuit: Honorem, omnibus, & numero ſeq.*

44 *Serui à glorioſo Militiæ bonore, capitis pœna, arcentur.*

45 *Liberi quoque ſtatus controuerſiam patientes, aut infamiæ ſuſpitione affecti, ab eo remouentur.*

46 *Ruſticæ ſordes cum Militiæ bonore non conueniunt.*

47 *Capite cenſos (quod eſſent inopes) ad arma publica Antiquitas non admiſſit. Et de borum natura, & conditione, nu. ſeq. remiſ.*

49 *In Milites non niſi Romani Ciues eligi ſolebant.*

50 *Qui pro Republica ceciderunt, per gloriam viuere intelliguntur.*

*Cimbrorum, & Celtiberorum mos, ibidem.*

51 *Vera nobilitas, ſtemata, & Imagines à Militia proceſſere & bellica virtus ex priuata, & humili ſæpè fortuna ad ſummum Maieſtatis faſtigium Milites euexit.*

52 *Imperator non niſi Miles diligendus.*

54 *Pericula vbique.*

56 *Aduocati Togatæ Militiæ prætexta* legis *noſtræ* vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & vid. *forique priuilegio nullatenus gaudent, ni alia fortunæ iniuria laborent.*

57 *Miles an vt potens, difficilisque conuentionis, ad Principem trahi debeat?*

*Volun.*

58 *Voluntarie miſero an lex noſtra vnica ſuccurrat.*

60 *In expeditione qui Milites eſſe dicantur? Quique actu militantium priuilegiis gaudeant? & num. ſeqq.*

*Doctor ſtipendiatus pro abſentiæ tempore, ſuperioris licentia factæ, ſtipendium, ſalariumve conſequitur, ibid. dict. num.* 60.

61 *Receſsiſſe non dicitur, qui animum reuertendi habet.*

63 *Spolia inter Milites qualiter diuidenda?*

64 *Quæ hodie Militibus ſtationariis, aut Præſidialibus, nec militantium actu, iura conceſſa extent?*

66 *Miles in expeditione exiſtens, rei partes ſuſtinens, tam in ciuili, quàm criminali cauſa coram Magiſtro Militum cuius ſubeſt imperio, conueniendus eſt. Limita & intellige vt num. ſeq.*

68 *Miles ſuper cauſa ciuili, vel etiam criminali cuius cognitio, coercitioque ad Militum Magiſtrum pertinet, à perſona miſerabili conuentus, neque ad alium iudicem, neque ad Principis tribunal euocari poteſt.*

69 *Nec ſuam Miles ad alium iudicem, aut tribunal poterit tunc cauſam deferre.*

*Milites in iudicem non ſuum conſentire nequeunt, ibi.*

70 *Miſerabilibus maliciose agentibus fori non competit priuilegium.*

71 *Præcipui Militibus iudices ſunt conſtituti, ne caſtra deſerant.*

72 *Atrotiora crimina Miles committens, extra Militum numerum remanet, militari honore priuatur, proque illorum punitione coram locorum Ordinariis conueniri, vel coram Principe poteſt.*

*Quidque hodie* en las Guardas de Caſtilla, y la gente de la Caualleria, y Infanteria de la coſta del Reyno de Granada. *ſancitum? num.* 76.

73 *Pro morte ſimpliciter illata, factove commiſſo, an ad Principem in prima cauſæ cognitione criminoſus deferatur?*

74 *Miles agens conuenire in foro ſuo reum debet, num. ſeq. &* 77.

75 *Miles non niſi à iure expreſſis priuilegiis gaudet.*

78 *Extra expeditionem degentium cauſæ (ſiue quòd ſponte Militiæ vale dixerint; ſiue quod emeritorum locum ſponte, vel inuiti teneant) an & quando coram Militum Magiſtro diſcuti poſſint?*

*Cuius ætatis à militari exercitio Miles excuſetur, emenſionemque obtineat? ibid.*

*Veteranorum priuilegia, ibid. remiſ.*

79 *Milites extra expeditionem, propiisque in laribus degentes, an in contributionibus, & collectis cum paganis concurrant?*

*De Militibus, quos* Hombres de Armas, *aut* Continuos *appellamus, ibid. remiſ.*

81 *Militum priuilegia qui tractarint, ac recenſuerint? & num.* 200.

82 *Subſtitutio compendioſa, quæ facta verbis directis, poſt tempora pubertatis euaneſcit; Militis obliquatur fauore.*

83 *Directa, quæ poſt tempora pubertatis fieri non poteſt: à Milite fieri valet, & num. ſeq.*

85 *Hæreditas codicillis directo dari, neque adimi poteſt.*

86 *Miles hæreditatem hoc modo legis permiſſione relinquit.*

87 *Militis codicilli, etiam ſi ad teſtamentum non referantur, per ſe ſolum ſtare poſſunt.*

88 *Semel hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres. Fallit in Milite, num. ſeq.*

90 *Ius accreſcendi etiam inuitis accreſcit. Non tamen Militi, num. ſeq.*

92 *Decedere non poteſt quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

93 *Miles poteſt.*

94 *Hæreditatem reſtituere rogatus Trebellianicam detrahit.*

95 *In teſtamento Militis non detrahitur.*

96 *Et idem in Falcidia. Niſi hæreditas legatis exhauſta ſit, & num. ſeq.*

98 *Miles vltra dodrantem grauare hæredem poteſt, non paganus.*

*Ver-*

99 *Verba obliqua nunquam trahuntur ad directa: contra vero ſic.*

100 *Militum obliqua verba directantur.*

101 *Pactum futuræ ſucceſſionis non valet.*

102 *Militari fauore limitatur.*

103 *Omne regulariter teſtamentum querela reſcindi poteſt, ſi in eo filius exhæredatus ſit.*

104 *Militis teſtamentum querelæ non ſubeſt.*

105 *Verba enunciatiua incidenter, & propter aliud emiſſa non diſponunt, nec probant.*

106 *Fauore Militis limitatur.*

107 *Obſcurè interroganti non eſt à iure Cõſulto, vel Imperatore reſpondendum. Niſi Militi, & num. ſeq.*

109 *Vaſſallis ad inueſtituram petendam, annus & dies conceſſus eſt.*

110 *Militi annus & menſis datur.*

111 *Pro debito quilibet in carcerem mitti poteſt.*

112 *Miles non poteſt, & n. ſeq. & 114.*

113 *Nobiles pro ciuili debito in carcerem mitti nequeunt.*

114 *Milites non in plus quã facere poſſunt, conueniuntur, & num. 172.*

*Qui vltra id, quod facere poſſunt cõueniri nequeunt, in carcerem detrudi ea ratione non valent, ibi.*

115 *Teſtamentum quas iuris ſolemnitates requirat? remiſ.*

116 *Nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant. Et aliter conditum, non teſtamentum proprie eſt, ſed abuſiuè.*

117 *Militibus teſtamentorum ſolemnitates ſunt remiſſæ. Et quæ in eis requirantur? & num. 182. & 183.*

118 *Non ſolum teſtandi ſolemnitates actu Militantibus remittũtur; ſed etiam paganis qui iure militari vltima condidere elogia, Militeſque deceſſere. Limita & intellige vt num. ſeq.*

120 *In teſtamento teſtes rogati eſſe debent. Et quid hodie de iure Regio? num. ſeq.*

121 *In Militis teſtamento teſtium rogitus neceſſarius non eſt.*

122 *Filius aut inſtitui, aut exhæredari nominatim debet, ne præteritus teſtamẽtũ rumpat.*

123 *Militi neceſſitas hæc à lege impoſita non eſt.*

124 *Filio non poteſt quis pupillariter ſubſtituere, niſi ſibi prius teſtamentum faciat.*

125 *Militi permiſſum eſt pupillo tantum, ſibi etiam teſtamento non facto, ſubſtituere.*

126 *Idem in exemplari ſubſtitutione, quæ à Milite ſimiliter validè fit.*

127 *Filiusfam. Miles non ſolum de caſtrenſibus teſtari, ſibique teſtamentum facere poteſt; ſed etiam filio pupillo, & nu. ſeq.*

129 *Ad pupillarium tabularum confirmationem, hæreditatis aditio requiritur.*

130 *Militis etiam hæreditate non adita, ſuum ſortiuntur effectum.*

131 *Filio emancipato ſubſtitui non poteſt.*

132 *Miles ſubſtituit.*

133 *Cum duobus teſtamentis mori quis nõ poteſt. Miles poteſt, num. ſeq.*

135 *Capite damnati teſtamenti factionem non habent, eorumque bona publicãtur. Et quid de iure Regio? ibid.*

136 *Miles an, & quando ſuperiori caſu, teſtamenti factionem iure habeat militari?*

137 *Incertus de ſtatu ſuo teſtari non poteſt.*

138 *Miles poteſt.*

139 *Surdus, & mutus nõ teſtãtur niſi ſint Milites, & nu. ſeq.*

141 *Mulieri (in quam etiam turpis ſuſpitio cadere poteſt) libere relinquitur.*

142 *Militi reſiſtit lex ne donet, eive aliquid relinquat.*

143 *Limita in donatione obmerita facta.*

144 *Et an donatio huiuſmodi à Milite facta, iuramento firmetur? remiſſiue.*

145 *Deportati, de iure communi, hæredes inſtitui non poſſunt, neque alius quilibet ſeruus pœnæ effectus.*

146 *Inſtituuntur à Milite.*

147 *Cauſæ meri, & mixti imperii delegari non poſſunt. Et quid ius Canonicum, conſuetudoque induxerit? remiſiue.*

148 *Fauore Militum delegantur.*

149 *Regula Catoniana in teſtamento cuiuſque locum habet.*

150 *In teſtamento Militis conſiderabilis non eſt.*

151 *Ignorantia iuris nemini prodeſt, quin officere ſolet.*

152 *Militi non nocet.*

153 *Priuilegium fori pendente iudicio ſuperueniens, quem iuriſdictione non eximit.*

*Nec Clericos, poſt delictum ſaltem in iudicium ſeculare deductum (ex magis cõmuni, receptiorique ſententia) ab eo eximet, num. ſeq.*

155 *In Milite armatæ Militiæ quid?*

156 *Vxori, vel medico alicuius læſi, ſi ex cauſa probabili, & neceſſaria abfuiſſet, non ſuccurritur ex clauſula* Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur.

157 *Vxor, & medicus Militis fauore militari reſtituuntur.*

158 *Peremptoria exceptio poſt ſententiam opponi non poteſt.*

159 *A Milite opponi poteſt.*

160 *Tutelam (vt munus publicum) quilibet ad ſuſcipiendum cogitur.*

161 *Miles nec cogitur, nec volens admitti ad illam debet, & à ſuſcepta liberatur, niſi tutela filiorum ſui commilitonis ſit.*

162 *Milites à cœteris perſonalibus muneribus immunes exiſtunt.*

163 *Et quid in realibus? Et his, quæ à mercimonio proueniunt?*

164 *Laqueo vitam finire, qui delinquentes debeant, remiſ.*

165 *Miles non laquei morte, ſed honeſtiore punitur.*

166 *Limita in atrocioribus delictis, latrociniis præcipuè.*

167 *Res empta alterius nomine, cum pecunia mea, non eſt mea, nec ea ratione vindica ri poteſt, nec cæteris creditoribus anterioribus pecuniæ dominus in re præfertur.*

168 *Si ex Militis pecunia comparata ſit, ſecus.*

169 *Verè contumax ab appellando excluditur.*

170 *Miles ruſticus, & minor appellant.*

171 *Condemnatus ad ſoluendum, ſoluere præciſe cogitur, nec coactionem euitat ſi promiſſorem de ſoluendo dare paratus ſit.*

173 *Miles bonis cedere non poteſt.*

174 *Priuilegio fori quilibet renunciare poteſt.*

175 *Miles, & Clericus non poſſunt.*

176 *Pupillariter filio ſuo ſubſtituendo, facere quis non poteſt, vt pro parte teſtatus, inteſtatus pro parte decedat.*

*Subſtitutio pupillaris pars, & ſequela eſt paterni teſtamenti, nec poteſt fieri, niſi ſibi prius teſtamentum faciat pater, ibid.*

177 *Miles poteſt.*

178 *Præteritione matris querellæ ſubiicitur teſtamentum, quia loco exhæredationis habetur. In Milite ſecus, numer. ſeq.*

180 *In paganis patrimoniorum diſtinctio non cadit.*

181 *Miles inſtituendo vnum in vno patrimonio, & alium in alio, hoc ipſo declarat, ſe priuilegio militari vti velle.*

182 *Ad probandum alicuius teſtantis voluntatem, ſicut in teſtamento, ſeptem deſiderantur teſtes.*

183 *In voluntate Militis probanda, duo ſufficiunt. Amplia num. ſeq.*

185 *Pro debito ciuili capi quis perſonaliter poteſt, niſi in propria domo, aut in Eccleſia extet.*

186 *Miles neque id pertimeſcit.*

187 *Teſtamentum ſimpliciter fieri debet, non ſpe lucri.*

188 *Inter Milites ſic quoque factum tenet.*

189 *In executione iudicati omnia debitori poſſunt auferri.*

*Mi-*

190 *Militibus arma relinquuntur, ſicut ſcholaribus libri, & num. 192.*

191 *Nobilibus arma, habitationisque domus relinquitur, in quibus, aut in eorum perſonis executio fieri non debet.*

193 *Patris efficit præteritio, vt teſtamentum ſit ipſo iure nullum.*

194 *Miles ſciens ſe filios habere, ſi alios hæredes ſcripſerit; tacite eos exhæredaſſe intelligitur.*

195 *Filii agnatione an Militis teſtamentũ rumpatur?*

196 *Filiam in teſtamento appellans, & eidem legatum relinquens, an eam exhæredare videatur?*

197 *Et quid ſi Miles ſit?*

198 *Siquis ſeruum inſtituerit, eique libertatem reliquerit in eodem teſtamento, eidem hæreditas ſola ſine libertate adimi non poteſt.*

199 *Miles poteſt ſeruum hæredem inſtituere, deinde exhæredem ſcribere.*

200 *Filiifam. Militis capite minuti, emancipati, vel in adoptionem dati à patre, teſtamentum valet.*

201 *In pagano ſecus.*

203 *Militibus in expeditione occupatis longi temporis præſcriptio non obeſt. Cæteris nocet, & num. ſeq.*

205 *Pro ferendo teſtimonio Milites euocari, cogique inuiti nequeunt.*

206 *Quilibet expreſſè non priuilegiatus teſtimonium dicere cogitur.*

207 *Miles ſine ceſſione agere poteſt, non alius.*

208 *Filiusfam. patre etiam permittente teſtari iure communi non poterat. Regio poteſt, num. 210.*

209 *Militi filiofam. de caſtrenſibus, aut quaſi, teſtari licet.*

211 *Lis nulla inter patrem, & filium eſſe poteſt.*

212 *Pro caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus poteſt.*

213 *Inter patrem, & filium donatio non conſiſtit.*

214 *Militiæ cauſa donatio filio à patre facta valet, caſtrenſeque efficitur peculium.*

215 *Inter coniuges donatio matrimonio conſtante prohibita eſt.*

216 *Si Militiæ contemplatione vxor marito donet, donatio valet, caſtrenſeque peculium donata reputantur.*

217 *Ex tempore, vel ad tempus hæreditas dari non poteſt.*

218 *A Milite poteſt.*

219 *Poſteriori teſtamento nō niſi perfecto, prius ſolemniter conditum rumpitur, irritumve fit.*

220 *Simplici Militis voluntate prius illius teſtamentum fit irritum.*

221 *Conficiendi inuentarii omnes hæredes obligatio tenet.*

222 *Miles qui inconſulte hæreditatem adiuit, inuentarii confectione omiſſa, an hæreditariis creditoribus in ſolidum teneatur?*

223 *Miles inuentarium non conficiens, an Falcidia priuetur?*

224 *Militum cauſæ breues, ſummariæque exiſtunt? Diebusque feriatis agitari poſſunt?*

225 *In ſportulis perſoluendis leuantur.*

226 *Adquiſita conſtante matrimonio etſi æqualiter coniugibus pertineant: quod maritus in bello lucratus eſt vxori non communicatur, niſi eius quoque expenſis militauerit.*

## QVÆSTIO XVII.

AD propoſitæ quæſtionis, non modò ornatum, ſed aptam, cōgruamque determinationem prius diſcuti oportet, quotuplex ſit militia? in quotuplicique ſint Milites differentia?

Probata communiter diuiſio tripar-
1 titam † Militiam aſsignat. Aliam Armatam; Cœleſtem aliam; tertiamque Legalem, vt (poſt *Bart.* & *Doctores in l. Miles, 6. D. de re iudic.*) tradit *Nicol. Boer. in conſuetud. Bitur. in gloſ. Eſt faict che valier, in princip. pag. mihi* 238.

De prima, ſunt tituli *Digeſtis*, & *Codice de re militar. Digeſtis, Codice, & inſt. de milit. teſtam.* cum multis ſparſim iuri

bus exiſtentibus. Ideque *Regio, l.* 1. *&*
*toto tit.*21.*part.*2.
2 Quæ item Militia in multiplici †
differentia extat. Legitima nempè, &
ordinaria Tumultuaria, Auxiliaria, aut
Legionaria, Equeſtris, & Pedeſtris, Sta
tionaria, ſiue Præſidialis. Ad primam
3 quarum, Legitimam † ſcilicet, nonniſi
ſelecti, iuratique ſinguli admittebātur.
Modum ſeriemque admiſsionis, ele-
ctionisve ad illam, ſic *Alex. ab Alex.*
*dier. Genial. lib.* 1. *cap.* 20. (ex antiquiorū
traditione) deſcribit: *Qui de militari diſ-*
*ciplina libros poſteris reliquere, eos haud fe-*
*rè quemquam minorem ſeptēdecim annis,*
*aut ſex & quadraginta maiorem, militiæ,*
*& tyrocinio adſcribi voluiſſe conſtat: idque*
*à Seruio Tullio vetere cenſione cautū fuiſſe*
*primum. Quod æuo ſubſequente, à Caio*
*Graccho ſancitum fuit. Cauſa autē hæc eſt,*
*quòd citra eam ætatem, aut ſuprà (velut im*
*maturos, aut præduros effectos) militiæ ru-*
*dimentis minimè idoneos putarunt. Ideò*
*vetus conſtitutum erat, iuuenes niſi poſt pu-*
*bertatem, & primo flore ætatis dum per*
*ætatem laborem militarem ferre poſſent, flo*
*rentes viribus; & eos ex vrbana, ſæpius*
*ex agreſti iuuentute, ruſticis operibus dura-*
*tos, militari Sacramento, & muneri adige-*
*re, ſingulosque militiæ per numerum, in*
*iuniorum tabulis adſcribere, qui* Catalogi
*dicti: illosque ex corporis habitudine ſi ap-*
*ti militiæ, ſi apto corpore, ſi ceruice erecta,*
*ſi fortis, & ſtrenuus, quæ ſpecies, qualiſque*
*vigor, & quod robur virium foret, inter-*
*noſcere, vt illorum forti, fidelique opera*
*Reſpublica vti poſſit. Nam nimis pinguē,*
*deformem, aut mancum, deſidem, aut vecor*
*dem, tanquam minus vtiles, militiæ non*
*adſcribebant. Quippe Cato Cenſorius pin-*
*guem militem (veluti Reipublicæ incōmo-*
*dum) iure inceſsuit, cuius inter guttur, &*
*inguem cuncta ſub ventris dominio forent.*
Merito inde Senec. epiſt. 44 *Caſtra*
*quoque quos ad laborem, & periculum reci-*
*piunt, faſtidioſe legunt.* Plura circa ordi-
nariam hanc militiam, deque Militum
electione *Veget. de re milit. lib.* 1. *cap.* 1.
2. 3. 4. 5. 6. & 7. Regiaque *lex* 2. *d. tit.*
21. *p.* 2. & aliqua per *Caſanæ. in catalog.*
*glor. mund p.* 9. *conſiderat.* 30. & aliis. *Qui*
*bus ad militiā admiſſis* (d. loco Alex. ab
Alex. addit) *primo anno cuſtos ſub quo diſ-*
*ciplinam ediſcerent, & magiſter ſub cuius*
*imperio tyrunculi acuerentur; publice daba*
*tur, ne expertes operum militariū arma tra*
*ctarent. Diuus vero Iulius equites Roma-*
*nos, aut Senatores armorum peritos ſub qui*
*bus militiæ neſcii erudirētur, magiſtros de-*
*dit: quorum præceptis imbuti, præſtando,*
*& peruigilando, militare rudimentum de-*
*ponerent, legesque pugnandi, & prælii nor-*
*mam, ac dicta internoſcerent. Primisque*
*Publius Rutilius Conſul, collega Cnei Mā*
*lii è ludo Corneli Scauri, doctioribus accer-*
*ſitis, plagas vitandi, & inferēdi, militibus*
*præcepta dedit. Inde ne temere, & ſine ar-*
*te pugnarent, vtque tyrones ſub diſciplina*
*eſſent, & militaribus imbuerentur præcep-*
*tis, Tribunis datum negotium fuit.* Idque
ipſum *Valer. Max.* prodit *lib.* 1. *tit.* 3. *de*
*militar. inſtit. cap.* 2.
Ad militiam vero admiſsi, non ſolū
4 initio; ſed quotannis † Sacramentū prę
ſtabant: in receptione licet diuerſus
mos extiterit. Nam *prius ſua ſponte decu*
*riati equites, centuriati pedites Sacramēta*
*mutuo præſtabant. Paulo deinde Æmilio,*
*& Terentio Varrone Conſulibus, tunc pri-*
*mum, quod nunquam ante factū, per Tribu*
*nos militum à voluntario Sacramento ad le*
*gitimū iusiurandum milites adacti fuere.*
*Quod quidē Imperator præſtare tenebatur*
*primus, ſuo mox ordine ſubſequebantur le-*
*gati, deinde Tribuni. Deinde Centuriones,*
*poſtea Decuriones, mox Præfecti caſtrorū,*
*demū Milites. Quod ſingulis annis Kalēdis*
*Ianuariis præſtabatur. Iurabant enim per*
*Deos ſolēne iusiurandū: poſtea in acta Prin*
*cipum ſe iuſſu Conſulum conuenturos, neque*
*in caſtris eorū iniuſſu, quæſitis occaſionibus*
*abituros: non fugæ, formidinisve cauſa ex-*
*tra ordinē receſſuros, niſi teli ſumendi, vel*
*hoſtis feriendi, aut Ciuis ſeruādi cauſa. Ne-*
*que in exercitu prope ve decem paſſuum mil*
*lia, pluris argenti nummi furtum facturos;*
*extraque haſtam, ligna, vtrem, follem: ſi*
*quid quod pluris eſſet, nacti fuiſſent; id omne*
*ad Conſules delaturos, aut dominis reddituros.* Verba ſunt *Alexandri ab Alexand.*
*eod.*

*eod. lib.* 1. *cap.* 20. Nec diſsimiliter *Aul. Gel. noct. Athicar. lib.* 16. *c.* 4. inquiens: *Quum delectus antiquitus fieret, & milites ſcriberentur; in ius iurandum eos Tribunus militaris adigebat in hæc verba: In Magiſtratu C. Lælii, C. filii COS. L. ve Corn. P. filii COS. in exercitu, decemque millia paſſuum prope, furtum non facies dolo, ſolus, neque cum pluribus pluris nũmi argentei in dies ſingulos. Extra haſtam, haſtile, ligna, pabulum, vtrem, follem, faculam, ſi quid ibi inueneris, ſuſtulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nũmi argentei erit, vti tu ad C. Lælium, C. filium COS. L. ve Cornelium P. filium COS. ſiue ad quem eorum iuſserit, proferas; aut profitebere in triduo proximo, quidquid inueneris, ſuſtulerisve dolo malo, aut dominio ſuo, Ciuum id cenſebis eſſe, reddes, vti quod rectè factũ eſſe voles.* Alia circa militare iusiurandum ex *Cincino lib.* 5. *de re milit.* proſequens, tradidereque multa *Carol. Sigon. de antiquit. iur. Roman. lib.* 1. *cap.* 15. *Claud. Cota. de iure, & priuileg. milit. lib.* 1. *cap.* 6. *per tot. Petr. Bellin. de re milit. lib.* 1. *titul.* 6. *num.* 1. 2. *&* 3. *Petr. Cabal. reſolut. crimin. cent.* 3. *caſu* 294. *num.* 51. *&* 52. & *Petr. Gregor. ſyntagm. iuris vniuerſ. lib.* 19. *cap.* 4. *num.* 1. *&* 2.

5 Quinque † præſtare militem debere, & dicunt, & referunt *Gloſ. vnic. in l. Milites,* 45. *D. ex quib. cauſ. maior. Abb. in cap. in noſtra, n.* 8. *de procurator. Alex. in l. Centurio, n.* 3. *D. de vulg. & pupil. Amad. de caſtel. in tract. ſyndicat. verb. Magnificum, & generoſum militem, n.* 37. *Petr. Antibol. in tract. de muner. §.* 4. *num.* 6. *Greg. Lop. in l.* 49. *tit.* 5. *p.* 5. *verb. Cauallero.* Eosque numerans, *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *Ordinam. verſ. Aduertendum tamen, pag. mihi* 763.

6 Ad Tumultuarum Militiam, † non conſuitò, ſed neceſsitate, caſuve inſtante recipiebãtur: nec ſinguli ſigillatim, ſed omnes in tumultu iurabant; quæ & *Coniuratio* appellabatur. Quo inſenſu, illud *Virgilianum Æneid.* 7.

*Simul omne tumultum.*
*Coniurat trepido Latium, ſæuitq; iuuẽtus.*

explicat ibidem *Seruius.* Nãque in tumultu Italico, vel Gallico ſingulos Milites propter imminentis periculi celeritatem, Sacramento rogatos non fuiſſe, obſeruat, ſed ſimul iuraſſe: ideoque Militiam illam *Coniurationem* dictam. De qua *Alex. ab Alex. d. lib.* 1. *dier. Genial. cap.* 20. *ad fin.* ſic ait: *Nonnunquã alio Sacramento milites adactos comperimus, cum ingens ſubeunda dimicatio foret, & in extremum diſcrimen res venit: vt niſi victis, debellatis fuſiſque hoſtibus victores forent: ſe ad caſtra nunquã redituros iurarent. Tum illud notatum eſt; quod ſi ab vniuerſo exercitu iusiurandum Conſuli præſtandum eſſet; ſatisfeciſſe, ſi Centurio, vel Tribunus exercitus nomine cõceptis verbis, ſublimi voce iuraret, omnisque multitudo, & ſinguli milites communi conſpiratione, & conſenſu in eadem verba, ſilentio in ſe quiſque iuret: Hocque iusiurandũ, ac ſi concepta verba ſinguli expreſſiſſent, per indeterere, ac Sãctum, & illibatũ haberi.* Quod & apud *Claudianum de bello ciuili, lib.* 1. extat:

*His cuncta ſimul aſſenſere cohortes,*
*Elatasque altè quæcumq; ad bella vocaret,*
*Promiſſere manus.*

7 De Auxiliaria vero, † Legionariave militia idemmet *Alex. ab Alex. eod. cap.* 20. hæc inſuper nectit: *Inter Auxilia tamen, minor, in Legionibus longe maior numerus adſcribi aſsueuit. Sed tamen Legionariorum & arma grauiora, & diſciplina fuit ſeuerior. Auxiliariorũ vero minor, nec tam exactæ diligentiæ, &c.* Deque Auxiliariis militibus ſacræ litteræ mentionem faciunt *Machabeor. lib.* 1. *cap.* 3. de Serone exercitus Siriæ Principe loquens: *Et præparauit ſe, & aſcenderunt cum eo caſtra impiorum, fortes Auxiliarii.* Et vtriuſq; frequens apud Cornel. Tacit. Sueton. Trãquil. Iuſtin. Herodian. aliosque hiſtoricos cõmeoratio. Cõſtabat autem Legio † (vt *d. lib.* 16. *cap.* 4. *in fin. Aul. Gel.* notat) centuriis ſexaginta, manipulis triginta, cohortibus decem.

8 Equeſtris militia, † quod equis milites inſidant, dicta, authore *Diuo Iſidoro etymolog. lib.* 10. *cap.* 4. Pedeſtris, quod

pedites eã exerceant. Meminit vtriuſ-
que *Iuſtinian.in l.Reſtituenda,6.§. Licen
tiam,C.de aduocat. diuerſor.iudic.* verbis
illis: *Vnum equitum, alterum ſcholæ pedi-
tum.* Zeno *in l.Neminem,17. C.de re mi-
lit.lib.12.* Valent. Grat. & Theodoſ. *in
l. 1. C. de offic.Magiſt. milit. procem. &
tot. tit. 21. part. 2. & l. 21.tit.23. ead.
part.* Eamque peditum Militiã in mul-
tiplici differentia eſſe, conſtat ex *Va-
ler.Max.lib.2.tit.de militar. inſtit.cap.3.
& tit.7. de diſciplin. milit. cap.4. Claud.
Cot.de iure, & priuileg. milit.lib.1.cap.
16.& Ambr.Calep.verb.Miles.* De vtra-
que pariter militia eſt in ſacris literis
mentio frequens, *Machabeor.1.cap.4.
Et aſſumpſit Gorgias quinquemillia viro-
rum, & mille equites electos.* Ibidemque:
*Et ſequenti anno congregauit Lyſias viro-
rum electorum ſexaginta millia, & equitũ
quinquemillia vt debellaret eos.* Et cap.6.
*Et erat numerus exercitus eius centummil-
lia peditum, & vigintimillia equitum.cap.
9.cap.16.*& alibi ſæpè.

Ex qua quidem componitur exerci-
10 tus, † cumque (ex *Vegetio de re milit. lib.
2.*) adſtruit *Petr.Gregor.ſyntagmat.iuris
vniuerſ.lib.19 cap.3.n.1.* Neque enim
aliud *exercitus eſt, quam peditum, atque
equitum ad gerendum bellum multitudo
collecta.* Veluti (ex eodem *Vegetio* tradit
*Petr.Bellenc.de re milit.lib.1.tit.3. num.
4.* Neque *exercitum* ( vt Vlpian. *in l.2.
§.Exercitum,D.de his qui not. infam.* ait)
*vnam cohortem, nec vnam alam dicimus:
ſed numeros multos militum. Nam exerci-
tui præeſſe dicimus eum, qui legionem, vel
legiones cum ſuis auxiliis ab Imperatore
commiſſas adminiſtrat.*

11 Stationarii, † ſeu Præſidiales dicti
ſunt Milites, quod in ſtatione certa per
ſiſtant. *Hæc mea vigilia, hoc meum præſi-
dium ſtatiuum,* ait *Cicero Philipic.12.* Li-
ui.6.ab vrbe: *Tertius exercitus ex cauſa-
riis ſenioribus à Lutio Quintio ſcribatur,
qui vrbi, mænibusque præſidio ſit.* Iuſtin.
hiſtor.lib.6. *Sed Lacedæmonii ſecuri inſi-
dianter abſentiam Arcadum ſpeculanti, ca-
ſtellum eorum expugnant, occupatoque præ
ſidium imponunt.* Crebra pariter huius
in ſacris literis mentio *Machabeor. 1.c.
11. Et miſſit Ionatas ad Demetrium Re-
gẽ, vt eiiceret eos, qui in arce erant in Hie-
ruſalen, & qui in præſidiis erant.* Inferius
que ibidem: *Et eiecit eos inde, & cæpit Ci
uitatem, & poſuit in ea præſidium.* multo-
tiesque repetitur *cap.12.*

Ad terreſtris, armatæque militiæ ſi-
12 militudinem, † altera (principalis aſsig
nata diuiſionis ) *Cæleſtis* componitur,
nempè Clericorum, ex *text. in cap. Re-
prehenſibile, 19.* in ordine, *23.q.8.* De
vnaque ad aliam argumentum valere,
tradidimus, in *Axiomat. & locis cõmun.
iur.lit.A.num.481.* Ibique citatis adde
*Card.Domin.Tuſch practicar.concluſ.lit.
M.concl.227.num.4. Stephan. Gratian.
diſcept.forenſ.tom.2.cap.340.nu.13. Ioan.
Anton.Mangil.de imputation.q.28.num.
13. Cæſar Argel. de acquir. poſſeſ. op. 3.
art.22.num.117. & 118.* In qua non-
nulli etiam quatuor Militarium Ordi-
13 num † equites reponunt; quos Eccle-
ſiaſticas perſonas, Religioſas imò dici
contendant, vt profitentur *Flores Diaz
de Men.variar. quæſt lib. 2. q. 21.num.
205. verſ. Sed verius, Bellug. in ſpecul.
Princip.fol.13.n.7. Aluar.Valaſc.conſult.
108.n.27 & conſult.131. n. 4. Didac. à
Mot.de confirmatione Diui Iacobi, lib.1.
cap.4.§.20.n.2.& § 26.n.2* latiſsimèq;
*lib.2.per tot. Ioan.Gutier.practicar.lib.2.
q.111.n.2.*cum propè infinitis, quos al
legant *Aug.Barboſ.in ſuo Paſtorali, alleg.
12.n.46.& Reynoſo obſeruat.1. à nu.26.*
quod quantũ ad Diui Ioannis Milites,
equitesve, nullam continet dubitandi
rationem, quamlibetque tollit *l. 14.tit.
5.lib.3.nouæ Reg.collect.* ex qua vere Re
ligioſos eſſe deducitur, & notat *ibidem
Azebed.n. 1.* cũ multisque tradit *Men.
d.loco,n.204.* & pleniſsimè *Ioan. Mar.
Nouar.in praxi election & variat.for.q.
37.ſect. 1.per tot.pag.mihi 75. Petr. Ca-
bal.reſolut.crimin.caſu 64.per tot.& caſu
225.n.11.& 12.*copioſius *Mar.Giur.
conſil. 48. num.1. Mart. in ſumm. ſucceſ.
legal.part. 3. quæſt. 13. artic. 6. num. 2.
& ſeqq. Franciſc. à Ponte conſ. 14. num.
3.& 4. part. 1.* Cum & trium regula-
rium

rium vota, Caſtitatis, Paupertatis, &
Obedientiæ emittant, vt iidem aduer-
tunt. Quoad alios vero trium Milita-
rium Ordinum equites, Alcantaræ,
Calatrabæ, ac Diui Iacobi (tanquam
laicis ſimiliores) contrariam indubita-
bilem dicant *vterque Molin.* alter, *de*
*Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 13. num.*
*98. & lib. 2. cap. 9. num. 69.* alter. *de iu-*
*ſtit. & iure, tractat. 2. diſput. 141. Nicol.*
*Garz de benefic. 1. part. cap. 4 num. 15.*
*cum ſeqq. Azebed. ad l. 14. titul. 5. lib. 3.*
*nouæ Reg collect. num. 3. Sarmient. de red-*
*ditib. Eccleſiaſt. 4. part. cap. 1. num. 13. &*
*monit. 54. & 55. cum ſeqq.* horum Ordi-
num equitum proficen li formam ad li-
teram ſubiectens, *Laſart. de gabel. cap.*
*19. num. 92. Girond. eod. tract. part. 7. in*
*princ. nu. 47. Gabr. Pereyr. deciſ. 58. n. 1.*
cũ aliis adductis à *Reynoſ. dict. obſeruat.*
*1. num. 1.* & à *Giurb. loco & n. cita. ii.*
14 Tertiam, legalem † Aduocatorum
Militiam Imperiali auctoritate conſti-
tuunt, ex *Leonis*, & *Antonini* decreto
celebri, in *l. Aduocati, 14. C. de Aduocat.*
*diuerſor. iudicior.* hiſce memorabilibus
verbis mandatum literis: *Aduocati, qui*
*dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæque*
*defenſionis viribus ſæpè publicis in rebus,*
*ac priuatis lapſa erigūt, fatigata reparant:*
*non minus prouident humano generi, quam*
*ſi prælijs atque vulneribus patriam, paren-*
*teſque ſaluarent. Nec enim ſolos noſtro im-*
*perio militare credimus illos, qui gladiis,*
*clypeis, & thoracibus nituntur; ſed etiam*
*Aduocatos. Militant namque cauſarum pa*
*troni, qui glorioſæ vocis confiſi munimi-*
*ne, laborantium ſpem, vitam, & poſteros*
*defendunt.* Aſſentiunt Regiæ *leges 2. ti-*
*til. 2. part. 3. verſ. E bien aſſi como*, & *ibid.*
*Gregor. Lop. gloſ. 7.* & *l. 5. titul. 15. part.*
*6.* vbi *Gregor.* notat, *verb. Que aprenden*
*las ciencias*, & *in l. 6. titul. 8. part. 5. verb.*
*Caualleros*, expreſsior *l. 3. titul. 10. part.*
*2. colum. 2. verſ. Cà aſſi como dixeron los*
*Sabios antiguos. La ſabiduria de los Dere-*
*chos, es otra manera de Caualleria, con que*
*ſe quebrantan los atreuimientos, è ſe ende-*
*reçan los tuertos.* De Militibusque ad
Aduocatos argumentum valere, mul-
torum auctoritate oſtendimus, in *Axio-*
*mat. & locis commun. iur. lit. A. nu. 479.*
Quibus (æquiparationem hanc facien-
tes) adde *Petr. Gregor ſyntagm. iuris vni*
*uerſ. cap. 1. num. 8. Cæſarem Argel. de ac-*
*quir. poſſeſ. quæſt. 3. art. 22. num. 1121.*
*&* 1122. aliosque proximè referen-
dos. Illi inde circumferuntur verſus,
quos *Ouidii* ad *Piſonem* dicunt; ſed ne-
que ad Piſonem Ouidium ſcripſiſſe, ex
eius operibus conſtat: neque eorũ nu-
meri ſuadent. *Lucani* que ad *Piſonem*, nõ
*Ouidii* carmen eſſe, ad eundem adnota-
tio poſt *Metamorfoſ. libros* aduertit. Cu-
iuſuis autẽ ſint, ſatis propoſitioni apti.

*Licet exercere togatæ*
*Munera militiæ: licet, & ſine ſanguinis*
*hauſtu*
*Mitia legitimo ſub iudice bella moue-*
*uere.*

Proque fortibus armis Aduocatorum
verba reſumpſit *Oui. Triſt. lib. 4. eleg. 10.*

*Frater ad eloquium viridi tendebat ab*
*æuo,*
*Fortia verboſi, natus ad arma fori.*

Quam etiam Militiam *Vrbanam, Pa*
*latinam*que appellauit *Cicero pro Mure*
*na.* Ideoque hos Militum, † nobilium-
15 que priuilegiis gaudere, nec tributa
ſoluere, nec plebeia munera ſubire, ad
inſtarque nobilium, nec aliter in carce-
rem mitti, nec torqueri poſſe: cum no-
bilibus aſsidere, quin, & præſtantiorẽ
eorum nobilitatem, multaque in ipſo-
rum, aduocationiſque muneris laudes
(poſt *Tiraq. de nobilit. cap. 29. nu. 10. &*
*ſeqq. Gregor. Lop. in d. l. 3. tit. 10. p. 2. gloſ.*
*8. verſ. Sabiduria de los Derechos, Azebed.*
*in l. 1. tit. 16. lib. 2. nouæ Reg. collect. à n.*
*11. cum ſeqq.*) & alios eleganter proſe-
quitur *Ioan. Garz. de nobilit. Hiſp. gloſ.*
*35. à n. 11. cum ſeqq.* conueniuntque no-
tata à *Nobis de priuil. pauper. part. 1. q.*
*4. n. 34. & ſeqq. & q. 28. n. 21.*
*V*t vero dictis priuilegiis Aduo-
cati fruantur, vtque dicantur milita-
16 re, & actu † aduocationis officium
exerceant; & in Aduocatorum ma-
tricula ſint deſcripti, neceſſum eſt. Cũ
nec *Miles* nomine, non vero exercitio,

militaribus priuilegiis gaudeat, vt *Iu-
ſtinian.* ſanxit, *in l.pen.C.de teſtam.milit.*
expenduntque *ibid.Bald.Salicet.* & *A-*
17 *lexand.* Neque qui in matricula † deſ-
criptus non eſt, *Miles* reputetur, ſed
priuatus *Vlpiano, in l.Ex eo, 43. D.de
milit.teſtam.* dicente: *Ex eo tempore quis
iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in
numeros relatus eſt, ante non. Proinde, qui
nondum in numeris ſunt, licet etiam electi
tyrones ſint, & publicis expenſis iter fa-
ciant: nondum tamen Milites ſunt. Debent
enim in numeros referri.* Quod etiam ex
*l.3.C.de offic.magiſtr.milit.* aduertit *Ac-
curſ.ibi, verb.Qui,* & *Farinac.conſ.4.num.
9.volum.*1.latius.

Vtrũque proſequitur inferiùs. Quã
quidem Aduocati in matricula deſcri-
18 ptionem † ita deſyderant leges; vt an-
te illam, & aduocationis officiũ exer-
cere, & Aduocatorum deſcriptorum
priuilegiis vti vetent *l.Petitionem,* 13.
& *l.fin.C.de Aduocat.diuerſ.iudicior.* &
clariùs *l.* 13. *titul.* 6. *part.* 3. ornatque
*Gregor.ibi gloſ.6.verb.Eſcrito el ſu nome,*
& *l.1.titul.16.lib.2.nouæ Reg.collection.
ibi* que *Azebed.num.7.* & *in l.3.titul.10.
part.2.gloſ.8.Gregor.Lop.* Neque aliter
19 quam duabus his qualitatibus † exi-
ſtentibus exercicii nempè, & deſcrip-
tionis in matricula, Militum priuile-
giis Aduocatos frui, eis vero extanti-
bus vti, præter iuris præſumptam igno
rantiam, tradit *Guill.Benedict. in repet.
cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum,* 1.
*num.*46. Non autem vt eis gaudeant,
neceſſario requiri, ad poſtulandum in
20 Regio Senatu, † Cancellaria, Audien-
tiave Regali fore admiſſos; ſed ſatis
eſſe, ſi & probati, & in matricula iuxta
legum dictarum normam ſint deſcrip-
ti, actuque aduocent, aduertit *Ioan.
Garz.de Hiſp.nobilit.dict.gloſ.35.num.*
18.

21 Bimembrem † aliam Militiæ diui-
ſionem fecit, ac multipliciter diuiſit
*Petr.Gregor.lib.19.ſintagm.iur.vniuerſ.
cap.*1.*num.*6.*& ſeqq.*

22 Trimembrem † alteram aſsignauit
*Franciſc.Zoanet.in tract. de Romano Im-
perio num.*65. Principum ſcilicet viro-
rum à Romano Imperatore feuda ma-
iora tenentium. Qui illud, inter alia,
præcipuum iurant: *Se contra omnes, ar-
mis Imperatorem adiuturos,* iuxta *cap.*1.
*in princip.* & *§.Contra omnes, in titul.Hic
finitur lex, &c.in cap.* 1.*tit. de nou.form.
fidelit.* & *in titul.præced.* Eosque non ni-
ſi quando in caſtris pro Imperio, vel
Republica militant, priuilegiis milita-
ribus frui exiſtimat.

Secundo loco *numero* 69. Auratos
23 equites † deſignat. Quos ſolo nomine
Milites dicit, nec militum mereri fa-
uores Doctorum ſententia, *in l.1. C. de
iuris & fact.ignor.* cui adhæret intrepi-
deque affirmat *Cardin. Franciſc. Man-
tic.de coniectur.vltim.volunt.lib. 6. titul.*
1. 35.*& ſeq.Cyno Gal.Alciat. Alexand.
Ripa, Socino,* aliiſque in id ipſum rela-
tis. Ita etiam *Georg. Acac.* (recenter vi-
ſus) *de priuileg. Milit. lib.1.cap. 3. num.*
6. Varius licet *ibid.cap. 6. num.* 12. ex-
tet. Vt de equitibus, quos *De eſpuela
24 dorada* † vocitamus, ſi non militent,
tradit *Petr. Cabal. reſolut. crimin. caſu*
294. *num.* 384. Auratos, namque hos
eſſe, aduertit *Acac. ibi. num.* 11. Non
enim præmia merentur, qui munus,
25 quod profitentur, † non implent, vt
*Theod.* & *Valent.* Imperat. decernũt, *in
l.Qui ſub prætextu,9. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
comprobatque latius, *dict.loco ſeqq.nu-
meris Zoanet.* & *Petr.Royz Maur.deciſ.
26 Lituan.4.num.*256. Adhuc tamen, † ne-
que tormentis ſubiici, neque pro debi-
to ciuili in carcerem poſſe detrudi, *nu-
mero* 73. Zoanet aduertit, cùm id eque-
ſtris ordinis dignitati ſit datum. Pri-
mum, ex *l.Milites,8.* iuncta *l.Nihil,17.
in fin.C.de quæſtion.* Secundum, ex *Bald.
in l.1.in fin.C. qui bon.cedere poſſ.* obſer-
uantque ſic pariter *Salic. in l.1. C.de
iur.& fact. ignor.* & *ibi Iaſ. num.7.* & *in
l.Miles, num.3.4.5.* & 10. *D. de re iudic.
Alexand.in l. Centurio, num.24. & 25.
D.de vulg.& pupil.ſubſt.Petr.Calefat.in
tractat.de equeſtr.dignit.num.*56. Quod
27 & ſimpliciter nobilibus † conceſſum
eſt, per *leg.Nullus,4.C.ad leg.Iul. Ma-
ieſt.*

*ieſt.*& *l.Diuo Marco*, 11. *C.de quæſtion.* pluribusque citatis, tradit *Farinac. prax.crimin.quæſt.*41.*num.* 74. ſuntque apud Nos *Regiæ leges* 4. *titul.* 21. *part.* 2.*l.*5.*&* 6.*titul.*2.*lib.*4. *Ordinam.l.*4.*&* 5.*titul.*2.*lib.*6.*& l.*13.*titul.*7.*lib.*2. *nouæ Reg. collect.* quibus ſtantibus, etſi conſuetudo multis in locis cõtrarium ſeruet, torquereque patiatur nobiles, vt in Francia aſſerit *Tiraquel.de nobilit. cap.*20 *num.* 134. & cum multis *Farinac. dict. quæſt.* 41. *num.* 75. non ſic in Hiſpania, vt aduertit *Gomez variar. tom.*3.*cap.*13.*de tortura reor.num.*3.*verſ. Item hodie in noſtro Regno, & Couar. variar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*4. Tametſi aliis Militum priuilegiis ſimpliciter nobiles,

28 † nõ gaudere, imaginariosque Milites ſolum eſſe, affirment *Oſuald. Hilliger.in Donel.Enucl.lib.*6.*cap.*28. *lit. R. Simon de Præt.de interpret.vltim.volunt. lib.*3.*colum.*8.*num.* 5.*pag.mihi* 104.

Diuerſorum Militum Ordines, *numero* 3. referens, & fuſius *Petr. Gregor. ſyntag.iuris vniuerſ.lib.* 15. *cap.* 35. *per tot.* De quibus, triumque Militarium

29 Ordinũ, † Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ equitibus, & aliis agunt *Rapha. Volaterranus Antropologiæ lib.* 21.*cap.*6.*tit.* Ordines Militares *Caſan. in catalog.glor.mundi, part.*9.*conſid.*2.4. *& ſeqq.* multis recẽtiusq; *Georg. Acac.de priuileg.Milit.lib.*1.*cap.* 6. *per tot.* præcipuè *num.*8.*& ſeqq.* & *Petr.Caleſat. in libello de equeſtri dignitate, à num.*20. *cum ſeqq.* quos ordinariis iudicibus ſubiacere, aſſerit *Bouadill.in Polit.lib.* 2. *cap.* 19.*num.*26. Tametſi in criminalibus, ſupremi Ordinum Senatus ſoleant experiri iudicium, qui ad ſe horum criminales cauſas auocare conſueuit. Interim autem rectè ordinarium in eos iudicem procedere aduertit. Tũ, quòd dum de profeſsione non docent, ſeculares iudicentur. Tum, quòd etiã profeſsione emiſſa (ſecundum vnam quam ſupra retulimus opinionem) veri Religioſi non exiſtant, cum tria non emittant ſubſtantialia Religionis vota; nubant, arma portent, propria habeant, non clauſtraliter viuant, latiusque pro ſequitur, ordinem, ac modum in eorum ordinariis cauſis deſignans *num.*9.*cum*

30 *ſeqq.* Neque alia quæ Milites † (*ſoldados* nominati) priuilegia habent, hos (*Caualleros* nempè) obtinere, tradit *Anton.Pichard.in rubr.inſtit.de milit.teſtam. num.*13. quòd nomine (vt diximus) non re, aut onere exiſtant Milites. De ar-

31 matis vero equitibus † quibusque exẽptionibus gaudeãt integer eſt *titulus* 1. *lib.*6.*nouæ Reg.collect.* quorum tres deſcribit ordines *Azebed.in l.* 1. *ibid. num.* 6.*& ſeqq.*

Tertium denique actu Militantium

32 † præfinit *Zoanet.dict.tract. numero* 80. quos immunitatibus, & fauoribus antiquis Romanis Militibus conceſsis frui contendit merito, cum in eorum locum, exercitium, & labores hi ſucceſſerint, tametſi externas ſolemnitates longitudo temporis antiquarit; de illisque per conſequens dictum, de his quoque intelligendum ratio ſuadeat, elegansque probet *text.in cap.Translato*, 3.*de conſtit.* & profitentur *Marc. Anton.Mant.de priuileg.militar.num.* 283. *& ſeqq. Georg. Acaci. eod. tractat. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot. Cardin. Tuſch. practicar. concluſ.lit.M. concluſ.* 232. *Petr. Cabal. reſolut.crimin.caſu* 294.*num.* 383.*& ſeq. Pichard ſupr. n.* 16. *Marc. Ant. de Amat. deciſ.Prouin.March.*159.*n.*5.*And.Gail. obſeruat.* 118.*n.* 1.*& ſeqq.lib.*2.*Cardin. Mantic.de coniectur.vltim. volunt.lib.*6. *titul.*1.*num.*32.*Matienz.in l.*6.*titul.* 17 *gloſ.*2.*num.*5 .*lib* 5. *nouæ Reg collection. Sfort.Odd.de in integr.reſtit.quæſt.* 6. *numero* 26.*&* 18. *Nicol. Intrigliol. de ſubſtit.cent.*2.*quæſt.*87.*per tot. Oſuald. Hilliger.in Donel.Enucl.lib.*6.*cap.*28.*lit.M. verſ.Cum autem, Vincent. Fuſar. cõſ.* 140. *n.*2. à quo, & ab *Antonin.de Amat.reſolut.*46.*num.*4. (ſi plures deſideras) mutua, & à *Farinac. conſ.* 95. *num.* 2. *lib.*1. idipſum confirmantibus.

33 Hos igitur † (de his enim ſermo noſter) præfatæ *legis vnicæ*, *C. quando Imperat.inter pupil.& vid.* fauore, & iure vti, continuũ eorum labores, conditio-

q;e

que miſera perſuadet. Miſeram autem eſſe, adeò conſtat, vt eius comparatione humana infœlicitas, miſeraque conditio prænoſcatur. Quam vt oſtenderet *Iob*, 7. edixit: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Nec diſſentit *Senec. de conſol. ad Mart.* inquiens: *Plena, & infeſta variis caſibus vita eſt, à quibus nulla longa pax; vix induciæ ſunt.* Et clarius *epiſt.* 96. *At qui viuere, mi Lucili, militare eſt.* Probatque (ex *Diuo Auguſtino de Ciuitat. Dei, cap.* 27.) *Petr. Gregor. ſyntagm. iur. vniuer. c.* 1. *n.* 7. & proſequitur eleganter *Franciſc. Petrarch. de remed. vtriuſque fortun. lib.* 1. *dialog.* 48. *de titulis bellorum.*

Hac pariter (vt Amantum miſeram
34 conditionem indicaret) à Militia, † ad amorem comparatione vſus eſt ingenioſe *Ouid. Amorum lib.* 1. *eleg.* 10.

*Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido*
*Attice (crede mihi) militat omnis amans.*

& pulchrè aſſertionem proſequutus, inter alia addit:

*Ibit in aduerſos montes, duplicataque nimbo*
*Flumina congeſtas conteret ille niues.*
*Nec fræta preſſurus tumidos cauſabitur Euros,*
*Aptaque vertendis ſydera quæret aquis.*
*Quis niſi vel Miles, vel Amans, & frigora noctis,*
*Et denſo mixtas perferet imbre niues?*

Interiectiſque aliis:

*Cuſtodum tranſire manus, vigilumque cateruas,*
*Militis, & miſeri eſt ſemper Amantis opus.*

Idque ipſum Militiæ, † Militisve
35 demonſtrat Etymon ab *Vlpiano* traditum *lib.* 45. *ad edictum, in l.* 1. §. 1. *D. de milit. teſtam.* dicente: *Miles autem appellatur, vel à* Militia, *id eſt* Duritia, *quam pro nobis ſuſtinent,* & à *lege* 1. *titul.* 21. *part.* 2. probatum. *Y por eſſo le puſieron nome en Latin* Militia, *que quiere tanto dezir, como compañas de omes duros, y fuertes, y eſcogidos para ſufrir trabajo, y mal, trabajando, y lazerando por pro de todos comunalmente.* Ideòque *lex ſequens* in Militum delectu qualitates prædictas ſic præcipuè requirit: *La primera, que fueſſen lazeradores para ſofrir la grande lazeria, è los trabajos que en las guerras, è en las lides les acaecieſſen.* Ad Militiam inde inutilem dixit merito *Veget.* (à *Guill. Benedict.* infrà referendo relatus) nutritum teneré, & deliciis aſuetum: ſiquidem arma membra Militum eſſe dicuntur, *Cicerone* teſte, *Tuſcul. quæſt. lib.* 2. itemque inter Militiam, & delicias eſſe, *Petr. Bleſ. epiſt.* 49. & multis comprobat *Guill. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum,* 1. *num.* 24. *cum ſeqq.* Nullum enim ſine labore † in
36 bello, imò nec in pace temporis ſpacium degere, Militibus decorum, aut permiſſum, ne bellum eos inexpertos, ſeu laboribus inaſuefactos reperiat. *Hi ergo in caſtris Militiam edocti hyeme pariter, atque æſtu, diebus ſingulis mane, & poſt meridiem locum tenere, ſignaſeque ordinem ſeruare, foſſam fodere, figere vallum militari gradu incedere, & alia multifaria facere, quotidiano vſu adiſcebant. Nam Ducibus, Centurionibus, & Tribunis præcipuè curandum erat in locis vbi ſtatiua habebant; cogere tyrones Milites, cum primum merere cœpiſſent ſtipendia, ne ſine conſilio, ſine imperio in hoſtes tenderent. Per turmas hinc inde crebro concurrere, decurrere, clamare, locum tenere, imperium ſeruare, iuſſa exequi, ſeque in orbem colligere, cuneum facere, & phalangem, vt ſequi ſigna, & pati tedium, æſtus, & vigilias aſſueſcerent; paſſim loco ſederent, & in acie quiſque agnoſceret ordines ſuos, ita vt vſu quotidiano non minus ipſi ſibi præſcriberent, quod facto opus foret, nec incitante vllo, nec imperante, quam ab aliis ediſcerent.* Verba ſunt *Alexandri ab Alexand. dier. Genial. dict. lib.* 1. *cap.* 20. paulò inſuper inferius addens: *Cyri vero diſciplina fuit, vt Milites ſemper opus facerent, & nũquam exercita iuuentus niſi ſudore præ-*

uio cibum ſumerent. Qui etiam neque prandebat, neque cænabat vnquam niſi ſudaſſet primum, & militaria obtinuiſſet munera. Ageſilaus quoque in gymnaſio (ne otio ſeneſcerent Milites) exercitationis, & virtutis cuiuſque præmia propoſuit: leuibusque prœliis experiundo aſſuefecit. Qui etiã Perſarum Regum mos traditur, vt curſu, & pugna dona Militibus proponant. Alexand. vero Macedo (ne otio Milites laſciuirent) certaminibus virtutis præmia Chiliarcas dedit. Præ cæteris Aurelian. Cæſar nullum reliquit vacuum diem, quin ſe pilo, ſagittis, ac militaribus armis exerceret. Et Maximinus ſenior (quamuis grandis natu) campeſtrium exercitationum ſupra modum labores ſubiit. Anton. quoque Baſſianus Caracalla (præterquam quod ſecum Militibus exercebat) iter ſemper onuſtus armis pedes fecit. Id quod de Seuero ſcriptum accepimus, vt hyeme ſæua, & gelida, aperto capite per niues, & pruinas, per montes, ſyluasque curſitarent: in pacientia laboris, & victus abſtinentia ſupra fidem aſſuetus. Nullumque aliud ad militaris gloriæ
37 culmen, † quam per labores iter; ex Imperatorum reſponſis conſtat. Arcadii, in l. Iubemus, 4. in fin C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Conſtat, in l. vnic. C. de caſtrenſ. omn Palatinor. pecul. eod. lib. Zenonis, in l. 1. C de Princip. agentib. in reb. Ipſo pariter lib. Leonis, in l. Milites, 15. C. de re milit. lib. quoque 12. Comprobatque multorum aliorum Barthol. Cæpol. de Imper. Milit. de lig. §. Virtutis etiã ratione, num. 9. cum ſeqq. Et ſecundum militarias labores, ad eorumque menſuram eroganda militaria præmia; fusè iam diximus de priuileg. pauper. quæſt. 6. num. 54. Nil inde tam Militibus de-
38 corum, † quam vulneratam oſtendere faciẽ, non ineleganter Petr. Bleſ. ſcripſit epiſt. 49. Meritoque Marc. Anton. de Amat. deciſ. 159. num. 3. in vmbra eos mortis ſedere, & ambulare. Adeò verum, vt tanquam morti proximi, & ad
39 perpetuam rei memoriam † euntes ad bellum examinari teſtes poſsint, ſententia Innocent. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non conteſt. num. 3. Ioan. Andr. num. 7. Anton. de Butr. num. 8. Sigiſmun. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 298. Et à quibuſvis caſibus, aut cenſuris reſerua-
40 tis, † vt in mortis articulo, in prœlio exiſtentes abſolui, vt cum Nauar. tradit Eman. Sà in ſumm. verb. Abſolutio, numero 3. in eiusque annotation. (adductis aliis) Andr. Victorel. ibid. & diximus iam quæſt. 14.

41 Optimo ergo iure † Lucanus lib. 4. Pharſaliæ exclamat:

*Heu miſeri qui bella gerunt!*

nullosque alios, aut priuilegiis, aut cõmiſeratione digniores exiſtimat Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. vniuerſ. cap. 16. numero 8. Quare legis noſtræ vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid. & Miſerabilium priuilegiis, vt maximè miſeros, dignos exiſtere Milites, fatendum.

42 Prouocant tamen in contrarium † multa. Namque ſi à ſuperficie oculos auertamus, interioraque perſcrutemur; non miſerabilem, ſed fœlicem potius, beatumque Militẽ reputabimus. Tantum enim à miſera conditione Militia abeſt; vt illam abigat, honorem cõ-
43 ferat, & dignitatem, † innominatam ſaltem, vt quibuſdam placuit, quorum extitit relator, fautorque Franciſc. à Pont. conſ. 14. num. 6. & ſeq. vol. 1. ſimpliciter dignitatem Militiam eſſe, verba oſtendunt text. in l. 2. C. de primicer. lib. 12. & in l. Inter alias, 13. C. de Palatin. ſacrar. largition. & rer. priuatar. eod. lib. rubricæ, C. qui militar. poſſ. eod. quoq. lib. cap. Militare, 23. quæſt. 1. Tiraquel. de nobilit. cap. 8. præcipuè numero 1. & 2. Proſper. Farinac. conſil. 95. numero 8. & ſeqq. libr. 1. & Petr. Cabal. reſolution. criminal. centur. 3. caſu 294. numero 453. &
44 ſeq. Honorem autem eſſe, † nec rigidiores inficiantur, Arriano Conſulto duce, in l. Qui cum vno, 4. §. Ad tempus, D. de re milit. Bart. in l. 1. numero 38. verſic. Quarto infertur ex prædictis, C. de dignitat. lib. 12. Amod. Iuſt. in tractat. de ſyndic. verb. Magnificum, & generoſum militem, numero 38. A glorioſo ideò Militiæ honore capitis ſub pœna ſeruos

Mar-

*Martianus* arcet, *in l. Ab omni*, 11. *D. de re milit. Ab omni militia* (ait) *ſerui prohibentur: alioquin capite puniuntur.* Et obſeruat plenè *Petr. Gregor. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib.* 19. *cap.* 3. *num.* 8. Quinimo
45 & liberos, † ſtatus controuerſiam patientes, aut infamiæ ſuſpicione affectos, ad militarem honorem admittendos idem *Arrianus*, edixit eadem *l. Qui cũ vno, §. Ad beſtias, & §. Reus*, inquiens: *Reus capitalis criminis voluntarius Miles (ſecundum Diui Trajani reſponſum) capite puniendus eſt.* Et in §. Ignominia: *Ignominia miſſus, ad iudicem ſuum remittendus eſt: nec recipiendus poſtea militare volens, licet fuerit abſolutus. §.* ſequenti addens: *Adulterio, vel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non ſunt recipiendi.* Vlpianus quoque, *in l. Qui ſtatus*, 8. *D. eod. tit. de re milit. Qui ſtatus controuerſiam patiuntur* (ait) *licet re vera liberi ſint; non debent per id tempus nomen militiæ dare, maximè litè ordinata. Siue ex libertate in ſeruitutem; ſiue contra petantur. Nec ii quidem, qui ingenui bona fide ſeruiunt. Sed nec qui ab hoſtibus redẽpti ſunt, prius quam ſe luant.* Et in *l.* 2. *§. Miles, D. de his qui not. infam.* Papinian. *in l. Miles*, 11. *D. ad leg. Iul. de adult.* Imperatores *Val. & Mar. in l. Quicumque*, 8. *§. Nullum præterea, C. de hæretic.* Neque ruſticas
46 ſordes † cum Militiæ honore conuenire, profitetur *Petr. Cabal. d. caſu* 294. *num.* 26. latius proſequens *ſequentibus multis.*

47 Nec capite cenſos † (quod inopes eſſent) ad arma publica Antiquitatem admiſiſſe, *Valer. Maxim.* prodit, *lib.* 2. *titul.* 3. *de militarib. inſtit. in princip. &*
48 *cap.* 1. De quibus, eorumque natura, † & conditione agit *Petr. Gregor. dict. lib.* 19. *ſyntagmat. iur. vniuerſ. cap.* 3. *numero* 4. pariter *num.* 3. oſtendens, non
49 niſi Romanos Ciues † eligi in Milites ſolitos: ex eiſque adhuc quoſdam militare prohibitos, *numeris ſeqq.*

Tanta denique Militaris gloria, vt vel à ſordibus eximat, vitamque clariorem præbet, vel mortem potiorem
50 vita reddat. Siquidem † in perpetuum, qui pro Republica ceciderunt, per gloriam viuere intelligantur, ita *Vlpiano* dicente, *in l. Bello amiſſ*, 21. *D. de excuſat. tutor.* & Imperatore *Iuſtiniano, in §. Filii autem, inſt. eod. tit.* prædixeratque Romanæ eloquentiæ parens *Cicer. Philip.* 9. *His enim*, ait, *Maiores noſtri, qui ob Rempublicam mortem obierunt; pro breui vita diuturnã memoriam reliquerunt.* Et conuenit *Plautus.*

*Quiſquis per virtutem perit, is nũquam interit.*

Merito inde exclamat *Senec. traged.* 6.

*Fœlix quiſquis bello moritur.*

*Cimbrorum* que, & *Celtiberorum* animi præſtantiam, *lib.* 2 *de externis inſtit. cap.* 11. *Valer. Maxim.* laudat, *qui in acie exultabant, tanquam glorioſè, & fœliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter, & miſerabiliter perituri.* Cuius *Cicero* quoque meminit *Tuſchul. quæſt. lib.* 2. *ad fin.*

Si bellica ſuperarint diſcrimina, fœliciſsimorum numerum complent.

*Vt qui fortis erit, ſit fœliciſſimus idem.*

*Iuuenale* teſte, *Satyr.* 16. Vnde enim, quæſo, humana fœlicitas, gloriaque efluxit? Qui ve ad Imperia proximior, imò qui alius (cum electio datur) quam militiæ gradus? Quid niſi virtus bellica ſæpè humiles, & abiectos, exque priuata fortuna ad ſummum Maieſtatis faſtigium euexit? Nil frequentius aliud vetuſta monumenta prædicant, ne Vitellium, Veſpaſianum, Marcum, Pertinacem, Macrinum, Seuerum, Maximinum, & complures alios Imperatores referam, vulgatiſque Lectorem detineam, ad vnum è noſtris remiſsione facta contentus, *Caſſanæum in Catalog. gloriæ mundi, part.* 9. *per totam*, de militari gloria plenè agentem.

Imperatoremque non niſi Militem
52 † deligendum, ac gradatim ad illius dignitatis appicem bellicis potius ſudoribus, & egregiè factis, quam maiorum Imaginibus, antiqua ve nobilitate ſuffultum prouehendum, fœliciter comprobat *Bartholom. Cepol. de Impera-*

*perator. Milit. de lig. cap. 2.* incip. *Quod autem dictum eſt.*

Igitur Miſerabilium numerum ex
53 Militibus, † non magis quam ex potẽtibus, Regibus, aut Imperatoribus iure quis conficiet, ni eos alia miſeranda qualitas inſectetur. Sed illa tunc fauorem hunc adipiſcetur; nec Militis (etſi illius occaſione prouenerit) adſcribe-
54 tur, Fortuna † ſuum vbique imperium exercente, aduerſus etiam tutiſsimum quemque. Siquidem, vt *Martial. epigram. lib. 12. epigram. 14. ad Priſcum,* ait:

*Inſidias & campus habet; nec foſſa, nec ager,*
*Nec ſint ſaxa licet, fallere plana ſolent.*

vtque apud *Senec. Tragic. incert. author. act. 1.*

*Vbique mors eſt.*

Alterumque *Philoſophum, de remed. fortuitor.*

*Plena eſt inſidiis via.*

55 Omneque humanum genus † dicitur militare, vt *de remed. vtriuſque fortunæ, lib. 1. dialog. 48.* (per belle interloquendo) ſic *Franciſc. Petrarch.* oſtendit: *Militiam ſum profeſſus. Hanc naſcendo profitemini: quid profeſſione alia opus erat? Hic ferro corpus, hic animum dolis, hic argutiis linguam armat. Nemo veſtrum eſt inermis. Hic ſerit, hic ædificat, hic declamat, ille cauſas orat, hic pedibus, ille equo, ſeu carpento vehitur: hic currit, hic nauigat, hic paret, ille imperat. Nemo veſtrum otioſus. Quæ nam hæc noua militia eſt? Hic in caſtris, hic in roſtris, hic in ſcholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregre vitam agit. Omnes militant. Neque homines modò, ſed militare in ſyluis catulum Flaccus ait. Et Militantium quidem multa ſunt genera: Militiæ vna eſt, vita hominis ſuper terram.* vt iam *ſuprà* adiecimus, *num. 33.*

Quare (vt alibi quoque dixiſſe recordamur) aut in vniuerſum *legis noſtræ vnicæ* priuilegium competere (quo abſurdius nihil) aut militiæ ratione nullatenus concedendum ſequitur. Non ma-
56 gis, quam Aduocatis, † togatæ Militiæ prætextu illud optantibus, quantumuis (vt notauimus) & ipſi militare dicantur quippe quos ſudare, & algere, vt clientum cauſas ſtrenuè defendant, oportet aduerſantium tella retundere, cauillationes refellere, propalare fraudes, inſidias detegere, infligere, euadereque fœliciter ictus, victoriam denique reportare. Nec minus proficua mortalibus hæc, quam illa iudicetur, quæ hominum pariter vitam, & facultates tutatur. Nullius tamen adhuc (nec nouitatis amantis) in mẽtẽ venit, ea ratione fori hoc priuilegium Aduocatis concedere, niſi alia miſeratiõe inducens adſit, vt *de priuileg. pauper. quæſt. 4. §. 3. num. 146.* aduertimus, & proximè in Milite dictitauimus. Cui
57 quidem, † nec aliquem in ſpecie hunc concedentem fauorem Militiæ obtentu reperi, cum (vt eſt probatum) nec miſeram conditionem inducat, nec potentiorum perhorreſcentiam, quæ ſimul *legis* noſtræ *vnicæ* diſpoſitione locum illi priuilegio fecit. A qua tantũ Milites abſunt, vt potius, veluti potentiores, & ipſo, difficiliſque conuentionis, ad Principem trahi debere, probet *text. in l. 2. & ibi Gloſ. vnic. D. qui ſatiſd. cog.* per quam ſic in Capitaneo, vel Caſtellano ſentit *Gregor. Lopez. in l. 5. titul. 3. part. 3. gloſ. 3. verb. De camino.*

58 Ne & quòd voluntarie miſero † (ſi quoquo modo miſerum Militem dicamus) lex noſtra (ſecundum multorum opinionem, à Nobis licet non omnino probatam) non faueat; argumento vtamur.

Vt autem radicitus quæſtionis euellatur ſolutio, quòdque Militibus circa forum priuilegium competat, dinoſca-
59 tur; diſtinctione † (quæ ptopriis ad veritatem duxit) vtendum arbitror, inter Militem in expeditione, aut extra, propriiſque in laribus degentem conſtituto diſcrimine: ſubdiſtinguendumque deinde, an tunc agat, conueniatur ve Miles. Sed cognoſcendum prius, vt reſolu-

ſolutio conueniat; quis nam in expedi-
60 tione † degere Miles dicatur? Non enim ſolum in expeditione eſſe intelligimus eum, qui hoſtibus infeſtus cruētas oſtentat manus, necibus paſcitur, aduerſariorum vitæ ſolicitus inſidiatur, in caſtriſque ſtipendia meret: ſed illum quoque qui Principis facultate, mandatove ab iiſdem receſsit, *Valent.* Imperatoris decreto fulti, *in l. Eam legem, 15. C. de excuſat. muner. lib. 10.* cuius verba in fine prolata: (*Vt iiſdem beneficiis non quandiu militauerint; ſed quandiu vixerint, perfruantur*) Miſsione ſcilicet à Principe obtenta, intelligit *Farinac. conſil. 94. num. 11. lib. 1. lege* etiam *fin. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit. lib. 12.* Per eas ſimul, *Baldique*, & aliorum authoritatem firmans, ſtipendiatum Doctorem pro abſentiæ tempore ſuperioris licentia factæ, ſalarium con-
61 ſequi. Idque præcipuè, ſi reuertendi † animum Miles habeat, cum nec receſſiſſe is videatur, ex *l. Quidquid calore, 48 D de regul. iur. l. Plerique, 33. D. de ritu nuptiar. §. Pauonum,* & ibi notatis, *inſtit. de rer. diuiſ.* expreſſoque textu, *in l. Nihil intereſt, 25. D. de capt. & poſtlimin. reuerſ.* vbi ſic Florentinus: *Nec enim ſatis eſt, corpore domum quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt*, quod ipſum *Bartholus* declarauit apertius, *Ibi quem eſſe videri*, notans, *vbi animum reuertendi habet.* Cō probatque *Proſper. Farin prax. crimin. tom. 1. quæſt. 30. num. 70. & 71.* ac tradit in terminis *Marta conſil. 144. numero 35.*

62 Stationarios † quoque, ſeu Præſidiales (de quibus iam ſupra ſermo habitus) alteri non minus communi, meoque videri, firmiori, opinioni adhærens, quæ & hos in caſtris, ac expeditione exiſtere, militaribusque priuilegiis frui contendit. Quam ſequuntur, ac defendunt eruditiſsimus *Anton. Pichard. in §. 1. numero 4 Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 118. num. 13. verſ. Meminiſſe tamen, Marc. Anton. de Amat. deciſion. 159. numero 5. verſic. Quo autem viuat in Ciuitate*, plenè *Georg. Acac. de priuileg. Milit. lib. 1. cap. 5. per tot. Oſuald. Hillig. in Donel. Enucl. lib. 6. cap. 28. lit. R.* copioſus, & veridicus *Vincent. Fuſar. conſil. 140. numero 2. ad fin. & Anton. Gomez. in l. 53. Taur. nu. 68. verſ. Item videtur.* Et hi enim mili-
63 tant, ad hoſtium inuaſiones † bellumque parati, *Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. part. 1. cap. 186. numero 28.* Quibus illud *Conſtant.* Imperatoris, in *l. vnic. C. de caſtrenſ. omn. Palatin. pecul. lib. 12.* conuenit: *Sed nec alieni ſunt à puluere, & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus, &c.* confirmatque *Georg. Acac. de priuileg. milit. lib. 1. cap. 5. à num. 2.* Neque enim (vt *Senec. de tranquilit. animi, capit. 3.* inquit) *ille ſolus militat, qui in acie ſtat, & cornu dextrum, læuumque defendit: ſed qui portas tuetur, & ſtatione minus periculoſa, non otioſa tamen, fungitur, vigiliaſque ſeruat, & armamētario præeſt. Quæ miniſteria quamuis incruenta ſint, in numerum ſtipēdiorū veniunt* Inter quos æquis partibus cum militantibus ſpolia (velut & ipſi militent) diuidenda *Dauid* iudicauit *Regum 1. cap. 30. Æqua enim pars erit deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter diuident.* Quod tanquam lex ſeruatum ex inde Scriptura ſacra teſtatur. Apud no-
64 ſtrates, † Regiis frequenter diplomatibus, & ſchedulis conceſsis, ſtationarios, præſidiales ve Milites fori priuilegium habere, veluti militantes, indubium eſt, aduertuntque *Azebed. in l. 1. titul. 16. lib. 8. nouæ Reg. collect. num. 70. in fin. & Bouadill. in politic. lib. 4. cap. 2. num. 68.* Generali quoque Militiæ *Philippus Tertius, anno 1609. die 15. Auguſti in Ciuitate Seguntina*, priuilegia dedit, ne eidem Militiæ adſcripti tutelæ munere, aut hoſpitibus grauentur; ne pro ciuili debito in carcerem detrudi, in equis, aut veſtibus ſuis, vxorumve ſuarum fieri executio poſsit, & alia circa armorum delationem. Ac nouiſsime *Inuictus Quartus* Præſidialibus, Stationariiſque Militibus multa Militantibus ſimilia priuilegia conceſsit, pla-

placito ſuo *Martij* 31. præteriti *anni* 1634.

Tametſi eos ſolum, communi iure,
65 militaribus priuilegiis gaudere, † qui caſtra colunt, in expeditioneque actu degunt, aſſeruerint alii, ex *l. Papinianus*, 8. *§. Si quis militia, D. de inoffic. teſt. l. Ex militari*, 11. *§. fin. D. de milit. teſt. l. Si miles*, 91. *D. ad leg. Falcid. l. fin. C. quib. non obſic. long. temp. præſer. l. fin. C. de re milit. l. pen. C. de milit. teſt. §. ſed hactenus, inſt. eod. tit.* Quibus conuenit *lex* 4. *tit.* 1. *part.* 6.

66 Militiæ igitur quolibet ex prædictis modo inſeruiens, eique nauans operam, ſi partes rei ſuſtineat; tam in ciuili, quam criminali cauſa, coram Magiſtro Militum cuius eſt imperio ſubiectus conueniendus erit, Conſultorum, Principumque decreto Modeſtini, *in l.* 3. *D. de re milit.* Honorii, & Theodoſ. *in l. Magiſteriæ*, 6. *C. de iuriſdict. omnium iudic.* Anaſtaſ. *in l. Tam collatores*, 18. *C. de re milit. lib.* 12. Valent. Grat. Theod. & Honor. *in l.* 1. *&* 2. *C. de offic. Magiſt. Milit.* Delinquentemque Militem in Prouincia repertum, Magiſtro Militum remittere Prouinciæ Rector debet, diſpoſitione *textus in l. De Militibus*, 9. *D. de cuſtod. & exhibit. reor. l.* 1. *C. eod. tit. l. fin. C. de re milit. lib.* 12. Multos in id congerit, ſuo more, *Giurb. cõſ.* 59. *num.* 89. & *Farinac. conſ.* 4. *num.* 17. *& ſeq.* Quod nec Poetas latuit, *Iuuenale* dicente *ſatyr.* 16.

*Legibus antiquis caſtrorum, & more Camilli*
*Seruato, Miles nec vallum litiget extra,*
*Et procul à ſignis. Iuſtiſſima Centurionum*
*Cognitio eſt igitur de Milite.*

67 Quod tamen non perpetuum † eſt, neque indiſtincte verum: ſed aut in militaribus caſibus, iuxta *l.* 2. *&* 3. *D. de re milit.* aut in ciuilibus, etiamque criminalibus non atrocibus, iuxta *dict. l.* 1. *&* 2. *C. de offic. Magiſtr. Milit.* & *dict. l. Magiſteriæ.* in atrocibus namque & cognitio, & coercitio Prouinciæ Præſidi *lex* remittit 1. *C. vbi Senat. vel clariſſ.* & *l. fin. D. de accuſat.* in leuioribus autem, etſi cognitionem loci ordinarius Iudex habeat; pro coercitione tamẽ ad Magiſtrũ Militũ remittere cauſam debet, ex *dict. l. fin. C. de re milit. lib.* 12. Hanc concinat, formatque diſtinctionem *Accurſ. in dict. l. Magiſteriæ, verb. Etiam ciuilium*, ab omnibus meritò approbatam. Inter recentiores, *Iul. Clar. in pract. quæſt.* 35. *num.* 18. & ibid. *Baiard. in illius annotat. Vincent. de Frãc. deciſ.* 88. *per tot.* & *in eius addit. Flau. Amendol. Ioan. Aloyſ. Ricc.* & *Ioan. Mar. Nouar. Bouadill. in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *numero* 67. *Georg. Acac. de priuileg. Milit. lib.* 2 *priuileg.* 5. *numero* 3. *& ſeqq. Sebaſtian. Guazin. de defenſ. reor. defenſ.* 1. *ex deffectu iuriſdictionis, cap.* 38. *numero* 30. *Petr. Cabal. reſolut. crimin. cent.* 3. *caſu* 225. *num.* 24. *&* 25. *& caſu* 294. *num.* 253. 254. 257. *& ſeqq. Petr. Gregor. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib.* 19. *cap.* 17. *num.* 2. *Mar. Giurb. dict. conſ.* 59. *num.* 89. *&* 97. *Camil. Borrel. in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. numero* 149. 151. *&* 152. Quæ quidem iuridica, & rationi congrua diſtinctio à *lege* noſtra *Regia* probari meruit, 3. *tit.* 29. *part.* 7. dicente: *Yerros, e malos fechos fazen los Caualleros a las vegadas, que ſon contra buenas coſtumbres de cauallería. E a las vegadas fazen otros yerros que no ſon vedados ſeñaladamente a los Caualleros, mas ſon defendidos comunalmente a todos los otros omes que los non fagan. E los yerros que ſon contra orden de Cauallería, ſon eſtos: aſſi como vender, o empeñar, o jugar las armas, o non obedecer al Cabdillo, non faziendo ſu mandado, o faziendo contra lo que mandaſſe. Cà en tales caſos como eſtos, o otros ſemejantes dellos, non los puede ninguno recabdar, nin judgar, nin dar pena por los yerros que fizieſſen, ſi non el Rey, o el Cabdillo de la hueſte que auia a judgar al que aſſi erraſſe, e a los otros Caualleros. Mas ſi fizieſſen otros yerros de aquellos que ſon vedados a todos los omes comunalmente, aſſi como matar ome a tuerto, o robar, o forzar, ò otros yerros ſemejantes deſtos; eſtonces deuen ſer reptados*

*sados ante el Rey, ò acuſados, ò recabdados ante el Adelantado de la tierra, è recebir la pena que la ley manda por el mal fecho que fizieron. E ſi los yerros que fizieſſen fueſſen mas leues, aſſi como malfetria, ò ſi denoſtaſſe a alguno de palabra, ò le firieſſe de mano ſin arma ninguna, ò ſi fizieſſe otro yerro ſemejante deſtos: ſobre tales yerros bien pueden ſer acuſados delante de los judgadores de los lugares. Mas deſde que ouieren oydo el pleyto de la acuſacion, è dado la ſentencia contra ellos, ſi el yerro fuere tal porque mereſca alguna pena; deuenlos imbiar al Alferez del Rey, ò al Cabdillo cuyos Caualleros ſon, que cumpla en ellos la juſticia que el Rey manda; è el Alferez, ò el Cabdillo deuelo fazer aſſi.*

Si ergo ſuper ciuili, aut etiam criminali cauſa (cuius cognitio coercitioque Militum iuxta prædicta, ſit comiſſa Magiſtro) conueniatur Miles à mi-
68 ſerabili † quoque perſona, neque ad alium iudicem, neque ad Principis tribunal euocari poſſe, deducitur, probantque apertè *quæſt.* 3. *limit.* 14. 15. & 16. notata. Imò nec Miles ipſe ad aliũ
69 iudicem, † vel tribunal poterit cauſam deferre; non modo quia in iudicem nõ ſuum conſentire nequeat, vt firmat *Petr. Caball. reſolut. crimin. cent.* 3. *caſu* 225. *num.* 24. *& ſeqq.* in prædictis ſaltem caſibus *Georg. Acac. dict. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. aut quod miſerabilis ſit cum nec exiſtat, nec miſerabilibus
70 † malicioſe agentibus fauor ve concedatur, vt eadem *quæſt.* 3. *limit.* 1. aduertimus. Malicioſe autem agere ex eo deducitur, quod ſui, & fauorabilis iudicis ſubterfugiat iudiciũ, vt *in quæſt. de Scholaribus* prænotamus.

Sed alia præcipuè ibidem aſsignata
71 quoque ratione: ne à caſtris † Milites diuertant, reique militari præiudicium fiat contra diſpoſitionem *text. in l. Militem,* 7. *C. de procurator. l. Milites,* 13. *C. de re milit. l. fin. C. de locat.* multorumque ſimilium aductorum à *Georg. Acac. dict. tractat. lib.* 1. *priuileg.* 5. *num.* 13. *lib.* 2. *priuileg.* 2. *num.* 1. & 2. & *priuileg.* 9. *num.* 7. quæ præcipua Iudicum Militibus dandorum extitit, ſpecialeque hoc ius concedendi: quod infringere, ipſis ſuperiora vetant, facili enim negotio aliter legis eluderetur imperium, ad libitumque (contra militarem diſciplinam, & publicam vtilitatem) caſtra deſerere liceret.

72 Si autẽ pro atrocioribus † dictis criminibus in ius vocentur, nõ modo priuilegium militaris fori amittere, poſſeque coram locorum ordinariis in quorum dicione patratum eſt delictum cõueniri, relatæ iam leges decernunt; extra Militum numerum talia committentem ponunt, militari honore, aut dignitate priuant exauthoratumque reddunt, *l. Veterani,* 3. *C. de veteran. lib.* 12. *Veterani* (Conſtant. Imperat. ait) *qui ex negligentia vitæ, nec rus colunt, nec aliquid honeſtum peragunt, ſed latrociniis ſe dederunt: omnibus veteranorum priuilegiis exuti, pœnis competentibus à Prouinciarum Rectoribus ſubiiciantur.* Comprobatque *lex Iudices,* 12. *C. de dignitatib. eod. lib.* aliasque conformes *Accurſ. in dict. l. Veterani, gloſ. fin.* citat: Sed & ad Principem in prima cauſæ cognitione Militem hunc trahendi relata *lex* 3. *titul.* 29. *part.* 7. poteſtatem concedit.

Quare aut ſic delinquentem Militem legem hanc; magis quam paganos grauare voluiſſe dicendum (cum non
73 regulariter hi pro morte † ſimpliciter illata, furto vt ad Principis tribunal in cauſæ initio defferri queant, ſed pro aliis qualificatis delictis, à *lege* 5. *titul.* 3. *part.* 3. enumeratis) aut ſaltem, ſi de illis quoque criminibus prædictam *legem tertiam* loqui intelliges; paganis, eos æquari, fatearis neceſſe eſt.

74 Cum vero Miles agit, † conuenire reum in foro ſuo debere, & *dict. l. Magiſteriæ,* ſimilesque iam citatæ à contrario ſenſu probant, & vulgaria, ſæpè aliis in locis à Nobis repetita iura, quæ in foro ſuo conueniendum quæmlibet dictant, quia nullum, circa id Militibus cõceſſum in ſpecie priuilegium extat; Milites autem non niſi in iure expreſ-

ſis

ſis † gaudere priuilegiis (ex *l. Infraudē, 16. § fin. D. de milit. teſtam. l. Quanquam, 3. & l. Ex teſtamento, 5. C. eod.* & ex *l. fin. C. ad S.C. Maced.*) profitetur *Marc. Mant. de priuil. milit. n. 289.* multiſque adductis, *Ferdin. Menchac. controuerſ. Illuſtr. lib. 1. cap. 26. n. 6.* Expreſſe imò à Milite reum in foro ſuo conueniendū (ex *l. pen. C. de offic. Præf. Præt.*) tradit *Georg. Acac. de priuil. milit. lib. 2. priuil. 5. n. 11.*

76 Idque adeò verum, vt licet hodie † Regali placito, ſchedulaque *Matriti data, die quinta Nouemb. 1626. annorum, en fauor de los Capitanes, Oficiales de las guardas, Gentiles hombres, y otros Oficiales mayores y menores della*, vt de nullo delicto quantumuis graui, traditionis etiā, falſæ monetæ, qualificatæ reſiſtentiæ, ſimilium, vel maiorum, de quibus, aut eorum quolibet, reus à parte, iudiceve poſtuletur; nullus alius, quam eis datus iudex, vulgo *Alcalde de las guardas* cognoſcere valeat: etſi alia poſtmodū ſchedula Regia *anno 1629. duodecima die Maii Matriti data*, prior, in qualificata reſiſtentia fuerit limitata, relictaq; præuentio in Diuinæ, humanæque læſæ Maieſtatis crimine: quæ omnia deinde recētiori placito Rex inuictiſsimus noſter *Matriti ſexto Februarii die, anni 1630.* prolato, obſeruari iuſſa ſunt in cauſis *de la gente de la caualleria, y infanteria de la coſta del Reyno de Granada.* In prioribusque Regiis ſchedulis duabus contenta, in his quoque intelligenda, fuerit poſteriori declaratū; vtque nullus alius de eorum cognoſcere Militū cauſis in prima inſtantia poſsit, quam ditionis illius generalis Capitaneus; appellatione ad Regium Militiæ conuentum deferenda. Eadē tamen adhuc (etſi tanto illos fauore proſequantur; inque ciuilibus cauſis in quibus rei exiſtunt, coram ſuo præcipuo memorato iudice conueniendos Milites diſponant, neque fori, iudicisque prædicti expreſſam renunciationem alicuius eſſe momenti decernant) cum vero ipſi actores † Milites exiſtunt; ius

77

intactum commune relinquunt, nec diſponunt quidquam; imò à contrario ſenſu (quo iam ſuperius ſumus argumento vſi) forum rei eoſdem ſequi debere; apertè monſtrant. Quin etiam cum in cauſis ciuilibus Milites ipſi conueniuntur, aliquas excipiunt in quibus eis fori priuilegium hoc verbis his denegant: *Con que eſto no ſea, ni ſe entienda en demanda de bienes rayzes, mayorazgos, y particiones de herencias; porque en eſtos caſos, es mi voluntad, y mando que las dichas cauſas ſe remitan a las juſticias a quien tocaren, como ſi no ſe puſieran, y intentaran contra perſonas de las dichas guardas; porque las dichas juſticias han de conocer de las dichas cauſas.* Similes alias in Indiarum Regnis ſchedulas in illorum Militum fauorem, Regiaque reſcripta memorat *Franc. Carraſc. de caſib. Cur. num. 144.*

78 Si autem extra expeditionem † exiſtant Milites, ſiue militiæ *vale* dixerint; ſiue emeritorum numerum ætatis teneant ratione; (cum vt *Senec. de breuit. vitæ, in fin.* inquit: *Lex à quinquageſſimo anno militem non cogit*) inutilesve ad arma facti, ſint à Militia dimiſi, (iuxta *Ouidii* carmen *Triſti. lib. 4. eleg. 8.*

*Miles vbi, emeritus non eſt ſatis vtilis armis,*
*Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.*

& *Propert. lib. 2. eleg. ad vxorem*

*Miles depoſitis annoſus ſe cubat armis.*

De quorum iuribus, & priuilegiis integri extant tituli *D. de priuileg. veteranor. & de veteranis, C. lib. 12.*) Hoc fori relato priuilegio, volentes, aut etiam inuitos veteranis effectos, niſi pro litibus, quæ in expeditione coram Magiſtro Militum cœptæ fuerant, non vſuros, Imperatoris *Conſtant. in l. fin. eadem* verba probant: *Nullus eorum, qui Sacramētis inhærere deſierit, vel volēs permittatur, vel inuitus militare cogatur ſeruare iudiciū. Sētentiis, quæ non his obſeruatis latæ fuerint, nullā firmitatē habētibus; niſi*

X forte

*forte reperiatur ibi tempore militiæ cœpta*
*cognitio: tunc enim (velut nec dum cingulo*
*depoſito) ſub militari iudice rem tractari,*
*finirique præcipimus; niſi principali bene-*
*cio ſpecialiter indulto, quidam ex his ſeſe*
*defendant.*

Et ſecundum hæc, concurrere in
79 contributionibus, † & collectis cum
paganis Milites extra expeditionem,
inque propriis laboribus degentes de-
bere, deciſum refert *Mar. Ant. de Amat.*
*deciſ. Marchiæ* 159. plenè de materia
*per totã* agens, in idque *Flores Diaz de*
*Men. variar. lib. 2. cap. 21. num.* 249. vbi
de Militibus, quos *Cõtinuos*, aut *Hõbres*
*de Armas* appellamus, aliqua prænotat.

80 Ex quibus, neque hos † (ni ætate lõ-
gæua, debilitate, aliave miſerabili ad-
uerſitate laborent) neque in expedi-
tione degentes (ſuum licet in prænota
tis iam caſibus præcipuum iudicẽ ha-
beant) *legis noſtræ unicæ* priuilegio vti
poſſe apparet.

MVLTA TAMEN ALIA
bellici meruere ſudores. Quorum ſunt
81 latè proſequuti materiam, † integros
de illa tractatus edentes *Petr. Bellinus*
*de re milit. Paris de Put. Ioan. de Lignan.*
*de bello, Iaon. Lup. de eod.* pariter, *Claud.*
*Coterius, de iure, & priuileg. militũ, Mar*
*tin. Laudenſ. de Milite, Marc. Mant. de*
*priuileg. militarib. Iul. Ferret. de re, &*
*diſciplin. milit. Baltaſ. Ayal. de iure, &*
*offic. Bellic. & diſciplin. milit. Georg. Acac.*
(poſt hæc ſcripta viſus) *de priuileg. mi-*
*litum*, aliique ſeparatim parſimque Mi
litum priuilegia retulere, quorum mag
nam adſtruxere molem *Anton. Pichard.*
*in rubric. inſtit. de teſtam. milit. n. 2. Card.*
*Tuſch. practic. concluſ. lit. M. concl.* 227.
228. 229. & 230. *Petr. Cabal. reſol. cri-*
*min. cent. 3. caſu* 293. militarem mate-
riam, *p. 462. numeros* fusè proſequens.

Inter quos aptius, breuiuſque Militũ
priuilegia recenſentem *Marcum Man-*
*tuam* deligimus, eius ſerie ad literã, ob
libri in frequentiam vtentes: addentes
alia, recentiorumque authoritate ab
ipſomet prolata (nota adiecta), confir-
mantes.

Primum igitur priuilegium (ait ipſe)
82 † quoniam regulariter ſubſtitutio com
pendioſa, facta verbis directis, poſt tẽ-
pora pubertatis, euaneſcit, *l. In pupilla-*
*ri, l. Verbis ciuilibus, de vulg. & pupill.*
*ſubſt.*

Et tamen Militis fauore † obliquan
tur, *l. Precibus, C. de impub. & aliis ſubſt.*

83 Secundum, † quoniam directò poſt
tempora pubertatis † fieri non poteſt,
vt iuribus præallegatis.

84 Et tamen Militi † conceſſum eſt, *l.*
*Centurio, D. de vulg. & pupill. ſubſtit. l.*
*In teſtamento, C. de milit. teſtam. Baltaſ.*
*Ayal. dict. tract. de iure, & offic. bell. lib.*
*3. cap. 7. num. 15. in fin. Petr. Cabal. d. caſu*
*294. n. 366. Nicol Intrigl. de ſubſtit. cẽt.*
*3. q. 40. n. 4. Guill. Benedict. in repet. cap.*
*Raynuncius, verb. Teſtamentum, 1. n. 22.*
*verſ. Decimo, Card. Mantic. de coniect. vl-*
*tim. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 23.*

85 Tertium, † quoniam codicillis hæ-
reditas directo, nec dari, nec adimi po-
teſt, *l. 2. C. de codicil. l. Scæuola, D. ad Tre*
*bell.* plura *Nos in Axiomat. noſtris, lit. H.*
*num. 11.*

86 Et tamen illis † hoc modo eam etiã
legis permiſſio reliquit, *l. Militis codi-*
*cillis, C. de milit. teſtam. Petr. Cabal. d. ca-*
*ſu 294. n. 355. Guill. Bened. in repet. cap.*
*Raynuncius, verb. Teſtamentum, 1. n. 22.*
*verſ. Decimo quinto, Georg. Acac. de priui-*
*leg. milit. lib. 2. c. 16. n. 86. Nicol. Intrigl.*
*de ſubſtit. cent. 2. q. 79. n. 19.* Et militis
codicillos etiam ſi ad teſtamentum nõ
87 referantur † perſe ſolum ſtare poſſe,
aduertunt *Aret. in §. pen. inſtit. de milit.*
*teſt. n. 6. in fin. Intrigl. d. loco, n. 32. Petr.*
*Greg. ſyntag. iur. vniuer. lib. 43. tit. 1. n. 11*

88 Quartum, † quoniam qui ſemel eſt
hæres † non poteſt amplius deſinere eſ
ſe hæres, *l. Et ſi ſine, §. Sed quod Papinia*
*nus, D. de minor. l. In ſuſtitutione, & ibi*
*gloſ. not. D. de vulg. & pupil. ſubſtit.* cum
*adductis à Nobis in d. Axiomat. ead. lit. H.*
*n. 41.*

89 Et tamen Miles † hoc facit, *l. Poſt*
*aditã. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. In frau*
*dẽ, §. pen. l. Miles ita, §. 1. D. de milit teſt.*

90 Quintum, † quoniã ius accreſcendi
etiam

etiam inuitis accreſcit, *l. vnic. §. His ita,*
*C. de caduc. toll.*
91 Et tamen in Milite † ſecus, *l. Si duo-*
*bus, D. de milit. teſt.* & not. *in d. §. His ita,*
*& in rubr. C. quando non pet. part. Petr.*
*Cabal. d. caſu 294. n. 353. Card. Mantic.*
*d. lib. 6. tit. 1. n. 16.*
92 Sextum, † quoniam quis non poteſt
decedere pro parte teſtatus, & pro par
te inteſtatus, *l. Hæreditas, D. de hæred.*
*inſt. l. Ius noſtrum, D. de reg. iur.* & latius
*Nos in Axiomat. lit. T. n. 42. & ſeqq.*
93 Et nihilominus miles † poteſt, *l. Certi*
*iuris, C. de milit. teſtam. l. Si in fraudem, §.*
*Miles, l. Quærebatur, l. Miles ita, §. 1. l. Si*
*miles, D. eod. Guil. Bened. in d. rep. c. Ray-*
*nuncius, verb. Teſtamẽtum, 1. n. 22. verſ.*
*Sexto, Mantic. vbi proxime. Georg. Acac.*
*de priuil. milit lib. 2. priuil. 16. n. 51. &*
*ſeqq.* vbi qualiter id accidat declarat
*Petr. Cabal. repetito caſu, nu. 351. Nicol.*
*Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. q. 88. num. 8. &*
*cent. 2. d. q. 79. n. 12. Andr. Gail. obſeruat.*
*118. n. 14. lib. 2.*
94 Septimum, † quoniam rogatus hære
ditatem reſtituere, Trebellianicã de-
trahit, *l. In quartam, D. ad l. Falcid. §. Sed*
*quia, inſtit. de fideicõmiſ.* Et tamen in te-
95 ſtamento Militis † non detrahitur, *l. 1.*
*§. Denique, D. ad Trebell. l. In teſtamento,*
96 *C. ad l. Falcid.* Et idem in Falcidia † di-
cendum eſt, *l. Si certam, § fin. D. de milit.*
*teſt.* In vtraq; ſpecie *Georg. Acac. d. tract.*
*lib. 2. priuil. 16. n. 96. & ſeq.* allegans *l. 1.*
*§. Denique, D. ad Sen. C. Trebell. l. Cogi,*
*16. §. Sed & ſi Miles, D. eod. tit. l. Si à mi-*
*lite, 29. D. de teſtam. milit.* & alias.
97 Quæ tamen detrahitur † ſi hæredi-
tas legatis exhauſta ſit, vt in locis præ-
alleg. & *in auth. Sed cum teſtator, C. ad l.*
*Falcid. in l. In teſtamento, eod. tit.* & *in l.*
*In teſtamento, D. de milit. teſtam.* Et ſic
98 vltra dodrantem † hæredem grauat,
& non paganus, vt in dictis locis, *Be-*
*nedict. vbi proximè, verſ. Decimoquarto.*
*Petr. Cabal. ſæpè dicto loco, n. 360. Marc.*
*Anton. Peregrin. de fideicommiſ. art. 3. n.*
*6. Nicol. Intrigl. d. cent. 2. q. 79. n. 24. Car*
*din. Tuſch. d. lit. M. concl. 229. n. 4.* Indi-
ſtincte licet iure nouiſsimo etiam ex
Militis teſtamẽto Trebellianicam de-
duci, tenet (magis communem Docto
rum ſententiam affirmans, ex *Couar. in*
*cap. Raynuntius, §. 9. num. 9. de teſtam.* &
antiquioribus) *Card. Franc. Mantic. de*
*coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 37.*
99 Octauum, † quoniam verba obli-
qua nunquam trahuntur ad directa,
ècontra autem ſic, *l. Verbis ciuilibus, &*
*ibi Doctores,* tum vel maximè *Bald. in*
*2. col.* rationem aſsignant, *D. de vulg. &*
*pupill. ſubſtit.*
100 Et tamen in Milite † nulla ratio eſt,
quominus obliqua directentur, *l. Tra-*
*ctabatur* (vt idem *Bald.* not.) *D. de milit.*
*teſtam. l. Neque, §. 1. & l. ſeq. D. eod. In-*
*trigl. d. q. 79. n. 25.*
101 Nonum, † quoniam pactum futuræ
ſucceſsionis non valet, *l. 1. l. Pactum*
*quod dotali, l. fin. C. de pact. l. Pactum, C.*
102 *de coll.* Et tamẽ fauore Militis † ſuſtine-
tur ſi factum ſit, *l. Licet, C. de pact. Geor.*
*Acac. de priuileg. Milit. d. lib. 2. priuil. 16.*
*n. 99.*
103 Decimum, † quoniam omne teſta-
mentum communiter querela reſcin-
di poteſt, ſi in eo filius exhæredatus ſit,
*tot. tit. D. & C. de inoffic. teſtam.*
104 Et tamẽ ſi fuerit Militis, † id ipſum
querelæ non ſubiacet, *l. De inofficioſo, l.*
*fin. C. eod. tit. Iul. Clar. in §. Teſtamẽtum,*
*q. 40. n. 6. verſ. Sed quæro, q. 42. n. 3. verſ.*
*Bene verum, & q. 48. n. 2. Bened. in dict.*
*verb. Teſtamentum, 1. n. 22. verſ. Duode-*
*cimo. Baltaſ. Ayal. de iure, & offic. bell. lib.*
*3. cap. 7. n. 15. Petr. Cabal. d. caſu 294. n.*
*363. Didac. Couar. in cap. Quia nos, n. 7.*
*de teſtam. Carol. de Graſ. de effectib. cleri-*
*cat. effectu 19. n. 16.*
105 Vndecimum, † quoniam verba enũ
ciatiua incidenter emiſſa, & propter
aliud, non diſponũt, nec probant, *l. Ex*
*hac ſcriptura, D. de do. l. Ex his verbis, C.*
*de milit. teſtam.*
106 Et tamen fauore Militis † aliter diſ
poſitum reperitur, vt *ibi in l. Milites,*
*eod. tit.* & in ſpecie tradit *Bart. in dict. l.*
*Ex hac ſcriptura, in 3. colum. Nicol. In-*
*trigliol. dict. cent. 2. quæſt. 79. num. 23.*
107 Duodecimum, † quoniam obſcure

interroganti non eſt à Iuriſconſulto, vel Imperatore reſpondendum, *l.2.§. Seruus autem, Sulpitius, D.de origin. iur. l.Domitius Labet, D.de teſtam.*

108 Et tamen Militi † propter ſimplicitatem, & ignorantiam rei militaris, *l. 1.C.de iur.& fact.ignor.* ſic, nec detractanda reſponſio, vt *dict.l. Hæc, l. Precibus, de impub.& aliis ſubſtit.*

109 Decimum tertium, † quoniam vaſſallis ad petendam inueſtituram, annus & dies conceſſi ſunt à lege, *C.Imperialem, §. Præterea, de prohibit a feud. alien. per Feder.in vſib.feud.*

110 Et tamen Militi † dantur annus, & menſis, vt *Bald.*not.*vlt.colum.quo temp. mil.eod.lib.* Subiiciens non mirum eſſe, quia militibus vetuſtas in honorē militiæ multa dedit priuilegia.

111 Decimum quartum, † quoniā quiſque pro debito poteſt carcerari, *l. 1. eod.tit.D.de cuſtod.reor.l.1.C. qui bon.cedere poſſ.l.3.§. Tutores, D. de admin. tut.* & plenè per *Bart.in tract.de carcer.*

112 Et tamen Miles † ab hac erit iniuria tutus, nec in carcerem detrudetur, vt idem *Bald.*dicit, *in dict. l.1. in fin.* & eſt communis opinio aſſerūtque idem *Matth.Brun.de ceſſione bonor. quæſt. 11. quartæ princip.num.1.Caualcan. de tutore, num.318.Georg. Acac.de priuileg.Milit.lib.2.priuileg.27.nu.1. & per tot.Carol.de Graſ.de except.ad mater.ſtatut.exclud.omnes except.in prælud.num.*112 teſtetque *Marc.Mant.* ipſe, *infrà priuil.*

113 44. Quod ad nobiles † extenderunt Regiæ *leges* 79. *Taur.* & 4. *tit. 2. lib. 3. nouæ Reg.collect.* iure communi non ſine controuerſia, vt conſtat, ex *Baec. de inop.debit. cap. 16.num.7. Parlad. Paz, Azebed.* & aliis, quos citat *Rodrig. de execut.cap.4.num.41.* id firmum in Militibus profitentes. Eaq; ratione (quod in carcerem pro ciuili debito detrudi

114 Milites non poſſint) neque in plus, † quam facere valeant, cōueniendos, (de quo inferiùs latiùs *priuil.37.*) neque in carcerem Militem, aliumve illo iure vtentem mitti poſſe, deducunt, ac probant *Roder.Suar.in l.2. de los gouiernos, lib.2.For.§.Quinto quæritur, nu. 4. & 5. Didac.Gouar.variar.reſol.lib.2.cap. 1.n. 4.Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.fin.5.p. §.6.num.17.& 18.Auend.reſponſ.8.nu.* 7. In quibus præterea bonis executionem non patiantur, *infrà priuil.*46. ſubnectitur.

115 Decimum quintum † (*Mantua* addit) quoniam teſtamentū ſolemnitates iuris requirit, de quibus *in l.1.* & *in l. Hæredes palam, D.de teſtam.* Imò quò l

116 nemo poteſt facere, † quin in eo locū habeant, *l.Nemo poteſt, D.de leg.1.l.Teſtandi, C.de teſtam.* Alias non eſſet teſtamētum niſi abuſiue, *l.2.§.1.D.quemadmod.teſtam.aper.l.Hac cōſultiſſima, §.Ex imperfecto, C.de teſtam.* arg. *in l. Paulus, D.de verb.ſignif.* & *in l. Seruo manumiſſo, D.de cond.in debit.*

117 Et tamen Militi † remiſſæ ſunt, *l.1. l.Neque, §. Deportati, D. de milit. teſt.l. Milites, C.eod.tit.Petr.Cabal.d.caſu 294 n.348.& ſeqq. Georg. Acac. d. tract.lib. 2.priuil.16.nu.45.& ſeqq & nu. 61.& ſeqq.Nicol.Intrigl.d.cent.2.q.79.n.3.& ſeqq.Guil.Bened.d.verb.Teſtamentum, 1. n.21.* vbi quæ remiſſæ, quæque deſiderentur in Militis teſtamento ſolemnitates explicat. Quæ quidem nō modò

118 actu Militantibus Iura remittunt: † ſed etiam paganis, qui iure militari vltima condidere elogia, Militeſque deceſſere, conſtitutione *legis Infraudem, 16.§. Teſtamentū, D.de milit. teſtam.* Diui Pii reſcriptum continentis, referente Vlpiano *Teſtamentū ante Militiam factū à Milite, ſi in Militia deceſſerit, iure Militari valere (ſi Militis ſubiuncta voluntas contraria non ſit) Diuus Pius reſcripſit.* Quod diligens, *Donel. libr. 6. Digeſtorum, capit. 28. litera P. & Q.* in-

119 telligit verum: † *Si mentis teſtatio, indiciumve aliquod Militis ſequatur; quod in paganis elogium ſic factum, probare voluiſſe, inſinuet,* ex *§.4.inſtit. de milit. teſt. & l.Titius, 25.D.eod.tit.* Sentireque idem viſus eſt *Georg. Acac. proximè dicto loco, num.107.& ſeq.*

120 Decimum ſextum † (& ſpecialius ad idem *Mant.* inſerit) quoniā in teſtamentis

mentis teſtes rogati eſſe debent, *l. Hæredes palam, §. In teſtamẽtis, D. de teſtam. auth. Rogati, & in corpore vnde ſumitur, C. eod. Ant. Gom. in l. 3. Taur. n. 23.*

121 Et tamen in Milite † rogatus nõ eſt neceſſarius, vt per *Doctores in d. l. 1. & in d. l. Milites,* ſupr. proximè allegata, *Nicol. Intrigliol. d. q. 79. n. 28. 29. & 30. Georg. Acac. d. loco, n. 73. & 76.* Hodie licet iure Regio, rogitus qualitatem non deſiderari, aduertat, probetque *Gomez. ead. l. 3. n. 29.*

122 Decimum ſeptimum, † quoniam in teſtamẽto pariter filius inſtitui debet, aut nominatim exhæredari, ne præteritus teſtamentum rumpat, *l. 1. & 2. D. de liber. & poſthum. & inſtit. de exhæred. liber. in prin.* & traditur latè, *in l. Poſthumo, C. de bonor. poſſeſſ. contra tab.*

123 Et tamen Militi † neceſsitas hæc à lege impoſita non eſt, *l. Sicut, & ſeq. C. de milit. teſt. l. Qui iure militari, D. eod. l. 2. §. Quiſquis, D. de vulg. & pupil. Georg. Acac. citato loco, n. 78. Mantic. de coniect. vltim. volunt.*

124 Decimum octauum, † quoniã quis filio ſuo haud poteſt ſubſtituere pupillariter, niſi prius ſibi ipſi teſtamentum faciat, *dict. §. Quiſquis, l. Patris filii, D. eod. §. Liberis, §. Igitur, inſt. de pupil. ſubſt.*

125 Et tamen Militi † permiſſum eſt, vt pupillo tantum etiam ſibi teſtamento non facto ſubſtituat, *l. Miles ita, §. fin. l. In fraudem, §. Item tam ſibi, D. de milit. teſtam. Guil. Bened. d. verb. Teſtamentũ, 1. n. 22. verſ. Octauo, Nicol. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. q. 2. n. 27.* & latius, *quæſt. 74. n. 22. & ſeqq. & cent. 2. d. q. 79. n. 2.* Et
126 de exemplari ſubſtitutione ſimiliter à Milite valide facta, *idẽ ipſe, cent. 1. q. 16. n. 16. & ſeq.* Nec ſibi ſolũ filiusfam. Mi-
127 les de caſtrenſibus † teſtari, ſibique teſtamentum facere poteſt, *l. Ex militari, de teſtam. Milit. Ayal. d. lib. 3. cap. 7. ſub num. 15. Petr. Cabal. d. caſu 294. nu.*
128 362. Sed etiam filio † pupillo, *dict. l. In fraudem, 16. §. Miles, & l. Cum filiusfam. 29. D. de milit. teſt. Petr. Cabal. vbi proxime, n. 364. & ſeq.*

129 Decimum nonum, † quoniã ad confirmationem tabularum pupillariũ requiritur hæreditatis aditio, *dict. l. 2. §. Adeò, D. de vulg. & pupil. ſubſt.*

130 Et tamen Militis † etiam non adita, ſuum ſortiũtur effectum, *d. l. Miles ita, §. fin. D. de teſtam. milit. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſ. art. 2. nu. 36. Guil. Bened. d. verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſ. Nono.*

131 Vigeſsimum, † quoniam filio emancipato ſubſtitui non poteſt. *l. 2. in princ. D. de vulg. & pupil. ſubſtit.*

132 Et tamen Miles † ſubſtituit, *l. Miles ita, §. Exhæredato, D. de milit. teſtam.* cũ *Menoch. lib. 4. præſumpt. 60.* & aliis ab eo citatis, *Nicol. Intrigliol. de ſubſtit. d. cent. 2. quæſt. 62. num. 49. Guil. Bened. dict. verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſ. Decimo ſeptimo.*

133 Vigeſsimum primum, † quoniam quis non poteſt mori cum duobus teſtamentis, ex quo aut vice vnius habẽtur; aut vnum per aliud rumpitur, *l. 1. & 2. D. de iniuſt. rupt. irritoque teſtam. l. 1. §. Sed in duobus, D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.*

134 Et tamen Miles † ipſe poteſt, *l. Quærebatur, D. de milit. teſtam. dict. l. 1. & 2. de iniuſt. irrit. que fact. teſtam. Guill. Bened. dict. loco, verſ. Quinto. Petr. Cabal. d. caſu 294. num. 359. Intrigliol. dict. cent. 2. q. 79. num. 9. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. lib. 6. titul. 1. num. 21. Cæſar Argel. de adquir. poſſeſ. quæſt. 14. art. 2. num. 42. Georg. Acac. dict. lib. 2. priuileg. 16. num. 50. Cardin. Mantic. dict. lib. 6. de coniectur. vltim. volunt. tit. 1. n. 21.*

135 Vigeſsimum ſecundum, † quoniam capite damnati teſtamenti factionem non habent, *l. Eius qui, §. 1. & §. fin. D. de teſtam.* imò quod bona eorum etiam publicantur plures in id alias cumulat *Anton. Gomez leges, in 4. Taur. n. 1.* quas probat, renouatque *lex 15. tit. 1. part. 6.* antiquantur tamen, & corriguntur omnes per *dict. l. 4. Taur.* & *l. 8. titul. 4. lib. 5. nouæ Reg. collect.*

136 Et tamen Miles † habet, (& quidem iure militari) ſi non Sacramenti tamen

ſides rupta ſit) *l. Ex militari, in princip. D. de milit. teſtam. l. Si quis filio, 6. §. Sed & Si quis, D. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* vbi ſic Vlpianus: *Sed & ſi quis fuerit capite damnatus, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit: teſtamentum eius irritum fiet: & non tunc cum conſumptus eſt, ſed cum ſententiam paſſus eſt; nam pœnæ ſeruus efficitur. Niſi fortè Miles fuit ex militari delicto damnatus: nam huic permittitur teſtari, vt Diuus Adrianus reſcripſit. Et credo quod iure militari teſtabitur. Georg. Acac. dict. lib. 2. priuileg. 16. num. 30. & ſeqq. Petr. Cabal. dict. caſu 294. num. 367 Baltaſ. Ayal. dict. lib. 3. cap. 7. num. 16. Intrigl. dict. quæſt. 79. num. 13. & ſeqq. Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſic. Quarto.*

137 Vigeſſimum tertium, † quoniam incertus de ſtatu ſuo teſtari pari modo non poteſt, *l. 1. in princip. D. de leg. 3.*

138 Et tamen Militis teſtamentum † in ea conditione eſt, vt valeat, *dict. l. Ex militari*, proximè allegatus, *§. Si miles, D. de milit. teſtam. Petr. Cabal. dict. caſu, num. 356. Intrigliol. dict. cent. 2. quæſt. 79. num. 26. Acac. dict. priuileg. 16. num. 35.*

139 Vigeſſimum quartum, † quia ſurdus, & mutus adhuc nō teſtatur, *l. Diſcretis, C. qui teſtam. facer. poſſ. l. Qui in poteſtate, § fin. & l ſeq. D. de teſtam. §. Item ſurdus, inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam. l. 13. tit. 1. part. 6.*

140 Et tamen Miles † huiuſmodi hoc idem faciens, non reiicitur, factumque ſuſtinetur, *l. Iure militari, D. de milit. teſtam. §. Quia imò, inſt. eod. Petr. Cabal. repetito caſu 294. num. 361. Intrigliol. dict. quæſt. 79. num. 27. Ferdin. Vazq. Mench. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 103. nu. 301. & ſeq. & de ſucceſ. progreſ. §. 1. num. 169. Andr. Gail. obſeruat. 118. num. 14. lib. 2. Guil. Benedict in repetit. cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſ. Tertio, quia miles. Georg. Acac. dict. tract. lib. & priuil. num. 28.*

141 Vigeſſimum quintū, † quoniam mulieri in qua etiam turpis ſuſpicio cadere poſsit, libere relinquitur, *l. Affectionis, l. Donationes, in princip. D. de donat.* quod & per locū à ſpeciali, probatur, *l. 1. D. de don. inter vir. & vxor. l. 4. §. Sed & quod meretrici, D. de cond. ob turp. cauſ. l. 53. in ſecunda parte, tit. 14. part. 5.* multos referens *Ioan. Gutier. de iuram. confirm. 1. part. cap. 6. num. 1.*

142 Et tamen Militi † reſiſtit lex ne donet, aut aliquid relinquat, *l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. l. Miles ita, §. Mulier, D. de teſtam. milit. l. Mulierē, 13. D. de his quib. vt indign. Benedict. dict. verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſ. Vndecimo. Baltaſ. Ayal. dict. lib. 3. cap. 7. n. 19. Petr. Cabal. dict. caſu 294. n. 370. Card. Tuſch. dict. lit. M. concl. 228. nu. 1. Ioan. Gutier. d. cap. 6. num. 3. & 4.* qui ab *Ant. Gomez in l. 53. Taur. num. 68.* dicta mutuauit, *Georg. Acac. d. lib. 2. priuil. 16. num. 44. Cæſar Argel. de acquir. poſſeſ. q. 3. art. 22.*

143 *num. 1116.* Limitans † cum multis *ibid. num. 1109. & ſeqq.* in donatione à Milite ob merita facta *Gutier. ſupr. nu. 11. & ſeq. Marc. Ant. Natt. conſ. 559. nu. 1. cum ſeq. Mancin. de iuram. part. 4. effect. 220.* plures allegans, *Carol. de Graſ. de effect. cleric. effect. 19. num. 19.* hanc late materiam exornans; multifariam, multiſque modis aſſertionem prædictam à *num. 21. cum ſeqq.* amplians; à *num. 41.* limitans. Et an donatio huiuſmodi à

144 Milite facta iuramento † firmetur, viresque habeat; plenè examinat *Gutier. d. cap. 6. à num. 13. cum ſeqq.*

145 Vigeſſimum ſextum, † quoniā deportati, de iure communi, hæredes inſtitui non poſſunt, *l. 1. C. de hæred. inſtit. l. Edicto, D. de bonor. poſſeſſ.* neque alius quilibet ſeruus pœnæ effectus, ex iuribus *priuil. 22. ſuprà* relatis.

146 Et tamen inſtituuntur † à milite, *l. Neque, §. Deportati, D. de milit. teſtam. Nicol. Intrigliol. de ſubſtit. d. cent. 2. q. 79 n. 14. & ſeqq.*

147 Vigeſſimum ſeptimum, † quoniam cauſæ meri, & mixti imperii non poſſunt delegari, *l. 1. D. de offic. eius*, approbata à *lege 18. titul. 4. part. 3. Paz*

(hu-

(huius non facta legis mẽtione) *in praxi, 2. tom. prælud. 3. num. 2.* vbi quid
de iure canonico hac in ſpecie conſtitutum extet, *à num. 1.* tractat, & ante eum plenè *Didac.*]*Couar. variar. lib. 2. cap. 20. per tot.* vbi quid apud nos circa iudices quoque ſæculares obtinuerit conſuetudo, *num. 4.* tradit.

148 Et tamen fauore Militis † delegantur, *l. Tam collatores, C. de re milit. lib. 12.* allegatque *ſeipſum Mantua* in id, in *l. 1. C. de offic. eius.*

149 Vigeſsimum octauum, † quoniam
regula Catoniana regulariter in teſtamento cuiuſcumque locum habet, &
attendi ſolet vt legatum caducum, aut
aliter inutile non conualeſcat, ſi diutius viuat, poſt teſtamentum, & res ad
eum ſtatum mortuo teſtatore perueniat, à quo incipere potuiſſet; & ta-
150 men in teſtamento Militis † haud eſt
conſiderabile, ex quo eſt de iure ciuili, à quo ipſe abſolutus eſt, *l. Neque in princ. & ibi Bald.* in terminis, *D. de milit. teſtam.*

151 Vigeſsimum nonum, † quoniam ignorantia iuris nemini prodeſt officere potius ſolet, *l. Iuris ignorantia, C. qui admit.* his diebus â Nobis edita, vna cum *l. 1. C. eod. titul. l. Legibus, C. de legib.* cum adductis per Nos *in Axiomatib. lit. I. num. 17.*

152 Et tamen Militi † non nocet, *l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. Regula, §. Si Miles, D. eod. titul.* & not. *in l. fin. in princ. C. de iure deliber.* plenè *Georg. Acac. de priuileg. milit. lib. 2. cap. 1. per tot.* Conueniuntque de ruſtica ſimplicitate ſuo à Nobis loco iam dicta, quæ & Militibus congruunt, & de vtriſque pariter hac in re Doctores loquũtur, & in ſpecie *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 1. q. 10. art. 7. per tot.* materiam *articulis ſeqq.* tractans.

153 Trigeſsimum, † quoniam priuilegium fori ſuperueniens pendente iudi-
tio, quem iuriſdictione non eximit, *l. Si quis poſteaquam, D. de iudic. l. pen. D. de iuriſd. omn. iudic.* Ideoque nec Cleri-
154 cos † poſt delictum præcipuè commiſſum, in iudiciumque deductum ſeculare effectos ab eo liberauit, vt cum aliis ibid. relatis eruditiſsimus tradit *Couar. practic. lib. 1. cap. 32. num. 4. in princ. & verſ. Secunda concluſio, iuncto verſ. ſeq.* de qua etiam te *Plaça de delict. lib. 1. c. 35. num. 5.* nouiſsime (magis communiter receptum dicens, commiſsi delicti tẽpus in ſpecie præſenti attendi) *Carol. de Graſ. de effect. clericat. effect. 1. n. 1072.* ex *l. vt DD. de pœn.* & aliis latiſsimè *ſeqq. numeris* materiam proſequens.

155 Et tamẽ in Milite † armatæ militiæ ſecus, *l. Qui cum vno, §. Reus, D. de re milit.* & not. *in d. l. Si quis poſteaquam,* licet hæc mihi prout iacet limitatio non ſatis conſtet cui *d. l. Si quis poſteaquã* diſpoſitio nominatim obſtat, communiſque in clerico relata aſſertio, & ſic in Milite per *d. l. Si quis poſteaquam,* in ſpecie profitetur *Georg. Acac. d. lib. 2. priuil. 5. num. 7. & 8.*

Trigeſsimum primũ, quoniã nulibi
permiſſum reperitur, imò prohibitum
156 potius, vxori, † vel medico alicuius læſi, ſi ex cauſa probabili, & neceſſaria abfuiſſet, ex clauſula *Si qua mihi iuſtæ cauſa ſubeſſe videbitur,* ſuccurri, de qua *in l. 1. in fin. & in l. Sed etſi per prætorem, in princ. D. ex quib. cauſ. major.*

157 Et tamen vxor militis, † & medicus abſque dubio reſtituuntur, mariti, ſeu militis fauore, cui hoc ſpeciale priuilegiũ conceſſum eſt, *l. Inter eos, 33. §. Militum medici, D. eod. tit. l. 1. C. de vxor. milit. Georg. Acac. de priuil. Milit. lib. 1. c. 9. n. 32.* plenè *Sfort. Odd. de reſt. in integr. p. 1. q. 6. art. 7. n. 21. verſ. In contrarium, & art. 8. per tot. Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituan. 4. n. 461. & ſeqq.*

Trigeſsimũ ſecundum, quoniam pe-
158 remptoria exceptio † poſt ſententiam opponi non poteſt, *l. Perẽptorias. C. ſent. reſcind. non poſſe, l. Exceptionem. C. de probat.* & de materia, *in cap. Paſtor. de except.*

159 Et tamen Miles † opponit, *l. 1. in fin. C. de iur. & fact. ignor. Petr. Cabal. reſol. crimin. d. cent. 3. caſu 294. n. 334. Carol. de Graſ. de effect. cleric. effect. 19. n. 10.*

160 Trigeſsimum tertium,† quoniã tutela(cum ſit munus publicum, & nil, aliud niſi vis, atq; poteſtas adtuendum eum,qui propter ætatem ſe deffendere nequit,vt *inſtitut.de tutel.in princip.*) efficit, vt quis cogatur ad onus ipſum ſuſcipiendum,*l.Nullus,C.de Decur.lib.* 10. & not. in loco prius ſuprà, latè *Paul. Montan. de tutor.cap.35.de excuſ. tutor.num.1.& ſeqq.*

161 Et tamen Miles † cogi non poteſt, imò quòd nec volens admitti debet,§. *Idem,& in Milite,inſtit.de excuſ. tutor. l.Milite,C.qui dar.tutor.poſſ.* Niſi tutela filiorum ſui commitionis eſſet, quoniam tunc ſecus,*l.Sed & milites,in princip.& ibi not. Bart. D. de excuſ. tutor.* & idem *Gloſ.in dict. §. Idem & in Milite, Georg. Acac. dict. tractat. lib.2. cap.15. per tot.Petr.Cabal.dict.caſu 294. numero 326.Paul.Montan.dict. cap.35.numero 184.Ioan.Gutier. eod.tractat.de tutel.1. part.cap.21 num. 25. Maſtril. deciſ.76. num.7.verſ.Sed his,& num,11.volum.1. Anton.de Amat.reſolut.46.num.3.12.& ſeqq.* vbi quòd etiam à ſuſcepta liberatur.

162 Ab aliis quoque muneribus † perſonalibus eos reddit Vlpian.immunes, *in l.3.§. His qui, D.de muner. & honor.*

163 A realibus † autem, & his quæ à mercimonio proueniunt vectigalibus excuſati licet non ſint,*dict. §. His qui, & ibi Gloſ.verb. Munus*, à contrario ſenſu *Bouadilla in politic.lib.4.cap.2. num 67. verſ.Y en las pagas de los tributos Reales, y Concejales*, ad quod iudicem rei competentem eſſe firmat,*Georg.Acac.dict. tractat.& lib.priuileg.30.* eſtque *text.in l.Ex præſtatione,7 C.de vectigal.& commiſſ.* In commiſſum tamen profeſsione non facta, militari priuilegio non incidunt,*l.3.C.eod. titul. vbi Gloſ.* celebris, *verb.Tenerentur*, alios exemptionis ſimiles in Militibus aſsignat caſus, & notat *Petr.Cabal.dict.caſu 294. numero 328.* plenè etiam *Georg. Acac. de priuil. Milit.lib.2.priuil.10.per tot.*

164 Trigeſsimum quartum, † quoniam multi ſunt caſus in quibus delinquentes laqueo vitam finiunt, tum vel maximè enumerati, *in l. Capitalium, in §. Famoſos,& ibi Gloſ.* magiſtra,*D.de pœn. & in §.Ex maleficiis,inſtit.de action.*

165 Et tamẽ Miles † ignominiam hanc pati non debet, ſed honeſtiori pœna puniri,*l.Deſertorem, §. Pœna Militum,* & pari modo, iuncta *Gloſ. D. de re milit.* per quam ita dixit *Bald.in cap. 1. in §. Si ruſticus in fin.de pace ten.in vſib. feudor.Georg.Acac.dict.tract.lib.2.priuileg. 17.per tot.Petr.Cabal.repetito caſu 294.*
166 *num.* 336. Secundum quem limita †
*ibid.num. 338.* & ex *l. 3. C. de veteran. lib.12.*& *ibid. Gloſ. & l.1. C. de dignitatib. eod. lib.* in his, qui atrocibus delictis,furtis præcipue, & latrociniis vacant ſeque militare honore indignos reddidêre.

167 Trigeſsimum quintum, † quoniam res empta cum pecunia mea alterius nomine,non eſt mea, nec iſta ratione à me vendicari poteſt, nec cæteris creditoribus anterioribus præferor, *l. Si ex ea pecunia, C.de rei vindic.* diximus in priuileg.Eccleſiæ.

Et tamen ſi comparata ſit ex pecu-
168 nia Militis, † ſecus,*l.Si vt proponis, C.*
*eod.l.Idemque,D.qui pot. in pig.hab. l. 2. de donat.inter vit. & vxor, Petr.Cabal. dict.loco,num.330.Vital.de Camb.de clauſul.in clauſ. Et ſpecialiter obligat, num. 4. Rodrig. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 20. ſub num. 6. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.11.tit.14.num.3.Antonin.de Amat.reſolut.3.num. 68. Franc. Gallet. in margar.caſ.conſcient. verb. Pecunia.verſ.Pecunia Militis.*

169 Trigeſsimum ſextum, † quoniam verè contumax ab appellando excluditur,*l.Et poſt edictum,§ fin.D. de iudic. l.2.D.Si quis in ius voc.non ier.*

170 Et tamen Miles, † (ſicut etiam minor & ruſticus) appellat, *l. Etſi ſine, §. Item ſi non prouocauit,D.de minor.l.Cum de indebito, §. Sin autem, D. de probat. l. Vbi,in princip.D.de edend.*& latè *in dict. l.2.not.Alex.in 1.col.*

171 Trigeſsimum ſeptimum, † quoniã condemnatus ad ſoluendum, ſoluere præ-

præciſè cogitur, vſque adeò, vt nec coactionem euitet, ſi paratus ſit dare ex promiſſorem, deſoluendo, *l.* 3. *§. Ait Prætor, D. de re iudic.* iàque *ſuprà quæſt.* 11. *num.* 59. aduertimus.

172 Et tamen Miles † beneficium habet, ne ab eo exigatur, niſi in quantum facere poteſt, *l. In condemnatione, D. de regul. iur. l. Miles, D. de re iudic.* plenè *Georg. Acac. dict. lib. 2. priuil. 18. per tot. Nicol. Boer. in conſuet. Bituric gloſ. Eſt faict che valier, in princip. pag. mihi* 238. vbi de Militibus alias, *Damad. in enchirid. parium, verb. Miles, verſ. Quo circa ſicut,* infinitos ad id congerit *Carol. de Graſ. de effectib. clericat. effectu* 7. *num.* 2. *& effect.* 19. *num.* 15. *Petr. Cabal. dict. caſu* 294. *num.* 314. Qui nec bonis Mili-
173 tem † cedere poſſe, *num.* 315. addit, tenentque idem *Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt.* 11. *quart. princip. num.* 1. *& Oſuald. Hillig. in Donel. Enucl. lib.* 27. *cap.* 9. *lit. M.*

174 Trigeſimum octauum, † quoniam quilibet poteſt renunciare † priuilegio fori, *l. Si quis in conſcribendo, C. de pact.* argum. *in l. Si iudex, D. de minor.* & *in cap. Ad Apoſtolicam, de regular. & tranſeunt. ad Relig.*

175 Et tamen Militi † prohibitus eſſe videtur, *l. Magiſteriæ, C. de iuriſd. omn. iudic.* In quo militat ratio honoris militaris, vt alibi in ſimili, clericalis, *in cap. Diligenti de foro compet.* & de materia latius, *in dict. l. Si quis in conſcribendo,* Notauimusque iam ſuprà, ex *Petro Cabal. reſolut. crimin. caſu* 225. *num.* 24. *& ſeqq.* & aliis.

176 Trigeſimum nonum, † quoniam non poteſt quis pupillariter filio ſuo ſubſtituẽdo facere quod moriatur pro parte teſtatus, pro parte autem inteſtatus; ex quo ſubſtitutio pupillaris pars eſt, & ſequella teſtamenti paterni, *§. igitur, inſtitut. de pupill. ſubſt.* nec poteſt fieri, niſi ſibi pater prius faciat teſtamentum, vt dixi ſuprà in diſcurſu *l.* 2. *§. Quiſquis, de vulg. & pupil. ſubſtit.* quod neque huiuſmodi eſſe poteſt, *l. Ius noſtrum, D. de reg. iur.*

177 Et tamen Miles † poteſt, *l. Sed ſi plures, §. Ad ſubſtitutos, D. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. Miles ita,* 42. *§. fin. D. de milit. teſt.* vbi Triphonian. iſthæc: *Si Militis adita non fuerit hæreditas; an ſubſtitutio quam pupillo fecit, valeat, quæritur? Et conſequens erit hoc dicere; quia permittitur Militi filio facere teſtamentum, quamuis ſibi non fecerit.* Cuius & meminit *Coſta in cap. Si pater, 2. part. verb. Deferuntur, num.* 2. *colum.* 2. *ad med. pag. mihi* 344. *& Pichard. in rubr. inſtit. de vulg. numero* 48.

178 Quadrageſimum, † quoniam præteritione matris, quærela ſubuertitur teſtamentum eius, ex quo, loco exhæredationis habetur, *l. Illud, §. Ad teſtamenta fœminarum, D. de bonor. poſſ. contra tabul.* Et idem ſi ipſa à filio præteretur, *l. Nam et ſi parentibus, D. de inoffic. teſtam.* & dico ego in hac *l. Precibus, in* 11. *quæſt. de impub. & aliis ſubſtit.*

179 Et tamen in Milite, † ſecus, *l.* 1. (& ibi notat *Iaſ. in* 3. *colum.*) *C. de milit. teſtam.*

180 Quadrageſimum primum, † quoniam in pagano non cadit diſtinctio patrimoniorum, *l. Iuriſperitos, §. Cum oriundus, D. de excuſ. tutor.*

181 Et tamen Miles † inſtituendo vnum in vno patrimonio, & aliũ in alio; hoc ipſo declarat ſe velle vti priuilegio militari, vt not. *in dict. l.* 1. *C. de milit. teſtam. prox. alleg. & ibid. Iaſ.*

182 Quadrageſimum ſecundum, † quoniam ad probandum voluntatem alicuius teſtantis, requiruntur ſeptem teſtes, ſicut in eius teſtamento, *l. Cum proponeretur, D. de legat.* 2.

183 Et tamen in voluntate Militis, † ac in caſu, *l. in teſtamento, C. de milit. teſtam.* duo tantum ſufficiunt, ſicut & in eo teſtamento, *l. Milites, iuncta gloſ. C. eod. & in dict. l. In teſtamento,* quoque notatur. *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum,* 1. *num.* 21. *de teſtam. verſ. Sanè tamen.*

184 Quadrageſimum tertium † adhuc, quoniam imò ſecundum alium intellectum, in ipſo Milite ſatis conſtat eo

ipſo

ipſo quòd contrarium non probatur. Et tamen in pagano, vere probari debet. Quod dictum tamen non eſt tutũ; ideò recurrendum eſt ad *dicta in dict. l. In teſtamento.*

185 Quadrageſsimum quartum, † quoniã quiſque pro debito ciuili capi perſonaliter poteſt, niſi ſit in domo; quoniam tunc, cum ſit tutiſsimum cuiuſque refugium; inde auelli non poteſt, minusque ab Eccleſia, *l. Plerique, l. Satis, D. de in ius voc. l. pen. C. de his qui ad Eccleſ. confug.*

186 Et tamen Miles † tutus eſt, nec iſtud ipſum pertimeſcet, *l. Miles, & ibi not. D. de re iudic.* quod iam ſupr. *priuileg.* 14. dixerat. *Mant.* ipſe vbi Nos quoque id alios pariter addentes notamus.

187 Quadrageſsimum quintum, † quoniam teſtamẽtum ſimpliciter fieri debet, & nõ ſub ſpecie alicuius lucri; exẽplificando in caſu quando duo faciunt pactum quod vnus alterum hæredem inſtituat, & econtra, *l. Ille autem, & ibi Bald.* not. *D. de hæred. inſtit.* conducuntque adducta à *Nobis in Axiomat. lit. E. num.* 3.

188 Et tamen factum inter Milites, † valet, vt *in l. Licet inter priuatos, vbi Iaſ. & Doct. in 3. colum. C. de pact. Valent. Forſter. de hæreditat. lib. 4. cap. 24. num. 8. Nicol. Boer. deciſ. 204. numero 4. & 5. Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. vniuerſ. lib. 19. cap. 16. num. 17.* conueniuntque ſuperius *priuil.* 9. adnotata.

189 Quadrageſsimum ſextum, † quoniam in executione iudicati, omnia debitori poſſunt auferri, obſeruata nihilominus forma, *l. A diuo Pio, §. In venditione, D. de re iudic.*

190 Et tamen Militi † arma relinquuntur, ſicuti libri ſcholaribus, maximè ſtudentibus, *Gloſ.* eſt notabilis, *in l. Nepos Proculo, D. de verbor. ſignific.* quam ad id etiam inducit *Bald. in rubr. C. qui bon. credere poſſ. & Iaſ. in §. Item Seruiana, in 9. colum. inſtitut. de actionib. Petr. Cabal. reſolut. crimin. dict. caſu 294. num. 313. Oſuald. Hilliger. in Donel. Enucl. lib. 27. cap. 3. lit. P. Vincent. Carot. de except. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. execut. cap. 56. num. 1. & ſeq.* optimè *Ioan. Hierion. in diuerſor. iur. Can. rubr. 11. cap. 10. num. 11.* Idque ipſum *lex Regia 3. titul. 27. part. 3.* decreuit in

191 nobilium † fauorem, vt in carcerẽ pro debito ciuili regulariter coniici, nequeant, eisque arma, equi habitationisque domus relinquantur, neque in his executio fiat, recentiores decernunt, *l. 9. titul. 1. lib. 6. nouæ Reg. collect. l. 3. 4. & 5. eod. tit. & lib.* plurimas alias in id Regias leges cumulat *Gundi. Suar. de Paz in praxi, 5. part. tom. 1. cap. 2. nu. 37.* In ſcholarium quoque libris

192 † ſimul ad dictæ *Gloſſæ in l. Nepos Proculo* inſtar loquens, ſuntque ita pariter loquuti *Petr. Duen. regul. 275. limit. 5.* omnigena eruditione ornatus *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 3. num. 18.* qui *num. 21. & ſeqq.* aliis etiam bonis cauſidicis deficientibus, ad libros manus non magis quam ad Militum arma pro executione porrigi hodie poſſe, confirmat. Expertique in forenſi iudicio ſumus, nec ſemel protectorias literas (vulgo de amparo, nominatas) ab ordinariis Curiæ iudicibus, (Alcaldes de Corte) expeditas vidimus, quibus (fide præſtita, quæ in Aduocatorum numero deſcriptos eſſe, examine præhabito monſtret) ne pro debito ciuili in eorum perſonis, aut libris executio fiat, iubent, abſtinereque ab his manus ſatellitibus præcipiunt.

193 Quadrageſsimum ſeptimum, † quoniã præteritio patris efficit vt teſtamẽtum ſit ipſo iure nullum, vt *inſtit. de exhæred. liberor. in princ. & in l. 1. & 2. D. de liber. & poſthum.*

194 Et tamen ſi Miles † ſciens ſe filios habere, alios inſcripſerit hæredes, tacite eos exhæredaſſe intelligitur, *l. Sicut certi iuris, & ſeq. C. de milit. teſtam. Benedict. in dict. cap. Raynuncius, verb. Teſtamentum, 1. num. 22. verſ. Decimo tertio, Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 185. Petr. Cabal. dict. caſu 294. nu. 354.*

195 Vbi ea ratione, nec filii agnatione †

Mi-

Militis rumpi teſtamentum, ſi de illius mente conſtet, notat ex *l. Qui iure militari, l. Militis, §. Miles, de milit. teſtam. dict. l. Sicut, & ſeq. C. eod. Nicol. Intrigliol. dict. cent. 2. quæſt. 79. num. 5. & ſeq.* licet hodie contrarium affirmet ibid. ex *Gloſ. in l. Teſtamenta, C. de inoffic. teſtam. Vazq. de ſucceſſ. creat. §. 24. num. 33. Graſ. in §. Teſtamentum, quæſt. 7. numero 3.*

196 Quadrageſsimum octauum, † quoniam ſi quis filiam ſuam appellaſſet, & eidem in teſtamento pariter legatum reliquiſſet; non videtur propterea eam exhæredaſſe, vſque adeò, vt in quartam etiam imputetur, & ad ſupplementum agat, ſi ſibi aliquid deſit, *l. Omni modo, l. Sancimus, C. de inoffic. teſtam.*

197 Et tamen in Milite † ſecus, quia eã non inſtituendo hæredem, ſine dubio exhæredauit, *l. Si cum vel in vtero, in fin. C. de milit. teſtam.*

198 Quadrageſsimum nonum, † quoniam ſi quis ſeruum inſtituerit, eique libertatem reliquerit in eodem teſtamento, eidem hæreditas ſola ſine libertate adimi non poteſt, *l. Si ita, §. Regula, D. de liber. & poſthum.*

199 Et tamen Miles † poteſt, eundem ſcilicet hæredem inſtituere, deinde exhæredem ſcribere, *l. Si certarum, §. Si eodem teſtamento, D. de milit. teſtam. Georg. Acac. eod. tract. de priuileg. Milit. lib. 2. cap. 16. num. 98.*

200 Quinquageſsimum, † quoniam ſi filiusfam. capite minuatur, vel emancipetur, vel à patre ſuo in adoptionem detur, teſtamentum nihilominus eius valet; quaſi ex noua voluntate (inquit) text. in *l. Miles filiusfamil. D. de milit. teſtam. §. Sed & ſi quis, inſtit. eod. tit.*

201 Et tamen in pagano † ſecus, *l. Si quis filio, §. Sed ſi quis, D. de iniuſt. rupt. irrit. qui teſtam.* & not. *in d. l. Miles.*

Quinquaginta hæc militum priuilegia extra ea, quæ ſtellare ſignum diſcernit (vt iã prædiximus) *Marc. Mant.*

202 *aſſignat.* Viginti † *Guill. Benedict.* numerat, *in dict. repet. cap. Raynuntius, verb. Teſtamentum, 1. num. 22.* quorum pleraque iam ſuprà ſuis ſedibus locauimus; quatuordecim *Caſan.* [illegible] *cenſet in cathalog. glor. mund. part. 9. conſider. 47.* Alia *Georg. Acac. repetito tractatu. Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. vniuerſ. lib. 19. cap. 16. per tot.* Aliique *ſuprà num. 81.* relati protulêre. Mira autem compagine omnia ferè complexus *Donel. Digeſtorum, lib. 6. cap. 28. per tot.* & in *eius annot. Oſuald. Hilliger.* Paucorumque ideò inſuper Nos erimus adiectione contenti.

Militibus in expeditione occupatis

203 longi temporis † præſcriptionem non obeſſe, Imperator *Alexand.* reſcripſit, *in l. 1. C. quib. non obiicitur longi tempor. præſcript.* Et quomodocumque læſum reſtitui militem *toto titul. C. de reſtit. milit.* prouidetur, traduntque (præter DD. ibid.) *Petr. Cabal. reſolut. crimin. cent. 3. dict. caſu 294. num. 325.* & plenè *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſtion. 6. artic. 2. & 3. numero 5. & ſeqq.*

204 Cum cæteris † regulariter lõgi hæc temporis præſcriptio (bono publico introducta) noceat, *l. 1. & toto titul. D. de vſucap. ſeu præſcrit.* aliis omiſsis ne vulgatis immoremur.

205 Pro teſtimonio ferendo Milites † euocari cogique inuitos *Caliſtrat.* vetuit, *in l. 3. §. fin. D. de teſtib.* & Scæuola *in l. Inuiti, 8. eod. titul.* Et quamuis expreſſa Conſultorum præfata decreta Doctorum allegationibus excuſarent; multos tamen ſimul in id congerunt *Farin. de teſtib. quæſt. 78. num. 66. Georg. Acac. dict. tractat. lib. 2. priuileg. 7. per tot. Petr. Cabal. dict. loco, num. 327. Ioan. Garz. de nobilit. gloſ. 48. §. 4. num. 9.* Regia quoque *lex 35. tit. 16. part. 3.* ſtabiliuit idem.

Quemlibet autem non priuilegia-

206 tum expreſſe, † teſtimonium ferre cogi poſſe, & ex *titul. de teſtib. cogend. in Decret.* deducitur, & notat (cum multis ſuo congeſtis more) *Farinac. dict. q. 78. num. 1. dict. quæ partita lex in princ.* monſtrat.

207 Sine ceſsione † Militem agere poſſe,

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

ſe, dixit *Bald. in cap. Vigilanti, num.* 5. *de præſcript.* cuius & contrarium in aliis, in Eccleſiæ fauoribus tradidimus.

208 Filiumfamilias teſtari non poſſe, † patre etiam permitente, multa dictant iura, *in l. Qui in poteſtate, D. de teſtam. l. Tam is,* §. 1. *D. de don. cauſ. mort. l.* 3. §. 1. & *l. pen. C. qui teſtam. facer. poſſ. l. fin.* §. *Filius autem, C. de bon. quæ liber. princip. inſtit. quib. non eſt permiſ. facere teſtam.* deque iure Regio, *l.* 13. *tit.* 1. *part.* 6.

209 Militi † tamen filiofam. de caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus etiamque veterano eadem ipſa iura teſtari concedunt, teſtaturque idem *Iuuen. ſatyr.* 19.

*Solis præterea teſtandi Militibus ius*
*Viuo patre datur; nam quæ ſunt parta labore*
*Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,*
*Omne tenet cuius regimen pater.*

210 De nouiori licèt iure Regio † filiofamilias legitimæ ad teſtandum ætatis, teſtamentum condendi ſit conceſſa facultas per *legem* 5. *Taur.*

211 Litem nullam inter patrem, † & filium eſſe poſſe, communi, Regioque iure ſancitum extat, *in l. Lis nulla,* 4. *D. de iudic. l.* 2. *tit.* 2. *part.* 3. & *l.* 11. *tit.* 17. *part.* 4.

212 Militi † vero eadem ipſa iura pro caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus etiã patrem conueniendi facultatem cõcedunt, *text.* quoque, *in l. Si quis vxori,* 53. §. *Sed ſi filius, D. de furt. in l. Si dubitet,* 11 §. *fin. in fin. D. de fideiuſſ.* & *in l. Cũ oportet,* 6. §. *Exceptis, C. de bon. quæ liber.*

Sic pariter quamuis inter patrem,
213 & filium † non conſiſtere donatio queat, vt *text.* probant, *in l.* 1. §. *Si pater filio, D. pro donat. in l.* 2. vbi id nominatim *Gloſ.* aduertit, *verb. Promitere,* & *in l. Donationes,* 32. §. *Pater, D. de donat. in l.* 2. & *ibi Gloſ. verb. In poteſtate, C. de inoffic. donat. in l. Donationes quas parentes,* 25. *C. de donat. inter vir. & vxor.* quibus cum *l.* 3. *titul.* 4. *part.* 5. *verſ. Mas ſi el padre,* conuenit. Traduntque (aliis relatis) *Gomez in l.* 17. *Taur. nu.* 4. & *Ioan. Gutier. de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 1. & 2.

214 Militiæ † tamen cauſa donationẽ filio à patre factam valere, caſtrenſeque peculium effici, probant *text. in l. Miles præcipua,* 4. & *l. Caſtrenſe,* 11. *D. de caſtrenſ. pecul.* firmatque *Petr. Cabal. reſolut. crimin. dict. caſu* 294. *num.* 342. & *ſeqq.*

Proximum de donatione ſequitur
215 vxoria, quæ licet inter coniuges † ſit matrimonio conſtante prohibita, vt *tot. titul. D. & C. de donat. inter vir. & vxor. l.* 4. & 5. *tit.* 11. *part.* 4. Qua de re plenè *Gomez. in dict. l.* 53. *Taur. num.* 64 & *ſeq.* cumque aliis *Gutier. dict. tract. p.* 1. *cap.* 3. *à num.* 1.

216 Si tamen militiæ † contemplatione vxor marito donauerit, donationẽ tenere firmitatem peculiumque caſtrenſe reputari donata, *text.* probant, *in l. Si militi,* 6. & *in l. Si forte,* 8. *D. de caſtrenſ. pecul.* & *Petr. Cabal. dict. loco* defendit, *num.* 346.

217 Ex tempore, † vel ad tempus hæreditatem dari non poſſe, vulgaria iura prædicant, quæ in *Axiomatib. noſtris* retulimus, *lit. H. num.* 14.

218 Hanc tamen regulam in Milite † arctant *Vlpian. in l. In fraudem,* 16. §. *Miles, D. de milit. teſtam. Miles* (ait) *ad tempus hæredem facere poteſt, & alium poſt tẽpus; vel ex conditione, vel in conditionem,* & in *l. Quærebatur,* 20. §. *fin.* & Triphoninus, *in l. Miles ita,* 42. *D. eod. titul.* Gordian. *in l. Certi iuris,* 8. *C. eod. ipſo titul. Certi iuris eſt* (inquit) *Militem ad tempus etiam hæredem inſtituere poſſe.* Hancque Nos etiam *in Axiomatib. dict. lit. H. num.* 15. regulæ memoratæ limitationem præfinimus.

219 Poſteriore teſtamento non niſi perfecto † iureque facto, prius ſolemniter conditum, rumpi, aut fieri irritum, author eſt *Vlpian. in l.* 2. *D. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* Iuſtinian. que ſanxit (diui *Pertinacis* oratione cautum memorans) *in* §. *Ex eo autem, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. l.* que *Regia* 23. *tit.* 1. *part.* 6. ſtabiliuit.

Nuda

220 Nuda tamen ſimplicisve Militis † voluntate prius teſtamentum iure factum infirmari, *in eadem l. 2. D. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* Vlpian. dixit, & *in l. Infraudem, 16. §. 1. & ſeq. D. de milit. teſtam. Sicut autem* (ait) *hæreditatem Miles nuda voluntate dare poteſt; ita & adimere poteſt. Denique, ſi cancellauerit teſtamentum ſuum, vel inciderit: nullius erit momenti. Si tamen teſtamentum ſuum cancellauerit; & mox voluerit valere; valebit ex ſuprema voluntate.*

221 Etſi conficiendi inuentarium omnes † in vniuerſum hæredes obligatio teneat; tempore aliàs inuentarii conficiendi elapſo inſolidum pro teſtatoris debitis, legatisque ab eodem relictis, obligatus exiſtat, vt *de priuileg. pauper. 2. part. quæſt. 58. num. 1. & ſeqq.* plenè oſtendimus.

222 Militem † tamen qui inconſulto, hæreditatem adiit, inuentariique confectionem omiſsit, huius periculi expertem Iuſtin. Imperator fecit, *in l. fin. §. Notiſſimum, C. de iure deliber.* notantque *Ayal. de iure, & offic. belli, cap. 7. nu. 18.* & *Petr. Cabal. reſolut. crimin. d. caſu 294. num. 369.* Quãuis recentior eiuſdem Imperatoris *Iuſtiniani* conſtitutio id mutarit, *de hæred. & falc. §. pen.* (incipit: Quia vero) *coll. 1.* quæ inuentariũ non conficientes milites hæredes ad ſolidum præſtandum damnat, vt *ibidem Gloſ.* firmat, *verbo Militari*, notamuſque *dict. quæſt. 58. num. 7.* & aduertit *Acac. dict. tract. lib. 2. priuileg. 17. nu. 4. & 5.*

223 Inuentariumque Militem non conficientem Falcidia † priuari, multorũ opinionem (rectam dicens, eique adhærens) *Oſuald. Hillig.* refert, *in Donel. lib. 6. cap. 28. lit. H.*

224 Breuiter, † ſummarieque Militum cauſas tractari, publicus deſiderat fauor, cuius quoque ratione celeriter Agricolarum agitandas, ſuprà *quæſt. numero 55.* oſtendimus. Eademque feriatis etiam diebus Militares diſcuti poſſe Imperatoris *Trajani* decreto cautum, cuius eſt *Vlpianus* relator, *in l. Diuus Trajanus, 9. D. de fer.* quam *Georg. Acac.* exornat *dict. tract. lib. 2. priuileg. 4. per tot.* Quod nec *Iuuenali* ignotum, dum *ſatir. 16.* inquit:

*Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus*
*Sacramentorum; conuallem ruris acuti*
*Improbus, aut campum mihi ſi vicinus ademit;*
*Aut ſacrum effodit medio de limine ſaxum,*
*Quod mea cum vetulo coluit plus annua libo;*
*Debitor, aut ſumptos pergit non reddere nummos;*
*Vna ſuperuacui dicens chirographa ligni,*
*Expectandus erit, qui lites incboet, annus*
*Totius populi: ſed tunc quoque mille ferenda*
*Tædia, mille moræ, toties ſubſellia tantum*
*Sternuntur, iam facundo ponente lacernas*
*Cæditio, & Fuſco iam micturiente, parati*
*Digredimur; lenta fori pugnamus arena;*
*Aſt illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,*
*Quod placidum eſt, illis præſtatur tempus agendi,*
*Nec res atteritur longo ſufflamine litis.*

225 In ſportulis † quoque perſoluendis, ab Imperatore *Anaſtaſio* leuantur, *in l. Tam collatores, 18. §. Vt autem, C. de re milit. lib. 12.*

Militum fauorẽ ſuperius *in procem. num. 49.* relatum ſuperioribus.

226 Quamuis item adquiſita conſtante matrimonio † inter coniuges diuidantur, & ad vtrũq; æqualiter pertineant diſpoſitione *legis 2. & toto titul. 9. lib. 5. nouæ Reg. collect.* in bello autem quæſita à marito, vxori non communicari, niſi vxoris quoque expenſis vir militauerit, *l. 3. eiuſdem libri, & tituli* diſponit.

Alium

Alium quoque Militum fauorem ſuperioribus adde, relatum *in proœm. numero* 49.

## VTRVM SENEX MIſerabilis ſit perſona? *legis noſtræ Vnicæ, C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* diſpoſitione comprehendatur? quibuſque aliis priuilegiis gaudeat?

### SVMMARIVM.

1 *Pars affirmatiua proponitur, & ſuſtinetur, vſque ad numer.* 16. *Ampliatur etiam in Sene ſagaci aduerſus* Ioan. Mar. Nouar. *Et in diuitibus, nu.* 15. *Quidquid Praxis obſeruet? ibid. & nu.* 24. *&* 25.

2 *Senectus morbus eſt diuturnus, & inſanabilis, ad mortemque properanter ducens; & vitæ occaſus, num. ſeqq. vſque ad* 7. *Infirmorumque priuilegia adipiſcitur, num.* 53. *Nec modo infirmi Senes, ſed in mortis articulo conſtituti dicuntur, num.* 54.

3 *Senes quaſi* Semineces (*ſecundũ quoſdam*) *appellati. Alia Senum denominatio, num.* 32.

*Nuntii mortis quot? & qui ſint? ibidem num.* 3.

4 *Senes tanquam infirmi, & morti proximi ante litem conteſtatam ad perpetuam rei memoriam recipi teſtes poſſunt.*

*A Sene potius quam à iuuene manumitti intereſt, ibi.*

5 *Senectutis deſcriptio, num.* 10. *&* 11.

7 *Senes inter mortuos reponuntur, in fauorabilibus ſaltem; nec magis quam mortui creditoribus addici poßunt, & num. ſeq.*

*Senex vmbra Hominis, & inane Hominis nomen, ibi.*

8 *Proxime moriturus, mortuus reputatur.*

9 *Senectus morte deterior.*

*Mortis genus, morte ipſa acerbius, ibi.*

10 *Senectutis incommoda multa referuntur, & plura ſuperſunt.*

11 *Senectus infantili ætati prorſus comparatur.*

12 *Senili ætati vt minori condonandum.*

16 *Senex quis dicatur? quæque annorum curricula ad ſenectutem perducant, Senemve quem reddant, vt ſenectutis prætextu miſerabilis dicatur, Miſerabiliũque priuilegiis, & fori præcipue, gaudeat? num. ſeqq. maximè vſque ad numero* 26.

*Quot Hominum, mundique ætatum gradus? ibi.*

17 *Senecta ab operarum præſtatione libertum eximit. Et quæ ad id ſenecta dicatur?*

18 *A perſonalibus muneribus, tutelæ, comparandi frumenti, & militandi onere, quæ ætas excuſet? & duobus numer. ſeqq.*

20 *Quinquaginta quinque annorum ætas neque bello, neque nuptiis apta.*

*Intellectus* legis 3. titul. 19. part. 2. & legis 1. titul. 1. lib. 6. nouæ Reg. collect. *ibi.*

21 *Ab honoribus, vel muneribus eis cohærentibus quæ liberet ætas?*

22 *In caſibus in quibus certa ætas iure diffinita non eſt; vel qua quiſque infirmitate prematur, vt à muneribus excuſationem mereat; ad iudicis arbitrium recurrendum.*

*Iudicandi munus perſonale eſt, ibi.*

23 *Fœminæ (vt debilioris complexionis, & exilioris caloris quam mares) citius pubeſcunt, ſeneſcunt, & deficiunt.*

25 *Valde annoſus, aut decrepitus, quis dicatur?*

26 *Senectus omni æuo, & apud omnes per æque gentes magno ſemper in pretio habita eſt.*

27 *Honores ſecundum ætatem olim diſtributi, ad illosque certa ætas præfinita, quam nullo modo præocupare licebat.*

28 *Senatus, à ſenibus dictum.*

29 *Ad ſummum Eccleſiæ regimen olim ſeniores electi, & in beneficiis, præbendis*

*diſque, Eccleſiaſticis iunioribus præferuntur.*

30 *Et in Maioratuum, & Regnorum ſucceſſione, aut creatione.*

31 *Senectus variis cognominibus decoratur. Sacram Iuuenalis; Venerabilem, ac reuerendam, Conſulti dixere, ſeque talem præſtat.*

32 Señor *apud Nos quaſi* Senior *dictus.*

33 *Electiones à ſenibus factæ, à iunioribus factis præferuntur.*

34 *Senes in optione priores eſſe debent.*

35 *Præcedere in ſedibus, & in conſenſu debent. eiſque aſurgere iuniores.*

36 *Et in ſubſcriptionibus priores exiſtunt ſenes.*

37 *Et in loquendo, reſpondendo, ac voce reddenda.*

38 *A ſenioribus in pace, & bello requirendum conſilium: iuniorumque preferendum.*

Conſules *à conſulendo, vel ab agendo cũcta conſilio nominati, ibi.*

*Veteranorum militum electio, tot Magno Alexandro victorias peperit, Orbiſque dominum effecit. Quique militum numerus, & nauium eidem initio extiterit? ibi.*

39 *Opinionibus antiquorum (tanquam firmioribus adhærendum in dubio.*

*Antiquior præualet conſuetudo, ibi.*

40 *Pro legibus ſenum dicta reputantur. Et ab eis argumentum ſumere licet.*

41 *Fama plenam probationem non facit: In antiquis facit, & num. ſeq.*

42 *Scriptura priuata regulariter fidem non facit: niſi ſit multum antiqua, ſuſpitione carens.*

43 *Vt ſanguine, & meritis, nobilitas adquiritur vetuſtate. Et inter perſonas egregias numerantur ſenes.*

*Senes teſtimonium ferre non coguntur: etſi omnes non priuilegiati cogantur, ibi.*

*Senes quemadmodum nobiles, creditoribus addici nequeunt, ibi.*

44 *Teſtimonium ſenum, iuniorum præfertur.*

45 *Maior in ſenibus conſtantia præſumitur, interior deuotio, feruor ſpiritus, & fides, maior æternæ ſalutis ſolicitudo: & quam in iuuenibus temperantia, & continentia maior, cum tribus ſeqq. & numer. 51.*

46 *Vitia cum corpore langueſcunt, ad virtutem expeditiore animo remanente.*

49 *Senum iuramento de illicite quæſitis omnimodam fidem Meſanenſe habet ſtatutum.*

50 *Ad accuſandum pluribus concurrentibus, potior exiſtit ſenex.*

51 *Ab incontinentiæ ſuſpitione abſunt ſenes.*

52 *Seni potius quam iuueni ſuccurrẽdum, eleemoſynaque facienda eſt.*

55 *Statutum de infirmis loquens, an in ſenibus quoque procedat?*

56 *Coadiutor ſeni, an & quando [illegible]ari poſſit?*

57 *Septuagenarii Diuinis officiis non intereſſentes, an diſtributiones quotidianas lucrentur?*

58 *Senectus, vt infirmitas, à longo itinere conficiendo, vbi alias confici deberet, excuſat.*

59 *Pro ciuili debito in carcerem detrudi, an ſenes poſſint? & num. ſeqq. vſque ad 66. Ampliatur num. 62. & 63.*

60 *Senes mulieribus comparantur.*

61 *Fœminæ pro debito, cauſave ciuili, in carcerem detrudi nequeunt. Ampliatur num. ſeq.*

63 *Senes priuilegio* ne pro ciuili debito in carcerem mittantur, *renunciare poſſint?*

64 *Pueri pro debitis non mittuntur in carcerem.*

65 *Infirmi pro debito, nec delicto in carcere detinentur.*

66 *Torqueri an ſenes poſſint? & nu. ſeqq. vſque ad 72. excluſ.*

67 *Senex de facto tortus, confeſſione ratificata, an ſibi præiudicet? & num. ſeqq. vſque ad 72.*

69 *A iuniore tortura inchoanda eſt, ad eam cum ſene concurrente.*

70 *In Senum cuſtodia moderamen adhibendum.*

*In ſene, fugæ ſuſpitio abeſt, ibi.*

*Ætatis carcerati, facienda Principi mentio eſt, ibi.*

72 *Senem, an & quādo ætas à ieiunii obligatione liberet? & num. ſeqq. vſque ad 76. excluſ.*

74 *Tempus incœptum, pro completo in fauorabilibus reputatur.*

75 *Septuagenaria tutorem filio non petens, an illius ſucceſsione priuetur?*

77 *A communibus iuris regulis recedere ſenectus facit.*

78 *Statuti diſpoſitione non comprehenduntur ſenes.*

# QVÆSTIO XVIII.

MAIOREM dubitationem propoſita quæſtio latentem, quā patentem continet. Nō enim ſic ad eius diffinitionem (num ſcilicet miſerabilis ſenex dicatur, miſerabiliumque gaudeat priuilegiis) ingenia torquentur: quam in ætate diſcernenda, quæ Senem conſtituat, idque ius mereat, cruciantur. Nā
1 que Miſerabilem perſonam † ſenem eſſe (ne argumentis immoremur) & *Diui Gregorii* teſtimonium probat, *in cap. Tanta nequitia*, 24. in ordine, *diſtinct.* 86. *verſ. Et quia adhuc*; & ex eadē *lege* noſtra *vnica, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* deprehenditur manifeſtè. Quippe, quæ diuturno morbo fatigatos declarat miſeros ad ipſiusque beneficium admittit. Qui autem quā ſenectutis diuturnior, aut inſanabilior morbus, irrefragabili experientia teſte, doctiorum agmine vallato?
2 Morbum ſenectutem eſſe, † ab experimento prouerbium venit, memoratum à *Terent. in Phorm.* & à iure probatum, *in l. Ciuitatibus*, 125. *D. de legat.* 1. *in auth. De quæſtor. §. Si vero aliqui noluerint, coll.* 6. *in cap.* 1. *de cleric. ægrot. lib.* 6. aliiſque in diſcurſu referendis, & ab *Ouid. Metam. lib.* 4.

*Sed iam fœlicior ætas*
*Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra ſenectus,*

& *Papin. ſtat. Thebiad. lib.* 8.

*Quamquam æger ſenio, &c.*

Diuturnum ſimiliter à *Diuo Auguſtin. de catechiz. rud.* dicente: *Cum ſibi Homines optant ſenectutem, quid aliud optant, niſi longam infirmitatem?*

Et inſanabilem, ex *Virgilio*, eam *Seneca, epiſtol.* 108. appellauit *ſenectus enim inſanabilis morbus eſt*, inquiens: & *Bonif.* 8. *in dict. cap.* 1. *§. Si autem Epiſcopus, de cleric. ægrot. lib.* 6.

Ad mortemque properantem ducē ſenectam eſſe, *Seneca epiſt.* 30. dixit: *Nil habet quod ſperet quem ſenectus ducit ad mortem.* Vicinamque morti, *Claudian. in Ruffin. lib.* 1.

*Læto vicina ſenectus.*

Diui quoque *Hieronym.* & *Bernard.* Ille *ad Furiam*, inquit: *Iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt, & fronte obſenium rugis arata: vicina eſt mors, in foribus, & prope deſignatus rogus.* Hic, *ad Euſtach. epiſtol.* 158. *Breues dies hominis ſunt: ſed ſeni mors in ianuis eſt.* Et in mortis articulo conſtitutos videri ſenes inferiùs adnotamus. Vitæ inde occaſum ſenectutem nominauit *Cicero in Topic.* Propeque ad interitum *Paul. ad Hebræ. cap.* 8. dum ait: *Quod autem antiquatur, & ſeneſcit propè interitum eſt.* A mortis
3 ideò vicinitate, † quaſi *ſemineces* nuncupatos ſenes, quibuſdam placuit, vt *verb. Senectus Ambroſ. Calepin.* tradit. *Tres enim* (vt *Hugo de clauſtr. animæ, lib.* 2. *cap.* 15. refert) *ſunt nuncii mortis. Caſus, infirmitas, ſenectus. Caſus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, ſenectus præſentem.* Propterea, tanquam in-
4 firmum morti proximum † ante litem conteſtatam, ad perpetuam rei memoriam examinari, teſtemque recipi ſenem poſſe, decreuit *text. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non conſtet.* Cuius proſequitur materiam (ex recentioribus) *Farinac. de teſtib. quæſt.* 76. *à numero* 82. *cum ſeqq.* Pariterque *Modeſtin. in l. Is qui*, 15. *in fin. D. de fideicommiſ. libert.* intereſſe à ſene potius, quam à iuuene manumitti, dixit. Quod Patroni ſenis

mors

mors proxima citius libertum ab operarum præſtatione liberet. Pulchrè ſimiliter *Cornel. Gal.* ſenectutem deſcri-
5 bens: †

*Hæ ſunt primitiæ mortis, his partibus ætas*
*Deſluit, & pigris greſſibus ima petit.*
*Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,*
*Non ſpecies eadem, quæ fuit ante manet.*

& iterum:

*Ortus cuncta ſuos repetunt, mortemque requirunt,*
*Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.*
*Hinc eſt quod vaculo incumbens ruitura Senectus,*
*Aſiduo pigram verbere pulſet humum.*
*Et numeroſa mouens certo veſtigia paſſu,*
*Talia rugato creditur ore loqui:*
*Suſcipe me genitrix, nati miſerere laborum,*
*Memora velis gremio f[illegible]ſſi fouere tuo.*

6 E noſtris inter infirmos, † mortique proximos poſſuere Senes, *Panormit. in cap. Magnæ, num. 8. de vot. & vot. redempt. Franc. Viu. deciſ. 243. num. 16. & 20. Polidor. Rip. de act. in mort. artic. cap. 1. num. 25. Pariſ. conſ. 29. num. 68. lib. 2. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 46. num. 20. 26. & 33. Petr. Surd. conſ. 451. num. 14. Franciſc. Burſat. conſ. 46. num. 59. Carol. de Graſ. de eff. ct. clericat. effect. 9. num. 161. Guil. Rouill. de iuſtit. & iniuſt. cap. 14. de ſene ſine religione, num. 1. & ſeqq. Mar. Giurb. in conſuet. Senat. Meſan. cap. 2. gloſ. 14. nu. 2. part. 1.* Quibus in locis multa ſuis ſedibus reponenda præfati notant; infirmorumque priuilegia Senibus competere, & plerique ex ſuperioribus, & inferius *num.* referendi affirmant.

Nec modò infirmus, aut morti pro-
7 ximus ſenex habetur: ſed reputari † mortuum (*Beroaldi* teſtimonio, de ſene dicente: *Homo eſt, & non eſt*) profitetur *Baez. de inope debit. cap. 7. n. 11.* inde inferens, non magis, quam mortuum, debitorem ſenem creditoribus adici poſſe. Quā à *n.* 3. eleganter ſententiam defendit. Vmbrūque hominis ſenē eſſe, & inane hominis nomen, profeſſus eſt *Liui. ab Vrbe condit. lib.* 5. relatus à *Guil. Rouil. d. cap. 14. n. 5.*

8 Proque mortuo in fauorabilibus† ſaltem reputari (vt de proximo moriturū, qui in hiſce caſibus pro mortuo habetur, ex *l. Huic ſcripturæ, 15. l. Ita vulneratus, 52. D. ad leg. Aquil.* & aliis) tradit *Mar. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſſan. c. 2. gloſ. 14 n. 2. verſ Vndè ſe ectus.*

9 Quinimo deteriorem † ſenectutem morte, magiſq; metuendam, *Iuuenalis* affirmat *ſatyr. 1.*

*Sed morte magis metuenda ſenectus.*

Neque immerito quidem. Namque

*Si genus eſt mortis male viuere,*

vt *Ouid.* ait, *lib. 3. de Pont. eleg.* 3. & multis cōprobamus *de priuil. paup. q. 51. n.* 14. Genuſque mortis, ipſa morte acerbius, *ibid. n.* 15. oſtendimus: quæ acerbior mors, quam ſenis vita? quodve genus mortis triſtius quā ſenectus? cuius
10 etſi infinitæ propè miſeriæ, † incōmoda, & calamitates referantur: plura tamen ſuperſunt. Multa cōgeſsit *Tiraq. in l. 6. connubial. gloſ. 1. p. 6. nu. 24. 25. &* 26. non pauca *Horat. de arte poet.*

*Multa ſenem circunueniunt incommoda, vel quod*
*Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:*
*Vel quod res omnes timidè, gelidèque miniſtrat.*
*Dilator, ſpe longus, iners, auiduſque futuri,*
*Difficilis, querulus, laudator temporis acti*
*Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.*
*Multa ferunt anni venientes commoda ſecum:*
*Multa recedentes adimunt.*

Plenam malis ſenectam *Iuuenal.* dixit *ſatyr. 10.* aliqua inde numerans.

*Sed quam continuis, & quantis longa ſenectus*
*Plena malis; deformem, & tetrum ante omnia vultum*
*Diſſimilemque ſui, deformem procute pellem,*
*Pendentesque genas, & taleis aſpice rugas,*
*Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,*
*In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.*
*Plurima ſunt iuuenum diſcrimina: pulchrior ille*
*Hoc, atque ille alio: multum hic robuſtior illo:*
*Vna Senum faciet, cum voce tremula labra*
*Et iam leue caput, madidique infantia naſi.*
*Frangendus miſero gingiua panis inermi.*
*Vſque adeò grauis vxori, natiſque, ſibique:*
*Vt captatori moueat faſtidia Caſſo.*

Aliquibuſque parum modeſtis interiectis, ſubnectit:

*Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis,*
*Febre caret ſola: circunſilit (agmine facto)*
*Morborum omne genus: quorum ſin omnia quæras:*
*Promptius expediam, quot amauerit Hippia mæchos,*
*Quot Themiſon ægros autumno occiderit vno,*
*Quot Vaſilus ſocios, quot circunſcripſerit Hirrus*
*Pupillos, quot longa viros exorbeat vno*
*Maura die, quot diſcipulos inclinet Amillus,*
*Percurram citius quot villas poſſideat nunc,*
*Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat.*
*Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos*
*Perdidit ille oculos, & lucis inuidet: huius*
*Pallida labra cibum capiunt digitis alienis,*
*Ipſe ad conſpectum cenæ deducere tectum*
*Suetus, heat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem*
*Ore volat pleno mater ieiunat. Sed omni*
*Membrorum damno, maior dementia, quæ nec*
*Nomina ſeruorum, nec vultum agnoſcit amici.*
*Cum quo præterita cænauit nocte, nec illos*
*Quos genuit, quos eduxit.*

Similiter *Cornel. Gal.*

*Se ſolum doctum, ſe iudicat eſſe peritum,*
*Et quod ſit ſapiens, decipit ipſe magis.*
*Multa licet nobis referens, eademque reuoluens*
*Horret, & alloquium conſpuit ipſe ſuum.*
*Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo.*
*O ſola fortes garrulitate Senes!*
*Omnia ne quicquam clamoſis vocibus implet,*
*Nil ſatis eſt, horret quæ placuere modo.*
*Arridet de ſe ridentibus, ac ſibi plaudens,*
*Incipit opprobrior letior eſſe ſuo.*

Et iterum:

*Labitur ex humeris demiſſo corpore veſtis,*
*Quæque breuis fuerat, iam modo longa mihi eſt.*
*Contrahimur, miroque modo decreſcimus ipſi,*
*Diminui noſtri corporis oſſa putes.*
*Nec cœlum ſpectare licet, ſed prona ſenectus*
*Terram aquagenita eſt, reditura, videt.*

*Plaut.*

*Plaut. in Menæchm. actu 5. ſcen. 2.*

*Conſitus ſum*
*Senectute, onuſtum gero corpus, vires*
*Reliquere. Vt ætas mala malo merx eſt ergo!*
*Nam res plurimas peſſimas cum aduenit, affert;*
*Quas ſi autumen omneis, longus ſermo eſt.*

*Tit. Caphurn. eleg. 5.*

*Aſpicis vt nobis iam dudum mille querelas*
*Adferat, & baculum premat inclinat ſenectu*

11 Tripedem † ideò, & quadrupedem Senem dixit *Cornel. Gal.* infantili ætati ſenilem prorſus comparans,

*Fitque tripes prorſus, quadruplexque, vt paruulus infans,*
*Et per ſordentem flebile ſerpit humum.*

Quam prius æquiparationem formarant *Plaut in Mercatore, actu 2. ſcen. 2.*

*Senex cum ex templo eſt, iam nec ſentit, nec ſapit.*
*Aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere.*

& *Cato Cenſorius:*

*Cum ſapias animo, noli irridere ſenectam.*
*Nam quicumque ſenex, ſenſus puerilis in illo eſt.*

Indè *Paul. in l. Ciuitatibus, 125. D. de legat. 1.* puerorum, & ſenum pariter infirmam appellat ætatem. Eſtque in vulgari prouerbio: *Bis pueri ſenes.* Cuius meminere *Plat. Ariſtophan. Sophocl. Theopomp. Lucan. Senec. Auſon. Varro*, & alii, quos enumerat *Tiraquel. de pœn. temper. caſu 8. numero 4.* E noſtriſque *numero 6. Accurſium, in l. Senectus, C. de donat. Archid. in capit. Tanta, 26. diſt.* id Phyſicorum authoritate comprobantem quibus ego præterea addo *Guill. Rouil. de iuſtit. & iniuſt. dict. cap. 14. de ſene ſine Religione, num. 3. Gaſp. Baez. de inop. debit. capit. 7. numero 14. Sebaſtian. de Medic. de caſib. fortuit. quæſtion. 17. & vltim. numero 8. & 9. Iacob. Damhouder. in enchirid. parium, aut ſimilium, verſic. Senectus hyemns*, exactiuſque eam efficit comparationem *Eraſm.* cuius *de pœn. temper. dict. caſu 4. Tiraquel.* ſic verba tranſcripſit: *Primum enim reddit albor, ſimul & raritas capilli; quorum vtrumque pueris familiare: deinde balbuties, veluti altera infantia. Præterea gingiua exarmata dentibus, aut certè per paucis, & eis vacillantibus inſtructa; quod & ipſum infantibus commune eſt. Quin etiam ſenibus omne corpus ad puerilem modum decreſcit, conſimilis virium imbecillitas. Iam verò cibi quoque conſimiles vtrique ætati congruunt. Poſtremò, morum ineptia, leuitas animi, & hoc ipſum nihil ſapere, in Senibus infantiam quandam referre videtur.*

12 Senili propterea ætati, vt minori † condonandum, mitiuſque Senes pro delictis commiſsis puniendos, *Caliſtratus* cenſuit, *in l. 2. D. de termin. mot.* Vlpianus *in l. Sacrilegii pœnam, 6. D. ad l. Iul. repetund.* Paulus *in l. Fere in omnibus, 109. D. de regul. iur.* & Leo Papa *in cap. Tempora, 2.* in ordine, 26. *quæſtion. 7.* Imò quandoque in grauioribus etiam delictis non modò cum eis mitius agendum, ſed omnino venia donandos, ex *Gregorii* decreto conſtat, *in capit. Tanta nequitia, 24.* in ordine, *diſtinct. 86.* & iterum *in cap. Tanta nequitia, 11.* in ordine, 1. *quæſt. 7.* qua in re non immorabimur, de qua quippe egerunt plenè *Tiraq. dict. cauſa 8.* & *Farinac. de pœn. temper. lib. 3. ſuæ prax. crimin. quæſtion. 92. numero 23. & ſeqq.* propeque infiniti citati ab ipſis. Iamque ſuprà *Nos* quoque in Minorum priuilegiorũ collectione egimus, adiecta nunc tantum *Platonis* lege, ſic *quæſtionum libro* præfinita: *Peccata & puerorum, & Seniorum ex imbecillitate profecta quidem eſſe putabit, & illis tanquam peccantibus Legiſlator leges praſcribet, ſed mitiſſimas omnium, plurimaque venia, & indulgentia dignas.*

13 Ergo, † cum ad *legis noſtræ* vnicũ auxilium corpore infirmi nominarim

vocentur, eiusque expreſſa determinatione contineantur: Senes quoque (non modò corpore, ſed animo pariter infirmos) contineri, ac maximè miſerabilium numerum conficere, neceſſario, & fortiori ſequitur ratione. Poſtque alios à ſe relatos, ſic firmarunt *Petr. Rebuf. de ſentent. prouiſion. gloſ. vlt. artic. 3. in fin. num. 38. Matth. de Afflict. deciſ. 257. num. 1. Roland. à Vall. conſil. 276. num. 44. lib. 1. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſu 66. num. 20. Vincent. de Franch. deciſion. 608. numero 2. & ſeqq. Ioan. Mar. Nouar. in praxi electión. & variation. for. ſection. 1. quæſt. 18. per tot. Philipp. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. num. 104.* Et ne Authorum ſolum ſuffragio, aut argumentis fulcita hæccine videatur opinio, Regiæ *legis 41. titul. 18. part. 3.* (noſtræ concordis) verba ſonent: *Mueuenſe a las vegadas malicioſamente omes ya a ganar cartas contra los huerfanos, e las viudas, o los omes muy viejos, o cuytados de grandes enfermedades, o de muy grande pobreza, para aduzirlos a pleyto ante el Rey, &c.* Cætera ad *dictæ legis* noſtræ *vnicæ* normam proſequens. Similiterque ferè *l. 20. tit. 23. ead. part.*

14 Reprehendendus ideò iure *Nouarius* † venit, qui *proximè citato loco numero* 4. fori electionem ſeni ſapienti, & ſagaci denegandam protulit. Non enim quòd animo, ingeniove non infirmetur; corpore valet. Lex autē corpore ægris, viribusque ætate debilibus, quantumuis mente firmis, miſeræ conditionis prætextu, fori hoc priuilegio ſubuenit, quodlibetque ipſorum adeſſe ad illud obtinendum ſufficere, monſtrat apertè.

Non enim ingenii vires naturæ, aut ſuperare, aut tollere poſſe, manifeſtum eſt. Miſeram ſenio ætatis confectæ ſapiens conditionem tolerare poteſt, vitare non poteſt. Etſi namque ingenio is valeat: corpore infirmatur, vt *Senec. epiſtol. 26.* de ſe affirmat: *Non ſentio in animo ætatis iniuriam, cum ſentiam in corpore tantum vitia.* Quemadmodum igitur pauperes, viduas, diuturnove morbo fatigatos (viuaci licet ingenio, & ſagacitate polentes) nullus tam prauæ mentis ſit, qui huiuſmodi priuilegio fraudare tentet: nec viuacis ingenii Senem fraudandum, eadem ratio poſtulat. Nec *Vincent. de Franch.* (quem pro ſententia ſua *Nouar.* trahit) eam probat, in ſpeciali conſtitutionis caſu loquens, in quo Seni ſagaci minorum priuilegia non fuerunt ſeruata, quia ſubuentionis, auxiliique præſtandi ratio deficiebat. Cum enim minoribus ob ſenſus fragilitatem ſubueniatur: non ad eius comparationem Seni ſenſato, ſagacique ſubueniendum ratio dictat; & multis comprobat *Farinac. de pœn. temper. dict. quæſt. 92. num. 35.* Lex vera noſtra *vnica*, & Regia *41. titul. 18. part. 3.* non tantum ingenii, aut ſenſus, ſed etiam (idque præcipuè) corporis debilitatem, & miſerandam ſenilem conditionem reſpexere: quarum quælibet ſuperſtes locum (vt diximus) priuilegio facit. In proximoque tantum caſu, Senibus, vt minoribus, non ſuccurri, cum ratione ſenſus deficientis eis ſubuenitur, ſi in Senibus adeſt; Vincentium de Franchis loqui cenſendum eſt, quem eo in caſu ſequitur *Philip. Paſch. de vir. patr. poteſt. dict. 2. part. cap. 2. num. 104.* Totum autem (quem pro ſe pariter adducit Nouar.) *in compend. deciſ. verb. Seni*, non vidiſſe fateor. Oportet autem, aut cum *Vincentio de Franch.* loqui: aut aliter pariter deceptum.

15 Adhuc tamen Praxim † ad fauorem hunc infirmos, aut diuites Senes non admittere aſſeuerat *Gregor. Lopez. in ead. l. 41. gloſ. 2. in fin.* Sed cum ea non iure ſubſiſtat (ex latè agitatis iam *ſuprà quæſt. 3. ampliat. 15.*) valde Senem, etiā diuitem, admiſſuram vereor. Eam namque qualitatem *dictæ leges 41. titul. 18. & 20. titul. 23. part. 3.* deſiderant, nec ſimplici, aut aliquali ſenectute ſunt contentæ, *vt infrà num.* 24.

In eo autem (vt in principio dicebamus)

16 bamus) maior verſatur difficultas, † *Quis ſenex dicatur? Quæque annorum curricula ad ſenectutem perducant, Senemve quem reddant, vt ſenectutis prætextu miſerabilis quis dicatur, ſoriſque priuilegio gaudeat?* Cuius quidem quæſtionis reſolutio non ſatis, aut ex bonarum literarũ, aut iurium ſectatoribus liquet: multum enim vtrique in ætatibus deſignandis variant. Adeò vt *Paul. Zacch. in quæſtionib. Medicolegal. quæſt.* 1. *num.* 1. (ex *Valles controuerſ. Philoſoph. ac medic. lib.* 1. *cap.* 8.) dicat: *tot ætatum partitiones, quot ſcriptores eſſe.* Eamque late varietatem oſtendit, materiamque proſequitur *dict. quæſt.* 1. *cum ſequentibus decem.*

Varro (cuius deſcribit ſententiam *Ambroſ. Calepin. verb. Ætas*) quinque ætatum gradus efingit. *In primo vſque ad annum decimumquintum*, Pueros *dictos vult, quod ſint* puri, *id eſt*, Impuberes. *In ſecundo, ad annum trigeſſimum*, Adoleſcentes, ab adoleſcendo *nominatos. In tertio, vſque ad annum quadrageſſimum*, Iuuenes *appellatos, eo quod* Rempublicam in re militari iuuare poſsint. *In quarto autem gradu, vſque ad ſexageſſimum annũ*, Seniores *nuncupatos*, quod tunc corpus ſeneſcere incipiat. *Inde vſque ad finem vitæ vnius cuiuſque quintum gradum factum.* Cuius pariter extitere voti *Terent.* & *Seruius Grammatic.*

In quinque ſimiliter partes ætatem diuiſit, à Naturave diuiſam (gradibus diſsimilibus licet) *Senec. epiſt.* 49. ſic oſtendit: *Punctum eſt quod viuimus, & adhuc puncto minus: ſed hoc minimum ſpecie quadam longioris ſpacii Natura diuiſit. Aliud ex hoc Infantiam fecit: aliud Pueritiam: aliud Adoleſcentiam; aliud Inclinationem quandam ab adoleſcentia ad ſenectutem: aliud ipſam Senectutem.*

Sex ætatum gradus idem ipſe *Calepinus, verb. Senectus* numerat. A ſenarioque numero Senes dictos, quorundam ſententia profert. Ætatem namque primam ab *Infantia* deſignat, à *non fando* accipientem nomen: quod aut in ea non fatur Homo: aut eius imperfectus eſt ſermo. Secundam, *Pueritiam*, cuius partem eſſe Pubertatem, vſque ad decimum quartum dicit annum. Tertiam *Adoleſcentiam*. Quartam, *Iuuentam*. Quintam, *ætatem virilem*. Sextam, *Senectam*. Cuius quoque partem Decrepitam includere ait. Quam ita à ſenectute *epiſtol.* 26. *Seneca* diſcreuit: *Modo dicebam tibi, in conſpectu eſſe me ſenectutis: iam vereor ne ſenectutem poſt me reliquerim. Aliud iam his annis huic corpori vocabulum cõuenit. Quoniam quidem ſenectus læſæ ætatis, non fractæ nomen eſt. Inter decrepitos me numera, & extrema tangentes.*

*Aulus Gelius* (ex *Tuberonis* ſententia, quam *Ianus Langlæ. Semetrium lib.* 7. *cap.* 10. *pagin. mihi* 384. refert) à quadrageſsimo ſexto anno incipere ſenectam mauult. Adoleſcentiam vero, ad trigeſsimum durare, eaque ætate Iuuenes dici incipere.

Septem recipere partes ætatem *Hipocrates* arbitratus eſt. Eandem *Pytagoras* in quatuor diuiſit tempora, quatuorque anni temporibus comparuit. Quem ſequutus eſt *Sententiarum Magiſter, lib.* 2. *diſtinct.* 42. prout eum *Gomezius* refert, *in cap. Cum in multis, numero* 81. *de reſcription. lib.* 6. multa de quaternario numero ex antecedentibus dictitans.

Nec minor inter Iuris Profeſſores in ætatibus deſignandis, contentio eſt. Primus enim ſexti libri Decretalium *Gloſſator, in eius proœmio, verb. Perfectus*, ſex mundi, totidemque hominum ætates deſcripſit. Primam, *Infantiam* vſque ad annum ſeptimum: ſecundam, *Pueritiam* vſque ad duodecimum, vel decimum quartum: Tertium, *Adoleſcentiam*, vſque ad vigeſsimum quintum: Quartam, *Iuuentutem*, vel virilem ætatem, ad quinquaginta vſque: Quintam, *Senectam*, vſque ad ſeptuaginta: Sextã abinde. Mundi ſimiliter ætates proſequutus.

Tertii vero libri Decretalium *Gloſſator* (ni idem ipſe ſit) mundi homini-

que progreſſus, ſeptem ætatibus terminat. Et vtraque ætatis diuiſio noſtrates habet auxiliatores. Primam, *Anton. Fume. in tractat. de ſubſtitut. numero* 34. *Alciatum, lib.* 10. *Parerg. cap.* 10. & *Hotom. de verbis iuris, verb. Ætas*: Secunda, *Hieronym. Zoanet. in tractat. de different. iuris ciuil. & Canonic. num.* 138. *Alberic. in Dictionar. ſuo, verb. Ætats*, & *Ioan. à Selu. in tract. de benefic. part.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 3.

Pytagoræ autem memoratæ ſententiæ (in quatuor tempora Hominum ætates diuidentis) *Accurſius* hæret, *in l. Hæreditatum computatio*, 68. *verb. A prima, D. ad legem Falcid. A prima ætate* (inquit) *quæ eſt vſque ad* 12. *vel* 13. *annos, vt C. de impub. & aliis ſubſtit. l. pen. & de iure deliber. l. Quidam, & dicitur* Impubes: *Secunda vſque ad* 25. *& dicitur* Adoleſcentia, *vt ſupr. de legat.* 3. *l. Non aliter. in fin. Ex inde dicitur tertia vſque ad trigeſſimum, & dicitur* Iuuentus, *vt ea l. Non aliter, in fine. Ab inde*, Senex, *vel* Senium, *vt infra de iure immunit. l. Maiores.* Conuenit *Iacob. Menoch.* (materiam diſcutiens) *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 57. *à num.* 1. recentiuſque, plenè, & eleganter *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 2.

Adhuc tamen ſub iudice lis eſt, nec quis ſenex dicatur pœnitus definitum. Nam cum *Gloſ. in dict. proœm. Sexti Decretalium*, Senem à quinquageſsimo anno vſque ad ſeptuageſsimum dici, tenuerunt *Ioan. Andr. in rubr. de delict. pueror. numero* 1. *verſic. Sexta ætas, Corraſ. in dict. l. Precibus, numero* 29. *Afflict. in comment. ad conſtit. Regn. lib.* 2. *rubr.* 37. *in fin. Grammat. deciſion.* 34 *numero* 4. *Sfort. Odd. dict. quæſt.* 2. *art.* 2. *numero* 20. *Farinac. praxis criminal. lib.* 3. *quæſtion.* 92. *numero* 22. *Guil. Rouill. de iuſtit. & iniuſt. dict. cap.* 14. *num.* 1. *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 6. *Cardin. Tuſch. practic. concl. lit. S. concl.* 103. *num.* 3.

Alii non niſi octogenarium ſenem iudicarunt, ſeptuaginta annis maiorē alii; ſexaginta, vel etiam quinquaginta quinque habentem, nonnulli: quodque maius eſt, ad quadraginta & ſex annos ſenilem ætatem arctauerunt alii, inter quos *Accurſ. in dict. l. Non aliter*, 67. *gloſ. fin. D. de legat.* 3. & *Baldo, Speculatore, Igneo, Menoch.* aliiſque relatis, tradit *Giurb. in conſuetud. Senat. Meſan. cap.* 2. *gloſ.* 14. *numero* 10. Nec defuere qui centum annorum numerum ad ſenectam requirant, vt notat *Farinac. lib.* 3. *prax. criminal. titul.* 8. *quæſt.* 68. *numero* 83.

A legibuſque iiſdem diſſentio manat. Namque ſenectam ab operarum
17 præſtatione † libertum eximere, *Paulus* edixit, *in l. Nec audiendus*, 17. *D. de oper. libert.* Idemque ipſe, *in l. Liberta*, 35. *eiuſdem tituli*, quinquaginta annis maioris, ſic exceptionem hanc tribuit: *Liberta maior quinquaginta annis, operas præſtare Patrono non cogitur.* Conueniuntque ſcripta à *Nobis de priuil. pauper.* 2. *part. quæſt.* 56. *num.* 39. & 40.

18 Ad perſonalia tamē munera † quinquaginta & quinque annis maiorem inuitum, vocari non poſſe, manifeſti iuris eſſe, Imperatores *Diocl. & Maxim.* dicunt, *in l.* 3. *C. qui ætat. vel profeſ. ſe excuſ. lib.* 10. Ad 75. annos immunitatem hanc extendiſſe *Vlpianus* viſus eſt, *in l.* 3. *§. Quamuis, D. de muner. & honor.* etſi ætatem illam ibi extitiſſe, non vero de iure requiri, ibidem aduertat *Accurſ. verb. Annis* 75. Ad tutelæ autem, vel curæ muneris excuſationem (quod perſonale eſt, *l.* 1. *§. Æque, D. de muner. & honor.*) ſeptuaginta completos annos *Vlpianus* deſiderat, *in l.* 3 *D. de iure immunit.* completoſque eſſe debere, ſic probat: *Maiores* 70. *annis à tutelis, & muneribus vacant. Sed qui ingreſſus eſt* 70. *annū nondū egreſſus; hac vacatione nō vtetur; quia nō videtur maior eſſe* 70. *annis, qui annum agit ſeptuageſſimū.* Eiuſdē extitiſſe *Herenium* placiti, *in l.* 2. *D. de excuſ. tut.* eius verba mōſtrant, ex Græco vulgari traductione deſumpta: *Excuſantur à tutela, & curatoria, & qui ſeptuaginta annos compleuerunt. Exceſſiſſe autem oportet ſep-*

*tua-*

*ſeagintà annos tempore illo quo creantur.* necnon Imperatores Philip. A. & Philip. C. *in l. vnic. C. qui ætat. ſe excuſ. Pater tuus* (aiunt) *ſi maior eſt annis ſeptuaginta, ad tutelam, ſeu curam euocatus, excuſare ſe ſolemniter poteſt.* Iuſtinian. *in §. Itē maior, inſtit. de excuſat. tut.* inquiens: *Item maior ſeptuaginta annis, à tutela & cura ſe poteſt excuſare.* Quibus conuenit *l. 2. tit. 17. in fin. part. 6.*

Sic quoque in frumenti comparan-
19 di munere, † quod perſonale eſt, vt *Hermogen.* profitetur, *in l. 1. §. 1. D. de muner. & honor.* & *Accurſ. loco proximè referendo, verb. Munus, in l. 3. §. Cura, D. eod. titul. de mun. & honor. Vlpian.* ſtatuit: *Cura frumenti comparandi, munus eſt: & ab eo ætas ſeptuaginta annorum, vel numerus quinque liberorum incolumiū excuſat.*

20 In militandi vero munere † (quod nemo perſonaliſsimum negabit, tum maximè *Hermogeniano in dict. l. 1. §. Illud,* dicente: *Illud tenendum eſt generaliter; perſonale quidem munus eſſe, quod cū corporis labore, & ſolicitudine animi, ac vigilantia principaliter exiſtit,* & cuius ætas vacationem honeſtamque dimiſſionem obtinet, *l. 2. C. de his qui ſtip. non impl. lib. 10.* præcedentique diximus quæſtione) non ſatis de annorum numero qui vacationem præſtet, inter antiquiores, recentioresve leges, aut Doctores conſtat. Suæ namque ætatis legem in id *Senec. de vitæ breuit. cap. fin.* illiusve ſenſum referens, ait: *Lex à quinquageſſimo anno militem non cogit.* Suorumque temporum apud Perſas legem, aut conſuetudinem *Xenoph. de Pædia Cyri. lib. 1.* Romanorum prædictæ concordem, ita refert: *At poſtquam annos quinque vigintique complerint, agentes hi ætatis aliquanto amplius quam quinquageſimum (illorum iam ætatem ingreſſi, qui & ſunt, & vocantur ſeniores) non etiam in exercitum eunt extra ſolum patrium, ſed manentes domi, iudicant omnes cauſas, & publicas, & priuatas, &c.*

Recentiores non niſi quinquaginta quinque annorum ætatem hanc vacationem obtinere velle videntur, dum eam neque bello, neque nuptiis aptam dicunt, *Florian. in l. Inuiti, 1. D. de teſtib. Andr. Tiraq. lege 5. connubial. numero 5. Paul. Montan. de tutor. capit. 5. numero 152. Gregor. Lop. in l. 2. titul. 29. part. 2. gloſ. 14. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. tomo 2. capit. 328. numero 6.* etſi id à *Gloſ. in dict. l. 2. C. de his qui non impl. ſtip. lib. 10.* merito *Gregor. dict. loco,* non probari aduertat.

Alii nec quinquaginta annos ad exemptionem hanc obtinendam, requirunt, quadraginta & ſex annos ſufficere putantes, vt (cum *Alexandro Neapolit. lib. 2. Genial. cap. 20.* quem ſic refert) ſentit *Paul. Montan. dict. capit. & num.* Noſtra vero Regia *lex 3. titul. 19. part. 2. verſic. Pero non caerian en pena,* non niſi ſeptuaginta annis maiorem ab hoc munere excuſatum reddit. Recentior autem *l. 1. titul. 1. lib. 6. nouæ Reg. collection. ad fin* ſexagenario id tribuit. Etſi non correctoriam, ſed declaratoriam hanc illius, dicat *Azeued. ibidem numer. 101.* Illa ſiquidem omnimodam, plenariamque vacationem ſeptuagenario; Hæc, vt per ſubſtitutum ſeruire poſsit, ſexagenario concedit. Dum ait: *Pero que el Cauallero que fuere de edad de ſeſenta años arriba, no ſea tenudo de yr por ſu perſona a la guerra: pero que todavia ſean tenudos de mantener cauallos, y armas, y embiar a la guerra quien ſirua por ellos.*

21 Ab honoribus item, † vel muneribus his cohærentibus, neque ſeptuaginta, neque ſeptuaginta quinque annis maiorem excuſationem ætate habere, *Vlpianus,* & *Papinianus* profitentur. Ille, *in l. 2. §. Numerus.* Hic, *in l. In honoribus, 8. D. de vacat. muner. In honoribus* (Papinian. ait) *delationeque, maior annis 70. neque pater numero quinque liberorum excuſantur.*

Vlpian. vero: *Numerus liberorum, aut 75. annorum, ab honoribus, vel muneribus his cohærentibus excuſationem non præſtat; ſed à muneribus tantum ciuilibus.* A quibus *Caliſtratus* diſſentit, in *l. Non tantum, 11. D. de Decur.* inquiens: *Neque enim maiores 25. annis, Decuriones adlegi niſi ex cauſa poſſunt: neque hi, qui annum quinquageſſimum & quintum exceſſerunt.* Idemque ipſe *Vlpian.* edixerat, *in dict. l. 2. §. Maiores, D. de Decur.*

Antiquiores etiam differentes leges vterque in id *Seneca* refert: *Philoſophus, de breuit. vit. dict. cap. fin.* ſexagenario immunitatem, ſeu vacationem hanc à lege datam ſic oſtendens: *Lex à ſexageſſimo Senatorem non citat.* Orator, *declam. lib. 1. declam. 1.* ſexaginta & quinque annis maiori ſolum datam, his verbis: *Senator poſt ſexageſſimum quintum annum in Curiam venire non cogitur, nec vetatur.*

Non mirum igitur, ſi in tanta legum varietate, varii quoque Doctores exiſtent. Cumque certa ſenectutis meta vſque adhuc præfinita non extet, ſed paucis quibuſdam deſignata caſibus; in
22 cæteris, † ad Iudicis arbitrium recurrendum; tutius reputarunt, ad illudque confugere *Bald. in Margarit. verb. Senex, Ioan. Andr. Barbat. Socin. ſen. & Felin. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non conteſt. Camil. Gallin. de verbor. ſignific. lib. 5. cap. 20. num. 354. Mar. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſan. cap. 2. gloſ. 14. num. 10. & 11. Cardin. Domin. Tuſch. practic. concluſ. lit. S. concluſ. 103. num. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. caſu 59. num. 3. Petr. Duen. regul. 250. ampl. 6. Baiard. in addit. ad Clarum, quæſt. 60. num. 28. Ioan. Mar. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect. 1. quæſt. 19. num. 3. & ſeqq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 328. num. 2. & ſeqq. & tom. 3. cap. 506. num. 25. Ioan. Aloyſ. Ricc. deciſ. 234. nu. 3. part. 2. Gaſp. Baec. de inop. debit. cap. 7. num. 16. Ioan. Vincent. Honded. conſ. 30. num. 25. lib. 2. Flamin. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 5. quæſt. 6. num. 7. Paul. Montan. de tutore, cap. 5. num. 151.* Textum adduco optimum pro hac ad Iudicis arbitrium remiſsione, *in l. 2. §. Quē ita, D. de excuſation. mun.* vbi ſic Vlpianus: *Quem ita ſenio, & corporis imbecillitate vexari Præſes aniatu exierit, vt muneri perferendæ pecuniæ non ſufficiat: dimittat, & alium conſtituat.* Et in *l. Prætor, 13. D. eod. titul.* vbi ſe excuſaturum Præſes pollicetur eos, quos muneri perſonali operam dare non poſſe, fuerit arbitratus. *Prætor* idemmet Vlpian. inquit) *eos quos intelligit operam dare non poſſe ad iudicandum: pollicetur ſe excuſaturum.* Iudicandi autem munus perſonale eſſe, *Hermogeniani* teſtimonium iam ſupra citatum, *in l. 1. §. Illud, D. de muner. & honor.* & expreſsius *Archadii in l. fin. § Iudicandi, D. eod. titul.* firmat, dicentis. *Iudicandi quoque neceſſitas, inter munera perſonalia habetur.* Ita ſimiliter *Gordianus*, an ſic infirmitas premat, vt quæ alias à muneribus non eximeret, eximat: arbitrio Iudicantis reliquit, *in l. fin. C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. Podagræ quidem valetudo* (inquit) *nec ad perſonalium munerum prodeſt excuſationem. Verū cum ita te valetudine pedum afflictum dicas, vt rebus propriis intereſſum commodare non poſſis: Rector Prouinciæ (ſi allegationibus tuis fidem adeſſe perſpexerit) ad corporalia munera, te vocari non patietur.* Similiter, qua quiſque ætate, ſenectutisque grauamine prematur, vt pro abſolutione ad Romanam Sedem excuſetur accedere, etſi aliàs teneretur, iudicantis arbitrio remittit *Clemens Tertius* P. M. *in cap. De his, 26. de ſentent. excommunic.* & Gregor. Non. *in cap. Quā uis, 58. eod. tit.* Quibus inferius quoque ſubiicienda conueniunt.

Idque meritò conceſſum, cum infirmior quorundam, fortior ſit aliorum natura; præproperè quidam, tardius ſeneſcant alii, ſenectutisve effectus, & vitia ſentiant. Citius ideò fœ-
23 minæ † (veluti debilioris complexionis) quam mares pubeſcunt, ex *princip. inſtit. de nupt.* iuncta *Gloſ. verb. Puberes, & verb. Viri potentes, l. fin. C. quand. tut. vel cur. eſſe deſin.* Seneſcūt, & deficiunt,

exilio-

exilioris caloris ratione, vt plenè *Ma-*
*crob*. tradit *Saturnalior. lib. 7. cap. 7.* &
cum *Gloſ. in l. 2. verb. Octauum*, *C. de his*
*qui ven. ætat. impetr.* obſeruant com-
muniter *Doctores ibid.* & (poſt *Tiraq. in*
*l. 6. connubial. num. 38.* & alios) cæteras
in id proſequuntur rationes *Ioan. Gu-*
*tier. in repet. auth. Sacramenta puberum,*
*C. ſi aduerſ. vendit. num. 2.* & *Anton. Go-*
*bean. de matrim. de his qui nuptias, &c.*
*num. 27. pagin. mihi 52. inter tractat. Do-*
*ctorum, tom. 9.* Propterea non eandem
in fœmina, quam in mari ætatem ad
ieiunii obſeruationem deſiderari, pro-
babilem opinionem (ſpeculatiuè ſaltẽ)
ſubiicimus inferius.

Iure ergo optimo pro ſenectutis re-
putatione, ad arbitrium iudicis † leges,
Prudentesque recurrere; ad *legis*que
24 noſtræ *vnicæ* † caſum, *C. quando Imper.*
*inter pupill. & vid.* qualitates præfatæ
in conſideratione eſſe debent; quibus
deficientibus, ſi ætas ſola, annorũque
numerus attendatur: nimis ſenem eſſe,
qui illius poſtulat fauorem, valdeque
annoſum oportere; Regiarum legum
verba, ſuprà iam, *num.* 13. relata, oſten-
25 dunt. Valdeque annoſum † ſeptuage-
narium (cum iam tunc decrepita inci-
piat ætas, vt ex *Petr. Duen. regul. 256.*
*ampliat. 6. Viu. commun. opin. verb. Senex,*
*in fin.* & aliis aduertit *Farinac. quæſt.*
*41. num. 26. in fin.*) abſque dubio dicen
dum, vel octogenarium ad ſummum.
Reliquum ſiquidem, non tam vita, quã
labor, & dolor, vt dicitur *Pſalm. 89.*
Circa eos vero, qui ad hanc ætatem
peruenerunt, nil iudicantis arbitrio
datum, inferius num. comprobamus.

In cæteris vero non tam longa deſi-
derabitur ætas, vt ei priuilegia conue-
26 niant ſenectutis. Quæ omni æuo, † &
apud omnes per æque gentes magno
ſemper in precio habita eſt, cuique plu
rimum honoris à Diuina, humanaque
lege defertur, *Leuit. cap. 19. Coram cano*
*capite conſurge, & honora perſonam ſenis,*
D. Petr. epiſt. 1. cap. 5. *Adoleſcentes ſub-*
*diti ſtote ſenioribus*, & Paul. 1. ad Timot.
cap. 5. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſe-*
*cra vt patrem: anus, vt matres.* Per ſingu-
las nationes honorem præcipuum ſe-
nectuti tribuentes, *Cardin. Paleot.* diſ-
currit, *in tractat. de bono ſenectutis, 3.*
*part. cap. Honor ſenectuti tributus apud*
*omnes ferè populos, pag. mihi 309.* ad quẽ
remittimus Lectorem; ne tranſcribere
videamur, à quo nec minimum ferè
mutuauimus. Ad Romanos (legum no
ſtrarum conditores) ſe conuertat ora-
tio. Apud quos *Senectuti iuuentus ita*
*cumulatum, & circunſpectum honorẽ red-*
*debat; tanquam maiores natu adoleſcẽtium*
*communes patres eſſent. Quo circa, iuuenes*
*Senatus die, vtique aliquem ex Patribus*
*conſcriptis, aut propinquum, aut paternum*
*amicum ad Curiam deducebant, affixique*
*valuis expectabant donec reducendi etiam*
*officio fungerentur*, quemadmodum *Va-*
*ler. Maxim.* prodit, *lib. 2. titul. De matri-*
*moniorum ritu, & neceſſitudinum officiis,*
*cap. 9.* Nec diſſentit *Gel. noct. Attic. lib.*
*2. cap. 15.* hæc adiiciens: *Apud antiquiſ-*
*ſimos Romanorum, neque generi, neque pe-*
*cuniæ præſtantior honos tribui, quam ætati*
*ſolitus. Maioresque natu à minoribus cole-*
*bantur, ad Deum propè, & parentum vi-*
*cem. Atque in omni loco, inque omni ſpecie*
*honoris priores potioresque habiti. A con-*
*uiuioque (vt ſcriptum eſt in antiquitatibus)*
*ſeniores à minoribus domum reducebãtur.*
*Eumque morem accepiſſe Romanos à La-*
*cedæmoniis, traditum eſt: apud quos, Ly-*
*curgi legibus, maior rerũm omnium honos*
*maiori ætati habebatur.* Qui quidem (vt
*Iuſtinus* quoque hiſtoricus, *lib. 3.* lite-
ris mandauit) *Maximum honorem non*
*diuitum, & potentum, ſed pro gradu ætatis*
*eſſe voluit.* Eamque ad Romanos pari-
ter obſeruantiam fluxiſſe; Conſultum
placita, & Imperatorum decreta mon-
ſtrant, Præſides Prouinciarũ inſtruen-
27 tia, † vt ſecundum ætates, honores di-
ſtribuant, *in l. Et qui originem, 3. §. Præ-*
*ſes Prouinciæ, D. de muner. & honor. in l.*
*Præclaram. 2. §. fin. C. de primic. ſecund.*
*& notar. lib. 12.* & ex *l. Cum quid, 3. D.*
*ſi cert. pet. ibid. verb. Nouum in fine, Ac-*
*curſ.* notat. Adeò ſeruatam, vt *in Pane-*
*gyr. Theodoſ.* Pacatus dixerit; *Neminem*
*vnquam*

*vnquam apud Romanos tantum valuiſſe nobilitate, vel gratia, vel pecunia: qui annos lege commitiali præſcriptos deſtinatis honoribus occuparit.* Præfinitam vero ad honores ætatem, ex *Ouidio* etiam *Faſtor.lib.*5.apparet dicente:

*Finitaque certis*
*Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.*

Iterumque ibi:

*Nec niſi poſt annos patuit tunc Curia ſeros:*
*Nomen, & ætatis mite Senatus habet.*
*Iura dabat populo ſenior.*

28 Hancque iam deduxerat denominationem † *Cicero. in Catmaio.* inquiens: *Quæ niſi eſſent in Senibus, non ſummū Conſilium Maiores noſtri appellaſſent Senatum,* ſubdens pariter: *Nam & apud Lacedæmonios, qui ampliſſimum Magiſtratum gerebant, vt erant, ſic etiam appellabantur Senes.* Et inferius: *In agris erant tunc Senatores, id eſt, Senes.* Similiter *Plutarch. in Romulo*: *Deinde*(ait)*ex optimatibus, centum creauit Senatores; quorum collegium ex ætate Senatum vocauit.* Ad Hebræi quoque populi regimen ſeptuaginta Senes Domini iuſſu elegit Moyſes, *Numer.cap.*11.Et Chriſtus IESVS
29 † Saluator noſter (cuius omnis actio, noſtra debet eſſe inſtructio) Seniorem Petrum, dilecto, Virginique Ioanni ad vniuerſæ Eccleſiæ gubernationē prætulit, illius Præſidem, & Caput conſtituit. Quod ætatis ratione factū *Diuus Hieronym.contra Iouinian.* ſic affirmat. *Quæritur, cur non Ioannes electus eſt virgo, ſcilicet vt eſſet Caput Eccleſiæ? Reſpondetur: ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat: ne adhuc adoleſcens, & puer, progreſſæ ætatis hominibus præferretur.* Eligique in Romanos Pontifices olim ſolere ſeniores, tradit (ex Epiſcopo Zamorenſ.) *Gomez.in cap.*1*.num* 40.*lib.*6. In cæteriſque dignitatibus, præbendis, & Eccleſiaſticis beneficiis ſeniores præferendos; textus probant, *in cap.*8. (& ibi notat *Gloſ.verb.Noui*) 61. *diſtinct.in cap.Epiſcopum,* 5. *diſtinct.* 74. *& in cap. Porro,* 6.*diſtinct.* 84.exque *Bald.Barbac.* & *Roch.de Curt.*firmat *Ioan.Gutier.conſ.* 2.*num.* 3. *Barthol. Cœpol. de Imperator. milit.delig.verb.Bartholomæus, num.* 10. *verſ.Vigeſsimo octauo.* Ad ſucceſsionem
30 que pariter Maioratuum, † & Regnorum ſenior ætas prouehit, proſequuntur *Card.Palæot. de bono ſenect. part.* 3. *pag.mib.*314.& *Tiraquel.de iure primog. num.* 128. plurium allegationem ſuppleat celebris Regia *lex.* 2. *titul.* 15. *part.*2.omni id iure comprobans, *Cyri*que Regnorum ſuorum inter filios diuiſio, & vltimum iam iam morituri elogium, à *Xenophonte de Pædia Cyri lib.* 8. ſic relatum: *Eſt autem à me declarandum, cui Regnum ſim delaturus: ne id ſi ambiguum vobis ſit, negocia vobis præbeat. Equidem vos, ò filii, ambos æquè amo: verum, & conſilio prouidere, & ducē relinquere, tēpus videtur eſſe hoc ei Imperio,* qui & prior eſt natus, *& rerum plurium conſentaneè peritus.* Paucisque interiectis: *Atque vos ego filii, ita initio inſtitui, vt & ſeniores honoraretis; & honoraremini à iunioribus.* De Arthemene quoque Darii maiore natu filio *Iuſtin.hiſtor.lib.*2.loquens; ad vniuerſæ gentis obſeruantiam ſic profilit: *Interea Darius cum bellum reſtauraret; in ipſo apparatu decidit, relictis multis filiis, & in Regno, & ante Regnum ſuſceptis. Ex his, Arthemenes maximus natu, ætatis priuilegio, Regnum ſibi vindicabat. Quod ius & ordo naſcendi; & Natura ipſa gentibus dedit.* Apud Taprobanos non niſi ſenem moribus probatum, in Regem creari prodit *Franciſcic. Petrarch. de remed.vtriuſque fortun.dialog.* 87. Et in quadam Arabiæ parte ita fieri ſolitum, *Diodor.Sicul.lib.* 3.*cap.* 13. refert. Similiter *Quintilian.declamat.* 317. ait: *Herculem militem legimus robuſtum, legimus iuuenem: Imperatorē facimus ſenem.* Namque,

*Magna fuit quondam capitis reuerentia cani;*
*Inque ſui precio ruga ſenilis erat.*

Vt *Ouid.Faſtor.lib.*5.ait. Adeò, vt ſacrā
31 † ſenectam appellet *Iuuen.ſatyr.*13.

*Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,*

*Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat; etſi*
*Barbato cuique puer: licet ipſe videret*
*Plura domi farra, & maioris glandis aceruos.*
*Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,*
*Primaque par adeò ſacræ lanugo ſenectæ.*

Venerabilem *Caliſtrat.* dixit, *in l. Semper, 5. D. de iure immunit. Semper* (inquit) *in Ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit. Namque maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant.* Reuerendam *Gloſ. in rubric. auth. De quæſtore, coll. 6.* & *in auth. De appell. & intra quæ temp. deb. appellar. §. Illud etiam, coll. 4.* Vndè meritò *Ouid. Faſtor. dict. lib. 5.*

*Verba quis auderet coram ſene digna rubore*
*Dicere? cenſuram longa ſenecta dabat.*

Optimus ad id quoque *text. in cap. Diffinimus, 21. in ordine, verſ. Et quando neceſſaria, 18. quæſt. 2.* Eccleſiaſticus ideò monet, cap. 32. *Vbi ſunt ſenes, non*
32 *multum loquaris.* Namque † & vicem quoque obtinent Dominorum. Quos enim Hiſpanus noſter ſermo *Señores* appellat: Latinus nominat *Seniores.* Indeque *Señor*, vel *Señores* apud nos, quaſi *Senior*, vel *Seniores* dictos verborum proximitas, vel quaſi identitas (ſignificationi coniuncta) manifeſtat.

Nec modo de ipſis (vt ſuperiora do-
33 cent) ſed ab ipſis † de aliis electiones factæ approbantur, iuniorumque præferuntur, vt ex textu deducitur, *in cap. Dudum, 1. 22. in ordin. ad med. de elect.* in verbis illis: *Ætate & tempore præcedebant.*

34 Et priores in optione † eſſe debere, adnotat *Bartholom. Cæpol. de Imper. milit. deligend. in verb. Bartholomæus, num. 10.*

35 In ſedibus quoque, † & loco honorabiliori præcedere Seniorem debere, *Apocalyp. cap. 4.* comprobatur, vbi Ioannes vidiſſe teſtatur, viginti quatuor illos Seniores Deo proximè ſedentes; cum reliqui in illius conſpectu ſtarent, vt aduertit *Cardin. Paleot. de bono ſenect. 3. part. pag. mihi 302. in fin.* Deprehenditur etiam, ex *Danielis cap. 3.* vbi ſenes puero Danielis dixere: *Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* Satiſque apertè, *in l. fin. C. de tyronib. lib. 10.* Imperator *Arcadius* decidit: *Tyrones in ſcholis loco ſemper poſteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celſiorem gradũ obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorũ prolixitas ſuffragatur.* Theodoſius, *in l. Alexandrinis, 56. C. de Decurion. eod. lib.* Iuſtinian. *in auth. De Monach. §. Ordinatione, coll. 1. & in l. 1. C. de præpoſit. ſacr. cubic. lib. 12.* & conuenit *text. in cap. Epiſcopos, 7. in ord. diſt. 17.* traditque *Menoch. conſil. 126. num. 21. & 22. lib. 2.* cum aliis, quos refert & ſequitur *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 805. nu. 33. tom. 5. Cæpol. dict. verb. Bartholomæus, num. 11. verſ. Trigeſſimo primo, Caſanæ. in Catal. glor. mund. 4. part. conſider. 76. Ioan. Gutier. conſ. 2. in fin. Guil. Rouill. de iuſtit. & iniuſt. cap. 14. de ſene ſine Religione, num. 4.* Cuius rei factum memorabile, ſæculiſque futuris exemplar *Valerius Puplicola* præſtitit: ad quem, cum exactis Regibus, Imperii vis, omniaque inſignia ſub titulo Conſulatus tranſlata eſſent: vltro Sp. Lucretio collega aſſumpto, ad eum (quia maior natu erat) priores faſces transferri iuſſit, inque priori ſede locauit. Qui honor ab eo primo obſeruatus; ſemper deinde ſenibus eſt habitus, vt in ipſius *Puplicolæ vita Plutarc.* prodit, & *Valer. Maxim. lib. 4. titul. 1. de animi moderatione, cap. 1.* Eundem apud Ægyptios morem retulit *Herodot. in Euterpe,* & *Plato lib. 3. de legib.* & *lib. 3. 4. & 5. Republ.* iuniores Senioribus cedere, & aſurgere iubet. Ideò antiquitus *Inuitati ad cœnam, diligenter quærebant, qui nam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne Senioris aduentum diſcubitu præcurrerent,* vt *Valer. Maxim.* ſcriptum reliquit

ſiquit *lib.2.tit.de matrimonior.rit.* & *neceſſitudin.offic.cap.9.* Similiter *Ouid.Faſtor. lib. 5.* honorem hunc Senioribus datum referens:

*Et medius iuuenum (non indignantibus ipſis)*
*Ibat; & interior ſi comes vnus erat.*

Deorumque ordinem in ſedendo *Claudian.* recenſens, *de raptu Proſerpinæ, lib.3.*

*Nec confuſus honor; Cœleſtibus ordine ſedes*
*Prima datur.*

Paulòque inferiùs.

*Necnon & ſenibus Fluuiis conceſſa ſedendi*
*Gloria: plebeio ſtat cætera more iuuentus.*

36 Sic & in ſubſcriptionibus † (ex quibus locorum etiam prioritas dignoſcitur) priores ſenes eſſe debent. Velut *textus* arguit, *in cap.Concilia,6.§.fin.diſtinct.17.*inquiens: *Hoc quoque notandũ eſt, quod in hoc Concilio, & in alia Synodo Symachi Papæ, ante Rauennatem Epiſcopum, Mediolanenſis ſubſcripſiſſe, & reſpõdiſſe legitur: ex quo, & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.* & in *cap.ſeq. Gregor. 1. lib. 7. reg.epiſt.112.* Syagrio Epiſcopo Auguſtudinenſi reſcribit: *Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in Concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel inqualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam Ordinum vindicare.* Notatque *ibid. Gloſ.vnic.* Vndè in loquen-
37 do, † & reſpondendo, aut voce reddenda, præferendum ſenem *Gloſ.* quoque dixit, *in cap.Statuimus,8.in ord.diſtinct. 61.verb. Noui.* Quod & ab *Eccleſiaſt. cap.32.*docemur, dicente: *Loquere maior natu; decet enim te primum verbum diligenti ſcientia.* Et confirmant *Bald. in l. Obſeruare,§.Antequam vero,ad fin. D.de offic.Proconſ.& Legat.* & *in cap. 1. circa princip. de contr. inueſt. Barthol. Cæpol. dict.loco,num.12.* apud Dominum Venetum, cum Sereniſsimus Princeps nõ adeſt, in ſedendo, ac reſpondendo anteferri Seniorem dicẽs. [Tametſi apud Dominos de Rota loquatur iunior. Inque Iuriſconſultorum Veronenſi Ordine ita obſeruari tradit. Vbi autẽ alia pertractantur, à ſeniori inchoari ſolitum. In Senatuque Romano hoc in primis præclarum fuiſſe, vt qua quiſque ætate antecederet; ſententiæ Principatum teneret. Idque ipſum *num. 13. verſ.Trigeſsimo quinto* proſequitur, ad electiones, & conſenſum declarandum trahens. Adeòque ad id grandior ætas prodeſt; vtri Regalis quoque Maieſtas cedat, ſi ab Antiquorum geſtis argumentum deducere, aut exemplar proponere fas eſt. Quod ad præſens, *Xenoph.de Pædia Cyri,lib.6.*nobis præſtat. *Vt vero,*ait, *conuenerunt omnes, quos oportebat: ſilentium factum eſt. Cyagares inhunc modum eſt à loquutus: Viri ſocii, quoniam adſum, ac Cyro ſum grandior; par eſt me dicendi initium facere.* Requirendum quę in primis à Senioribus conſilium,
38 † & iuniorum anteponendum, ſacræ literæ manifeſtant Eccleſiaſticum cap. 8. *Ne deſpicias narrationem Seniorum: ipſi enim didicerunt à patribus ſuis: quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſsitatis dare reſponſum,* & *cap.25. Quam ſpecioſum Canitici iudicium, & Preſbyteris cognoſcere conſilium!* Quorum monitis, & conſilio quia Roboam non acquieuit, iuniorum iudiciũ ſequutus, Regnum amiſit, *lib. 3. Reg. cap. 12.* & *Paralipomen.lib.2.cap. 10.* Vndè *Hieronym.in comment.ad cap.3.Iſaiæ,*ait: *Roboam filius Salomonis ideò perdidit Regnum, quia noluit audire Presbyteros.* Et inferiùs paulò. *Senatus quoque conſulta dicuntur, & Principes quondam Romani Conſules appellati ſunt; vel à conſulendo Ciuibus; vel ab agendo cuncta conſilio. Et nos habemus in Eccleſia Senatum noſtrum, cœtum Presbyterorum.* A quo deſumptũ *textum* eſſe oportet, *in cap.Eccleſia,7. in ordin.16.quæſt.1.* Inde pariter, *in cap.De quibus 3.in ord.diſtinct.20.*hæc Innocentius: *Quod ſi omnibus his inſpectis, huius quæſtionis qualitas non lucidè inueſtigetur: Seniores Prouinciæ congrega, & eos interroga.* Vt enim Iob, cap.12. *In Antiquis*

*quis eſt ſapientia; & in multo tempore prudentia.*

Veritatem hanc, Reipublicæque ſtabilimentum Lacedæmonum legiſlator *Lycurgus* nouit. Qui illud primũ conſtituit, vt octo & viginti Seniores Laconum Regibus, vt conſilium præſtarent, ſemper aſsiſterent, ſic *Plutarcho in eius vita* referente. Namque (vt verè de ſenect. Cicero: *Non celeritatibus, aut velocitate corporis res magnæ geruntur; ſed authoritate, conſilio, & ſententia. Quas in Senibus intellexi ſitas. Inuenimus Ciuitates à Senibus conditas, & à iuuenibus deletas*, vt eum tranſcribit *Guil. Benedict. in repet. cap. Raynuncius, verb. In extremis poſitus, num. 6. de teſtam.* Philoſophum quoque dicentem: *Nemo iuuenes eligit in Duces, quia non conſtat eos, fore prudentes.* Inde apud *Statium ſyluar. lib. 5.*

*Nos fortior ætas*
*Iam fugit. Hinc votis animum, precibusque iuuabo.*

Militum ideò Senum electio tot *Magno Alexandro* victorias peperit, orbiſque Dominum effecit. Vt his verbis *Iuſtinus* (nobiliſsimus hiſtoricus) *lib.* 11. prodit: *In exercitu eius fuere peditum 30. duo millia; equitũ quatuor millia quingenti: naues centum 82. Hac tam parua manu vniuerſum terrarum orbem vtrum ſit admirabilius vicerit; an aggredi auſus fuerit; incertum eſt. Cum ad tam periculoſum bellum, exercitum legerit non iuuenes robuſtos, nec primo flore ætatis; ſed veteranos, pleroſque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre, patruiſque militauerant. Vt non tam milites, quàm Magiſtros militiæ electos putares. Ordines quoque non niſi ſexagenarius duxit. Vt ſi principia caſtrorum cerneres: Senatum te alicuius priſcæ Reipublicæ videre diceres.* Alexandrique veſtigia ſequutum *Lucan. lib. 2. de bello ciuili* Pompeium introducit, atque dicentem:

*Dux ſit in his caſtris Senior, dum miles in illis.*

Quæ monſtrant, non tam hiperbolicè, quàm verè, *in cap. 1. de renunciat.* dixiſſe Baldum: *Plus valet vmbra ſenis, quam enſis iuuenis.* Meritoque in pace, & bello requirendum à Senibus conſilium, præſtitoque parendum. Quibus Poetarum quoque teſtimonia ſuffragantur. *Virgil. Æneid. lib. 5.*

*Tum Senior Nautes (vnum Tritonia Pallas*
*Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte)*
*Hæc reſponſa dabat:*

& inferiùs:

*Talibus accenſus dictis Senioris amici*
*Conciliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes*
*Dat Senior.*

*Ouid. in epiſt. Oenon. ad Parid.*

*Conſuluit (neque enim modicè terrebar) anuſque,*
*Longæuoſque Senes:*

& iterum ibi:

*Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadet ipſe*
*Conſule; quis ætas longa magiſtra fuit.*

*Lucret. de rer. natur. lib. 3.*

*Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas;*
*Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.*

*Claudian. de victor. Stiliconis contra Alaric.*

*Primoſque ſuorum*
*Conſultare iubet bellis, animique verendos.*

Idque ipſum *Bartholom. Cæpol.* firmans, *de Imperatore milit. deligend. dict. verb. Bartholomæus, num. 4.* (de ſuperioribus licet mentione nulla facta) hos nectit verſus:

*Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites,*
*Nec bonus immunis, nec ſine pœna malus.*
*Patribus extinctis, ſucceſſit praua iuuentus,*
*Quorum conſiliis præcipitata ruis.*

Cõplexus eſt hæc omnia, patriæ ſuæ, aliarumque more cõprobans *Xenoph. de Pædia Cyri, lib. 8.* in hæc verba: *Inſtitutus eſt etiam ita ipſe, & à mea, & veſtra patria;*

*patria: Senioribus (non ſolum fratribus, verum etiam Ciuibus) & in cedendo, & ſedendo, & dicendo cedere.*

39 Antiquorum ideò opinionibus † tāquam firmioribus) in dubio adhærendum, *Hoſtienſ.* & *Ioan. Andr.* firmarunt, *in cap. 1. §. Verum vnctionis, de ſacra vnction.* per text. *in cap. Literas, de tempor. ordin.* & *in cap. Literas, de reſtit. ſpol.* melior tamen, & expreſsior *text. in cap. Domino ſancto in fin.* 28. in ordin. 50. *diſtinct.* Vbi ſic Iſidorus: *In fine autem huius epiſtolæ hoc adiiciendum putaui: vt quotieſcumque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia inuenitur: illius Concilii magis teneatur ſententia, cuius aut antiquior, aut potior extat authoritas.* Eademque, ex eodem, repetit verba *text. in cap. Hoc ipſum, 11. in fin. 33. quæſt. 2.* aduertunt *Roman. in l. Si vero, §. De viro, num. 78. verſ. Secundo, antiquitati defertur, D. ſolut. matrim.* & *Ferdin. Loaz. in rubr. de iuſt. & iure, num. 78.* Et antiquiorem cōſuetudinem præualere, probat *text. in cap. Ridiculum, 5. diſtinct. 12.* & aduertit *Roman. vbi proxime, verſ. Septimo defertur.*

40 Proque legibus Senum dicta † reputari, & ab eis argumentum ſumere licere, *Celſus* monſtrat (ſic arguens & ipſe) *in l. Si chorus, 77.* ſecundum nouiorem autem impreſsionem 79. *§. 1. D. de legat. 3.* & notat *Gloſ. in cap. Cum in iuuentute, 15. de præſumpt. verb. Ad ſenilem, in fin.*

Ex prædictis, quoque deſcendit;
41 quod licet Fama † plenam regulariter probationem non faciat, vt ex *text. in l. 3. §. Eiuſdem quoque, & ibi Gloſ. verb. Confirmat, D. de teſtib. in cap. Si teſtis, §. Sepè etiam, 4. quæſt. 3. & Gloſ. ibid. verb. Fama*, multiſque Doctoribus tradit plenè *Ioſeph. Maſcard. de probation. tom. 2. concluſ. 753. à num. 1. cum ſeqq.* In an-
42 tiquis † tamen hominum memoriam excedentibus, plenam inducere probationem teſtatus eſt *Innocent. in cap. Veniens, 1. de teſtib.* quem ſequuti ſunt *Marſil. in l. De minore, §. Plurimum, numero 60. & 61, D. de quæſtion. & in rubr. C. de probationib. num. 194. Deci. in cap. 1. num. 46. de appellation. Ludouic. Roman. in dict. l. Si vero, §. De viro, numero 78. verſ. Septimo defertur, D. ſolut. matrim.* & *Ioſeph. Maſcard.* (adductis aliis) *dict. loco, num. 7.* Quemadmodum licet ſcriptura priuata regulariter fidem nō faciat, *l. Nuda ratio, 26. D. de donation. l. Inſtrumenta, 5. l. Rationes, 6. & l. Exemplo, 7. C. de probation.* pleniſsimè (vt alios omittam) *Nicol. Gen. deſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. per tot.* Multum vero antiqua, ſuſpitionis vitio carens, à vetuſtate vires probationem, & credentiam recipit, iuxta notata, per *Gloſ. in cap. inter dilectos, verb. Magis, & ibi DD. de fide inſtr. Adrian. Neguſant. reſponſ. ſiue diſputat. 368. num. 32.*

43 Atque vetuſtate vt ſanguine, † imò vt meritis nobilitatem adquiri, Imperatorum *Valent.* & *Valen* verba probant, *in l. Prouidendum, 7. C. de poſtul.* dicentium *Prouidendum eſt, ne ſi quos in foro, aut meritum nobiliſſimos fecerit, aut* Vetuſtas: *in vna parte conſiſtant*, Diocler. & Maxim. *in l. 1. C. de iure aureor. anul.* & Iuſtiniani, *in auth. De hæred. & Falcid. §. Sancimus igitur, ad fin. coll. 1.* dum ait: *Si forte perſonarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, &c.* Per quem textum inter perſonas egregias Senem numerauit *Accurſ. in l. Ad perſonas, 15. gloſ. 1.* eius diſpoſitione contineri affirmans, vt ad Senis domum pro iureiurando recipiendo mittere Iudex debeat, à Doctoribus ibi communiter approbatus, quos ordine recenſet *Farinac. de teſtib. quæſt. 77. num. 227.* Imò nullomodo teſtimonium ferre † Senes cogi, reſpondit *Scæuol. in l. Inuiti, 8. D. de teſtib. Inuiti* (inquit) *teſtimonium dicere non coguntur Senes.* Qua de re *Farinac. dict. tractat. de teſtib. quæſt. 78. num. 59. & ſeqq.* Cum præcedentibus numeris duobus contrariam generalem conſtituat legem *omnes ad teſtificandum compelli, expreſſè non priuilegiatos.* Ex eaque natalium, meritorumve nobilitate, ad eam quæ ex vetuſtate deſcendit (à *Cardin. Paleoto* propoſitam, *de bono ſenectu-*

*tis*

*tis, part. 3. pag. mihi* 314. deducit *Gaſp. Baez. de inop. debit. cap. 7. num.* 9. Senem pro debito ciuili creditori adici non poſſe, quemadmodum nec nobilis poteſt.

44 Senum quoque teſtimonium † iuniorum præferri, tradit *Accurſ.* (per textum ibidem) *in l. 3. verb. Nouum, ad fin. D. de reb. credit.* vbi ſic notat *Iaſ. lectur. 1. num. 2. lectur. 2. num.* 35. *& communiter Doctores.* Suadentque *text. in cap. 1. & cap. 3. 35. quæſt.* 6. Alia in id iuria adducit *Roman. in dict. l. Si vero, §. De viro, fallent.* 53. *num.* 86. *verſ. Tertio probatur, & num.* 87. *verſ. Septimo defertur, Bartholom. Cæpol. dict. verb. Bartholomæus, nu.* 7. *verſ. Decimoſeptimo, Alban. conſ.* 790. *num.* 3. *Hieronym. de Mant. in tractat. de finib. regund. cap.* 54. *num.* 10. *Nell. à Sanct. Gemin in tractat. de teſtib. num.* 101. *Seraphin. de priuil. iuram. priuileg.* 4. *num.* 88. *Mar. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſan. cap. 2. gloſ.* 14. *num.* 5. *Guill. Rouill. de iuſtit. & iniuſt. dict. cap.* 14. *de Sene ſine Religione, num.* 4. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. S. concluſ.* 102. *num.* 2. *Anton. Gabr. commun. concluſ. lib. 1. titul. de teſtib. concluſ.* 4. *numero* 68. Multum enim fidei grandior ætas addit, iuxta illud *Daniel. c.* 12. *Credidit eis multitudo, quaſi Senibus.* Maior namque

45 in eis conſtantia † præſumitur *Calliſtrati* reſponſo, *in l. Ex libero,* 15. *D. de quæſtionib.* & tradit *Cæpol. repetito loco, num.* 16. *verſ. Quadrageſſimo tertio.* Inte-

46 rior deuotio, † feruor ſpiritus, & fides, vt *Alexand.* 3. *in cap. 1. de renunc.* oſtendunt verba: *Maximè, quia in te vigor deuotionis, & fidei, etiam corpore ſeneſcente non deficit: ſed vergente deorſum conditione corporea, feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit.* Langueſcunt enim cum corpore vitia; ad virtutem expeditiore animo remanente, vt *epiſtol.* 26. *Sene,* eleganter ait: *Inter decrepitos me numera, & extrema tangentes. Gratias tam mihi apud te ago. Non ſentio in animo ætatis iniuriam, cum ſententiam in corpore tantum vitia: & vitiorum miniſteria ſenuerunt. Viget animus, & gaudet non multum ſibi eſſe cum corpore: magnam partem oneris ſui depoſuit. Exultat, & mihi facit controuerſiam de ſenectute. Hunc ait eſſe florem ſuum. Credamus illi, bono ſuo vtatur.* Alia que proſequitur ſimilia. Maior etiam

47 æternæ ſalutis † ſolicitudo, vt enim *D. Bernard. ſermon. 6. de Aduent.* inquit: *Animabus hoc tempus eſt, non corporibus aſſignatum.* Et notant *Decian. conſ.* 8. *numero* 14. *volum.* 2. & *Mar. Giurb. in conſuetud. Senat. Meſan. dict. cap. 2. gloſ.* 14. *num.* 6. Quorum veluti auribus illa crebro *Hieronymi epiſt.* 65. *ad Pammach. & Ocean.* reſonare vox debet: *Errauimus iuuenes: emendemur Senes.* Cuius etiam fit mentio, *in cap. Secunda,* 72. *de pœnit. diſtinct.* 1. Et maior quam in iuuenibus

48 † temperantia, ex *Philoſoph. Ethicor.* 2. probantque *text. in l. Clarum,* 4. (illis verbis: *Ne vel ſua intemperantia, vel iuuenili calore, &c.*) & in *l. fin. §. Filiis autem* (in illis: *Melius enim eſt coarctare iuueniles calores*) *C. de bon. quæ liber.*

Quibus, aliiſque rationibus, Senũ

49 iuramento † de illicitè quæſitis ſtandum; Meſanenſi ſtatuto cautum, *Mar. Giurb.* teſtatur *citato loco, à num.* præcipuè 4. *verſ. Cenſuerunt Meſanenſes.*

Inde quod ad accuſandum pluribus

50 concurrentibus, † potiorem exiſtere Senem, *Vlpian.* docet, *in l. Si plures,* 16. *D. de accuſat.* hanc ætatis qualitatem, inter præcipuas ad accuſatoris electionem à Iudice faciendam, aſsignans. Non enim animi volubilitate, maleuolentia, intemperantia, incontinentiave à Senibus id effectum, ex ſuperioribus,

51 videtur; cum & ab incontinentiæ † ſuſpitione alienos eſſe probet *text. in cap. Cum iuuentute,* 15. *de præſumption. & ibi Gloſ. verb. Ad ſenilem, in cap. Fraternitatis,* 7. *diſtinct.* 34. *& in cap.* 1. 12. *quæſt.* 1. *Cæpol. dict. tract. & verbo, num.* 14. *verſ. Trigeſſimo ſeptimo, & num.* 15. *Roman. in dict. l. Si vero, §. De viro, num.* 78. *verſ. Quinto principaliter defertur, Andr. Alciat. de præſumption. regul. 1. præſumption.* 53. *num.* 1.

Neque in ipſis ſolum Senibus maior ineſt pietas; ſedet in ipſos. Potius enim

52 enim Seni, † quam iuueni ſuccurren-
dum, eleemoſynæque diſtributionem
faciendam, *text. in cap. Conſideranda,*
*17. in ord. diſtinct. 86.* ſic oſtendit: *Con-*
*ſideranda eſt etiam in largiendo ætas, atque*
*debilitas: nonnunquam etiam verecundia,*
*quæ ingenuos prodit natales: vt Senibus*
*plus largiaris, qui ſibi labore iam nequeunt*
*victum quærere.* Et tradunt, cum aliis
*Petr. Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 93.*
*num. 27. Alexand. Raudenſ. deciſ. Piſan.*
*40. numero 381. Mar. Giurb. in conſue-*
*tud. Senat. Meſan. gloſ. 14. cap. 2. num. 5.*
*verſ. Quare eleemoſyna.*

Omnia præterea infirmorum priui-
53 legia † Senibus competere, firmarunt
generaliter *Iacob. Menoch. de arbitrar.*
*lib. 2. caſu 60. numero 11. & ſeqq. Hoxed.*
*de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 17. nu-*
*mero 17. in fin. Stephan. Gratian. diſcept.*
*forenſ. tom. 4. cap. 805. num. 11. & ſeqq.*
*Andr. Alciat. de præſumption. regul. 1.*
*præſumpt. 53. numero 2.* Quippe quos
non in infirmorum tantum numero;
54 ſed etiam in mortis articulo † conſti-
tutos leges, earumque auctoritate Do-
ctores prædicent. Cum enim *Paulus in*
*l. 3. D. de donation. cauſ. mort.* dixiſſet:
*Mortis cauſa donare licet, non tantum in-*
*firmæ valetudinis cauſa; ſed periculi etiam*
*propinquæ mortis, vel ab hoſte, vel à prædo-*
*nibus, &c.* Vlpianus *in l. 5. eiuſdem tituli*
addit: *Aut ætate confectus.* Repetitque
*in l. ſequenti* Paulus idem: *Hæc enim om-*
*nia inſtans periculum demonſtrant.* Per
quas proximè dictam aſſertionem ad-
ſtruunt *Sylueſt. in ſumm. verb. Mors, nu-*
*mero 4. Angel. ibid. num. 6. Sà, verb. Mor-*
*tis articulus, & in eius annot. Andr. Victo-*
55 *rel.* Ideò ſtatutũ † de infirmis loquens,
in Senibus quoque procedere, profiten-
tur, cum relatis *ſuprà, n. Abb. 5. Andr. Al-*
*ciat. dict. regul. 53. num. 2. Stephan. Gra-*
*tian. dict. cap. 805. num. 9.* & *Cardin.*
*Tuſch. practic. concluſ. lit. S. concluſ. 103.*
*num. 5.* cum eodem tamen (quod iam
retulimus) ætatis diſcrimine, & contẽ-
tione. Alii enim ſeptuaginta, alii octua-
ginta ad id requirunt annos.

Sic licet Seni, vt infirmo, coadiutor
56 † dari poſsit, diſpoſitione *text. in dict.*
*cap. vnic. de cleric. ægrot. lib. 6.* & dicunt
*Mandoſ. regul. 11. Cancellar. quæſt. 15.*
*num. 2. Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 5. §. 9. nu-*
*mero 19. vſque ad 23. Stephan. Gratian.*
*dict. cap. 805. num. 29.* Si tamen ſola æta-
tis exiſtat ratio, ſeptuaginta ad id an-
nos deſiderari, iudicauit *Rota* teſte *Ca-*
*putaq. deciſ. 311. num. 1. part. 1. Gonzal.*
*vbi proximè, numero 86. Pariſ. de reſign.*
*benefic. lib. 5. quæſt. 6. numero 8. Rodoan.*
*de ſimon. ment. part. 3. capit. 8. numero*
*11.*

Hoſque ſeptuagenarios Diuinis
57 Officiis nõ intereſſentes, † ſi modo in-
tereſſe ſolebant, cotidianas diſtributio-
nes lucrari aſſeuerant *Prob. ad Monach.*
*in dict. cap. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6.*
*Azor inſtit. moral. lib. 7. cap. 7. quæſt. 12.*
& ita cenſuiſſe *S. T. Concilii Congrega-*
*tionem*, affirmat *Monet. de diſtribution.*
*quotidian. part. 2. quæſtion. 7. num. 15. &*
*16.*

Senectutem præterea, infirmitatis
58 inſtar, à longo itinere conficiendo, †
proque abſolutione petenda, vbi à Põ-
tifice Summo obtinenda eſt, excuſare,
Eccleſiæ Summi Præſules decidunt
*Clemens Tertius,* & *Gregor. Non.* Ille, in
*dict. cap. Ea noſcitur, 13.* & *in cap. Quod*
*de his, 26.* Hic, in *cap. Quamuis, 58. de*
*ſentent. excommunic. D. Antonin. in tract.*
*de excommunic. cap. 1. numero 43. Sayr.*
*de cenſur. lib. 3. cap. 28. num. 25. Cardin.*
*Franc. Tolet. in ſumm. lib. 5. cap. 8. num.*
*2. verſ. Quarto iſta, Carol. de Graſ. de ef-*
*fectib. clericat. effect. 9. num. 160. Auguſt.*
*Barboſ. in cap. Si quis ſuadente, 17. quæſt.*
*4. num. 93.*

59 Nec pro debito ciuili † in carcerem
detrudi Senem poſſe multis placuit.
*Ancharrano conſil. 336. incip. Præmitto,*
*num. 2. Nicol. Intrigliol. conſ. 18. num. 1.*
*part. 1. Carol. de Graſ. in tract. de except.*
*in prælud. num. 177. & 178. Carpan. ſu-*
*per ſtatut. Mediol. part. 1. cap. 243. num.*
*6.* quorum ſententiam probat (verio-
rem & æquiorem dicens, paſsimque à
carcerum Viſitatoribus obſeruari) *Ste-*
*phan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 328. cap.*
*506.*

ſ06. *numero* 20. *& ſeqq. & capit.* 805.
*numero* 2. *& ſeqq. Gaſp. Baez. de inop.*
*debit. quæſtion. 7. numero* 3. Diſplicuit
*Oſaſcho* ( poſt longam diſputationem)
*deciſ. Pedemont.* 123. *Nattæ, conſ.* 319.
*numero* 2. *&* 3. & communiter Do-
ctoribus, notante eodem *Gratiano, di-
cto capit.* 328. *numero* 8. *&* 9. Quibus
hodierna praxis aſſentitur. Mitius li-
cet in hoc quoque caſu cum ſene agen-
dum, ſolumque in Prætoris domo ar-
reſtandum, idemmet *Oſaſc. num.* 4. di-
cat, referatque deciſum, cui adhæret
*Becci. conſ.* 10. *num.* 8.

Poſterioris huius ſententiæ aſſer-
tores moti, quòd *non ſpecificè id ſeni-
bus iure conceſſam reperiatur.* Prioris, ex
60 *ſenum ad mulieres comparatione.* † Quam
facit *Iaſſ. in l. Ad perſonas egregias, nu-
mero* 9. *&* 10. poſt *Gloß. ibi, verb. Egre-
gias, D. de iure iur. Tiraquell. de iure
primogen. in præfation. numero* 109. *O-
ſaſc. dict. deciſion.* 123. *numero* 1. *& ſeq.
Stephan. Gratian. dict. capit.* 328. *nu-
mero* 15. Et quos ipſi non adducunt,
*text. in capit. Ex noſcitur,* 13. *& capit.
Quamuis,* 58. *ibidemque Gloſſ. verb. Fra-
gilitate ſexus, de ſentent. excommunicat.*
61 Mulieres autem, † pro debito, cauſa-
ve ciuili, in publicum trahi, carce-
remve duci, grauiſsimarum pœnarum
comminatione *Conſtant.* vetat, in *l.* 1.
*C. de offic. diuerſor. iudic.* & Iuſtinian.
*in authent. Hodie nouo iure, C. de cuſtod.
reor. & in authent. Vt nulli iudic.* §. *Ne-
ceſſarium, coll.* 9. Quæ à ſuperuacua,
propeque infinita Doctorum allega-
tione, per *Farinac. quæſtion.* 27. *nume-
ro* 41. facta excuſant. Apud nos præ-
ſertim, ſtantibus Regiis *legibus* 62.
*Taur.* & *l.* 10. *titul.* 3. *lib.* 5. *nouæ Reg.
collection.* ab hoc ſolum fauore eas exi-
mentes, quæ notoriè malè corpore
vtantur ſuo.

Ex qua pariter æquiparatione, nec
62 pro fiſcali debito † in carcerem detru-
di ſenem poſſe, cum nec fœmina poſ-
ſit, tradunt *Peregrin. de iure fiſc. lib.* 6.
*titul.* 7. *numero* 9. *Iafred. deciſion.* 393.
*Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ.
tom.* 3. *capit.* 506. *numero* 3. & cum
multis *Farinac. dict. quæſtion.* 27. *nu-
mero* 43. ex generalitateque *dict. leg.*
62. *Taur. legis* 8. *&* 10. *titul.* 3. *lib.* 3.
*nouæ Reg. collection.* deducitur, & ita
(aduerſus *Menochium conſil.* 916. *lib.*
10.) defendit *Gratian. dict. capit.* 506.
*per tot.* eiuſdemque voti exiſtit *Baez.
de inope debit. dict. capit.* 7. *per tot.*

63 Imò, fauori huic † renunciare non
poſſe ſenes, & in caſibus in quibus
propter dignitatem, ætatem, vel ſe-
xum prohibita carceratio eſt; nullius
momenti eius priuilegii renunciatio-
nem eſſe, affirmant *Bald. in l.* 1. *nume-
ro* 8. *C. qui bon. ceder. poſſ. Petr. Dueñ.
regul.* 312. *numero* 2. *Aſſin. de execut.*
§. 2. *capit.* 7. *numero* 13. & cum eis,
*Gratian. dict. capit.* 318. *numero* 13. *&
capit.* 506. *numero* 17. Cui ſatis opitu-
latur aſſertioni alia propoſita à *Nobis
de priuileg. pauper. part.* 1. *in ſpecialib.
poſt quæſt. fin. num.* 5. Priuilegium miſe-
rationis cauſa datum, renunciatione
non tolli, probans.

Prædictam quoque opinionem, *ne
pro ciuili debito in carcerem trahi ſenex
64 queat,* ex puerorum, † & ſenum compa-
ratione (quam ſuprà iam formauimus)
tuentur *Carol. de Graſ. in tract. de excep-
tion. ad form. ſtatut. exclud. omnes except.
in prælud. num.* 114. *Amend. in addition.
ad Vincent. de Franc. deciſ.* 199. *num.* 7.
Sed vel in Camera, in Palatio, aut Ci-
uitate carceris loco detinendos, & ſic
pluries per M. C. V. fuiſſe deciſum
aſſerit *Thor. in compend. deciſ. verb. Se-
nex ſeptuagenarius.* Pueros autem pro
debitis in carcerem non mittendos,
aduertit *Bald. in dict. l.* 1. *num.* 10. *C. qui
bon. cedere poſſ.*

Sed ſi à comparatione robur ac-
ceptura eſt; nulla quam à ſenibus ad in-
firmos comparatio potior ( quæſtio-
nis huius initio latè comprobata) quos
65 † in carcerem pro debito trudi, aut
etiam pro crimine in eo contineri non
debere, *quæſtion.* 3. *numero* 252. no-

cauimus, & aduertit *Grammatic. conſil.*55.*numero* 9.*& ſeqq.* quem ſequitur *Farinac. dict. quæſtion.* 27. *numero* 87. Eaque ratione id probat iudicium *Sebaſtian.de Medic.de caſib. fortuit.*2.*part. quæſt.*6.*num.*14.eoque relato, *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 5.*cap.* 805. *num.*14.

66 Vndè à fortiori nec torqueri † ſenem poſſe deſcendit, & ex *Vlpiani* reſponſo, *in l. Si quis graui*, 3. §. *Ignoſcitur*, *D. ad S.C. Syllanian.* deducunt Doctores. Quorum in id cumulum conſtruxere *Andr. Tiraquel. de pœn. temper. caſu* 8.*num.*1. *& ſeq. Gomez, variar. reſolut. tom.*3.*cap.*13.*num.*13.*verſ. Item reperitur probibitus ſenex*, *Iul. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.*64.*verſ. Nō etiam debet Iudex*, *Petr. Plac. in epit. delictor. cap.* 32. *num.* 16. *Oſaſc. deciſ. Pedemont.* 123. *num.* 2. *Bertazol. inter conſil. crimin. Diuerſor. conſ.* 102. *per tot. volum.* 1. *& conſ.* 70. *num.*31.*&* 40.*volum.* 2. copioſè *Proſp. Farinac. prax. crimin. tom.*1.*tit.* 5. *quæſt.* 41. *num.* 24. *Sebaſtian. Guaz. de defenſ. reor. defenſ.*30.*cap.*12.*num.* 1. Adeò verum eſſe profeſſus, †

67 vt de facto tortus ſenex, & in tortura confeſſus, etiam ratificata confeſsione, ſibi non præiudicet. Communemque Doctorum ſententiam dicit *Farinc. dict. num.* 24. *ad fin.* aſſentiunturque *Bertazol. dict. conſ.* 102.*num.*6 *Oſaſc. dict. deciſ.*123.*num.*2. *Stephan. Gratian. dict. cap.* 805. *num.*38. *Baiard. ad Clar. dict. quæſt.* 64. *numero* 71. etſi de obtentione dubitet in praxi.

68 Decrepitam vero ætatem, † vt ſit huic immunitati locus, plerique deſiderant ex relatis, & cum multis *Farin. dict. quæſt.*41.*nu.*25.*& Guaz. dict. cap.* 12.*num.*2. Niſi complexionis debilitas ætatis præuenerit annos: tunc enim etiam non decrepitus hanc obtinebit exemptionem, *Caſonis* ſententia, *in tractat. de torment. capit.* 10. *rubric. Quæ perſonæ torqueri poſſint, & quæ non? numero* 12. *& Ioſeph. Ludouic. deciſion. Lucenſ.* 13. *numero* 53. *& ſeqq.* ad Iudicis arbitrium eo in caſu recurrentes, cum *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 59.*numero* 1. & *Farinac. dict. loco, numero* 27. *&* 28. Quo locum torturæ eſſe iudicante, ad ætatis nihilominus menſuram, & imbecillitatis infligendam; eſt communis ſine hæſitatione concluſio, commendata à *Griland. in tractat. de quæſtionib. capit.* 6. *numero* 8. *ad med. verſic. Extra igitur illum caſum, & numero* 9. *in princip. Gomez. dict. cap.* 13. *numero* 3. *verſ. Adde tamen quod leuiter, & numero* 4. *verſ. Ego tamen in hoc articulo, & Farinac. vbi proximè.*

Quòd ſi torturæ cauſa, iusve locum faciat, ad eamque ſenex cum iu-

69 niore † concurrat, à iuniore inchoandam *Paulus* docet, in *l. Vnius*, 8. *D. de quæſtion. Vnius facinoris* ( ait ) *plurimi rei ita audiendi ſunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior eſt, vel teneræ ætatis videtur.* Aduertitque *Roman. in l. Si vero*, §. *De viro*, *D. ſolut. matrim. ſall.* 53. *num.*86. *verſ. Secundo probatur.* Maiorem namque in ſenibus conſtantia, quam in iuuenibus præſumi ſuperius iam diximus.

Nec ſolum in tortura, ſed in cuſto-

70 dia † quoque ( vbi capturæ ius locum facit) modum adhibendum, notat *Caccialup. de debitor. ſuſpect. & fugit. quæſt.* 5.*num.*6. Non enim ita exactam in ſene cuſtodiam, quemadmodum in iuuene deſiderat *lex fin. C. de cuſtod. reor.* Ceſſat enim in ſene fugæ ſuſpitio, quæ exactæ cuſtodiæ acerbitatem remittit, vt ex *text. in l. Si vt certo*, 5. §. *Cuſtodiam*, *D. commod.* tradit *Roman. citato loco, numero* 78. *verſic. Quinto principaliter defertur.* Principique de carcerati ætate nunciandum, qui pietate forte motus ſenem eximat à carceribus, aduertit *Gratian. dict. diſceptation.*805.*num.*5. & *ſeqq.* per *leg. In metallum*, 22. *D. de pœn.* & *l. Iudices*, 10. *C. de Epiſc. aud.*

Quod autem in Senum ætate diſcernenda arbitrium Iudicibus datum eſt:

71 eſt: in decrepito, † ac ſeptuagenario ſublatum eſſe dicunt *Abb. in cap. Quoniam frequenter, vt lite non conteſtat. num. 18. verſ. Ego puto, Marian. num. 9. declar. 2. verſ. Dominus meus hic, dicit, Menoch. dict. caſu 59. num. 4. verſ. Secunda opinio, Farinac. de teſtib. quæſt. 76. num.* 84. Huiuſque ætatis, nec leuiter quidem poſſe torqueri, ferulæ, aut cuilibet alii minimo tormenti generi, Iudicis tunc arbitrio omnino exploſo, ſubiici, aſſerunt *Bertaz. dict. conſ. 102. num. 4. & 5. & in eius addition. Claud. Bertaz. lit. B. Farin. dict. quæſt. 41. num. 29. ad fin. Sebaſt. Guaz. de defenſ. reor. dict. defenſ. 30. num. 3.* Borgnin. *Caualc. deciſ. Fauiz. 34. num. 8. part. 5. Petr. Plaz. in epit. delict. cap. 32. num. 10. Stephan. Gratian. dict. cap. 805. num. 36. & ſeqq. Mar. Giurb. in conſuet. Senat. Meſan. dict. cap. 2. gloſ. 14. num. 12. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. dict. lit. S. concluſ. 103. num. 4. Adrian. Neguſ. in ſylu. reſponſor. quæſt. 323. num. 37.*

72 Sic à ieiunii † obligatione ſunt qui ſexagenarium excuſent: ſeptuagenarium autem omnes, vt videre eſt apud *Armil. verb. Ieiunium, num. 3. Azor. inſtit. moral. lib. 7. cap. 28. quæſt. 4. part. 1. Villalob. 1. part. ſumm. tract. 23. difficult. 4. Nauar. Medin. Pedraz. Valent. Graf. Rodr. Lopez. Leſ.* multoſque alios à *Ioanne Sanchez* adductos, *in ſumm. quæſt. 54. num. 8. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 32. num. 17. Ioan. Hieron. in Diuerſor. iuris canon. rubr. 7. cap. 6. nu.* 151.

73 Imò neque validum ſexagenarium † ad ieiunii obſeruantiam teneri, *Ioan. Sanch. dict. loco* profitetur. Cum nullus in ea tam valeat ætate; quem minimus etiam dolor non proſternat, caſus frangat; deficiente iam iam, in mortemque ruente. Cui falſam valetudo confidentiā præſtat, *Sidonis Apollinar. ad Vectionem, lib. 4. epiſt.* 13. teſtimonio, ſic amico ſeni, ſed corpore vegeto, & ſano ſcribentis: *Nec multum fidat ambiguis, nec nimis nimiæ credat incolumitati.* Probatque etiam eleganter *Galeni* authoritate *P. Thom. Sanch. dict. diſput. 32. nu. 17. verſ. Et licet.*

74 Attigiſſeque ad id ſexageſsimū annum † ſufficere obſeruat idem *Ioan. Sāchez. dict. quæſt. 54. num. 10.* relatis *Ioan. de la Cruz præcept. 3. art. 4. Medin. in codic. de ieiun. quæſt. De his qui ad Eccleſiæ ieiunia tenentur. fol. 142. Ledeſm. 2. part. ſumm. tract. 27. fol.* 638. authoritate legis *Qua ætate, 5. D. de teſtam. Gloſ. in l. 3. §. Minorem, verb. Momentum, circa fin. D. de minor. & ibid. Bart. num. 3. Alber. in prin. Bald. in fin. Flamin. Pari. de reſig. benefic. lib. 12. quæſt. 8. à nu. 19. vſque ad* 26. probantium, tempus incœptū, pro completo in fauorabilibus reputari. Quibus accedunt à *Nobis* quoque adducta in *Axiomat. & locis commun. iur. lit. D. num.* 93.

75 Quam etſi ætatem ad ieiunii excuſationem, tam in maſculo, † quā in fœmina requirat idem ipſe *Ioan. Sanchez dict. loco, num. 11.* & *P. Thom. Sanch. dict. lib. 7. diſput. 32. num. 17.* præcipuè *verſ. Sed ſupereſt:* non tamen damnandā ſententiam putant, quinquagenariam ab huiuſmodi ieiunii obligatione eximentem, tanquam debilioris complexionis, ſeneſcentemque citius. In praxi licet tutam non eſſe aduertant, tametſi ſpeculatiue probabilem dicant.

76 Septuagenariam quoque tutorem filio non petentem † non ideò eius ſucceſſione priuari firmare conatur (ex *l. 1. C. qui ætat. lib. 10.* & *§. Item maior, inſtitut. de excuſat. tutor.*) *Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. dict. cap. 805. numero 23. & 24.* etſi tutum non eſſe de rigore iuris, fateatur *numero* 25. Neque enim relata id iura probant, & tradita à *Nobis* repugnant, *de priuileg. pauper. 2. part. quæſt. 60. numero 9. cum ſeqq.*

77 Tandem (vt manifeſtum ſuperiora reddunt) à communibus regulis iuris † recedere ſenectus facit, & notant, pleneque deducunt *Orian. in l. 1. num. 132. D. de offic. eius, Barthol. Cæpol. dict. verb. Bartholomæus, per tot. Grat. conſil.*

98.*num*.2.*lib*.1. *Neuizan. conſ*.51.*num*. 15.hisque relatis, *Flamin. Pariſ. de reſign.beneſic.lib*.5.*quæſt*.6.*num*.4. Neque ſtatuti diſpoſitione † comprehenduntur ſenes, teſte *Alder. Maſcard. de gener.ſtatut. interpret. concluſ*.5.*num*.140. & *Mario Giurb.in conſuetud. Senat. Meſan.dict.cap*.2.*gloſ*.14.*num*.1.*part*.1.

Alia in ſenectutis fauorem (etſi non attingentia iura) à *Cardin. Gabriel. Paleot.de bono ſenectutis*, *Ioan. de Monteleon de ſenect. priuil.* (quem ipſe *Paleot.* videndum allegat, 3.*part. pagin. mihi* 320. à me vſque adhuc non repertum) & à *Caſanæ.in cathalog. glor. mund.part*. 11.*conſider*.17.repetere licebit.

## VTRVM PRODIGVS, aut auarus Miſerabilis ſit perſona? Fori electione, aut aliis, quibusque priuilegiis vtatur?

## *SVMMARIVM.*

1 *Affirmatiua pars quoad prodigum proponitur & ſuſtinetur, & num.ſeqq.*
*Prodigus furioſo comparatur, ibid.*
2 *Furioſus miſerabilis eſt.*
3 *Prodigus & pupillus æquiparantur, valetque de vno ad alium argumentum.*
4 *Pupilli, & pupillis ſimiles, qui alterius arbitrio reguntur, miſeri ſunt.*
5 *Verũ vt prodigus miſerabilis perſona dicatur, forique priuilegio gaudeat, bonorũ interdictionẽ factam eſſe, curatoremque datum requiratur? & num.ſeq.*
6 *Sententia prodigum, turpem, miſerumve non facit; ſed cauſa.*
7 *Praui mores an priuilegium tollant? remiſiuè.*
*Turpitudinem ſuam allegans, an & quando audiatur? ibid.remiſ.*
8 *Prodigalitas, & auaritia æque ad rei familiaris perditionem deducunt.*
9 *Auarus, an & quando ab adminiſtratione debeat remoueri? forive priuilegio vtatur? & num.ſeq.*
11 *Prodigo an reſtitutio ex minorum edicto competat?*
12 *Prodigus, & pupillus ciuiliter, indebitum & ſi naturaliter debitum ſolutum, repetunt.*
13 *Pupillus indebitum ciuiliter, naturaliter vero debitum, abſque tutoris authoritate ſoluens, ad illud petendum reſtituitur.*
14 *Prodigus ciuiliter indebitum ſoluens, abſque reſtitutione repetitionem conſequitur ipſo iure.*
15 *Pupillus naturaliter ſine tutoris auctoritate obligatur.*
16 *Furioſus, vel prodigus, nec naturaliter quidem.*
17 *Naturaliter tantum debitum ſoluentes, regulariter nullomodo repetunt.*
18 *Indebitum per errorem ſolutum, repetitur.*
19 *Pupillo, furioſo, vel prodigo per errorem indebite ſolutum, ſi conſumptum ſit, non repetitur, neque minori pro ſolutione his perſonis facta conceditur reſtitutio.*
20 *Aliter ſi pecunia, vel res in quam ſit conuerſa extet.*
21 *Prodigi, furioſi, pupillive contractus an iuramento firmentur?*
22 *Res à prodigo bonis interdicto, etiam cum iuramento diſtractæ, impræſcriptibiles ſunt.*
23 *Et quid ſi prodigalitas notoria non ſit? neque ſuper ea plenè cognitum?*
*Qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere, ibid.dict. num.* 22.
*Emens ab eo quem ſcit prodigaliter preciũ conſumpturum, non vſucapit, ibi.*
24 *Ad pupilli ſimilitudinem adquirere prodigus poteſt: in ſui præiudicium obligari non poteſt.*
25 *A delicto, eiuſque pœna, an & quando prodigalitas excuſet? & num.ſeq.*
27 *Multa in pupillorum, & furioſorum fauorem referuntur, quæ prodigis conueniunt, remiſ.*

QVÆS-

# QVÆSTIO XIX.

QVÆSTIO hæc non modò infrequens, ſed nuſquam forte in foro agitata. Vel quod nullus iã prodigus: vel quòd auarus beneficium aliquod conſequi deſperet: vtriuſque ve propriæ turpitudinis detegendæ pudore. A prolixo ideò ſermone (quem argumentorum apparatus poſcebat; materiæ vero in frequentia damnat; à prauis moribus, quorum vindices leges, non fautrices exiſtunt, à turpitudine propria, cuius allegationem non admittunt, aliiſque petita) abſtinentes: veritatem aſſequi conabimur. Et quia (vt *de finib. bonor. & malor. lib.* 3. Cicero ait:) *Quæ perſpicua ſunt longa eſſe non debent.* Et miſerabilem prodigum eſſe, & fori priui-
1 legio gaudere, † eius cum furioſo æqui paratio firmat, quam faciunt *Vlpian. in l. His,* 12. §. *Diuus Pius,* præſertim *in fin. D. de tutorib. & curatorib. datis ab his,* Pomponius, *in l. Furioſi,* 41. *D. de regul. iur.* Imperator Anton. *in l.* 1. (*& titulus ipſe*) *C. de curatore furioſi, vel prodigi,* & proſequuntur *Federic. de Sen. conſil.* 31. (*incip. Minor* 25. *annis*) *verſ. Præterea alia ratione, Cardin. Tuſch practicar. concluſ. lit. P. concluſ.* 868. *numero* 6. & *Iodoch. Dambouder. de pupil. patr. cap.* 9. *numero* 13.

2 Furioſum autem, † miſerabilem perſonam eſſe, *legiſque noſtræ vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* contineri (cum adeò graui infirmitate prematur, ſuiſque rebus ſupereſſe non poſsit) haud quiſquam negabit.

3 Pupilli † ſimiliter cum prodigo comparatio eandem confirmat aſſertionem. Cuius idem quoque *Vlpian.* eſt author, *in l. Certi condictio,* 9. § *Idem quæri poteſt, verſ. Sed ſi ei, D. de reb. credit. ſi cert. pet.* his verbis: *Sed ſi ei numerauero, cui poſtea bonis interdictum eſt; mox ab eo ſtipuler: puto pupillo comparandum.* Sic pariter *text. cum Gloſ.* 1. *in l. Is cui bonis,* 6. *D. de verbor. obligation.* & tradit *Nicol. Euerard. in Topic. legal. loco A minorib. ad furioſ. numero* 1. *& ſeqq.* vbi argumentum de minore ad prodigum valere, omniaque beneficia, & priuilegia minoribus conceſſa, prodigis, ac furioſis competere probat, eſtque ad id *text.* (& ibi *Bald.* nominatim aduertit) *in l.* 2. *C. de curatorib. furioſ.* qua de re, aliqua nos inferius.

4 Pupillos † vero, pupilliſque ſimiles *legis noſtræ vnicæ* conſtitutioni, forique priuilegio dediſſe cauſam, miſerabiliũq; numero contineri; eius in rubro & nigro verba indicant. Idque omnibus aliis, qui alterius arbitrio reguntur, quia ſuo non valent; commune eſſe; iam *ſupr. quæſt.* 5. *numero* 5. prænotamus, & in ſpecie noſtra aduertunt *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electíon. & variat. for. ſect.* 1. *quæſt.* 25. *per tot.* & *Franciſc. Carraſc. de caſib. Cur. num.* 25. *& ſeqq.*

5 Bonorum autem interdictionem factam, † deque ea prius conſtare vt fori priuilegio ſit locus (iuxta quem faltem, *de priuileg. pauper. quæſt.* 5. *numero* 16. modum diximus) neceſſum eſſe videtur, licet curatorem datum non requiratur, ſententia *Gloſſæ in dict. l.* 1. *verb. Solent, C. de curator. furioſ* communique Doctorum, de qua teſtatur *Rebuf. de ſentent. prouiſ. art.* 3. *gloſ.* 4. *n.* 4. Tam etſi Regium ius noſtrum interdictionem, proclama, & curatorem datum videatur requirere, in *l.* 5. *titul.* 11. *part.* 5. notante ſic *Gomez.* 2. *tom. variar. capit. de reſtitut. minor. numero* 31. & *Ioan. Gutier. de iuram. confirma t.* 1. *part. cap.* 32. *numero* 1. & 2. Veriorque & receptior opinio (ſequuta *Gloſſam in dict. l. Is cui bonis,* 6. *D. de verbor. oblig.*) ante bonorum interdictionem, curatoremque datum, etiam notorie prodigum contrahere, ac reliquos gerere actus poſſe affirmat, traditque *Gutier.* pleuè *dict. loco, num.* 3.

Quare ante interdictionem prædictam, † curatorisque dationem, legis noſtræ, forique priuilegio vti prodigũ nõ debere (cum nec curatore regatur, nec minori exiſtat ſimilis,) videbatur dicendum. Re tamen vera, & miſerabilem hunc, & fori priuilegio vti poſſe, rationi & iuri conuenit, non ſolum ex relata contraria opinione (quam multi quoque magis communem dicunt, numerati à *Gutier. dict. cap.* 32. *numero* 3. *verſ. Contrariam tamen*;) ſed quia prodigus ante bonorum interdictionem, curatoremque datum, miſerabilis eſt. Non enim ſententia illum miſerabilem reddit; ſed miſerum eſſe declarat, ex ratione *text. in l. Adeò,* 7. *§. Videtur, D. de adquir. rer. domin. in l. Hæredes palam,* 21. *§. Si quid poſtfactum, D. de teſtam.* adductorumque à Nobis *in Axiomatib. & locis commun. iur. lit. D. num.* 37. Nec pariter ſentia prodigum, aut miſerum facit; ſed cauſa, vt *Marcel.* ait, *in l. Ictus fuſtium,* 22. *D. de his qui not. infam.* & Senec. de moribus. *Non damnatio, ſed cauſa hominem turpem facit.* Neque quòd iudicis interdictio inualidos prodigi contractus reddat, Cõſultorum, *in dict. l. Is cui bonis,* aliiſque citatis: ante interdictionem, curatoremque datum, inhærentem prodigo miſeram conditionem, aut tollunt; aut ſubleuandam negant. In eſt enim & ante interdictionem, curatoremve datum miſerationis cauſa iudicii imbecillitas, alieni arbitrii, & regiminis, ad minoris inſtar, neceſsitas, furioſique ſimilitudo, huic etiam ſola beneficio locum facere potens.

Neque huic reſolutioni argumenta
7 ſuperius inſinuata † nocent. Quorum primo, dicta à *Nobis* 1. *part. de priuileg. pauper. quæſt. num. & ſeqq.* abunde ſatisfaciunt. Secundo vero, *in Axiomatib. noſtris, lit. T. num.* 65. *verſ. Limita,* 67. *&* 69. notata, poſsitæ in initio regulæ, *Turpitudinem propriam allegantẽ, audiendum non eſſe* præſtantia intellectum, prodigo conuenientia. Præterquam quod, non tam de actu à prodigo geſto confirmando, vel infirmando; quam de miſerabili iudicando, miſerabiliumque priuilegiis digno agimus; ne alia diſpungendo parum vtilia, longior ſermo protrahatur.

8 Eandem auari † miſeræ conditionis ſimilitudo conſtitutionem poſtulabat. Etſi enim contraria prodigo: æquale vtriuſque (ni auari deterius ſit) animi vitium, quod miſeros reddit vtroſque; vt in prodigo ſuperiora, in auaro, *q.* 2. *num.* 14. dicta monſtrant, quodque ad rei familiaris pariter deducit perditionem, *Salomone Prouerbior. cap.* 29. dicente: *Rex iuſtus erigit terram: vir auarus deſtruet eam.* Quid enim differt, expendendo perdere; aut non expendendo, perditionem pati? Ab adminiſtra-
9 tione ideò † auarum remouendum, primus dixit *Bald. in l. fin. num.* 18. *C. de ſent. paſſis*, quem extollunt, ſequunturque *Boer. deciſ.* 61. *num.* 14. *Segur. in l. Imperator, num.* 117. *D. ad S. C. Trebell. Gomez Arias in l.* 4. *Taur. num.* 50. *Molin. de Hiſpanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 13. *& Ari. Pinel. in l.* 1. *part.* 2. *num.* 38. *C. de bon. matern.*

Quod tamen ad auarum, alienarum
10 rerum, † vel quæ ad alios neceſſario peruentura ſunt, ad eaque ius habent, adminiſtratorem referunt, nec tam auari ipſius; quam illorum contemplatione id proferunt. Bonorum namque ſimpliciter ſuorum adminiſtratio auaro interdici non ſolet, neque vt prodigo dari curator: ne magis quam inuidis, ſuperuis, aut huiuſcemodi miſeris priuilegia tribui miſerorum, vt *dict. quæſt.* 2. aduertimus, & *ſequenti præſertim num.* 12. *& ſeq.* repetimus. Quæ nos à prolixiori excuſant indagine. *Nec enim* (vt Ciceronis verbis *de finib. bonor. & malor. lib.* 5. vtar) *ſum copiam quam potui, quia dubitatio nulla erat, proſequutus.*

CÆTERA PRODIGI miſeræ conditioni ſubuenientia, præſtantiaque leuamen (non ita ſimiliter auaris,

ris, quorum longe conditio deterior,
conceſſa) ex furioſorum, & pupillo-
rum comparatione deſcendunt. Reſti-
11 tutionem † namque in primis, non ſo-
lum ex clauſula generali, *Si qua mihi, &c.* Sed ex minorum edicto prodigo
competere, notat *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 3. num. 2. verſic. Tertio, ex dict. l. 2. & ibi Bald. C. de curator. furios. Iacob. de ſanct. Georg. in l. Infantis, C. qui admitt. num. 3.* Et aliis. Etſi in
*verſ. Ego puto*, cenſeat, non ex edicto
minorum; eiuſdem tamen priuilegii, &
naturæ prodigo concedi.

Sic pariter prodigus quemadmo-
dum pupillus, indebitũ ciuiliter, etſi
12 naturaliter † debitum, ſolutum repe-
tit, aſſertore *Accurſio, verb. Locum eſſe non ambigitur, ante med. in l. Interdum, 29. D. de condict. indebit.* eius ambigua
verba declarans, & cum eo communi-
ter ſcribentes.

Potior imò hac in ſpecie, pupillo
13 prodigus † reperitur: quia indebitũ ci-
uiliter à pupillo, naturaliter vero de-
bitum, abſque tutoris authoritate ſo-
lutum, etſi reſtitutione media repeta-
tur (vt ex *l. Illud, 26. D. de minor. & l. Indebito, C. ſi aduerſ. ſolut.* notat *Gloſ. in dict. l. Interdum, 29. & in dict. l. Illud, verb. Actio*, & *Gloſ. vnic. in l. Impuberibus, 11. D. de adquir. vel omitt. hæredit.* & *ibid. Bart. numero 9. & 10. Angel. numero 1. Caſtr. 7. verſ. Breuiter, Iaſ. num. 6.* eiſque relatis, *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 52. numero 87.*) Prodigus ve-
14 ro † indebitum ciuiliter ſoluens, ipſo
iure abſque reſtitutione repetitionem
conſequitur, vt (cum *Gloſ. in dict. l. Interdum, Bart. ibi numero 10.* & *Stephan. Lamberteng. de contract. in fin. numero 151.*) idem met *Sfort. dict. loco, num. 88.*
aduertit.

15 Ratio, † conſtitutionis ve differen-
tia eſt: quia pupillus, etiam ſine tuto-
ris authoritate naturaliter obligatur,
vt ex ſubtili *Vlpiani* reſponſo conſtat,
*l. Marcellus, 26. D. de fideiuſſor. & mand.*
apertiusque, *in l. fin. D. de nouation.* ibi
*Gloſ. verb. Promiſſerit* contrariis reſpon
det, & *Gloſ. vnic. in l. quod pupillus, 41. D. de condict. indebit.* placuitque idem
Metiano, ~~in l.~~ *Si eius, 64. D. ad Senat. C. Trebel.* & Papiniano, *in l. Cum illud, 25.*
16 *D. quand. dies legat. cedat*: Furioſus † au-
tem, vel prodigus, nec naturaliter qui-
dem, per *leg. In negotiis, 5. D. de regul. iur.* & *l. Is cui bonis, 6. in fin. D. de verbor. oblig.* Docetque vtrumque *Gloſ.* cele-
bris, *in dict. l. Marcellus, verb. Obligato, Feder. de Sen. conſ. 31. colum. 2.* & *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. P. concluſ. 868. num. 8. & 10.*

17 Alii vero, † naturaliter tantum de-
bitum ſoluentes, nullomodo repetunt,
deciſione *text. in l. Naturaliter, 13. in princ. & §. fin. in l. Frater à fratre, 38. in l. Iulianus, 60. D. de condict. indebit. in l. Fideiuſſor obligari, 17. §. Fideiuſſor, D. de fideiuſſorib.* vbi Iulianus ita: *Naturales autem obligationes non eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua eorum nomine competit: verum etiam cum ſoluta pecunia repeti non poteſt.* Sic item, in *l. Hæres à debitore, 22. §. Quod ſi hic ſeruus, D. eod. tit.* Aphrica-
nus; *Quod ſi hic ſeruus manumiſſus, fideiuſſorem dederit; deinde fideiuſſori ſuo hæres exiſtat; durare cauſam fideiuſſionis putauit: & tamen nihilominus naturalem obligationem manſuram: vt obligatio ciuilis pereat, ſolutum repetere non poſſit*: aduer-
titque *Gloſ. in dict. l. Naturaliter, §. fin. verb. Non repetit.*

Proximum eſt ſuperioribus; quod
licet indebitum per errorem ſolutum
18 † repetatur, ex vulgari *Pauli* reſponſo,
*in l. Cuius per errorem, 54. D. de regul. iur.*
& Iuſtiniani Imperatoris, *in §. Is quoque, inſtit. quib. mod. recontr. obligatio*: pu-
19 pillo tamen, † furioſo, vel prodigo per
errorem ſolutum indebitum, ſi con-
ſumptum ſit, non repetitur, vt probat
*text. in dict. §. Is quoque, & ibid. Gloſ. verb. Vnde, & verb. Mutui*, & profite-
tur *Sfort. Odd. dict. quæſt. 52. num. 72.* am
plians, *num. ſeqq.* neque pro ſolutione
his perſonis à minore facta, concedi
reſtitutionem eidem. Si namque ſolu-

ta

BIBLIOTECA GRANADA

20 ta pecunia extet, † vel res in quam ſit
conuerſa) naturalis ratio (quæ nemi-
nem cum alterius iactura locupletari
debere dictat) repetitionem tunc con-
cedendam ſuadet, comprobatque *dict.
l. Naturaliter*, 13. *§. fin. & l. ſeq. D. de
cond. indeb.* quemadmodum in mutuo
à pupillo abſque tutoris authoritate
accepto, ex quo factus locupletior eſt,
*Marcellus* reſpondit, in *l. In pupillo*, 47.
*D. de ſolution.* à quo (mutuo nempè) ad
indebitum, ſic arguit *Iuſtinian. in dict.
§. Is quoque.*

Similiter prodigi contractum, pu-
21 pilli, aut furioſi iuramento † non fir-
mari, profitentur *Bald. conſil.* 391. *nu-
mero* 2. *verſic. Iſtis duobus, lib.* 5. *An-
ton. Gomez, dict. cap. de reſtit. minor. nu-
mero* 32. *Gregor. Lop. in dict. l.* 5. *titul.*
11. *part.* 5. *verb. Non valdria, Couarru.
in relect. capit. Quamuis pactum, de pact.
lib.* 6. *part* 2. §. 4. *numero* 8. *Gutier.* (ſæ-
pè communem dicens, contrariiſque
reſpondens) *dict. cap.* 32. *numero* 6. *Car-
din. Tuſch. practicarum concluſ. dict. lit.
P. concluſ.* 868. *numero* 9. *Iodoc. Dam-
bouder. in patrocin. pupillor. minor. pro-
digor. &c. in titul. de tutor. & curat. mi-
nor. tom.* 8. *pag. mihi* 84. *numero* 53. 54.
& 55. Neque res à prodigo bonis in-
terdicto diſtractas, etiam cum iura-
22 mento, † præſcriptibiles eſſe, affirmat
*Federic. de Sen. conſil.* 31. (incip. *Minor
25. annis*) *numero* 4. *verſic. Poſſe tamen.*
Quod & in alienantis impotentia,
& in mala fide ementis fundamentum
habet. Cum malam fidem à principio
habens, nullo tempore præſcribat; ma-
lam vero fidem habere præſumatur,
qui contra iura (& ſic à luxurioſo, pro-
digove) mercatur, iuxta regulam vul-
garem, *cap. Qui contra*, 82. *de regul. iur.
lib.* 6. & ſimilium. Verbiſque *Iuliani*
confirmatur aſſertio, *in l. Si quis cum
ſciret*, 8 *D. pro empt.* dicentis: *Quomo-
do enim mala fide emiſſe videtur, qui à do-
mino emit? niſi forte, & is, qui à luxurio-
ſo, & protinus ſcorto daturo pecuniam ſer-
uos emerit, non vſucapiet.* Quam etiam
23 *Federic. de Sen. præfato loco* ampliat; †
etſi ſuper prodigalitate non eſſet ple-
ne cognitum, neque notoria prodiga-
litas eſſet. Cui adhæret *Cardin. Tuſch.
dict. concluſion.* 868. *numero* 13. Siqui-
dem *Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel
eſſe debet non ignarus conditionis eius*, vt
ſcita regula *legis Qui cum alio, D. de re-
gul. iur.* dictat, notamuſque plenius in
*Axiomatib. & locis commun. iur. lit. C.
num.* 202. 203. & 204.

Ad pupilli item ſimilitudinem, ad-
24 quirere † prodigus poteſt; obligari in
ſui præiudicium non poteſt, dicente
*Vlpiano in dict. l. Is cui bonis*, 6. *D. de ver-
bor. obligation. Is cui bonis interdictum
eſt, ſtipulando ſibi adquirit: tradere vero
non poteſt, vel promittendo obligari. Ideò
nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit, ſi-
cut nec pro furioſo.* Quam quidem cum
pupillo ſimilitudinem expendit *Gloſ.*
1. *ibi in fin. Iodoch Dambouder. de pupil.
patrocin. cap.* 8. *numero* 52. & *Ioan. Bap-
tiſt. Bou. de ſtat. vrb. præſc. gloſ.* 19. *nu-
mero* 188. notauimuſque iam *ſuprà,
quæſt.* 3.

25 Etſi præterea ex delicto, † eiuſque
ordinaria pœna prodigalitas non ex-
cuſet, vt iuribus, & rationibus hinc
inde congeſtis, tandem concludit *Go-
mez. variar. tom.* 3. *cap.* 1. *numero* 75. Id
26 tamen notabiliter limitat, † intelligit-
que *Conſtant. Roger. de ſummo bon. cap.
Quod incipit, Diſcutiamus, numero* 18. ſi
prodigus in committendo delinquat;
ſecus in omittendo, per *leg. Fulcinius*,
7. *§. Adeò, D. quib. ex cauſ. in poſſ. ea-
tur.* Inferens inde, matrem prodigam,
quæ filio tutorem petere neglexit, ab
illius ſucceſſione non excludi, & ita li-
mitandam *legem Cum à matre*, 8. *C. qui
pet. tut.*

27 Alia prodigis fauentia multa, † eo-
rumque miſeram conditionem leuan-
tia, furioſorum pupillorumque com-
paratio miniſtrat, quæ eã ſedibus ſuis,
*quæſt.* 3. & 5. collocauimus. De ſenten-
tia contra minorem lata, quæ repertto-
rum inſtrumentorum prætextu reſcin-
ditur:

ditur; de re minoris pecunia empta; quæ minoris efficitur: de ſententia invalida contra minorem indefenſum: de præſcriptione longi temporis contra minores non currente: de alienatione rerum minorum, ſine iudiciali decreto infirma. Et aliis, quæ furioſis, pupillis, & prodigis communia ſunt, proſequiturque *Nicol. Euerard. in Topic. legal. loco 73. de minorib. ad furioſos, prodigos, mente captos, ſeu dementes.*

## VTRVM CVPIDINEO Amore captus Miſerabilis ſit perſona? fori priuilegio, aliisve gaudeat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Affirmatiua pars proponitur, & duobus num. ſeqq. Contraria indè ſuſtinetur.*

*Amore captus, furioſus, & prodigus reputatur, nilque furore Amoris vehementius, ibi. & num. ſeq. Contra, & quatenus comparatio procedat: num. 4.*

2 *Amore capto an curator, vt prodigo dari debeat?*

*Prodigalitas à luxuria, libidinoſoque amore, nec minimum quidem diſtat, ibi.*

*Cupidineum Amorem, quæ ſectentur mala? ibi.*

*Qui amans prodigus non eſt; Amator non cenſetur, ibi.*

3 *Amore captus miſer eſt. Et an quique miſeri fori, miſerorumque priuilegiis gaudeant? & num. ſeqq.*

4 *Reſpondetur contrariis.*

*Fundamento deſtructo, inædificatum corruat, neceſſe eſt, ibi.*

6 *An naturalis ſit Amor?*

*Prauos mores corripiunt leges, non fouent ibi.*

7 *Libidinoſus Amor etſi non mereatur fauorem: aliquam tamen excuſationem humana fragilitas his, qui Amoris vi delinquunt, obtinuit. Et caſus in quibus excuſatio hæc concedatur, remiſ.*

## QVÆSTIO XX.

1 PRÆCIPVVM affirmatiua pars quæſtionis huius robur à dictis in præcedenti capit. † quatenus in ea furioſum, prodigumque miſerabiles eſſe, ac *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* diſpoſitione comprehendi oſtendimus: cum furioſo, & prodigo Cupidineo captus Amore comparetur, furioſusque reputetur, & prodigus.

Primum (furioſum nempè Amore captum, nihilque furore Amoris vehementius) Imperator *Iuſtinian.* dixit, *in auth. Quib. mod. natur. fil. effic. legit. §. Nouimus etenim, col. 6.* vbi in comprobationem quoque *Accurſius* verſus illos refert:

*Non frater fratri cum furor ille venit.*
*Igneus ille furor neſcit habere modum.*

repetuntque idem *Imperator*, & *Accurſius* idem, *in §. fin. verb. Bacchata, inſtitut. de ſucceſ. ſublat.* ab Antiquioribus ſæpè proclamatum, & à Cicerone *Tuſcul. lib. 4.* ſic ab Amore fugiendum dictante *Maximè autem admonendus, quantus ſit furor Amoris: Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior.* Senec. traged. de Amore loquente:

*Quod ratio poſcit, vincit, ac regnat furor.*
*Potensque tota mente dominatur Deus.*

in cuius poteſtate, arbitrioque iudicii ſanitatem, vel infirmitatem *Cæcilius* dixit, à *Cicerone dict. lib. 4.* relatus.

*Cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit.*

Mag-

Magnam vim mentis *Seneca* idem *Trag*ed. 9. appellauit.

*Vis magna mentis, blanduſque animi calor*
*Amor eſt.*

Plaut. in Ciſtellaria, actu 2. ſcen. 1.

*Qui omnes homines ſupero, atque antideo, cruciabilitatibus animi*
*Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in Amoris rota miſer.*
*Exanimor, feror, differror, diſtraor: ita nubilam mentem,*
*Animi habeo.*

Ouid. Metamorph. lib. 14.

*Luctatusque diu, poſtquam ratione furorem*
*Vincere non potuit.*

Et de arte amand. lib. 1.

*Et inſano iuret Amore mori*

Latè è noſtris aſſertionem hanc proſequuntur *Andr. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ.* 4. & *Proſp. Farinac. in praxi crimin. lib.* 3. *q.* 98. *num.* 77. *& ſeqq.* quos multorum vice allegamus.

2 Secundum, † prodigo Amore captum comparari, vtque prodigo curatorem illi dari deberi profitetur *Ioan. Mar. Nouar. in praxi electiõ. & variat. fori, ſect.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 7. cum *Franc. Viuio*, quem refert. Idque (licet vlterius non progrediatur ipſe) non quidem immerito, cum à luxuria, libidinoſoque Amore ad prodigalitatem, non modo proximus ſit gradus; ſed nec minimum quidem diſtet. Vt enim *Prouerbior. cap.* 29. dicitur: *Qui autem nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam.* Interque alia Cupidineum ſectantia Amorẽ, ex eoque naſcentia mala (quæ *Plaut. in prolog. Mercatoris* aſsignat) comitem prodigalitatem, & inopiam ſic numerat:

*Nam Amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent:*
*Cura, ægritudo, &c.*

& poſt alia:

*Inopia, contumelia, & diſpendium.*

Similiter Claudian. in *Ruffinum, lib.* 1.

*Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens*
*Infœlix humili greſſu comitatur egeſtas.*

vtque *D. Auguſt. de Doctrina Chriſtiana*, inquit: *Luxuria eſt inimica Deo, inimica virtutibus; perdit omnem ſubſtantiam.* Namque (*D. Ambroſio ſermone de Aſſumptione teſte*) *neſcit modũ.* Eamque Amore capto legem præfinit *Ouid. Amorum, lib.* 1. *eleg.* 10.

*Quod quisque habet, dominæ conferat omne ſuæ.*

Secundum quam, facetè *Plaut. in Triuulent. actu* 1. *ſcen.* 1. dixit:

*Nec vnquam quisquam probuſerit Amator, niſi qui rei inimicus eſt ſuæ.*

meretricem ob id mari comparans, quod nunquam ſaciatur, *ibid. actu* 2. *ſcen.* 7.

3 Ex quibus miſerum Amantem † ſepè *Plaut.* idem repetit *in Aſianar. actu* 3. *ſcen.* 3.

*O Libane, vt miſer eſt homo qui amat!*

in Perſa, actu 2. ſcen. 1.

*Amas pol miſera.*

& continuo ferè:

*E caſtor miſer eſt, qui amat,*

& in Milite glorioſo, actu 4. ſcen. 6.

*Vt quæſo Amore perdita eſt hæc miſera!*

Nilque Amore capto miſerius *Propert.* dixit, *lib.* 2. *eleg.*

*Durius interius nihil eſt quod viuat Amante.*

Sed neque relata, neque alia quidem

4 argumenta, † quæ apparenter adduci poſſent (conſulto omiſsis, ne in parum vtilibus immoremur) in *Nouarij* ſententiam Nos trahere valent. Nullo enim iure, firmave authoritate probari oſtendit, nec verè probatur, Amãti vt prodigo curatorem dari, vtque prodigum, ac miſerum fori, *legis*que noſtræ *vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* priuilegio gaudere. Neque furioſi, aut prodigi comparatio vrget. Magis enim hyperbolem, quam veritatem reſpicit. Vniuerſi ferè, namque aliter furioſi, prodigique eſſent reputarenturve, & curatore indigerent.

rent? & non inueniretur curator: foriſque in vniuerſum priuilegium pateret. Siquidem

*Totum per Orbem maximum exortum*
*eſt malum,*
*Luxuria, peſtis blanda.*

vt *Senec. Trag. in Octau. act. 2.* inquit. Cum præſertim parcus iam ſit Amor, magiſque ad bona intentus: tamque placidus Amantium furor, vt ad minimam etiam dilectæ petitionem miteſcat, curatoris locum ipſe tenens. Comparationis igitur colapſis viribus; deciſionem quoque eis innixam collabi neceſſe eſt, tanquam inædificatum, fundamento, ex *leg. Nam origo, D. quod vi aut clam,* cæteriſque adiectis *in Axiomatib. noſtris, liter. F. numero* 182. Quod ſi ad furorem vſque, vel prodigalitatem verè trahat Amor amantem: vt furioſo potius, aut prodigo, quam vt amanti, & curator, & fori priuilegium dabitur. Iam enim alia quam Amoris, priuilegii cauſa eſt. Nec tamen non Amore ca-
5 ptum, miſerabilem eſſe fatemur: † ea vero infœlicitate premi, quæ fori priuilegium tribuat, negamus. Non enim cuilibet miſero dari, multoties in huius tractatus progreſſu oſtendimus.

Neque ex dictis ſolum in hanc ſententiam mouemur, aut quòd priuilegium iſtud Fortunæ iniuria miſeris
6 lex concedat: † Amor vero non tam Fato, quàm à libera voluntate, arbitrioque Amantis pendeat (vt non modò à Catholica Religione, ſed ab Ethnicis etiam, Naturaque ipſa docemur, quæ naturalem Amorem non fecit, amare neque cogit, ex ipſiuſmet legibus, ita *Cicerone Tuſculan. quæſtion. lib.* 4. probante: *Et enim ſi naturalis Amor eſſet, & amarent omnes, & amarentur, & ſemper amarent, & idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium ſacietas deterreret,*) ſed quia pupillis, viduis, infirmos, hiſque ſimiles eo lex fauore proſequitur: quibus Amore captum similem non eſſe, neque eodem dignum, ſuperiora monſtrant, non magis quam auarum, ſuperuum, aut inuidum, quos & miſerabiles, & fori priuilegio indignos, *quæſtion.* 2. oſtendimus. Cum prauos mores corripiant leges, non foueant, vt de *priuileg. pauper.* 1. *parte, quæſtion.* 4. §. 5. *numero* 186. notauimus.

Sed quamuis libidinoſus Amor
7 fauorem haud mercatur vllum: † aliqualem tamen excuſationem humana fragilitas his, qui Amoris vi delinqunt, à legibus obtinuit, vt dictis à *Nobis dict. tractat. & parte, quæſtion.* 17. *numero* 25. *& ſequentibus, vſque ad* 30. & 2. *part. quæſtion.* 65. *numero* 102. licet colligere à *Tiraquello de pœn. temper. cauſa* 4. *per tot.* & *Farinac. dict. prax. crimin. lib.* 3. *quæſtion.* 98. *numero* 80. *& ſeqq.* huiuſcemodi excuſationis plenè caſus proſequuti. Quos vſque adhuc à Nobis ſeruatus ordo, nectendos poſtulabat: niſi excuſationem potius quam fauorem continerent, & præmanibus haberentur citati.

Agitatis quæſtionibus, ſi non cuiuſque palato (id namque difficilimum, & nulliſere vſque adhuc conceſſum) tractatui ſatisfactum arbitramur. In quo Cœcos, Expoſitos, ſimileſve, nemo deficere iudicabit. Cum graui corporis, & animi infirmitate laborent. Neque enim per omnium ægritudinum genera protrahendus ſermo, cum de infirmis prolixum fecerimus, inter quos, primum tenere Cœcos locum, indubium eſt, nec non expoſitos corporis, & iudicii imbecillitate, orbitateque parentum. Vtroſque ideo, & *legis* noſtræ *vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* diſpoſitione contineri, & miſerabilium priuilegiis vti, in controuerſiam trahi inane viſum eſt, eſſet enim infirmorum, pupillorum, patribuſque carentum conditionem, &

fauores

fauores ſæpè repetere. Quod & ſi aduertere, ſuperuacuum Doctoribus videbitur: aliis condeſciens. Omnibus ſiquidem (qui ſcribendi ſuſcepimus onus) ſatisfactionis debitores ſumus. Quorum nec recuſamus iudicium: præcipuè Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ Romanæ, cui nos, dictaque noſtra libenter, humiliterque ſubmittimus, ad eius nutum corrigere quidquid emendatione dignum iudicarit, parati.

(∴)

# LAVS DEO.

# INDEX
# EORVM QVAE IN SVMMARIIS HVIVS TRACTATVS, SIVE TERTIÆ Partis de Priuilegiis Pauperum, & Miſerabilium perſonarum continentur, Alphabetico ordine Digeſtus.

## A.


*Abſens.*

PRo mortuo reputatur, *quæſt.*5.*num.* 15.*&* *quæſt.*7.*num.*12.

*Abſolutio.*

ABſolutionem à Romano Pontifice petere debet, qui violentas manus in Clericum iniecit, *quæſt.* 3. *num.* 247.

Abſolutus reputatur proximè abſoluendus, *quæſt.*11.*num.*25.

*Accidens.*

SÆpè magis quam natura attenditur, *quæſt.*3.*num.*55.

Accidẽtaliter euenie͂tia naturalem qualitatem, aut rei ſubſtantiam nõ mutant, *dict.* *quæſt.*3.*num.*29. verſ. *Ex quibus.*

*Accreſcendi ius.*

INuitis accreſcit, *quæſt.* 17. *num.* 9. Niſi in Milite, *ibi.num.*91.

*Accuſatus.*

DE crimine pro quo pœna ſanguinis conſtituta eſt, per procuratorem defendi non poteſt, *quæſt.* 9. *num.*113.

*Acridophagi.*

ACridophagorum vitæ, mortiſque miſerandæ genus, *quæſt.*1.*num.*3. *remiſſiuè.*

*Actio.*

REi perſecutoria, re extante, pro cadatur: non exiſtente, ad æſtimationem contra furem, vel eius hæredem, non hypothecaria, *quæſt.* 8. *numero* 40. ¶ Per alium ipſo iure adquiri nequit, ceſsioque deſideratur, *ibi.numero* 259. ¶ Et quid iuramento interueniente? aut hodie regulariter? *ibidem.* ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ, aduerſus Agricolas denegatur, *q.* 13. *num.*83. ¶ Actio, & paſsio in eodem ſubiecto conſiſtere nequeunt, *q.* 14. *num.* 27. ¶ Iniuriarum, *vide verbo Iniuriarum actio.*

*Actor.*

ACtore miſerabili non probante, an reus abſoluendus ſit? *in proœm.n.*49


A Adam

*Adam.*

OB peccatum factus agricola, & ad terræ culturam damnatus, *quæſtion.* 13. *num.* 1.

*Adminiſtrator.*

ADminiſtratoris Hoſpitalis, vel Eccleſiæ bona eidem ſunt pro adminiſtratione obligata, *in procem. numero* 61. Et an aliorum adminiſtratorum bona, præter quam Eccleſiæ, vel Minorum, tacite pro adminiſtratione hypothecata exiſtant? *quæſt.* 8. *numero* 36. & 37. ¶ Adminiſtrator Eccleſiæ, vel pii loci ad rationum reditionem, & reliquorum ſolutionem condemnatus, ad finem ſuſpenſiuum appellare non poteſt, *dict. quæſt.* 8. *numero* 375. Et an id in quolibet adminiſtratore regulare ſit? *ibi. numero* 376. Eccleſiæ, vel Vniuerſitatis nec palã eius bona emere poteſt, *ibi. numero* 191. Adulti, vel etiam pupilli palam poterat, licèt hodie ſecus, *ibi. numero* 192. Eccleſiæ eius bonis ditatus præſumitur, *ibi. numero* 193. Aliorum nõ præſumitur, *ibi. num.* 194. Nec ſi Reipublicæ, aut Fiſci adminiſtrator ſit, *ibi. numero* 195. Niſi malam reddiderit rationẽ, *quæſt.* 10. *numero* 78. In præiudicialibus an contra factum ſuum venire adminiſtrator poſſit? *quæſt.* 8. *numero* 261. Eccleſiæ, falſum inſtrumentum producens, an ei præiudicet? *ibi. numero* 398. Fidem habere de precio non poteſt, *ibi. numero* 118. & 119. Vniuerſitatis, male eius rem gerens ad tutorum, vel curatorum inſtar tenentur, *quæſt.* 10. *numero* 44. Reipublicæ pecuniam retinens, non ſolum cum vſuris reſtituit: ſed ſi dolo fuerit verſatus, ad vſuras vſurarum, centeſsimaſque tenebitur, & punietur in quadruplum, *ibi. numero* 80. Et de leui culpa tenetur, non tamen ad vſuras, ſed ad ſortem, *ibi. numero* 81. Reivendicationeque aduerſus eum exp[e]titur, *ibi. numero* 79.

*Adquiſitio.*

ADquiſita conſtante matrimonio, inter coniuges communicantur, *q.* 3. *num.* 226.

*Aduena.*

ADuenæ pupillis, & viduis æquiparantur, eademque in vtriſque miſerendi ratio, vel maior extat, *quæſt.* 15. *numero* 7. & 8. Alia ſupple verb. *Peregrini.*

*Aduocatus.*

INfirmus ſalarium conſequitur, neque per ſubſtitutum ſeruire tenetur, *quæſt.* 3. *num.* 275. Vniuerſitatis, poteſt contra ſingulos de ea conſulere, *quæſt.* 10. *num.* 21. Pro ruſticis poſitionibus reſpondere poteſt, *quæſt.* 13 *numero* 77. Pro aliis non poteſt, eoque lõge remoto, reſpondere pars debet, *ibi. numero* 78. Et an, & quando erroneam confeſsionem reuocare valeat, quin parti noceat? *ibid num.* 79. & 80. Militare dicitur, *quæſt.* 17. *numero* 14. An, & quando militum, nobiliumque priuilegiis gaudeat? *ibi. num.* 16. & *ſeqq.* Togatæ militiæ prætextu, an & quando fori Principis gaudeat priuilegio? *ibi. num.* 57.

*Afflictio.*

NOn eſt danda afflicto, *quæſt.* 13. *num.* 30.

*Agens, Agere.*

AGens ex vna cauſa, & ex alia probans, ſuccumbit, *quæſt.* 14. *num.* 19. Inter mercatores obtinet, *ibi. num.* 18. Vniuerſitatis nomine, non dicitur ſingulorum nomine agere, *quæſt.* 10. *numero* 20.

Agere ſine ceſsione an hodie poſſit, qui nequiret olim? *quæſt.* 8. *num.* 259 Pro libertate, pœnitùs extraneo licet, *quæſt.* 16. *num.* 105. Compellitur nemo, *quæſt.* 14. *num.* 38. Mercatoris gratia compellitur, *ibi. num.* 39.

Agna-

*Agnatio.*

AGnatione filii, an militis rumpatur teſtamentum? *quæſt.* 17. *numero* 195.

*Agricola, Agricultura.*

INdebite ſolutum repetens, onus probandi debitum eſſe in aduerſarium transfert, *in proœm. num.* 49. An miſerabilis ſit perſona? & vt miſerabilis Principis fori iure vtatur? *quæſt.* 13. *per totam.* Continuis premitur laboribus, *ibi. num.* 2. *& ſequentibus.* A labore eſt *Laborator* appellatus, *ibidem.* Glebis inhærere præcipitur, *ibi. num.* 4. In eum qui inepte, ſeu incurioſe vineas, agros ve tractaſſet, grauiter Cenſores animaduertere ſolebant, *ibi. num* 9. Agri deſertor biennali poſſeſsione ab eo arcetur, *ibi. num.* 10. Animi, & corporis angoribus cruciatur, *dict. quæſt.* 13. *numero* 11. Quibus etiam voluptatibus fruatur? *ibi. numero* 17. Diues reputatur, *ibi. num.* 14. Paruo diues, nec aliena concupiſcit, *ibi. num.* 15. Fortunatus dicitur, & beatus, *ibi. num.* 18.

Agricolæ diuerſo iure quam alii (in præiudicialibus præſertim, & in his quæ ad Iuris cōſeruationem, vigoremque tendunt) non vtuntur, *ibi. num.* 23. In ſacris literis commendantur, *dict. quæſt.* 13. *numero* 24. Vniuerſum ſuſtinent orbem, *ibid. num.* 25. Magno in precio pace, & bello vbique habiti ſunt, *ibi. numero* 26. Ab omni munere extraordinario, & perſonali immunes exiſtunt *ibi. num.* 27. Humane tractari, nec vectigalibus onerari debent, *ibi. num.* 30. Militare cogendi nō ſunt; nec militiæ vltro ſe offerentes, admittendi. *eadem quæſtion.* 13. *num.* 31. Pro debito capi, aut exequi perſonaliter non poſſunt, *ibi. num.* 46. Alibi quam in domicilii ſui foro conueniri nequeunt, neque ſe alteri Iudici ſubmittere, *ibi. num.* 47. Pro aliis, quam pro agricolis fideiuſſores exiſtere non poſſunt, *ibi. num.* 48. Neque vt principales, aut fideiuſſores in fauorem dominorum locorū vbi degunt, ſe obligare, etiam cum renunciatione, queunt, *dict. quæſtion.* 13. *num.* 49. Renunciare prædictis fauoribus non poſſunt, *ibi. num.* 52. In frumenti, vel ordei, quod ipſi collegere venditione, taxam ſeruare, à conſtitutionibus Regiis præfinitam, non adſtringuntur, *ibi. num.* 54. Tempore meſſium, frugumque colligendarum, in iudicium trahi non poſſunt, *dict. quæſt.* 13. *numero* 56. Neceſsitate poſcente, etiam feſtis diebus rurale opus peragere valent, *ibi. num.* 57. E multis cōſortibus litis, vno in vrbe ad litem peragendam, retento; cæteri in proprias domos remittendi, *ibi. num.* 58. Actione aquæ pluuiæ arcēdæ, non tenentur *ibi. num.* 83. Alia ſupple verbo *Ruſticus.*

Agricultura nullo anni ſpacio vacationem à labore præſtat. Quorum ſummaria fit deſcriptio, *dict. quæſt.* 13. *num.* 3. Res eſt cunctanti inſidioſa agreſtis, quæ nec moram, nec intermiſsionem præſtat, *ibi. num.* 4. Parum laborioſa, inutilis, & ſterilitatem ſæpè ferens, *ibi. numero* 8. Dulces reddit labores, *ibi. num.* 16. Laborioſa, ſed voluptatibus plena, oblectamentisque referta, *ibi. num.* 20.

*Aleator.*

ALeatorum nec lucrum, nec perditio diſcerni poteſt, *quæſt.* 14. *n.* 6.

*Alexander Magnus.*

VEteranis militibus orbem terrarū ſubiugauit, *quæſtion.* 18. *num.* 74.

*Alienatio.*

DE rebus pupilli, ſi ei vtilis ſit, an ſolemnitates aliàs requiſitas neceſſario deſideret? *quæſtion.* 3. *numero* 152. *& ſeq. & quæſtion.* 5. *numero* 25. Idem in Eccleſia, *ibi numero* 47. Quasque ſolemnitates pupillarium rerum alienatio requirat? *dict.*

*dict. quæſt.* 3. *numero* 153. Et an rerum mobilium, iurium & actionum alienatio iudiciale decretum requirat? *ibi numero* 154. Rerum minorum ſine tutoris, vel curatoris auctoritate, iudiciſque decreto non tenet, niſi in minorum vtilitatem cedat, *quæſt.* 5. *num.* 25. *remiſſiuè.* In Eccleſiam, vel potentiorem, an fieri prohibeatur, factaque non ſubſiſtat? *quæſt.* 8. *num.* 16. Aut in Clericos, eadem ratione? *quæſt.* 9. *numero* 28. Alienationem in potentiorem faciens cauſæ iactura mulctatur, *ibi. numero* 402. Limitatur Eccleſiæ fauore, *num. ſeq.* Rerum minorum, vel Eccleſiæ, niſi cum cauſa, & ſolemnitate fieri non poteſt, *dict. quæſt.* 8. *num.* 55. Quæ ſine requiſitis ſolemnitatibus ab Eccleſia facta eſt, an teneat? *ibi. num.* 56. Etiam contrahente inuito? *ibi. numero* 57. De re legata, ademptionem legati inducit, *ibi. numero* 219. An ex alienatione earum rerum, quæ inferens in ſpecie alienaturus non eſſet, inducatur? *quæſt.* 5. *numero* 59. *in fin.* Bonorum captiui, pro ipſius redemptione, etiam à penitus extraneo, ipſoque inuito fieri poteſt, *quæſt.* 16. *num.* 104. & 105.

Alienans res Eccleſiæ, quibus pœnis plectatur? *quæſt.* 8. *num.* 352. *remiſſiuè.*

Alienationis prohibitio, verb. *Prohibitio.*

*Alimenta.*

Relicta ſub modo, eo non impleto, an debeantur? *quæſt.* 8. *numero* 249. & 250. Legata in non perfecto teſtamento, ſi per triennium præſtari cõtingat, in futurum debentur, *ibi. numero* 320. Capto ab hoſtibus præſtita, repeti nequeunt, *quæſt.* 16. *numero* 84. Aliis, poſſunt, *ibi. numero* 85. Quæ auia nepti præſtitit, an repetat? *ibidem.* An, & quã do pro alimentis tacita competat hypotheca, ſupple verb. *Fructus.*

*Alius, aliud.*

Pro nominis huius natura, *in procem. num.* 2. *remiſſiuè,* & *q.* 15. *num.* 4.

*Alter.*

Alterius facto nemo oneratur, *q.* 10. *num.* 92.

*Amans.*

Verius eſt vbi amat, quam vbi animat, *quæſt.* 20. *num* 6. Militare dicitur, *quæſt.* 17. *num.* 34. Non reputatur, qui prodigus non eſt, *ibi. num.* 1. Furioſo, & prodigo comparatur, *ibi. num.* 1. *& ſeq.* Et an ſemper? *num.* 4. Alia ſupple verb. *Amor.*

*Amicitia, Amicus.*

Amicitia conſanguinitatem affectu ſuperat, *quæſt.* 12. *num.* 5.

Amicos habens, & non habens miſer dicitur, *q.* 2. *num* 27. & 28.

Amicus parentis pupilli, tutorem eidem petere poteſt, matre, vel conſanguineis petere negligentibus, *quæſt.* 3. *num.* 95.

*Amor.*

Amore Cupidineo tentus, an miſerabilis ſit? *quæſt.* 12. *num.* 2. & *quæſt.* 20. *per totam.* Literarum honeſtus, & laudabilis amor etiam inhumanas conicit miſerias, corporis, & animi infirmitates, ad dementiam, & mortẽ vſque, *dict. quæſt.* 12. *num.* 4. Neſcit modum amor, *dict q.* 20. *num.* 2. Temperatior iam, & parcior, *ibi. num.* 4. Amoris vi delinquens, mitius punitur, & aliqualem excuſationem à legibus obtinet, *ibi. n.* 7.

*Analogum.*

Per ſe ſumptum, ſtat pro famoſiori ſignificato, *q.* 10. *n.* 2.

*Andræas Alciat.*

Andræ Alciati opinio reprehenditur, *q.* 3. *n.* 66.

*Animalia.*

Aratoria pro nullo regulariter debito capi, aut executioni ſubiici poſſunt, *q.* 13. *n.* 36. Et quid ſi alia debitoris bona non extent? *ibidem, num.* 37. 38. & 39.

*Appellare.*

AN liceat à tutoris datione? à ſententiave excuſationem non admittente, *quæſtion.* 3. *numero* 190. Omnibus caſibus, & perſonis licet, *quæſt.* 8. *numero* 366. Conuictis, confeſsiſque exceptis, *quæſtion.* 10. *numero* 61. Debitori Vniuerſitatis conuicto, non vero confeſſo, an liceat? *ibi. numero* 62. An à ſententia de reſidendo in Eccleſia, concedatur? *dict. quæſt.* 8. *numero* 367. Adminiſtratoribus, an & quando liceat? vide verbo *Adminiſtrator*. Ab Epiſcopi ſententia, ad Rectorem, Præſidemve Prouinciæ, an fuerit aliquando permiſſum? *quæſt.* 9. *numero* 23. Quidque ſeruetur hodie? *ibi. numero* 82. A Præſide Prouinciæ ad Præfectum, Quæſtorem ve ſacri Palatii dabatur, *ibi. numero* 75. A Senatu ſacrove Auditorio nō licet, *ibi. numero* 76. An & quando à Præfectis Prætorio Gallæciæ permiſſum ſit? *dict. quæſt.* 9. *num.* 79. Et an à Prorege ad Senatum? *ibi. numero* 81. Et an, & quando à Iudicibus Ordinariis ad alios quoque Ordinarios? *ibi numero* 83. A decreto carcerationis fiendæ, conceſſum, *quæſt.* 11. *num.* 8. Etiam poſt decē dies, continui grauaminis ratione, *ibi. num.* 9. Et à ſententia exilii, vel triremium, *ibi. numero* 10. Ab excommunicationis decreto, an liceat? eiusve appellatione ſuſpendatur effectus? *dict. quæſt.* 11. *num.* 47.

APPII filiæ facetum, & petulans pariter dictum, *quæſt.* 1. *num.* 9.

APPOLIDES, quæ dicantur? *quæſt.* 15. *num.* 20.

*Arbiter.*

POſt ſuſceptam cauſam eam cogitur terminare, *quæſt.* 3. *numero* 284.

*Argumentum.*

AB ſpeciali ad generalem caſum nō procedit, *in procem. numero* 49. A Fiſco ad Eccleſiam, & è conuerſo, an teneat? *quæſt.* 8. *numero* 21. De dote profana ad ſpiritualem, valet, *ibi. numero* 299. Et de dote ad piam cauſam, *ibi. numero* 300. Et de contractibus ad vltimas voluntates, *ibi. numero* 73. *remiſſiuè*. Et de æquite armatæ Militiæ, ad Cœleſtis Militiæ equitem, *quæſt.* 9. *numero* 25. Et è conuerſo, *quæſt.* 17. *numero* 12. Ab equiparatis vt procedat, omnimoda adeſſe ſimilitudo debet, *quæſtion.* 19 *numero* 23. De pupillis ad Vniuerſitatem, an & quando ſuſtineatur? *ibidem*. Et an & quando à morte ciuili ad naturalem? *quæſtion.* 16. *numero* 24. 25. & 28. De pia cauſa ad libertatem, & è̀contra, valet, *ibi. numero* 42. De Militibus ad Aduocatos, *quæſtion.* 17. *numero* 14. & 56. De mutuo ad indebitum, an & qualiter procedat? *quæſtion.* 19. *numero* 20 De ſcholaribus ad Milites, & èconuerſo, tenet, *quæſt.* 12. *num.* 36.

Argumentis opus non eſt, vbi clara extat diſpoſitio legis, *quæſtion.* 7. *numero* 12.

*Arma.*

COntra ſe præbere, nemo tenetur, *quæſtion.* 8. *numero* 156. Tenetur Eccleſiæ, aut Fiſci fauore, *ibi. numero* 157. Nobilibus, & Militibus in executione relinqui debent, *quæſtion.* 17. *numero* 190. 191. & *ſeq.* Membra Militum eſſe dicuntur, *ibi. numero* 35.

ARTICVLO mortis conſtitutus, quis dicatur? vide verb. *Mortis in articulo.*

ASCRIBENS in teſtamento ſibi, & legis Corneliæ pœnam incurrit, & emolumentum perdit, *quæſt.* 8. *numero* 334. Limitatur Eccleſiæ fauore, *ibi. num.* 335.

ATROCITAS criminis caſui Curiæ locum facit, *quæſtion.* 9. *numero* 43. 65. & 84. Et an olim faceret? *ibidem num.* 88.

*Auaritia, Auarus.*

AVaritia omnes tenentur, *quæſtion.* 14 *num.* 11. Et prodigalitas æquè ad rei familiaris perditionem dedu cunt, *quæſt.* 19. *num* 8.

Auarus miſer eſt, *quæſtion.* 2. *numero* 14. Non gaudet miſerabilium priuilegiis, *ibi. à numero* 8. *& in fine quæſtionis, & quæſtion.* 20. *numero* 6. Tormentum patitur in ſeruando, vel amittendo, quod quærendo ſuſtinet, *quæſtion.* 14. *numero* 4. An & quando ab adminiſtratione debeat remoueri? *quæſtion.* 19. *numero* 8. 9. & 10.

*Audientiæ Regiæ.*

QVibus præcipuè cauſis fuerint cõſtitutæ? *quæſtion.* 9. *numero* 19. In Caſtellana ditione, quæ Regii diplomatis vſum habeant? *ibi. num.* 78.

*Auia.*

PRo neptis alimentis expendens, an repetat? *quæſt.* 16. *num.* 85.

AVRATI equites, verb. *Equites.*

AVTHENTICA habita, C. ne filius pro patre in obſeruantia non eſt, *quæſt.* 12. *num.* 29.

# B.

*Bannitus.*

ETſi alicuius conſtitutionis vigore impune offendi poſsit; in carcere exiſtens, offendi nequit, *quæſtion.* 11. *numero* 48.

*Beneficiatus, Beneficium.*

NOn ideò pauper dicitur, quod integrum, & abſolutum dominium in beneficii fructibus non habeat, *quæſt.* 9. *num.* 33. Non ſic cum Eccleſia ſua, ſicut Epiſcopus cum Cathedrali contraxiſſe videtur, *quæſt.* 8. *num.* 14. In vita beneficii prouentuum vſufructuarius cenſetur: in morte (generali recepta conſuetudine) aut de eis libere diſponit: aut inteſtatus, parẽtes, vel cõſanguineos ſucceſſores habet, *quæſt.* 8. *num.* 16. Alia ſupple verbo *Clericus.*

Beneficium pietatis, & miſerationis ratione conceſſum, per verba generalia non tollitur, *in procem. numero* 16. Inuito non datur, *quæſt.* 8. *numero* 66. Eccleſiæ inuitæ non ſolum datur: ſed etiam alteri, ſi Eccleſiæ vtilitatem reſpiciat, *ibid. numero* 67. Quid ſit? *quæſt.* 3. *num.* 114.

*Bona.*

CLericorum damnatorum de hæreſi, ad quem ſpectent? *quæſtion.* 8. *numero* 31. Adminiſtratorum, an pro adminiſtratione tacite obligata cenſeantur? *ibi. numero* 36. & 37. & *in procem. numero* 61. Quæ poſt teſtamentum patrimonio teſtantis accreuere, mobilium legato non continentur, *dict. quæſtion.* 8 *numero* 158. Niſi Eccleſiæ facto, *ibi. numero* 159. Vniuerſitatis, ſine ſolemnitate (minorum inſtar) alienari non poſſunt: & quæ ad id deſideretur? *quæſtion.* 10. *numero* 46. Eccleſiæ, fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta, pro captiuorum redemptione alienari poſſunt, *quæſtion.* 16. *numero* 51. *remiſſiuè.* Captiui, eo etiam renuente, pro ipſius libertate, redemtioneque diſtrahere tertio licet, *ibid. numero* 104. & 105. Omnia in actione iudicati debitori poſſunt auferri, *quæſt.* 17. *numero* 189. Mariti, tacite pro vxoris dote ſunt obligata, *quæſt.* 8. *numero* 45 Et tutorum, & curatorum pro adminiſtratione, *quæſtion.* 8. *numero* 36. Et quid aliorum? *ibi. numero* 37. Minorum, curatore auctore, cumque Iudicis decreto, alienari poſſunt, *q.* 5. *num.* 59. Alia in id, verb. *Alienatio.* In ducta in prædium ruſticum, vel vrbanum, an tacite pro penſione ſint obligata? vide verbo *Res inductæ.*

BONI

BONI ſæpè maioribus, vt virtus perficiatur, premuntur miſeriis, *quæſt.* 3.*num.*36.

*Boues.*

ARatorii pro nullo regulariter debito capi, aut executioni ſubiici poſſunt, *quæſt.* 13. *numero* 36. Et quid ſi alia debitoris bona non extant? *ibid. numero* 37. 38. & 39. Mactari, aut occidi olim ſub grauibus pœnis vetabantur, & quare? *ibid. numero* 41. 42. & 43. Quidque apud Noſtrates? *ibi. numero* 44.

*Britaniæ Reges.*

EX ſubulco, qui hoſpitalitatem in Germanum Epiſcopum Altiſidorenſem exercuit, Rege ob id creato, deſcendunt, *quæſt.* 15.*num.*58.

C.

*Cancellariæ.*

QVibus præcipue cauſis fuerint cõſtitutæ? *quæſt.*9.*num.* 19.

*Canon.*

SIue canonica ſanctio, vide verb. *Pœna*, & verb. *Solutio.* Canonica Epiſcopalis portio de Eccleſiæ dote defalcanda non eſt, *quæſt.*8.*num.*437.

*Capite damnati.*

AN olim, hodieve teſtamenti factionem habuerint, habeantque? *quæſt.* 17.*num.*135. Et quid in milite? *ibi. num.* 136. Capite cenſi, qui? & quæ eorum natura, & conditio, *ibi.num.*48. *remiſſiuè.*

*Captiui.*

CAptiuorum miſera deſcribitur cõditio, *quæſt.* 16.*num.* 1. Captiuos multæ nationes cum Deos placatos eſſe volebant, immolabant, *ibi. numero* 4. An conſtituere procuratorem captiui poſſint? *ibi num.* 30. & *duobus ſequentibus.* Quamuis teſtari nequeant, an mandatum, facultatemve de ſuis bonis diſponendi dare poſſint? *ibi. numero* 32. Ius ſuum illæſum conſeruant, nec vllo tempore perit, *dict. quæſt.* 16. *num.* 40. Libertatem adepti, quod poſtmodum ad rerum ſuarum recuperationẽ tempus habeant? *ibi.numero* 41. Qui à captiuitate euaſſere, pro redemptionis pecunia, aliave quauis cauſa, à gabellę, ſeu pedagii exactione liberi exiſtunt, *ibi.num.*120. Qui officium publicũ obtinebant, conſumptioni obnoxiũ, poſſint (contrariis legibus non obſtantibus) illud renunciare, *ibi.nu.*122. Chriſtiani à Sarracenis capti, ſerui nõ ſunt, infrà verb. *Chriſtiani.* Alia ſupple verb. *Seruus.*

*Carcer, carcerari, carceratus.*

CArcerari quilibet pro debito poteſt, *quæſt.* 17. *num.* 111. & 185. Miles non poteſt, *ibi.nu.* 112. 113. & 186. Neque is, qui non conuenitur vltra id quod facere valet, *ibi.num.* 115 Pro debito ex delicto deſcendenti, vel quaſi in carcerẽ mitti poteſt, qui alias carcerari pro debito nequit, *quæſt.* 11. *nu.*19. & *ſeqq.* Pro debito ciuili non niſi pauper poteſt, *ibi.num.*24.

Carceratus an miſer ſit, miſerabiliumque priuilegiis vtatur? *dict. quæſt.* 11. *per totam.* Seruitutis ſpeciem refert *ibi.num.*1. Carceris perpetui pœna, an imponi poſſit? *ibi.* Carceris pœna maior quam in opere publico laborare, quibuſdam viſa eſt, *ibi.num.*2. Tormẽti ſpeciem continet, *ibi.num.* 5. Morti cõparatur, eiuſque ſubrogatur loco. *ibi. num.*7. Et deportationi, *ibi.num.* 3. Carcer eſt mala manſio, & locus horribilis, corpus conſumens, amicorum communione priuans, ad conſortium corũ, qui nobis tædio ſunt, compellens, libera ſui diſpoſitione priuans, ſepultura viuorũ, cõſumptio bonorum, inimicorũ conſolatio, amicorum experimentum, *ibi. numero* 4. Non ad pœnam, ſed ad cuſto-

cuſtodiam inuentus, *dict. quæſt.* 11. *numero* 13. Pœnam tamen, & maximam contin[e]t, *ibi num.* 14. Carcerem diuturnum, qui ſuſtinuit, vel in totum venia donandus; vel puniendus eſt mitius, *ibi. num.* 12. Et in ea exiſtentiæ tempus, poſt exilii, ſimilisve condemnationis ſententiam, in exilii tempus cõputatur, *ibi. num.* 11. Et quid pro tempore exiſtentiæ in carcere ante ſententiam? *ibidem remiſiuè.* Carceratus non videtur, breui tempore exiturus in carcere, *dict. quæſt.* 11 *num.* 28. Carceratorum cauſa; proque eis relictum, etiam ſi culpa ſua in carcerem deuenerint, pium dicitur, & in cauſæ piæ diſtributionem executor datus, in eos diſtribuere poteſt, *ibi. num.* 29. Carcerati pauperibus æquiparantur, *ibi. num.* 30. *& ſeq.* In dubio ſunt fauendi, & præſumendum pro eis, *ibi. num.* 33.

Carceratus pauper ab eo, qui illum in carcerem detrudi fecit, eſt alendus, & ſi ægrotet, & eius curari ſumptibus, *dict. quæſt.* 11. *num.* 34. Pauper ad expenſas cuſtodiæ non tenetur, nec pro eis retinetur in carcere, *ibi. num.* 35. Et quid pro alimentis, quæ carceris cuſtos in carcerati alimoniam præſtitit? *ibi. remiſſiuè.* Obligatione, quam in carcerantis fauorem fecit, non adſtringitur, *ibi. num.* 37. Dicitur non ſolum in publicis vinculis detentus, ſed in quolibet loco à Iudice deſignato, licet Ciuitas ſit, *ibi. num.* 40. In vno loco exiſtens, arctari non debet ad comparendum in alio, *dict. quæſt.* 11. *num.* 42. Nec per procuratorem: ſed ſufficit per excuſatorem impedimentũ allegare, terminumque ad probationem petere, *ibi. num.* 43. Reſtitutione dignus eſt, *ibi. num.* 46. Sub fide, & ſecuritate publica exiſtit, eumque offendens, vel occidens, legis Iuliæ Maieſtatis tenetur, *ibi. num.* 49. Et quemadmodum in propria domo, in carcere tutus eſſe debet, *dict. quæſt.* 11. *num.* 51. Carceratam mulierem carnaliter cognoſcens, mæretricem licet, qualiter puniatur? *ibi. numero* 50. Pro criminali cauſa carceratus, pro ciuili recõmendari non poteſt, *ibi. num.* 51. Et an pro ciuili debito captus, pro alio debito, vel delicto recõmendari poſsit? *ibid. num.* 52. *remiſſiuè.* Iniuſtè carceratus tute, fractis etiam carceribus, effugere poteſt, *dict. quæſt.* 11. *num.* 53. Interim diſtributiones quotidianas lucratur, *ibidem.* Nobilis, magnæque exiſtimationis, an etiam in criminali cauſa ſub fideiuſſoribus relaxari debeat? *ibi. num.* 54. An & quando in criminalibus ſub fideiuſſoribus relaxetur? *ibid. remiſ.* Condemnatus non niſi ſoluat, relaxatur, *ibi. num.* 59. A ſententia pecuniariæ condemnationis appellans, fideiuſſorem de repreſentando, condemnationemque ſoluendo offerens, an ſit relaxandus? *ibi. num.* 60. *&* 61. Carcere effracto ad Eccleſiam fugiens; eius gaudet immunitate, *ibi. numero* 62. Effracti carceris pœnam vitat, ad Principem, Superioremve competentem Iudicem ſe conferens, *dict. quæſt.* 11. *num.* 63. Quibusque aliis in caſibus fracti carceris pœnam euitet? *ibi. nu.* 64. *remiſiuè.* A carcere fugiens, cuſtodis negligentia aufugiſſe præſumitur, *ibi. num.* 65. Mortuus in carcere, mala cuſtodis cura deceſsiſſe videtur, *ibi. num.* 66. Oſtium apertũ videns, à carcere fugiens, fracti carceris crimine non tenetur, *dict. quæſt.* 11. *num.* 67. An quo ad forum ſaltem fori, orationibus, quibus os non aperiatur, neque fateatur delictum, poſsit vti? *ibi. num.* 71. Prohibitio *nequis carceratos alloquatur*, carceratos alios non comprehendit, *ibid. num.* 70.

*Caſtella.*

Hodie in duas tantum Prouincias diuiditur, *quæſt.* 9. *num* 21.

*Caſus Curiæ.*

Caſus Curiæ, qui? *quæſt.* 9. *num.* 43. *&* 65. An pro morte ſimplicis Clerici concedatur? *ibi. num.* 83 & ſequentibus. Et quid olim? *ibi. num.* 88.

Ex cauſæ grauitate, & magnitudine conceditur, *quæſt.* 16. *num.* 17. *& ſequentibus*, qræcipuè, *num.* 19. *& ſeq.*

CAVPONES, verb. *Stabularii.*

CATONIANA regula, verbo *Regula.*

*Cauſa.*

Miſerabilium perſonarum diuitum, ſummaria non eſt, neque vt ſummaria tractatur, *in proœm. num.* 7. Ceſſante, non ceſſat effectus, quando cõſumatus, productusque adeſt, *quæſt.* 3. *num.* 10. Priuilegii ceſſante, priuilegium ceſſat, *quæſt.* 12. *num.* 26. Facit hominem turpem, nõ damnatio, *quæſt.* 16. *num.* 6. Accidentalis an naturali præualeat? *dict. quæſt.* 3. *num.* 54. *& ſeq. & quæſt.* 9. *num.* 40. Finalis concedendi ſcholaribus cõſeruatores Iudices, quæ extiterit? *quæſt.* 12. *num.* 26.

*Cauſæ* nomen generale eſt, ciuilem, & criminalem complectens, *dict. quæſt.* 3. *nu.* 23. Et an, & in quo à *Lite* differat? *ibidem.*

Cauſæ nõ ſuccurritur, ſed perſonæ, quæ præcipuum meruit fauorem, *ibi. num.* 41. Feudales proprios Iudices habent, *dict. queſt.* 3. *num.* 75. *&* 229. Eccleſiæ ſummariè, breuiterque explicari debent, *quæſt.* 8. *num.* 363. Colonorum, vel ruſticorum Eccleſiæ, & illi ad tempus ſeruientium, an ad Eccleſiaſticum forum pertineant? *quæſt.* 9. *num.* 36. Aut publicè pœnitentium? *ibi. numero* 37. Miſerabilium perſonarũ, diebus etiam feriatis tractantur, *quæſt.* 11. *num.* 32. Carceratorum, ſummariè, & de plano aguntur, *ibi. num.* 31. Et diebus etiam feriatis, *ibid. num.* 32. Scholaſticorum, piæ dicuntur, piarumque cauſarum priuilegiis gaudent, *quæſt.* 12. *num.* 31. Pauperum, dotis Eccleſiæ, Clericorum, & publici fauoris comparantur, *ibi. num.* 32. 33. *&* 34. Agricolarum, prius aliis tractandæ, breuiter, ſummarièque expediendæ, *quæſt.* 13. *numero* 55. Mercantiles ſummariæ ſunt, & ſpretis appicibus Iuris decidendæ, *quæſt.* 14. *num.* 17. *& ſequentibus.* Aduenarum, & peregrinorum, ſummariæ ſunt, & breuiter terminãdæ, *quæſt.* 15. *num.* 16. *&* 40. Militũ, breues, ſummariæque exiſtunt, *quæſt.* 17. *num.* 224. Et an diebus feſtis agitentur? *ibid.* Meri, & mixti imperii delegari an poſſint? *ibi. num.* 147. *&* 148. Vniuerſitatis, ſingulorum non dicuntur, neque è contra, *quæſt.* 10. *num.* 20. Arctata potentiæ cauſa, eius quoque arctari effectus debet, *quæſt.* 9. *num.* 40. Cauſarum piarum diſpoſitiones, Iurisgentium ſolemnitatibus contentæ ſunt, *quæſt.* 16. *num.* 50.

*Cæci.*

Miſerrimi ſunt, & infirmorum Principem locum tenent, *quæſt. fin. in fine.*

*Celare.*

Celans Eccleſiæ, vel alterius debitorem, qualiter teneatur? *quæſt.* 8. *num.* 323. 324. *&* 325.

*Cœlebs.*

COElibem vitam agens, an miſerabilis ſit? & miſerabilium priuilegiis gaudeat, *quæſt.* 6. *per totam.*

*Celtiberi.*

Celtiberorum in bello mos, *quæſt.* 17. *num.* 50.

*Cenſores.*

Grauiter in eos animaduertere ſolebant, qui fundos, aut vineas ſuas in curioſe tractaſſent, *quæſt.* 13. *num.* 9.

*Cenſuarius Cenſus.*

Mille etiam annis non ſoluens, à iure ſuo non cadit, *quæſt.* 8. *num.* 102.

Cenſualis potius, quam emphyteuticus præſumitur contractus, *dict. quæſt.* 8. *num.* 99.

Cen-

Cenſus rem noſtram eſſe demonſtrat; canon alienam, *quæſt.* 16. *numero* 102. Cenſum inconſulto domino alienans, à iure ſuo non cadit, *ibi, num.* 103.

*Certitudo.*

CErtum nil adeò in hominum determinationibus, quod dubio careat, *quæſt.* 1. *num.* 5.

*Ceſſionarius, Ceſſio.*

CVi priuilegium fori non competebat, ceſsionis virtute à Miſerabili facta, eo, vti non poteſt, *quæſt.* 3. *num.* 22. Sine ceſsione actio ipſo iure per alium adquiri nequit, *quæſt.* 8. *num.* 259. Ceſsio Miſerabilibus facta, ſimulata non præſumitur, *in procœm. num.* 24 Et quid in cœteris? *ibid.* In Clericos, veluti in potentiores, fieri vetatur, *quæſt.* 9. *num.* 28. Ceſsionem in potentiorem faciens, cauſæ iactura mulctatur, *quæſt.* 8. *num.* 402. Limitatur *num. ſeq.*

*Charitas.*

BEne ordinata, à ſe ipſo incipit, & ſibi, ſuiſque rebus quis potius, quam alienis prouidere debet, *quæſt.* 3. *numero* 175.

*Chriſtiani.*

A Sarracenis, Turcisve capti, ſerui non ſunt, neque Romanorum leges de ſeruis loquentes, in eis ſunt ſeruandæ, fauoribus licet ſeruis conceſsis gaudeant, *quæſt.* 16. *num.* 33.

*Cimbri.*

CImbrorum in bello mos. *quæſt.* 17. *num.* 50.

*Citatio.*

TVtoribus, vel curatoribus facta, an operetur, vt contra pupillos, vel minores aliter indefenſos, ferri ſententia poſsit? *quæſt.* 5. *num.* 37. Minori ſine curatore facta, etiam hodie nulla eſt, ex qua neque contumacia, neque condemnatio ſequi poteſt, *ibi. num.* 42.

*Ciuitas.*

AN loco antiquæ Prouinciæ hodie ſit? *quæſt.* 9. *num.* 73. & ſeq. Alia vide verbo *Vniuerſitas.*

CLARA longa eſſe non debent, *quæſt.* 19. *in princip. & num.* 10. *in fin.*

*Clauſula.*

VT *vbicumque locorum, & coram quibuſcumque Iudicibus conueniri quis poſſit*, quam habeat vim? *quæſt.* 3. *num.* 62. *Et quidam alii*, in reſcriptis apponi ſolita, cum alios comprehendat, Vniuerſitatem non vtique, *quæſt.* 10. *num.* 100. *& ſeq.*

*Clementia.*

CLementiæ templum, quod apud Thebaidos extiterit? *quæſt.* 8. *num.* 50. *ad fin.*

*Clericatus.*

CLericatus fideiuſſorem, iudicio ſiſtendi eius, qui Clericus effectus eſt, liberat, *quæſt.* 9. *num.* 122. An à ſeruitute, libertumque ab operis libertorum eximat? *ibi. num.* 127. A patria poteſtate non liberat, *ibi. num.* 118.

*Clericus.*

LAici hæres, cum quo lis fuerat incœpta cauſam coram Iudice ſæculari pertractare debet, *quæſt.* 3. *num.* 19. Requiſitus ab emptore, cui ſuper re à Clerico ſibi vendita lis mota eſt, vt eum defendat, an Iudicis laici vitare iudicium poſsit? *ibid.* Pro iniuria ſibi facta, an & quando coram Eccleſiæ illius fori Iudice laicum conuenire poſſit?

ſit? *quæſt.9.numero* 67. *&* 68. An reſtitutionem aduerſus laicum, coram Eccleſiaſtico pro bonis, etiam propriis petat? *quæſt.8.num.*35. Pro pupillis po teſt, pro aliis poſtulare prohibetur, *quæſt.3 num.*145. A muneribus perſonalibus Clerici immunes ſunt, *dict. quæſt.* 8. *num.* 77. Communis vtilitatis, aut neceſsitatis caſu excepto, *ibi. num.* 78. Et quid circa patrimonialia munera? *ibid.num.* 79. *& quæſt.9. num.* 131. Et an in caſibus, in quibus admunera tenentur; ad ea per ſæculares Iudices compelli poſsint? *ibidem.* An in pauperum numero reponantur? *dict. quæſt.9.num.*1. *& num.* 26. *& ſequentibus.* Fideiubere prohibentur, *quæſt.*8. *num.*284. Pro Eccleſia poſſunt, *ibi. numero* 285. In foro ſæculari poſtulare ve tantur: pro Eccleſia non vtique, *ibi.numero* 286. Coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico à laico conueniendus Clericus eſt, *quæſt.3.numero* 78. Niſi in reconuẽtionis caſu, *ibi.numero* 79. Legatum ſibi adſcribens, quod Eccleſiæ vtilitatem concernit; nec pœnam incurrit; nec emolumentum perdit, *quæſt.8.numero* 335. Legatione pro Eccleſia, etiã extra Curiam, fungens, nequit interim à creditoribus conueniri, *ibi.num.*372. Vſufructuario, vel vſuario in beneficii prouentibus comparatur, *dict.quæſt.*8. *numero* 16. Præſumitur habere victum pro duobus, *quæſt.9.numero* 31. Ad ſacros Ordines promoueri pauper non debet, nec aliter, quem ad beneficii, vel congrui ſaltem patrimonii titulum *ibi.numero* 32. Effectus poſt delictum commiſſum, in iudiciumque deductũ, an fori Eccleſiaſtici exceptione vtatur? *quæſt.17. numero* 153. *& duobus ſequentibus.*

Clerici qua moderatione, quo animo, & mente criminales cauſas agitare, aut proſequi debeant? *quæſt.9.num.* 95. *remiſſiuè.* Pro ciuili debito etſi in carcerem mitti nequeant: pro debito ex delicto deſcendenti poſſunt, nec beneficio capitis. Oduardus, de ſolutionibus, gaudent, *quæſt.* 11. *numero* 21. Laicis præferuntur, ſi cum eis in aliquo negocio, vel actu concurrant, *quæſtion 9.numero* 96. Et in teſtimonio tãtumque quatuor Clericorum, quantum ſex laicorum teſtimonium valet, *ibi.numero* 97. Et vicem tabellionis ſuplet, *ibidem.* Militum priuilegiis, in caſibus vtriſque aptabilibus, gaudent, *ibi. numero* 98. Litibus vexandi non ſunt; eorumque celeriter ſunt expediendæ cauſæ, *ibi.numero* 99. Nobiles per Clericatum efficiuntur, *dict.quæſt.9.num.* 100. Palinodiam non cantant, *ibi.num.* 101. Pro cauſa ciuili in carceribus non detinentur, *ibi.numero* 102. Neque pro obligatione camerali, iuramento valla ta, *ibi. numero* 104. Inopia laborantes, ceſsionem facere bonorum non tenen tur, etiam ſi minorum ordinum ſint, dum Eccleſiæ, vel altari deſeruiant, *ibid.numero* 103. Pro repræſaliis non de tinentur, *ibi numero* 105. Neque obſides dari poſſunt, *ibi .numero* 106. Neque ob quamlibet neceſsitatem à parentibus vendi, aut pignorari poſſunt, *dict.quæſt.* 9. *numero* 107. Iuramentum calumniæ præſtare non tenentur, *ibid. numero* 108. Pro crimine læſæ Maieſtatis à parentibus commiſſo, in ipſorum perſonis, aut bonis non puniuntur, *ibi. numero* 110. Nec pœnam ſanguinis patiuntur, *ibi.numero* 111. Etiam in delicto pro quo pœna ſanguinis conſtituta eſt, per procuratorem defendi poſſunt, *ibid. numero* 112. Exhæredari ingratitudinis cauſis, quibus alii poſſunt; ipſi nequeunt, *dict.quæſt.9.numero* 114. *&* 115. Illegitimi per Clericatum legitimantur, parentibus ſuccedunt, & omni liberantur macula, *ibi. numero* 116. In pecuniaria cauſa fideiuſſorem iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui, non præſtant, ſed ſimplicem cum bonorum ſuorum hypotheca cautionem, *ibi.numero* 120. Abſque parentum auctoritate in iudicio comparere poſſunt, *ead. quæſt.* 9.*numero* 123. Cum duobus teſtibus, cum Parochi præſentia teſtantur, *ibi. numero* 125. A ſæculari iuriſdictione exempti ſunt, *ibi.numero* 128. Statutis

laicorum non ligantur, *ibi. numero* 129. Litis conſortibus, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus ad Eccleſiaſticum Iudicem aditum præſtant, ſi indiuidua cauſa eſt, *ibi. num.* 130. Minorũ Ordinum (forma *Concilii Tridentini ſeſſione* 23. *cap.* 6. *de reformatione*, ſeruata) omnibus priuilegiis, quibus ſacrorum Ordinum, gaudent, *ibi. numero* 132. Veſtitu, & ornatu decenti non vtentes, puniuntur, *quæſt.* 15. *numero* 41. Limitatur *numero* 42. Comam nutrire, aut laxare, ſub excommunicationis pœna prohibentur, *ibi. numero* 43. Niſi longum iterfaciant, *ibi. numero* 44. Tabernam ingredi, niſi peregrini vetantur, *ibi. numero* 45. Fori ſui priuilegio renunciare non poſſunt, *quæſt.* 17. *num.* 175.

*Coadiutor.*

SEni, vt infirmo an dari poſsit? *quæſt.* 18. *numero* 44.

*Codicilli.*

MIlitum etiam ſi ad teſtamentum non referantur, perſe ſolum ſtare poſſunt, *quæſt.* 17. *num.* 87.

*Cogitatio.*

COgitationis nudæ pœnam nemo patitur, *quæſt.* 8. *numero* 318. Patitur ſi contra Eccleſiam cogitatio ſit, *ibi. numero* 319.

*Collecta.*

COllectandi ius eſt de Regalibus, nec alteri quam Imperatori, aut Regi ſuperiorem non recognoſcẽti competit, *quæſt.* 16. *numero* 102. *remiſſiuè.* Collectarum impoſitio exoſa, Iureque damnata, *quæſt.* 16. *numero* 98. Pro Dominorum redemptione, ac libertate permiſſa, *ibi. numero* 99. *cum tribus ſeqq.* Alia ſupple verbo *Conductor collectarum.*

*Collegium.*

ECcleſiaſticorum ſimul, & laicorum, licet minori numero Clericorum conſtet Eccleſiaſticum dicitur, *quæſt.* 10. *num.* 10.

*Coloni.*

ECcleſiæ, an à muneribus immunitatem habeant? *quæſt.* 8. *numero* 80. *remiſſiuè.* An perſonæ Eccleſiaſticæ, miſerabileſque dicantur? *quæſt.* 9. *numero* 2. 34. *& ſeqq.* Et an eorum cauſas ad forum Eccleſiaſticum trahant? *ibi. num.* 36.

COMMENDATARIVS, vide verb. *Vicarius.*

COMMODVM propriũ an alieno quis debeat anteferre? in verb. *Charitas.*

COMMVNEM rem cum alio habens, non poteſt eam vendere, vel pignorare, *quæſt.* 8. *num.* 432.

*Compenſatio.*

IN omnibus actionibus fit ipſo iure, *quæſt.* 8. *numero* 308. *& quæſt.* 10. *num.* 73. An poſsit obiici Eccleſiæ decimas petenti? *dict. quæſt.* 8. *num.* 309. An Fiſco? *ibidem.* Et quid in decima Papali? *ibi. num.* 310. Et an Vniuerſitati, proque debito publico? *dict. quæſt.* 10. *num.* 74.

*Compulſio.*

COmpelli regulariter quis non poteſt ad perfectionis opus, bonorumque ſuorum erogationem, *quæſt.* 15. *num.* 37. *remiſſiuè.*

*Compromiſſum.*

COmpromittere in arbitratorẽ de iure, & de facto in concernentibus Eccleſiam Prælatus nequit, *quæſt.* 8. *num.* 440.

*Concluſio cauſæ.*

AN in cauſis Eccleſiæ, & ſummariis deſideretur? *in procem.num.*77. Omnium iurium, & probationum renunciationem inducit, *quæſt.* 8. *numero* 168. Sententiæ comparatur, *ibi.numero* 169. Poſt eam, non amplius iudicium dicitur. *ibi.num.* 170.

*Condemnatio. Condemnatus.*

TVrpem non facit, ſed cauſa, *quæſt.* 19. *num.* 6. Alia ſupple verb. *Damnatio.*

Condemnatus ad ſolutionem, ſoluere omnino cogitur, etiam ſi promiſſorem deſoluendo dare paratus ſit, *quæſt.* 17. *num.* 151. Ad mortem, an teſtamenti factionem habeat? eiusve publicentur bona? *ibi.num.* 135.

*Conductio. Conductor.*

REi propriæ inutilis eſt, *quæſt.* 8. *num.* 246.

Conductor primus contendere nequit vt ſibi potius quam alteri rei dominus locet, *quæſt.* 8. *num.* 330. Rerũ Eccleſiæ, vel Fiſci, qui multum fuit lucratus, ad reconductionem compelli poteſt, *ibi.num.* 344. Collectarum Vniuerſitatis, non ſoluentium res capere, & ſub haſta ponere poteſt, ſi de debito non dubitetur, *q.* 10. *num.* 76.

*Confeſſio. Confeſſus.*

EXtraiudicialis, an miſerabilium fauore probet? *in procem. num.* 19. Eſt omnium probationum melior, & efficatior, & pro iudicato confeſſus eſt, *quæſt.* 5. *num* 72. Facta à minore in criminalibus, aut ciuilibus, an ſibi præiudicet? *ibi.num.* 73. Etiam in iudicio abſente parte facta, nemine ſaltem pro ea acceptante, non probat, nec confitenti nocet, *quæſt.* 8. *num.* 332. Eccleſiæ, vel piæ cauſæ fauore, etiam extraiudicialis obligationem producit, *ibi. num.* 333. In carcere, an ſicut in tormentis facta, non valeat? *q.* 11. *num.* 6. Aduocati, parti nocet, ni ſit incontinenti reuocata, *q.* 13. *num.* 80. Extraiudicialis abſente parte facta, inter mercatores, quemadmodum Eccleſiæ fauore, plenè probat, *q.* 14. *num.* 25.

Confeſſus, & conuictus non appellat, *q.* 10. *num.* 61.

Confiteri, an & quando infirmus, per loca iturus periculoſa, aut nauigaturus teneatur? *quæſt.* 14. *num.* 7. 13. & 15.

*Confugiens ad Eccleſiam.*

AB ea extrahi nequit, *q.* 8. *num.* 50. Neque in vinculis, aut compedibus in illa detineri, aut obſideri poteſt. *ibi.num.* 52. Et qualiter extrahentes puniantur? *ibi.num.* 51. *remiſſiuè.* Alia ſupple verbo *Immunitas*, & verb. *Eccleſia.*

*Coniectura.*

COniecturis opus non eſt, vbi legis deciſio adeſt, *q.* 7. *num.* 12.

*Coniugatus, coniux.*

COniugatus, & à coniugio continens miſerias patiuntur, *quæſt.* 2. *num.* 25.

Coniux, qui coniugem infirmum diligenter non curauit, eius hæreditate priuatur, *q.* 3. *num.* 285. Alia vide verb. *Luctus.*

*Coniunctus.*

QVi cum poteſt, captiuum coniunctum non redimit, eius ſe hæreditatis indignum reddit, *quæſt.* 16. *num.* 52.

*Conſanguineus.*

IN petendo tutorem pupillo, ad cuius hæreditatem vocabatur, negligens, qualiter puniatur? *quæſt.* 3. *numero* 94.

Con-

*Conſenſus.*

COnſentire quis in actibus ſibi vtilibus præſumitur, *quæſt.* 16. *numero* 54.

*Conſequens.*

STare non poteſt, ſuppoſito, vel antecedenti falſo, *quæſt.* 9. *numero* 41.

*Conſeruatio, Conſeruator.*

COnſeruatio iuris iam quæſiti facilius datur, quam de nouo acquiſitio, *quæſt.* 10. *numero* 27.

Conſeruatoriæ literæ vt ſcholaſticis dentur, quæ requirantur? *quæſt.* 12. *numero* 19. Quæ cauſa finalis exciterit, eas ſcholaribus concedendi? *ibi. numero* 62. Conſeruatorum Iudicum natura, & diffinitio, *quæſt.* 12. *numero* 24. *remiſſiuè.*

*Conſiliarii, Conſilium.*

PRincipis eius corporis pars eſſe dicuntur, *quæſt.* 9. *numero* 49. Priuato odio Conſiliarium offendens, in læſæ Maieſtatis crimen non incidit, *ibi. numero* 50.

Conſilium à ſenioribus requirendum, *quæſtion.* 18. *numero* 38.

*Conſors.*

COnſortes litis cum miſerabilibus, an fori priuilegio gaudeant? *quæſt.* 3. *numero* 12. 13. 14. *&* 15. Cum Clericis, ſi indiuidua cauſa ſit, tam in ciuili, quam in criminali, ad Eccleſiaſticum Iudicem aditum habent, *quæſt.* 9. *numero* 130. *& quæſt.* 10. *num.* 27. Cum priuilegiato, eius priuilegio gaudent, *ibi. numero* 7. Ampliatur tribus numeris ſequentibus.

*Conſtitutum.*

INutile eſt, ſi conſtituens non poſſideat, *quæſt.* 8. *numero* 240. Alia vide verbo *Poſſeſſio.*

*Conſtruere.*

ECcleſiam ſine decreto minor poteſt, *quæſt.* 8. *num.* 295. Eſt quid ſpirituale, *ibi. num.* 296.

*Conſuetudo.*

PRiuilegium à lege conceſſum, legemque tollit, & illud dare poteſt, *quæſt.* 5. *num.* 26. Minorũ priuilegia non tollit, *ibid. numero* 27. Et an minores, ſicut maiores arctet? *ibidem remiſſiuè.* Immemorabilis, an in Eccleſiæ præiudicialibus admittenda ſit? *quæſt.* 8. *numero* 272. Et an in his quadraginta annorum ſpacio, nec minori, inducatur? *ibi. numero* 273. Et quanto tempore in aliis? *ibi. num.* 274. Etſi legem vincat; non ſi contra vtilitatem communem ſit, quæ nullius tunc momenti exiſtit, *quæſt.* 10. *numero* 70. Inducere poteſt non ſolum vt libris mercatorum ſolemnitate confectis credatur: ſed vt & in vim publici inſtrumenti, cum hypotheca habeant executionem paratam, *quæſt.* 14. *numero* 46. & 47. Antiquior præualet, *quæſt.* 18. *numero* 39.

*Conſules.*

A Conſulendo, vel ab agendo cuncta conſilio, nominati, *quæſt.* 18. *numero* 38.

*Contractus.*

CLaudicare non debet, *quæſt.* 3. *numero* 151. Ab infirmo cum medico factus, Iudicis officio reſcinditur, *ibi. numero* 283. Pupillorum, ac minorum fauore, claudicare poteſt, *quæſt.* 5. *num.* 48. Fiſci, vel Eccleſiæ per non implementum non anullatur, reſcinditurve, ſed ad implementum agi poteſt, *q.* 8. *num.* 249. *&* 250. Quid in aliis? *ibi. numero* 251. *& ſeq.* Furioſi, prodigi, aut pupilli, an iuramento firmetur? *quæſt.* 19. *numero* 21. In dubio cenſualis potius, quam emphyteuticus præſumitur, *quæſt.* 8. *num.* 99. Alia vide verbo *Locus contractus.*

CONTRADICTIO, vide verbo *Vnus.*

*Contrahere.*

CONtrahens cum alio, eius conditionem ſcire præſumitur, *quæſt.* 19 *numero* 23.

Contrahentes an vltra dimidium iuſti precii ſe inuicem decipere poſſint? *quæſtion.* 5. *num.* 20.

*Contumacia.*

AN & quatenus à minore incurratur? *quæſtion.* 5. *numero* 43. Vera, eiusque pœna ſine dolo non contrahitur, *quæſt.* 13 *numero* 70. Contumax verus non appellat, *quæſtion.* 17. *num.* 169.

*Contumelia.*

NVlla eſt in Miſeri vita, *quæſt.* 16. *numero* 12.

*Conueniri.*

QVi non valent vltra quam facere poſſunt, pro debito ex delicto, vel quaſi conueniri, in carceremque mitti poſſunt, *q.* 12. *num.* 22. Aliter, in carcerem non mittuntur, *q.* 17. *n.* 114. In foro ſuo tam in ciuilibus, quam in criminalibus quis debet, *quæſtion.* 9. *num.* 42. & 43.

*Conuerſi.*

DE nouo ad Fidem, an miſerabiles ſint? & fori priuilegio gaudeant? *in procem. numero* 4. & *quæſtion.* 9. *numero* 38.

CONVICTVS, vide verb. *Confeſſus.*

COPIA inuentarii, verb. *Inuentarium.*

*Copula.*

ET, cuius ſit naturæ? *quæſtion.* 1. *num.* 7. & latius verbo *Dictio.*

*Corpora.*

COrporum nomen, animata, & inanimata, rationalia, & irrationalia continet, *quæſtion.* 10. *num.* 5.

*Correctores.*

HOdierni, locum Prætorum, vel Rectorum Prouinciarum antiquorũ tenent, *quæſtion.* 9. *numero* 73.

*Creditor.*

NOn cogitur minutam recipere ſolutionem, *quæſt.* 8. *numero* 183. Niſi Eccleſiæ, aut libertatis precii creditor ſit, *ibi. num.* 184. Videns pignus in libertatis Fiſci, vel Eccleſiæ fauorem diſtrahi, aut alienari, ſibi præiudicat tacendo, pignusque remiſiſſe intelligitur, *ibid. numero* 203. Regulariter per ſcientiam, & patientiam diſtractionis pignoris, an ſibi præiudicet? *ibi. numero* 205. & *quæſt.* 16. *num.* 93. & 94. Debitorem ſui debitoris regulariter conuenire non poteſt. Quæque vt illum conuenire valeat, requirantur? *quæſt.* 8. *numero* 417. *remiſſiuè.* Antiquior an pecuniam conſumptam, poſteriori ſolutam recuperare poſſit? *ibi. num.* 419. Vniuerſitatis, vel Eccleſiæ, qui fertilitatis tempore annonam recipere de publico neglexit, precium ipſius, eandemve annonam careſtiæ tempore non habebit, *ibid. num.* 426. Et qui tempore debito ab Vniuerſitate, Eccleſiave debitas differt præſtationes recipere, ſi infra annum non petat, ab earum deinceps petitione arcetur, *ibi. num.* 427. Lucrum ceſſans debiti non ſoluti ratione petens, ſi negotiari non ſit ſolitus, ab vſurarum labe immunis nõ eſt, *quæſt.* 14. *num.* 29. Secus ſi negotiari ſolitus, lucrum ob ſolutionem nõ factam perdat, *ibi. num.* 30. Ante tempus debitorem ſuum conueniens, quibus ſubiiciatur pœnis? *quæſt.* 10. *num.* 58. *remiſſiuè.* Cuius pecunia res empta eſt, pro ea anterioribus creditoribus non præfertur,

tur, *quæſt.* 17. *num.* 167. Alia ſupple verbo *Debitor.*

*Crimen.*

DE crimine ibi agi debet vbi commiſſum eſt, licèt priuilegiatus criminoſus exiſtat, *quæſt.* 11. *num.* 17. Criminoſus fori priuilegio non gaudet, *ibi. num.* 16. & 24. Alia verbo *Priuilegium.* Crimē læſæ Maieſtatis, verb. *Læſæ Maieſtatis crimen.* Criminis atrocitas, verbo *Atrocitas criminis.*

*Culpa.*

NOn præſumitur in dubio, eamque allegans probare debet, *quæſt.* 11. *num.* 67.

*Cultus.*

NImius incontinentiam arguit. Et quæ ob illum damnatæ fœminæ? *quæſt.* 3. *num.* 47. Intellige vt *numeroſeq.*

*Cupidus.*

MIſer eſt, *quæſt.* 2. *numero* 14. Alia verbo *Auarus.*

*Curator.*

MInoris res diſtrahens, quas diſtrahendi facultatem habet, fidem de precio habere non poteſt, *quæſt.* 5. *num.* 22. & *quæſt.* 8. *num.* 118. & 119 Curatoris bona pro adminiſtratione tacitè ſunt hypothecata, *dict. quæſt.* 8. *num.* 36. Hodie nec palam minoris bona emere poteſt, licèt olim poſſet. Et qualiter emens puniatur? *ibi. num.* 192. *ad fin.* Contra factum ſuum minori præiudiciale, an venire poſsit? *ibi. numero* 261. Datur captiui bonis procuratorem non habentis, *quæſt.* 16. *numero* 35. Captiui res defendens, fori priuilegio gaudet, *ibi. numero* 36. Et quid ſi agat? alioſve conueniat? *ibi. num.* 37. & *ſeqq.* Bonis datus, an actiones tantum tempore perituras, non etiam alias mouere poſsit? *ibid. num.* 38. Ad cuſtodiam, non ad plenam adminiſtrationem datus videtur, *ibi. num.* 39. Curæ munus perſonale eſt, *quæſt.* 18. *num.* 18.

*Cuſtos carceris.*

CArceratorū ætates deſcriptas habere debet, Principique nunciare, *quæſt.* 18. *num.* 70. Carceratam mulierem carnaliter cognoſcens, præter ordinariam delicti pœnam, grauiori quoque arbitrio Iudicis punitur, tametſi meretrix ſit, *quæſt.* 11. *num.* 50. Ad cuſtodiam obligatus, publici officii ratione, non ſolum caſum; ſed quòd abſque eius culpa euenerit, probare debet, *q.* 11. *num.* 68. Alia verbo *Carceratus,* verbo *Fugiens,* verbo *Mortuus.*

D.

*Damnatio.*

NOn facit hominem turpem; ſed cauſa, *quæſt.* 18. *num.* 8.

*Datum.*

PRo redimendis captiuis, nec ingratitudinis cauſa reuocari poteſt, *q.* 16. *num.* 62. Regulariter contra, *ibi. num.* 63.

*Debitor, Debitum.*

DEbitor quinquennalem dilationem petens, an fori priuilegio gaudeat? *quæſt.* 3 *num.* 80. Speciei pupilli, an eius interitu liberetur? *quæſt.* 3. *numero* 138. Et an Eccleſiæ? *quæſt.* 8. *num.* 394. Et quid in aliorum debitore? *dict. quæſt.* 3. *num.* 138. & *dict. quæſt.* 8. *num.* 393. Mutui ſolutionem differens, multipliciter caſtigatur, *quæſt.* 8. *num.* 112. *remiſſiuè.* Pro debito ex delicto, vel quaſi naſcēti, carcerari poteſt, & ſi aliàs pro ciuili debito nequiret, *quæſt.* 11. *num.* 19. 20. 21. & 22. Eccleſiæ, qui vſque ad iudicium, debitum ſoluere differt, in duplum tenetur, *quæſtion.* 8. *num.* 428.

Pupilli,

Pupilli, vel minoris, ab eius tutella, curave repellitur, *quæſt.* 10.*num.* 42. Reipublicæ, ab eius honoribus, & adminiſtratione anexum honorem habente, ni prius debitum perſoluat, arcetur, *quæſt.* 16.*numero* 43. Vniuerſitatis, conuictus, licèt non confeſſus, non appellat, *ibi. numero* 62. Sui ipſius, quis eſſe non poteſt, *quæſt.* 14.*numero* 27. Limitatur *num. ſeq.* Communi iure pro debito ciuili bonis cedens, carcerem vitat, *quæſt.* 16.*numero* 82. Niſi debitum ex redemptione procedat. Qualiterque tunc ad ſatisfactionem compellatur? *ibi. numero* 83. Pro ciuili debito à domo propria, vel Eccleſia trahi non debet, *quæſt.* 17.*numero* 18. Caſu quo pro debito in carcerem mitti poſsit; de eo conſtare debet apertè, *quæſt.* 11.*numero* 24. Debitorem Eccleſiæ celans, qualiter, & ad quid teneatur? *quæſt.* 8. *numero* 323. *&* 325. Et quid in aliis? *ibid. num. ſeq.* Sui debitoris quando quis conuenire poſsit? *ibi. numero* 417. *remiſſiuè.*

Debitum Vniuerſitatis, ſingulorum non eſt, neque ècontra, *quæſt.* 10. *num.* 20. Alia verbo *Creditor*, verbo *Fiſcus*, & verbo *Eccleſia.*

*Decima.*

DEcimam executionis ſoluere, an Eccleſia debeat? *quæſt.* 8. *num.* 365.

*Decretum.*

SEcundum, contra pupilium non interponitur, *quæſt.* 3. *numero* 163. *& quæſt.* 10.*numero* 24. Contra Vniuerſitatem, vtique *dict. quæſt.* 10.*numero* 25. Iudicis, an in alienatione bonorum mobilium minorum, aut actionum requiratur? *quæſt.* 3.*numero* 154. Alia, verb. *Iudex.*

*Decuriones.*

NEgociari prohibentur, intangentibus præcipuè ad victum, *quæſt.* 10.*numero* 110. Vniuerſitatum propria, iurave Regalia conducere non poſſunt, *ibi. numero* 111. Decurionum ordo, quare conſtitutus? *ibid. numer.* 26 Duæ partes ad actus Vniuerſitatis gerendos deſiderantur, *ibi. numero* 102. Quid in actibus Vniuerſitati, aut Collegio vtilibus? *ibid. num.* 103. *&* 104.

DEFENDERE Eccleſiam, verb. *Eccleſia.*

*Definitio.*

BOna, quibus conſtare debeat? *quæſt.* 2. *numero* 6.

*Deformis.*

MIſer eſt, *quæſt.* 2. *numero trigeſſimo ſecundo.*

*Delegare, delegatus.*

DElegari an poſsint, meri, & mixti Imperii cauſæ? *quæſt.* 17. *num.* 147. *&* 148.

Delegatus à Principe infirmitate laborans, ſubdelegat, *quæſt.* 3. *num.* 276.

*Delictum.*

PRiuilegium excludit, *quæſt.* 11. *numero* 23. Nemini debet patrocinari, *quæſt.* 3. *numero* 23.

*Deportatus.*

AC ſeruus pœnæ effectus communi iure hæres inſtitui non poterat, *quæſt.* 17. *numero* 145. A milite poterat, *ibi. numero* 146.

*Dicta.*

SEnum, pro legibus ſeruantur, & ab eis argumentum ſumere licet, *quæſt.* 18. *nu.* 40. Doctorum, ſecundum leges, vel auctoritates ab eis relatas, intelligenda, *quæſt.* 8. *numero* 6. *& quæſt.* 15. *num.* 31.

*Dictio.*

ET an ſemper inter diuerſa ponatur? *quæſt.* 1. *numero* 7. & 14. Taxatiua, omne aliud, præter expreſſum excludit, *quæſt.* 8. *numero* 283. Caſus ſimiles non excludit, *quæſt.* 5. *numero* 7. Eſt malignæ naturæ, & omnimodam literæ adhæſionem deſiderat, aliterque fieri poſſe negat, *quæſt.* 9. *num.* 47. Præſertim cuius ſit naturæ? *quæſt.* 3. *numero* 38. Coniunctiua, libertatis fauore vim ſuam perdit, nec coniungit, *quæſt.* 16. *numero* 109.

*Dignitas, dignum.*

DIgnitas, vide verb. *Honor*. Dignum magis, an & quando minus digno præualeat, illudq; ad ſe trahat, vel non? *q.* 10. *num.* 37. & *ſeq.*

*Dilatio.*

DIlatione quinquennali vſus, fori priuilegium non habet, *q.* 3. *num* 80. Moratoria à Principe conceſſa, ad minorum debita non extenditur, *quæſt.* 5. *numero* 79.

*Diligens.*

IN dubio quis præſumitur, *quæſt.* 11. *num.* 67.

*Diſpenſatio.*

DIſpenſari in ſecundo conſanguinitatis gradu ad matrimonium, niſi publicam ob cauſam non debet, *quæſt.* 10. *numero* 112.

*Diſpoſitio.*

QVælibet ad aliquid faciendum Iudicem, vel partem aſtringens, intelligi debet, ſi in iudicio fuerit petitum, *q.* 3. *n.* 89. Authenticæ Habita, C. ne fil. pro patr. in deſuetudinē abiit, *q.* 12. *n.* 29. Alia in id, verb. *Lex.*

*Diuerſitas.*

NOminum, an diuerſam ſignificationem, naturamque oſtendat? *quæſt.* 1. *num.* 8. 12. & 13.

*Diues.*

MIſer eſt, *quæſt.* 2. *num.* 23. Diues eſt, qui cupidus non eſt, *quæſt.* 13. *num.* 16.

*Diuiſio.*

PRimo cōſtituenda eſt, vt rei de qua agitur expeditior reſolutio paretur, *q.* 1. *num.* 1. Senſum auget, *ibid.*

*Doctores.*

SCholaſticorum priuilegiis vtuntur, *q.* 12. *num.* 35. An & quando ipſorū priuilegiis vtantur, vel non? *quæſt.* 17. *num.* 19. 23. 24. 25. & 26. Stipendiati, pro abſentiæ tempore, ſuperioris licentia factæ, ſalarium conſequuntur, *ibi. num.* 62. Secundum leges, auctoritatesve citatas intelligendi ſunt, *ſuprà* verba *Dicta.*

*Dolus.*

IN nullo præſumitur, ac minus in eo, qui iure ſuo vtitur, *quæſt.* 3. *num.* 40. & *quæſt.* 6. *num* 26. Priuilegium excludit, *q.* 11. *num.* 23.

Domicilium, verb. *Locus.*

*Dominium.*

ABſque traditione, vel aprehenſione regulariter non transfertur, *q.* 8. *numero* 124. & 237. In Eccleſia, an & qualiter fallat? *ibi. num.* 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 236. & 449. Et in Vniuerſitate, *quæſt.* 10. *num* 113. Sæpè ſine poſſeſſione transfertur, *d. ſt. quæſtion.* 8. *numero* 126. *remiſſiuè.* Rerum eius, qui ſe ſuaque Eccleſiæ deuouit, an abſque aprehenſione in eam transeat? *ibid. numero* 131.

Fideicommiſsi peculiaris, vel legati, an à morte teſtatoris in legatariũ, vel fideicommiſſarium tranſeat? *ibi. numero* 224. & 225. Et quid in fideicommiſſo vniuerſali? & an abſque reſtitutione in fideicommiſſarium tranſeat? *ibi.numero* 222. & 223. Rei donatæ, ex ſolo titulo donationis etiam præſumptæ, in Eccleſiam tranſit ipſo iure, *dict. quæſt.*8.*numero* 236.

*Dominus.*

QVi ſeruum infirmum curare contempſit, illius dominio priuatur, *quæſt.*3.*numero* 285. Cuius procurator falſis inſtrumentis, aut teſtibus vſus eſt, an in falſi pœnam cadat? *quæſt.* 8.*numero* 397. Penſionem recipiens ab emphyteuta, qui ob canonem non ſolutum ceciderat ab emphyteuſi; an caducitatem remittere videatur? *quæſt.* 8. *numero* 410. Et quid ſi cum proteſtatione ſibi non præiudicandi, penſiones recipiat? *ibi.numero* 411. Et quid ſi Prælatus, aut procurator Eccleſiæ eas recipiat? *ibi.numero* 412. Antiquitus in ſeruos vitæ, necisque poteſtatẽ habebat, *q.*16.*nu.*3. Serui, Mauri, vel Turci, illũ ad Chriſtiani redemptionem vendere cogitur. Et quo precio? *ibi.numero* 121. Domus, ſcholaſtico potius, quam alteri locare illam debet, *quæſt.*12.*numero* 43. Scholarem ab ea expellere non poteſt, propriis licet vſibus egeat illa, *ibi. numero* 43. Domum leuare, aut feneſtras facere ad Monialium cœtum proſpectum habentes, non poteſt, *quæſt.*8. *numero* 212. Poteſt hoc caſu ſeruitutem altius non tollendi vendere cogi, etiam via intermedia, *ibi.num.*214. Domum ſuam altius leuare regulariter non prohibetur, *ibi. numero* 215. Etiam ſi luminibus officiat vicini, *ibi. numero* 217. Niſi ad æmulationem faciat, *ibi. numero* 218. Domino, an & quando ſit obediendum? in verbo *Subditus.*

*Domus.*

SVa cuique tutiſsimũ refugium eſt neque pro debito, ciuili extrahi ab ea debet, *quæſt.*17.*numero* 185. Pupilli, aut viduæ, in qua falſa cuditur moneta, an pœnis ſubiaceat ordinariis? *q.* 3.*numero* 199.

*Donare, donatio.*

DOnare eſt, dotem cõſtituere, *quæſt.* 6.*numero* 29. An præſumatur, pro carceratis expendens? *quæſt.* 11.*numero* 35.*remiſſiuè.* Dicitur, qui nullo iure cogente concedit, *quæſt.* 6.*numero* 34.

Donatio miſerabilibus facta, latè interpretanda, *in procœm. numero* 27. Eorum fauore præſumitur, *ibi.numero* 28. Econuerſo quoque eorum fauore non præſumitur, vbi alias præſumeretur, *ibi.numero* 29. Eiſdem facta, cum pacto præſtandi alimenta donanti; ſi non præſtentur, an reuocetur? *ibid.numero* 39. Miſerabilibus facta, an egeat inſinuatione, *ibid.numero* 71. In infirmitate facta, an conualeſcentia cenſeatur reuocata? *quæſt.*3.*numero* 288. Inter virum & vxorem prohibita, *quæſt.* 6. *numero* 28. Nec conſtituendæ, vel augendæ dotis ratione vxori donationem facere marito licet, et ſi mulieri, diuerſa ratione permittatur, *ibi. numero* 29. & 30. Quingentorum ſolidorum ſummã excedens, ad ſui valorem inſinuationem deſiderat, in que exceſſu, nullitatis vitium patitur, *quæſt.*8 *numero* 86. Eccleſiæ vltra eam ſummam abſque inſinuatione facta tenet, *ibi.numero* 87. Etiamque immenſa illi facta ſuſtinetur, *ibid. num.*88. Omniumque bonorum, præſentium, & futurorum, *ibi.num.*89. Cõmuni iure, præſentium, & futurorũ improbatur: Regio verò, etiã præſentium tantum, *ibid.* Regalium à Principe Eccleſiæ facta tenet, *d.q.*8.*n.*90. Aliis facta inutilis eſt. *ibi.num.*91. Non præſumitur, *ibid.n.*132.185. & 248. Multis in

in caſibus præſumitur, *ibi. numero* 186. Vbi præſumitur, Eccleſiæ fauore præſumi deſinit, *ibi. numero* 187. Dotis fauore, an præſumatur? *ibi. numero* 133. Eccleſiæ, aut pauperibus abſentibus facta, ante acceptationem reuocari nō poteſt, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 145. *& ſeq.* Aliis facta, poteſt, *ibid.* Et quid de Iure Regio? *ibi. numero* 146. Facta priuato, cum pacto, quod poſt eius mortem res tranſeat ad Eccleſiam, an reuocari, pactumve ipſum poſſit? *dict. quæſtion.* 8. *numero* 242. Et an ſpeciale in Eccleſia ſit? *ibi. numero* 243. Omnium bonorum, per ſuperuenientiam liberorum reuocatur, *ibi. numero* 234. Et quid ſi Eccleſiæ facta ſit? *ibi. numero* 235. Facta videtur ab eo, qui rem propriam ſcienter ab Eccleſia, tanquam Eccleſiæ, in emphyteuſim recipit, *ibi. numero* 244. Non æque aliis, *ibi. numero* 245. *& tribus ſequentibus.* Eccleſiæ facta, appoſito modo; eo non ſeruato, an reuocetur? *dict. quæſt.* 8. *numero* 249. Propter ingratitudinem reuocari poteſt, *ibi. numero* 253. Eccleſiæ facta, ob Prælati, vel Capituli, vtriuſque ve ſimul ingratitudinē, non reuocatur, *ibi. numero* 254. Nec dotis factæ pauperi, aut pro redimendis captiuis, *ibi. numero* 255. Et quid ſi cū pacto de nō reuocando donationem ingratitudinis cauſa, facta ſit? *eadem quæſtion.* 8. *numero* 256. Et an Prælati ſaltem vita durante, quando ab eo, cum Capitulo ingratitudo commiſſa eſt? *ibid. numero* 257. *remiſſiuè.* Propter nuptias, ſine decreto à minore fieri poteſt, *ibi. numero* 298. Neque cum decreto regulariter à minore fieri valet, *ibi. numero* 301. A patre filio Clerico facta, non retractatur, *quæſt.* 9. *num.* 118. Aliis in poteſtate parentum exiſtentibus inualidè fit, *ibi. num.* 119. *& quæſt.* 17 *num.* 213. Militiæ cauſa à patre facta tenet, caſtrenſeque peculium fit, *ibi. num.* 214. Inter coniuges, conſtante matrimonio prohibita eſt, *d. quæſt.* 9. *n.* 215. Valet ſi vxor marito militiæ contemplatione donet, & caſtrenſe peculium reputatur, *ibi. num.* 216.

*Dos.*

Miſerabilibus perſonis data, ab eo, qui dotem conſtituere tenebatur, an incongrua earum fauore cenſeatur? *in proœm. numero* 78. Congrua, quæ dicatur? *ibi. remiſſiuè.* An iure, quo Fiſcus aduerſus debitores vtitur, gaudeat? *quæſt.* 8. *num.* 177. Conſtituta à marito ante contractum matrimonium, cum relatione ad matrimonii celebrati tempus, an teneat? *quæſt.* 6. *num.* 30. Eccleſiæ, pluribus quam mulierum priuilegiis gaudet, *quæſt.* 8. *num.* 46. *& ſeq.* Data pauperi, ob ingratitudinem non reuocatur, *ibi. num.* 255. Eccleſiæ non Præſcribitur, *ibi. num.* 437. Conſtitui Eccleſiæ ſine decreto à minore poteſt, *ibi. num.* 295. Eccleſiæ, quid ſpirituale eſt, *ibi. numero* 296. An ſoluto matrimonio duret? eiuſque actio? *q.* 3. *nu.* 212. *& ſeq.* Cuius res antequam dotis fieret, præſcribi cœperat, an ordinariis præſcriptionis terminis includatur? *quæſt.* 8. *num.* 54.

*Dubium.*

Nil adeò in humanis, quod diligens non patefaciat indagatio, *quæſt.* 1. *numero* 5.

# E.

*Eccleſia.*

Inſtrumēta de nouo reperta poſt, cōcluſionē in cauſa, etiam negligentia data, producere poteſt, *in proœm. n.* 35. *& q.* 8. *n.* 168. Meliora eligit. *d. proœm. n.* 59. *& d. q.* 8. *n.* 148. An miſerabilium numero contineatur? & fori Principis vtatur priuilegio? *d. q.* 8. *per tot.* Minoribus, & pupillis, an æquiparetur? *ibi. nu.* 1. 3. 7. *& ſeqq. & trigeſſimo tertio & ſeqq.*

*ſeqq. vſque ad* 59. Potentior reputatur,
*ibidem numero* 10. Prælatum habens,
neque miſerabilis, neque orba dici-
tur, *ibidem numero* 11. Filia ipſa, Præ-
latus, Parens reputatur, ad filiæ, pa-
rentisque ſimilitudinem, neque con-
uenire ipſa abſque Prælati auctorita-
te, neque conueniri, ſed Prælatus
eius nomine poteſt, *dict. quæſtion.* 8.
*numero* 12. Vxor Prælati dicitur, *ibi-
dem numero* 13. Cathedralis Epiſco-
po carens, vel inutilem habens, vi-
dua reputatur, *ibidem numero* 14. Et
quid Collegialis, aut Parochialis, Re-
ctoribus mortuis, vel inutilibus effe-
ctis? *ibidem.* Spoliata, poteſt coram
quo velit Iudice Eccleſiaſtico, vel ſæ-
culari, Regiisve Senatoribus ſpolia-
torem laicum in prima cauſæ cogni-
tione conuenire, *dict. quæſtion.* 8. *nu-
mero* 18. Spolio, aut vi paupertate,
conſuetudine, lege, vel ſtatuto præ-
cipuo non exiſtente, non vtique, *ibi.
numero* 20. An Fiſco comparetur? eius
que priuilegiis vtatur? *ibid. numer.* 21.
25. 176. & 177. Prior priuilegiato-
rum exiſtit, *ibidem numero* 22. An ve-
rè Fiſcum habeat, qui tacitam in bo-
nis cum eo contrahentium, hypothe-
cam quemadmodũ ſæcularis habeat?
Quique in Clericorum bonis vacan-
tibus, & ſine hærede legitimo dece-
dentium ſuccedat? Et cui Clerico-
rum delinquẽtium pecuniariæ pœnæ,
& bona confiſcata applicentur? *dict.
quæſtion.* 8. *numer.* 26. 27. 29. 30. &
31. Pro decimis ſibi debitis, tacitam
in prædiis hypothecam habet, & in
bonis emphyteutæ, qui eius emphy-
teuticum prædium deteriorem reddi-
dit, *ibidem numero* 28. Imperii priui-
legiis gaudet, *ibidem numero* 32. Re-
ſtitutionem petens aduerſus laicum,
coram Eccleſiæ Iudice, ſpeciali fa-
uore eam poſtulat, *dict. quæſtion.* 8.
*numero* 35. Tacitam hypothecam ha-
bet in bonis Prælati male admini-
ſtrantis, *ibidem numero* 36. & 45. Et
in bonis ſibi pro malè ablatis reſti-
tuere debentis, *ibid. numero* 39. Rei-
publicæ cõparatur, omnibusque Rei-
publicæ priuilegiis conceſsis vtitur,
quando aptabilis eſt caſus, contra-
riumque à Iure definitum non repe-
ritur, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 41. Ei-
demque præfertur, *ibidem numero* 42.
Militum priuilegiis, vbi inæqualita-
tis non adeſt ratio, potitur, *ibi. nu-
mero* 43. Et libertatis, *ibidem numero*
44. Et dotis, *ibidem numero* 45. & *nu-
mero* 299. Tacitam habet pro dote e-
uicta aduerſus promittentem, vel re-
cipientem, hypothecam, *dict. quæſt.*
8. *numero* 47. Fauoribus alimentis con
ceſsis vtitur, *ibidem numero* 48. Pia-
rum cauſarum principalem locum te-
net, *ibidem numero* 49. Immunitatem
præſtat ad eam confugientibus, *dict.
quæſtion.* 8. *numero* 50. & 52. Alia in
id verbo *Immunitas*, verbo *Confugiens*,
& verb. *Extrahens*. Priuato ſuccedens,
contra quem præſcriptio cœpta erat,
an priuilegio ſuo aduerſus præſcriptio
nem vtatur? *ibidem numero* 53. An, &
quando, quibusque ſolemnitatibus a-
lienare poſsit? verbo *Alienatio*, verbo
*Solemnitates*, & verbo *Res*. Defendi
à quolibet de populo poteſt, *dict. quæ-
ſtion.* 8. *numer.* 60. & 62. Inuito etiam,
& contradicente Prælato, *ibidem nu-
mero* 61. Et verbo *Beneficium*. Ex me-
ro Iudicis officio reſtitui poteſt, *ibi.
numero* 68. A muneribus, præcipuè
perſonalibus, ipſa & Eccleſiaſticæ per
ſonæ immunes exiſtunt, *ibi. numero* 77.
Communis neceſsitatis, aut vtilita-
tis caſu excepto, *ibidem numero* 78.
Et quid circa patrimonialia munera?
*ibidem numero* 79. Et an in caſibus in
quibus ad munera Eccleſia, vel Eccle-
ſiaſticæ perſonæ tenentur, à Iudice
ſæculari ad ea cogi poſsint? *ibidem.* Vi-
cta, in expenſis non condemnatur, *dict.
quæſt.* 8. *n.* 93. Emphyteuſim ab alio te-
nens, biennio, vel triennio nõ ſoluens,
an emphyteuſi priuetur? *ibid. num.* 97.
Quæ ob canonem non ſolutum, à iure
ſuo cecidit, in integrum reſtitutionis,

vt canonem ſoluat, auxilium implorare poteſt, *ibid. numero* 98. Aduerſus quadragennariam præſcriptionem ex ignorantiæ capite reſtituitur, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 105. Et intra quod tempus? *ibid. numero* 107. Et quid ſcientia interueniente? *ibid. numero* 106. Enormiter læſa, etiã data ſcientia, poſt quadriennium reſtitutionem conſequitur, *dict. quæſtion.* 8. *num.* 109. Et intra quod tempus, à quadriennii præteritione? *ibid. numero* 110. Abſque interpellatione debitorem in mora cõſtituit, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 111. Etiã ſi litem motam venditori non denunciet, ad euictionem eum obligatum tenet, *ibid. numero* 123. Nunquam moritur, *ibid. numero* 133. Contractum iuratum, abſolutione non petita, impugnare valet, aduerſusque illum in integrum reſtitutionem poſtulare, *dict. quæſtion* 8. *num.* 138. Anima caret, *ibid.* Habetur loco filii, facitque deficere conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, & ſubſtituto in defectum liberorum excluſo, bonorum capax admittitur, *ibid. numero* 193. Siue Clericorum, ſiue Religioſorum Eccleſia ſit, *ibid. numero* 140. Pupillariter ſubſtituta, an pupilli matrem excludat? *ead. quæſtion.* 8. *numero* 142. Exceptiones dilatorias etiã poſt litem conteſtatam opponit, *ibi. numero* 173. Inſtrumenti perditi tenorem teſtibus quoque non peritis probat, *ibid. numero* 175. In actione perſonali prælationis fauore gaudet, *ibid. numero* 178. Minutam ſolutionem facere poteſt, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 184. An inſtituta cenſeatur, ſi inter amicos prædixiſſet defunctus, poſt eius mortem inſtituere Eccleſiam velle, eo poſtmodum inteſtato decedente, *ibi. numero* 226. Defendi debet ab eo, qui eam defendere promiſit, etiam non requiſitus, nec certo tempore deſignato, *ibi. numero* 227. Sine ceſſione agere poteſt, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 258. Inſuper intruſum adquirit, *ibid. numero* 265. An aduerſus ſpoliatum ante reſtitutionem, de dominio opponere poſsit, ſi ſe incontinenti offerat probaturam? *ibid. numero* 269. An liberetur à pœnis res proprias, alienasve inuadentium, ſi Prælatus inuaſor exiſtat? *dict. quæſtion.* 8. *numero* 271. Ad maius precium non tenetur pro re ab hoſtibus capta, quamquo ab eis redempta eſt, *ibid numero* 306. An expoſito ſuccedat? *ibid. numero* 313. Dimidiam habet partem compoſitionis, vel condemnationis pro Clerici offenſione facta conſanguineis etiam Clerici exiſtentibus, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 314. Ex pacto nudo, pollicitationeve actionem habet, *ibi. numero* 315. Tempore locationis finito, ſi quantum alius offert, ſoluere velit; à re locata non expellitur, *ibid. numero* 331. An inuentarium omnino conficere debeat, ne vltra hæreditatis vires teneatur? *ibid. numero* 350. Ad recuperationẽ rei male alienatæ agens, precium nõ reſtituit, *ibid. numero* 352. Fauorabilior eſt, quam poſſeſſor, & in eum onus probandi transfert, *ibi. numero* 359. Debitores ſuos in liquidis, ſummariè, & executiuè ad ſolutionem compellit, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 363. Soluere decimam executionis, an debeat? *ibid. numero* 365. *remiſſiuè.* Exceptionem nõ numeratæ pecuniæ poſt biennium opponit, *ibi. numero* 369. Et an, & quando in perpetuum? *ibid. remiſſiuè.* Impugnare poteſt inſtrumentum in ſui fauorem productum, *ibid. numero* 401. In potentiorem ceſsionem faciens, cauſæ amiſsione, vt cæteri, non mulctatur, *ibidem. numero* 403. Caducitatem remittere non videtur per penſionum receptionem ab eius Prælato factam, *dict. quæſtion* 8. *numero* 412. Conductoris hæres exiſtens, non cogitur in locatione ſtare, *ibi. numero* 413. Debitorem ſui debitoris, non excuſſo principali, conuenire poteſt, *ibi. numero* 416. An pecuniam poſteriori creditori ſolutam, etiam conſumptam repetat? *ibi. numero* 419.

419. *& duobus ſeqq.* Communem rem habens cum alio, totam poteſt vendere, vel pignorare, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 421. Hæres inſtituta, vxore teſtatoris vſufructuaria relicta, an præter vxoris alimenta, cætera capiat? *ibid. numero* 433. Et an vſufructuaria relicta, filio hærede inſtituto, integrum habeat vſumfructum, legitima excepta, ſi ex ea vnde ſe alat, filius percipere poſsit? *ibid. numero* 434. Pro neceſſitate ſua ſubuenienda, Patrono, eiuſque neceſsitati præfertur, *dict. quæſt.* 8. *numero* 436. Secundo emptori præfertur, cui res tradita fuit, *ibi. numero* 448.

Eccleſiaſticæ perſonæ, verbo *Perſonæ.*

*Edere.*

IVſſus, ſi non edat, quibus ſubiiciatur pœnis? *quæſtion.* 5. *num.* 43. Contra ſe inſtrumenta nemo tenetur, *quæſt.* 8. *numero* 56. Eccleſiæ, aut Fiſco cogitur, *ibi. num.* 157.

*Ædificare, ædificium.*

AEdificari, conſtrui, aut extolli quidquam iuxta Eccleſiam non poteſt, quod illi afferat præiudicium, etſi pium contineat opus, *quæſt.* 8. *numero* 213.

Ædificium ſolo cedit, *quæſtion.* 8. *numero* 74. In alieno ſolo pecuniis Eccleſiæ conſtructum, ſolo non cedit, ſed ædificio, & ſic Eccleſiæ vtrumque, *ibi. num.* 75. *&* 76.

*Educator.*

PVpilli, tutorem ei petere poteſt, matre, vel conſanguineis non petentibus, *q.* 3. *numero* 95.

*Effectus.*

EFfectum contrarium operari non debent ad vnum finem inducta, *quæſtion.* 12. *numero* 27. Arctari debet effectus, arctata potentia cauſæ, *quæſtion.* 9. *numero* 40.

*Electio.*

FOri an detur ei, qui vbique locorum ſe conueniri poſſe pactus eſt, *quæſt.* 3. *numero* 61. *& ſeqq.* Alia in id, verb. *Fori electio.* A ſene facta iuniorum præfertur, *quæſtion.* 18. *numero* 33. Rei melioris ab Eccleſia, aut pia cauſa fieri poteſt, *in proœm. numero* 59. *& quæſt* 8. *numero* 148. Non vtique ab aliis, *ibi. num.* 147.

*Eleemoſyna.*

SEni potius quam iuueni facienda, *q.* 18. *num.* 52.

EMENS, verbo *Emptor.*

*Emphyteuta.*

ECcleſiæ an rei emphyteoticæ ratione à muneribus immunitatem habeat? *quæſt.* 8. *numero* 81. Qui à priuato emphyteuſim accepit, ſi ea poſtmodum ad Eccleſiam perueniat, neque intra biennium penſionem ſoluat, an à iure cadat? *ibi. numero* 54. Eccleſiæ per biennium in ſolutione ceſſans, emphyteuſi priuatur, *ibi. numero* 45. Sæcularis, per triennium, *ibi. nume.* 69. Inconſulto domino emphyteuticam rem alienans, à iure ſuo cadit, *ibid. numero* 103.

*Emptor.*

SErui, quem ægrotantem non curauit, nullum, vel malum medicum adhibendo, redhibitoria non vtitur, *quæſtion.* 3. *numero* 285. Rei Fiſci, vel minoris, à procuratore vendendi facultatem habente, ante precii ſolutionem, etiam fide habita de precio, illius dominum non adipiſcitur, *quæſtion.* 5. *numero* 22. *&* 25. Rei Eccleſiæ, emptione reſciſſa eam,

cum fructibus reſtituit, *quæſt.* 8.*num.* 354. Bonæ fidei, fructus ſuos facit, *ibid. num.* 355. Emens contra iura bonam fidem præſumitur non habere, *quæſt.* 19.*num.* 22. Ab eo, qui ſcit ſtatim prodigaliter conſumpturum, non vſucapit, *ibidem.*

*Epiſcopus.*

ADuerſa valetudine laborans, conſecrationem ſuffraganeorum aliis committere poteſt, ſuisque ad id mandare vices, *quæſt.*3.*num.*278. Cum Eccleſia ſic matrimonium contrahere cenſetur, *quæſt.* 8. *num.* 14. Epiſcopum offendens, an læſæ Maieſtatis crimine teneatur? *quæſt.* 9.*num.* 51. Alia, verbo *Prælatus.*

*Æquiparatio.*

VT procedat, quid deſideret? *quæſt.* 8.*num.*7. Æquiparatorum idem iudicium eſt, *quæſt.* 15.*num.* 13.

*Æquitas.*

NOn ſcripta, an Eccleſiæ, & miſerabiliũ fauore, ſcripto rigori præferatur? *in procem num.* 42. *&* *quæſt.* 8.*num.*407. Regulariter ſcripto rigori ſuccumbit, *dict. quæſt.* 8.*num.*406.

*Equites.*

QVatuor Militarium Ordinum, an inter Milites Cœleſtis Militiæ deſcribantur? ideſt, Eccleſiaſticæ, vel etiam Religioſæ perſonæ dicantur? *q.* 17.*numero* 3. *&* 29. Aurati, ſiue quos *de eſpuela dorada* vocitamus, idem enim ſunt, ſolo nomine dicuntur Milites, nec eorum fauores merentur, *ibid. numero* 23. *&* *num ſeq.* Non tamen aut tormentis ſubiiciuntur; aut pro ciuili debito detruduntur in carcerem, *ibid. num.* 26. Abſque Militiæ onere equeſtri dignitate decorati, Milites ſolum imaginarii dicuntur, neque Militũ gaudent priuilegiis, *dict. quæſt.* 17.*num.*28. *&* 30. Trium Militarium Ordinum, Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ an ordinariorum Iudicum iuriſdictioni ſubiaceant? *ibid. numero* 29. Armati, quando, & quibus exceptionibus fruãtur? *ibid. numero* 31.

EQVM ſuum in alieno agro pabulare, an viatori liceat? Aliis denegetur? *quæſt.* 15.*numero* 51.

*Error.*

COmmunis maiori animaduerſione dignus, *in procem. num.* 1.

*Ætas.*

QVinquaginta quinque annorum, à muneribus perſonalibus excuſationem præſtat, *q.*3.*num.* 197. A tutelæ, vel curæ munere non ſeptuaginta annorum minor, *ibid. num.* 198. *&* *quæſt.*5.*num* 25. *remiſſiuè*, *&* *q.* 18. *num.* 16. Et à munere frumenti comparandi, *dict. quæſt.*18.*num.* 19. Quæ à militari munere excuſet? *ibid. num.*20. Ab honoribus, & muneribus his cohærentibus, quæ? Quinquaginta annorũ, neque nuptiis, neque militiæ apta, *ibid. num* 20. Senilis, quæ dicatur, ſi à lege expreſsè deſignata non eſt; Iudicis arbitrio relinquitur, *ibid. num.* 22. Niſi in ſeptuagenario, & ſic, decrepito, *ibid. num.*71. A ieiunii obligatione, quæ mares, ac fœminas eximat? *dict. quæſt* 18. *num.*72. *vſque ad* 76. Decrepita, à ſeptuaginta incipit annis, *ibi. numero* 25. Ætatum, mundique gradus, quot? *ibid. num.* 16.

*Euidens.*

NOtorium, & manifeſtum, an eandem, vel diuerſam habeant ſignificationem? *q.*1.*num.*14.

EVNTES ad bellum, in verbo *Teſtes.*

*Exceptio.*

FIrmat regulam in contrarium, *q.* 5. *numero* 65. *remiſſiuè.* Nonnumeratæ pecuniæ, poſt biennium regulariter non

non admittitur, *quæſt*.8.*numero* 368. Si Eccleſia opponat, admittitur, *ibid. numero* 369. Et quando in perpetuum? *ibid. remiſſiuè*. Vniuerſitati perpetuo cō petit, *quæſt*. 10. *numero* 56. Dilatoria, poſt litem conteſtatam opponi non poteſt, *dict. quæſt*.8.*numero* 171. Neque in appellationis inſtantia, *ibid. num*. 172. Niſi ab Eccleſia, & minore, *ibid. numero* 173. *& in procem. numero* 20. Peremptoria, poſt ſententiam opponi non poteſt, *quæſt*. 17. *numero* 158. Limitatur *num. ſeq*.

*Excommunicatio, excommunicatus.*

PRo futuris culpis ab homine ferri non poteſt, *quæſt*.8.*numero* 408. Eccleſiæ, & decimarum fauore poteſt, *ibid. numero* 409. Pro violenta manuum in Clericum iniectione, an & quando ipſo iure incurratur? *quæſt*. 9. *numero* 48. In Vniuerſitatem ferri non poteſt, *quæſt*. 10. *numero* 84. Cum excommunicato veſci, aut dormire in eadé menſa, vel lecto prohibitum, *quæſt*. 15. *numero* 48. & 49. Excommunicatus miſerabilis, an fori priuilegio, vtatur? *quæſt*. 3. *numero* 68. & *duobus ſeqq*. Ab agendo in iudicio repellitur, *ibid. num*. 68. & *quæſt*. 5. *numero* 61. Et an, & quatenus de iure, conſuetudineque procedat? *ibid. num*. 62. Iudicium cum excōmunicato agitatum, an teneat, ſi à parte non fuerit oppoſitum, *dict. q*. 3. *num*. 82.

*Executio, executor.*

EXecutionis ordo, an in Eccleſiæ, aut miſerabilium perſonarum cauſis neceſſario ſeruandus ſit? *in procem. numero* 42. & *quæſt*.8.*num*.267. Executio in qua à lege Regia deſignatus non fuit ſeruatus ordo, iudiciive ſubſtantialibus carens, nulla eſt, *ibi. numero* 266. Parte non opponente, conualeſcit, & ſuſtinetur, *quæſt*. 3. *num*. 88. An contra infirmum fieri poſsit? *quæſt*. 3. *numero* 254. In animalibus aratoriis, aut inſtrumentis vilicis non fit, *quæſt*. 13. *numero* 36. Et quid ſi alia bona debitoris non extent? *ibi. numero* 37. 38. & 39. Fieri non debet, niſi in caſibus à Iure expreſsis, *quæſt*.8. *numero* 364. In ſatis, tritico, ordeo, &c. à ſolo etiam ſeparatis, fieri nequit, *dict. quæſt*. 13. *num*. 15. Et qualiter, & quo precio in recollectis facienda? *ibi. num*. 51.

Executor teſtamenti nominatus, munus hoc ſubire, nec piæ cauſæ fauore compellitur, *in procem. num*. 64. Et an miſerabilium gratia ſubire illud recuſans, mortaliter peccet? *ibid*. Piæ cauſæ, miſerabiliūque fauore munus hoc alteri committere poteſt, *ibi. num*. 65. Teſtamenti in quo miſerabiles perſonæ legatariæ relictæ ſunt, an hæreditate quoque non adita, hæreditaria bona alienare diſpenſareque poſsit? *ibi. num*. 66. An inuētarium facere debeat, *dict. procem. numero* 80. Religioſus clauſtralis, miſerabilium fauore, an eſſe poſsit? *ibi. numero* 81. & 82. Cum aliis datus, niſi in ſolidum datus ſit, ſine aliis exequi non poteſt, *quæſt*. 3. *numero* 127. Aduerſus hæredes, debitoresve hæreditarios actiones mouere non poteſt, *q*. 8. *numero* 58. Eccleſiæ fauore poteſt, *ibi. numero* 59. Ad diſtribuendum in pia opera nominatus, carceratis, qui culpa ſua in carcerem deuenere, facere diſtributionem poteſt, *quæſt*. 11. *numero* 29. Collectarum, res non ſoluentium poteſt capere, & ſubhaſtare, ſi de debito non dubitetur, *q*. 10. *num*. 76.

*Exercitus* quid ſit? *q*. 17. *num*. 10.

*Exemptus, eximens.*

EXemptus, Conſeruatoremque Iudicem habens, exemptionis priuilegio aduerſus miſerabiles perſonas vti non poteſt, neque ad conſeruatoré extrahere, *in procem. num*. 72. Alia vide verbo *Carcerati*.

Eximens à familiæ manu debitorem, de ſuo debitum ſoluere tenetur, *q*.8. *num*. 324.

*Expendere.*

EXpendens pro incarcerato, an repetat? donandive animo expendiſſe viſus ſit? *quæſt.* 11. *num.* 35. *remiſſiuè.* Alia, verb. *Impenſa.*

*Expoſitus.*

QVem habeat in bonis ſucceſſorē? *quæſt.* 8. *num.* 313. Miſerrimus eſt, *quæſt. fin. in fin.*

*Extenſio.*

LEgis taxatiuè loquentis, an miſerabilium, & Eccleſiæ gratia fiat? *in procem.* 38. *& q.* 8. *numero* 282. Nō admittitur in correctoriis, & exorbitantibus, nec ſimilitudinis, aut identitatis, imò nec maioritate rationis, etiam quod ſumma æquitate nitatur, *q.* 9. *num.* 46.

EXTRAHENS fugientem ad Eccleſiam, qualiter puniatur? & an læſæ Maieſtatis reus iudicetur? *quæſt.* 8. *num.* 51. *remiſſiuè.* Alia, verb. *Eximens.*

*Exilium, Exul.*

EXilium morte grauius, *quæſt.* 12. *numero* 5. Quid ſit? *quæſt.* 15. *numero* 18. *&* 19. Exul miſer eſt, & Principis fori priuilegio gaudet, *quæſt.* 12. *numero* 5. *& quæſt.* 15. *num.* 17. Qui dicatur? *ibi. dict. num.* 18. *&* 19.

# F.

*Facere.*

POteſt quis per alium, quod per ſe ipſum, *quæſt.* 3. *numero* 119. An & quando poſſit quis per alium, quod per ſe non poteſt? *ibi. numero* 136. *& quæſt.* 16. *numero* 23. *&* 27. Aliquid tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferre, paria ſunt, *quæſt.* 6. *num.* 32.

*Factum.*

A Maiori Vniuerſitatis parte, in Miſerabilium, aut ipſiuſmet Vniuerſitatis præiudicium, an teneat? *in procem. numero* 13. *& ſeq. & quæſt.* 10. *numero* 104. Suum impugnare nemo poteſt, *quæſt.* 8. *numero* 262. Adminiſtrator, Tutor, Curator, Eccleſiæve Rector, in Eccleſiæ, aut minoribus præiudicialibus, poteſt, *ibi. numero* 260. *&* 261. Promittens, ad illud non obligatur præciſè, & intereſſe præſtando liberatur, *ibi. num.* 275. Si Eccleſiæ promittat, Vniuerſitati, aut pro libertate, ad illud præciſè tenetur, *ibi. num.* 276. Quid regulariter hodie? *ibi. num.* 277.

*Falcidia.*

AN de legatis miſerabilibus factis detrahatur? *in procem. num.* 44. De legatis Eccleſiæ, vel piæ cauſæ factis, non detrahitur, *quæſt.* 8 *num.* 292. An & quando detrahatur inſtrumento militis? *quæſt.* 17. *numero* 96. *& duobus ſeqq.*

*Falſum.*

FAlſa proueniunt ex falſis, *quæſt.* 9. *numero* 41. Falſi pœna, an miſerabilis perſona plectatur? *in procem. numero* 22. Falſique relata viginti annorum intermiſsione perimitur, *quæſt.* 8. *numero* 387. Aduerſus Eccleſiam, nunquam, *ibi. numero* 388. Falſum inſtrumētum, vide verbo *Inſtrumentum.*

*Fama.*

PLenam regulariter probationem nō facit, *quæſt.* 18. *numero* 97. In antiquis, hominum memoriam excedentibus, facit, *ibi. numero* 98.

*Famulus.*

INfirmus, ſeruire conſerūt, proque infirmitatis tempore ſalarium conſequitur, *quæſt.* 3. *num.* 274.

Fatui-

*Fatuitas.*

POtius quam donatio præſumitur, *quæſt.*8.*numero* 248.

*Fauere, fauor.*

FAuendum ita miſeris eſt, vt aliis iniuria non fiat, *quæſt.*3.*numero* 8 Fauor minoris, aut pupilli, an eorum fideiuſſoribus proſsit? *quæſt.*3.*num.* 131 132. 133. & 134. Et an participi, cõmunionemve cum eis habenti? *ibi. numero* 135. Pupilli, in cauſa eſt, vt poſsit quis per alium, quod per ſe non poteſt, *ibi. numero* 136. In odium verti non debet, *quæſt.*12.*numero* 27. Fauorem non debet quis conſequi, vnde pœnam mereretur, *quæſt.*11.*numero* 16. Fauori ſuo, an & quando renunciare quis valeat? vide verbo *Renunciare.*

*Fœlicitas.*

HVmana, miſeriam ex peccato venientem non tollit, *quæſt.*2.*numero* 12. Humana, miſeria eſt, & quanto quisque fœlicior, tanto miſerior, *ibi. numero* 37. Nemo malus, fœlix, *ibi. dict. numero* 12.

*Fœmina.*

AN miſerabilium, & Eccleſiæ Aduocata exiſtere poſsit? *in proœm. numero* 40. An poſsit pro miſeris fideiubere? *ibi. numero* 62. An pro Eccleſia, vel pia cauſa, *quæſt.*8.*num.* 371. Pro aliis regulariter nequit, *ibi. numero* 370. Dilapidatorem bonorum Eccleſiæ accuſare poteſt: regulariter prohibetur, *ibid. numero* 371. Niſi cum ſuam ſuorumve iniuriam proſequitur, *quæſt.*3.*numero* 141. Tutorem ſuſpectum accuſandi facultatem habet, *ibi. numero* 142. Pro debito ciuili, etiam fiſcali, ad carcerem trahi nequit, *ibi. numero* 143. & 245. Pro pupillari poteſt, etiam mater, *ibi. numero* 144. Neque pro cauſa criminali leui carceratur, *ibi. numero* 246. Mares deuotione excellit, *dict. quæſt.*3.*numero* 142. Excuſatur à pœna legis Si quis in raptam, C. vnde vi, *ibi. num.* 238. *remiſſiuè.* Et an à præſumpta vſurarum fraude? A pœna falſi, ob ſcripturæ lacerationem? Et à periurio? *ibid.* Quæ in canonem *Si quis ſuadente diabolo*, incidit, Romam pro abſolutione ire non tenetur; ſed à proprio eam obtinet Epiſcopo, *dict. quæſt.*3.*numero* 247. Defuncti necem non vindicans, illius hæreditate non priuatur, *ibi. numero* 250. & *quæſt.* 5. *numero* 64. Decem & octo annis maior, quæ veniam impetrauit ætatis, maior habetur, nec reſtitutionem, ſiue priuilegium habet, *quæſt.* 4. *numero* 14. Fœminis, vt pupillis, nemine petente, de Aduocato Iudex prouidet, *dict. quæſt.*3.*num.* 236. Mitius cum eis agitur, *ibi. numero* 237. Et an etiam in hæreſis crimine? *ibi. numero* 238. *remiſſiuè.* Fœminarum delicta, apud multas nationes, pecuniaria mulcta redimebantur, *ibi. numero* 239. Reſtitutionem aduerſus propriam confeſsionem fœminæ habent, cum aliter de delicto non conſtat, *dict. quæſt.*3.*numero* 240. Bonam fidem habere præſumuntur, illamque muliebris ſexus inducit, & doli præſumptionem excludit, *ibi. numero* 242. Fœminas lædi facile, lex præſumit, *ibi. numero* 143. Omnis doli arte inſtruuntur, *ibid.* Ad iudicium vt teſtimonium ferant, trahi non debent, *ibid. numero* 244. An iuris ignorantia excuſentur? *ibid. num.* 249. Debilioris complexionis, & caloris, quam mares ſunt, citius pubeſcunt, & ſeneſcunt citius, *quæſt.*18.*numero* 39. An minore ætate, quam maſculi à ieiunii obſeruatione eximantur? *ibid.*

Fœminarum priuilegia *remiſſiuè*, *d. quæſt.*3.*numero* 250.

*Fœnus.*

FOenerari ab agricolis, an, & quatenus Imperator Iuſtinianus conceſſerit? *quæſt.*13.*num.*60.

*Feneſtræ.*

Fieri non poſſunt, ad Monialium ſe-ctum proſpectum habẽtes; factaque deſtruuntur, *quæſt.*8.*num.*212.

*Feriæ.*

MEſium, & vindemiarum in publicis cauſis non ſeruantur, *quæſt.*10.*num.*57.

Frugum colligendorum gratia ſunt conſtitutæ, *q.*13.*num.*56.

FEVDALES CAVSÆ, vide verb. *Cauſæ feudales.*

*Feudatarius.*

MAiora ſaltẽ feuda à Romano Imperio tenens, an & quando militaribus priuilegiis gaudeat? *quæſt.* 17. *numero* 22.

*Fideicommiſſum.*

VNiuerſale, abſque reſtitutione in Eccleſiam tranſit, *quæſt.*8. *numero* 222. In alios vt tranſeat, reſtitutio neceſſaria eſt, *ibi. numero* 223. Et quid in fideicommiſsis particularibus? *ibi. num.*224. & 225.

*Fideiubere, fideiuſſor.*

FIdeiubere pro alio nemo cogitur, *quæſt.*3. *numero* 114. Pupilli fauore limitatur, *ibi. num.* 115. Donare videtur fideiubens, *ibid.*

Fideiuſſores plures exiſtentes, pro parte conueniendi ſunt, diuiſsionisque beneficium habent, *quæſt.* 3. *num.*117. A tutoribus dati, in ſolidum conueniũtur, *ibi. numero* 118. Pupilli, aut minoris, an eorum vtantur fauore? *ibi. num.* 131. 132. 133. & 134. Fideiuſſor iudicio ſiſti, aut iudicatim ſolui, in cauſa ciuili præſtari regulariter debet, *quæſt.* 9. *numero* 121. Iudicio ſiſti, eius qui Clericus effectus eſt, fideiuſsione liberatur, *ibi. num.*122.

*Filiatio.*

AN filii appellatione probetur? *quæſtion.* 16. *numero* 107.

*Filius.*

PEr matrimonium, an à parentis poteſtate eximatur, *quæſt.*3. *num.* 36. Etiam non aditam paternam hæreditatem tranſmittit, *quæſt.*8. *num.* 348. Eius, qui læſæ Maieſtatis crimen commiſsit, etiam punitur, *quæſt.*9. *numero* 110. Niſi Clericus ſit, *ibid.* Illegitimus paterna ſucceſsione arcetur, *ibi. numero* 117. Viginti quinque annis maior, in patris poteſtate exiſtens, an Reipublicæ munera ſubire teneatur? *dict. q.* 3. *numero* 116. Qui patri infirmo non prouidit, eius hæreditate priuatur, *ibi. numero* 285. Vna & eadem perſona cũ patre, & paterni corporis portio iudicatur, *quæſt.* 5. *numero* 10. In patris poteſtate conſtitutus, nec conueniri à quoquam, nec conuenire quemquam ipſe poteſt, *ibi. numero* 11. Minor emancipatus patrem habens, fori legisque vnicæ, C. quando Imperat. inter pupil. & vid. gaudet, *ibi. numero* 13. Vel ſi patrem inutilem habeat, *ibid. numero* 14. Aut longe abſentem, *ibi. num.* 15. Vel ſi actionem proponere, aut proſequi pater in iudicio omittat, renuat, expreſsè ve remittat, *dict. quæſt.* 5. *numero* 16. Quibus in caſibus cum patre experiri in iudicio poſsit? *ibid. numero* 17. *remiſſiuè.* An in bonis patris Religionem ingreſsi, non niſi poſt mortem legitimam habeat? *quæſt.*8. *numero* 435. Ingratitudinem aduerſus patrem committens, exhæredari poteſt, *quæſt.* 9. *numero* 114. Clericus non poteſt, *ibi. numero* 115. Abſque parentis auctoritate in iudicio comparere non poteſt, *ibi. numero* 124. Clericus poteſt, *ibi. numero* 123. Aut inſtitui, aut exhæredari nominatim debet, nec præteritus teſtamentum rumpit, *quæſt.* 17. *numero* 122. Familiàs miles, non ſolum de caſtrenſibus teſtari, ſibique teſtamentum facere

re poteſt: ſed etiam filio pupillo, *ibi. numero* 127. & 128. Familias etiam pa tre permittente, teſtari non poterat, *dict. quæſt.* 17. *numero* 208. Et quid de Iure Regio? *ibi. num.* 210. Miles, de caſtrenſibus, aut quaſi caſtrẽſibus teſtari poteſt, *ibi. num.* 209. Et pro his cum pa tre contendere valet, *ibi. numero* 212. Pro aliis non poteſt, *ibi. num.* 211. Filios habens, & non habens miſeriam patitur, *quæſt.* 2. *num.* 26.

FIRMVM nihil adeò inhumanis, vt contradictore careat, *quæſt.* 1. *num.* 5.

*Fiſcus.*

DVabus ſententiis exiſtentibus, altera pro Fiſco, contra eum altera: an quæ Fiſco fauet, attendatur? *in proœm. numero* 46. *remiſſiuè.* Priuato ſuccedens, pro tempore præterito priuati, pro futuro, proprio iure vtitur, *quæſtion.* 5. *numero* 22. Eſt vltimus priuilegiatorum, *quæſt.* 8. *numero* 22. Contra eum in dubio eſt iudicandum, *ibi. numero* 23. Habet tacitam hypothecam in bonis cum illo contrahentis, *ibid. numero* 26. Victus, in expenſis non condemnatur, *ibi. numero* 94. Intra triennium, ſub ſpecie de nouo repertorum inſtrumentorum, ſententiam contra ſe latam retractare facit, *dict. quæſt.* 8. *num.* 164. & *ſeq.* Inſtrumenti perditi tenorem etiam non peritis teſtibus probat, *ibi. numero* 175. Quatenus in ſui debitoris bonis, aduerſusque alios eiuſdem debitoris creditores priuilegiatus in hypotheca exiſtat? *ibi. numero* 176. Prælationis priuilegio in actione perſonali gaudet, *dict. quæſt.* 8. *numero* 178. Videns pignus diſtrahi, niſi expreſsè conſentiat, ius pignoris remiſiſſe non videtur, *ibi. numero* 204. Breuiter, & executiue contra debitores ſuos agit in liquidis, *ibi. numero* 363. Debitores ſui debitoris, non excuſſo principali, conuenire poteſt, *ibi. num.* 415. Pecuniam etiam conſumptam, poſteriori creditori ſolutam, repetit, *dict. quæſt.* 8. *num.* 418. 420. & 421. Rem communem cum alio habens, totam poteſt vendere, vel pignorare, *ibi. numero* 430. Minima etiam parte ad eum pertinente, *q.* 10. *numero* 68. Pro ſibi tributis debitis, in bonis debitoris hypothecam habet, *ibi. numero* 77.

*Forma.*

SIne ſubſtantiali forma nihil in rerũ natura ſubſiſtit, *quæſt.* 8. *numero* 57. Formæ quidquam addi, aut detrahi neque in melius quidem, aut identitatis ratione poteſt, *quæſt.* 9. *num.* 44.

*Fortuna.*

VOlubilis, & tantum conſtans in leuitate ſua eſt, *quæſt.* 14. *num.* 12.

*Forus.*

FOri electionem, an habeat, qui *vbiquelocorum* ſe cõueniri poſſe pactus eſt? *quæſt.* 3. *num.* 61. & *ſeqq. vſque ad* 68. Principis electio propter criminis immanitatem conceditur, *quæſt.* 9. *numero* 7. In foro ſuo, tam in ciuilibus, quam in criminalibus conueniendus quis eſt, *ibi. num.* 42. & *ſeq.* Alia verb. *Electio*, & verb. *Priuilegium.*

FRANCISCVS CARRASCVS nouiſsime de caſibus Curiæ ſcribens, reprehenditur, *in proœm. num.* 11.

*Frater.*

PRo fratris redemptione expẽdens, an repetat? *quæſt.* 16. *numero* 87. Fratres minores, vide verb. *Religioſus.*

*Fraus.*

PRiuilegium excludit, *quæſt.* 11. *num.* 23. & 24. Fraudibus præcludenda via, *quæſt.* 15. *num.* 5.

*Fructus.*

EX quibus penſio Eccleſiaſtica, vel alimenta ſoluenda ſunt, tacite pro pen-

penſione, vel alimentis obligati cenſentur, *quæſt*.8.*numero* 82. *&* 85. Pro aliis penſionibus ex fructibus, aut ex certo fundo relictis, aut promiſsis, perſonalis ſolum competit actio, *ibi. num.* 83. Si ſuper certis bonis penſio conſtituta ſit, contrahitur hypotheca, *ibi. numero* 84. Non modo virentes, ſed maturi iã, & à ſolo ſeparati, perditioni ſubſunt, *quæſt*.13.*numero* 11.

*Frumentum.*

REcollectum ſi executionis ratione agricolis capiatur; non minori quãtitate, quam taxæ precio diſtrahendum eſt: aut emptore non exiſtente, eo precio capere compellitur creditor, *quæſt*.13.*numero* 51.

*Fuga.*

FVgæ ſuſpicione ſenes vacant, *quæſt*. 18. *numero* 63. Fugiens à carcere, cuſtodis negligentia fugiſſe præſumitur, *quæſt*.11.*num*.65.

*Fundamentum.*

FVndamento deſtructo, inædificatum corruat, neceſſe eſt, *quæſt*. 9.*nu*. 41. *&* *quæſt*.20.*num*.4.

*Fundus.*

PVpilli, aut viduæ in quo falſa cuditur moneta, an ordinariis pœnis ſubiaceat? *quæſt*.5.*num*.199.

*Funus.*

FVneris ſumptus de hæreditate deducitur, & cuius alii creditori præfertur, *quæſt*. 3.*numero* 281. Quid hodie? *ibidem remiſsiuè.*

*Furca.*

FVrcæ pœna, qui plectantur? *q*.17.*n*. 164. *remiſsiuè.*

*Furioſus.*

MIſerabilis eſt perſona, *quæſt*. 19.*numero* 2. Nec naturaliter obligatur, *ibi numero* 14.

FVRII CRESINI notabilis & pulcher caſus, *q*.13.*num*.7.

*Fur, furtum.*

FVr, vel eius hæres pro re furto ſubtracta, an hypothecaria, vel perſecutoria ſolum actione, re extante, teneatur? vel ad æſtimationem non exiſtente, *quæſt*.8. *num*. 40. Qui committit, & patitur furtum miſer eſt, *quæſt*.2.*numero* 31.

FVTVRI IN DVS natura, & ſignificatio, *quæſt*.1.*num*.11.

G.

*Gabella.*

DE pecudibus, ſeu armentis pro redemptione dandis, non debetur, *quæſt*.16.*num*. 118. Alia vide verbo *Pedagium*.

*Gallæcia.*

GAllæci pro Curiæ caſu, an, & quando aduerſarios ad Valliſoletanam Cancellariam trahere poſsint? *quæſt*.9. *numero* 24. Gallæciæ Præfecti Prætorio, quo nomine, & poteſtate fungantur? *ibi*.*num*.78.*&* 79.

*Genus.*

QValiter apud Iuriſtas, qualiterque à Dialecticis accipiatur? *quæſt*. 2. *numero* 4. Mortis, morte ipſa deterius, *quæſt*.18.*numero* 9.

*Gratianus.*

GRatiani lapſus, *quæſt*. 9. *numero* 57. *&* 59.

*Gratia.*

PVblicam vtilitatem reſpiciens, morte cōcedentis nō expirat, *in prœm. numero* 75. & *quæſt.* 10. *numero* 97. Et quid ſi miſerabilium fauorē contineat? *dict. numero* 75. Regulariter concedentis morte expirat, *ibi. num.* 96.

*Grauatus.*

HÆreditatem reſtituere, vide verbo *Reſtituere.*

*Grauitas.*

DElicti ex pœnæ grauiter cognoſcitur, *quæſt.* 9. *num.* 11.

*Guloſus.*

MIſer eſt, *quæſt.* 2. *num.* 17.

## H.

*Habere.*

MAritum inutilem, & non habere, paria ſunt, *quæſt.* 7. *numero* 2. & *ſeqq.* & *num.* 11.

*Hæreditas, hæres.*

NOn adita, non tranſmittitur, *quæſt.* 3. *numero* 169. *quæſt.* 5. *numero* 75. *verſ. Ex quo. Et quæſt.* 8. *num.* 345. Limitatur in minore, *dict. quæſt.* 5. *num.* 76. Et in Eccleſia, *dict. quæſt.* 8. *numero* 346. Et in filiis, *ibid. numero* 348. Codicillis directo dari, aut adimi non poteſt, *quæſt.* 17. *numero* 85. A Milite poteſt, *ibid. numero* 86. Ex tempore, vel ad tempus dari non poteſt, *ibid. num.* 217. Niſi à Milite detur, *ibid. numero* 218. Sola ſine libertate, adimi non poteſt ſeruo, cui hæreditas, libertaſque codē teſtamento relicta eſt, *dict. quæſt.* 17. *numero* 198. Hæreditatem reſtituere rogatus, Trebellianicam detrahit, *ibi. numero* 94. Hæreditatis aditio requiritur, ad pupillarium tabularum confirmationem, *ibi. num.* 129. Limitatur in tabulis pupillaribus militum, *dict. q.* 17 *num.* 130.

Hæres intra quod tempus conficere inuentarium debeat, *quæſt.* 3. *numero* 161. Admittitur ad probandum aduerſus ea, quæ in inuētario deſignata ſunt, *ibid. numero* 186. Non melioris conditionis, quam defunctus eſſe debet, *ibid. numero* 215. Mariti, etiam poſt annum luctus, ad viduæ pauperis alimenta tenetur, *dict. quæſt.* 3. *num.* 217. Perſonā defuncti repreſentat, & quidquid iuris eſt de aliquo, idem quoque eſt de eius hærede, *ibid.* In omnibus obligationibus defuncti, actiuis, & paſsiuis ſuccedit, *quæſt.* 8. *numero* 414. Qui in cauſa eſt, vt defuncti ſuperſtes coniux, alimentis negatis, ad viliores operas, quā quas marito viuente exercebat; ſaluaque dignitate faceret, deſcendat: præ defuncti mariti memoriam offendit, & indignum ſe illius hæreditate efficit, *dict. quæſt.* 3. *numero* 218. *remiſſiuè.* Interfecti mortem non vindicans, hæreditate, perceptiſque fructibus priuatur, *quæſt.* 5. *numero* 63. Minori in hoc parcitur, *ibid. numero* 64. Conductoris, in conductione perſiſtere cogitur, *q.* 8. *numero* 414. Poſt tempora locationis, ad reconductionem compelli nequit, *quæſt.* 8. *numero* 343. Suſpectam etiam hæreditatem pro libertate præſtanda, adire compellitur, *quæſt.* 16. *num.* 110. Semel, non poteſt deſinere eſſe hæres, *quæſt.* 17. *numero* 88. Vltra dodrantem grauari non poteſt, *ibid. numero* 98. Quilibet conficere inuentarium debet, *quæſt.* 18. *numero* 221.

*Hæreticus.*

MIſerabilis, an fori priuilegio vtatur? *quæſt.* 3. *numero* 68. & *duobus ſeqq.* Excommunicationem ipſo iure incurrit, *ibid.*

*Hijos dalgo.*

VVlgo nominati, à qualificatis nobilibus, excellentioribus nempè, & illuſtrioribus diſtinguntur, *quæſtion.* 9. *numero* 87.

*Hiſpalis.*

HIſpalenſes Præfecti Prætorio, qua dignitate, poteſtate, quoque fungantur nomine? *q.* 9. *num.* 78.

*Hiſpania.*

AN vna tantum Prouincia à Romanis effecta? aut etiam in plures, & in quot diſtributa? *quæſt.* 9. *numero* 21.

HOMBRES DE ARMAS, vide verbo *Milites.*

*Homo.*

HOminem qui dicit, miſerabilem, ideſt, miſeriæ habilem conſequenter dicit, *quæſt.* 2. *numero* 1. 2. *&* 9. Vbi & hominis deſcribitur natura; *&* *numero* 22. Homo apud Iuriſtas locum generis tenet; apud dialecticos, ſpeciē conſtituit, *q.* 2. *numero* 5.

HONESTE, aut turpiter viuere, quæ dicatur, *q.* 3. *num.* 47. *&* *ſeq.* *&* *numero* 210.

*Honor.*

POtior vita reputatur, *quæſt.* 3. *numero* 23. Secundum ætatem diſtribui debet, *q.* 18. *num.* 27.

*Hoſpitale, Hoſpitalitas.*

ETſi magnos reditus percipiat, ſori Principis electione gaudet, *q.* 10. *num.* 25.

Hoſpitalitas Diuino, & humano Iure commendatur, *quæſt.* 15. *num.* 27. Ad peregrinorum hoſpitalitatem poſſunt excommunicatione compelli Ciues, *ibi num.* 25.

*Hypotheca.*

HYpothecaria actio, an detur contra furem, aut eius hæredem? *q.* 8. *num.* 40. Alia verb. *Minor*, verb. *Adminiſtrator*, verb. *Bona*, verbo *Dos*, & verbo *Fructus*.

# I.

ICTVS, verb. *Plaga.*

*Ieiunium.*

IEiunii obligatione, qua ætate mares, fœminæque eximantur? *quæſt.* 18. *num.* 67. *&* *ſeqq.* *vſque ad* 71.

*Ignorantia.*

FActi, non iuris excuſat, *quæſt.* 3. *numero* 248. *quæſt.* 5. *numero* 49. *&* *quæſt.* 17. *numero* 151. Minores excuſat, *dict.* *quæſt.* 5. *numero* 50. Et Vniuerſitatem, *quæſt.* 10. *numero* 44. Ruſticos, quibus in caſibus excuſet? *quæſt.* 13. *numero* 61. 62. 63. *&* *ſeqq.* Excuſat Milites, *dict.* *quæſt.* 17. *numero* 152. Alia ſupple verbo *Ruſticus*.

*Illegitimi.*

A Succeſsione paterna arcentur, *quæſt.* 9. *numero* 117.

*Imaginatio.*

IMaginationis vis, & potentia, *in procem. numero* 12.

*Immunitas.*

MVnerum ciuilium, & publicorum ſimpliciter conceſſa, ordinariorū, & realium vacationem non continet: perſonalium. & eorum, quæ à Iudicibus indicuntur, continet, niſi munus tutellæ ſit, *quæſt.* 3. *numero* 201. Nulla ab hoſpite recipiendo, liberat, *quæſt.* 15.

15.*numero* 36. verſ. *Nullam*. Eccleſiarum, ipſarummet fauore conceſſa eſt, *quæſt*. 8. *numero* 50. An ex veteris Teſtamenti lege, aut Euangelica ſit conceſſa? *ibid. remiſſiuè*. Ab Ethnicis etiam eorum fanis conceſſa, *ibid*.

*Impeditus.*

AD longum tempus, vel in perpetuum, citatus, an procuratorẽ mittere teneatur, *q*.3.*num*.256.

*Impenſa.*

FVneris cuiuis alii creditori præfertur, *quæſt*.3.*numero* 281. Et infirmitatis, *ibidem*.

*Imperator.*

NOn niſi Miles deligendus, *quæſt*. 17.*numero* 52.

*Imperium.*

ET Eccleſia, ac vtriuſque priuilegia fraternizant, *q*.8.*num*.32.

*Implementum.*

IMplementi defectus, an reſcindat, anulletve contractum? *quæſt*.8.*numero* 252. Et quid implementi deffectus ex parte Eccleſiæ, vel Fiſci accidat? *ibi. numero* 251.

*Impubes.*

PAtrem habens, pupillus non dicitur, nec fori priuilegio vtitur, *quæſt*. 3. *numero* 35. Qui ſe hæreditati miſcuit, abſtinere poteſt, *ibi. numero* 130. An iurare, & periurium committere poſsit? *quæſt*.5.*numero* 69. An, & quando pro eius teſtimonio præſumatur? *ibid. numero* 71.*in fin*. Alia verbo *Pupillus*, & verbo *Minor*.

*Incertitudo.*

INcertitudo actum vitiat, niſi pars non opponat, *quæſt*. 3. *numero* 86. *quæſt*. 8. *numero* 70. Publico, aut Eccleſiæ fauore non vitiat, *ibid. numero* 71. Rei, vel loci, æquiparatur, *ibi. numero* 73.

*Incertus.*

DE ſtatu ſuo, teſtari non poteſt, *quæſtion*. 17.*numero* 137.

*Indebitum.*

INdebite ſolutum repeti poteſt, *q*.8. *num*.360. Quid ſi Eccleſiæ fuerit ſolutum? *ibi. num*.261. & 262. Solutum priuilegiatus repetens, an in recipientẽ probandi transferat onus? *in proœm. num*.49. Alia verb. *Repetens*.

*Inducta.*

AD vnum finem, contrarium operari non debent, *q*.11.*num*. 16. Et illata, vide verb. *Res inductæ*.

*Infirmitas, Infirmus.*

INfirmus vires corporis minuit, animi addit, *q*.3.*num*.251. Plures vtilitates, effectusque appetendos producit. Scientiarum, & Artium Magiſtra, *ibid. & num. ſeq*. Ab ignorantia eius, quod publicè proclamatum eſt, excuſat, *ibi. num*.280. Suorum, etiam excuſat à cõparendo, *ibid. num*.257. Infirmitatis impedimento allegato, oblataque de illa fide, Iudicis poteſtas ſuſpẽditur, inque valetudinis tempus iudiciũ differtur, *ibi. num*.258. Delicti pœnam minuit, *d. q*.3.*n*. 261. Animi, corporis infirmitati præponderat, *ibi num*.5. Infirmitatis ſumptus, vide verb. *Impenſa*.

*Infirmus.*

DIuturno etiam morbo laborans, nõ ſemper, & in omni caſu miſerabiliũ priuilegiis gaudet, *in proœm. n*. 6. Diues, non gratis ab Aduocatis aut

procuratoribus iuuandus neceſſario eſt, neque ab ſportularum ſolutione excuſatur, *ibid.* Neque legatum miſerabilibus factum conſequitur, *ibi. numero* 8. An pro ciuili debito, crimineve in carcerem mitti poſsit? *dict. quæſt.* 3. *numero* 252. *&* *quæſt.* 18. *num.* 65. Torqueri non poteſt, *dict. quæſt.* 3. *num.* 253. Ab executione liberatur, quæ contra ſic infirmantem fieri non debet: *ibi. numero* 254. A contumacia excuſatur, *ibi. numero* 255. Et an procuratorem citatus mittere debeat? *ibid. num.* 256. In integrum reſtituitur, conſtito de infirmitate, ad vlteriora iudice procedente, *dict. quæſt.* 3. *numero* 259. A negligentia excuſatur, *ibi. numero* 260. A pœna, pœnitentiaque excuſatur, *ibid. numero* 261. Teſtimonium præſtare nõ cogitur, *dict. quæſt.* 3. *numero* 262. Qui diurnis horis perſonaliter adeſſe non poteſt, vel abſens eſt, ſanitatis recuperandæ gratia, diſtributiones quotidianas percipit, *ibi. numero* 263. Etiam ſi propria culpa in infirmitatem incidiſſet; ſi in ſanitate ſaltem diuinis horis conſueuerat intereſſe, *ibid. numero* 264. *&* 265. An, & quando à muneribus perſonalibus, vel etiam realibus excuſetur, *ibi. numero* 266. *&* *quæſt.* 18. *numero* 38. Excuſatur ab omnibus, quæ ſanitati ob eſſe, aut incommodè fieri poſſunt, *dict. quæſt.* 3. *numero* 267. Romam ire pro abſolutione obtinenda, non cogitur, *ibi. numero* 269. Longa infirmitate grauatus, à beneficio, præbenda, vel dignitate remouendus non eſt, ſed per coadiutorem ſeruiet, *ibi. n.* 270. An valide cum medico contrahat? *ibi. numero* 283. Ab arbitrando excuſatur, etiam poſt arbitrandi munus ſuſceptum, *dict. quæſt.* 3. *numero* 284. Iniuriarum remiſsionem faciens, an ad bonam valetudinem deueniens, actionem inſtaurare poſsit? *ibi. numero* 288. Et an donationem in infirmitate factam reuocet conualeſcens? *ibidem remiſſiuè.* Qui propter aduerſam valetudinem, officii vacationem obtinuit, iiſdem potitur priuilegiis, ac ſi in eo exiſteret, *ibi. numero* 289. Obſtrepentes, vel malcantes à vicinitate expellere poteſt, *ibi. numero* 290. Abſens reputatur, *quæſt.* 7. *numero* 12. Non niſi graui, diuturnoque morbo fatigatus fori vtitur priuilegio, *q.* 11. *num.* 28.

*Ingratus.*

MIſer eſt, *quæſt.* 2. *num.* 21. Alia vide verbo *Donatio.*

INGRESSVS Monaſterium, verbo *Monaſterium*, verb. *Religio*, & verb. *Religioſus.*

*Iniuria.*

CLerico facta, Eccleſiæ, ipſique Deo Optimo Maximo facta cenſetur, *quæſt.* 9. *numero* 4. Intelligitur, *ibi. numero* 84. Et an ſit ſacrilegium ex natura rei, iure poſitiuo ſecluſo? *ibidem.* Nulla eſt in miſeri vita. Et an ſeruo fiat? *quæſt.* 16. *numero* 12. 13. *&* 14. Iniuriarum actio partium conuentione, aut diſsimulatione extinguitur, *quæſt.* 3. *numero* 287. Remiſsio ab infirmo facta, vide verb. *Infirmus.*

INIVSTVS miſer eſt, *quæſtion.* 2. *numero* 36.

*Inquiſitio.*

COntra non infamatum non tenet, niſi pars non opponat, *quæſt.* 3. *numero* 84. *&* *ſeq.*

*Inſtantia.*

MIſerabilium fauore non perimitur, quia iure Canonico non perit, *in proœm. numero* 56.

*Inſtrumenta.*

DE nouo reperta ſententiam latam non infirmant, *quæſtion.* 8. *numero* 163.

163. Quid in Eccleſia, Fiſco, Republica, & Minores? *ibi. n.* 164. & 165. Poſt concluſum in cauſa, reperta ab Eccleſia, Prælati etiam negligẽtia in eis perquirendis data, admittenda ſunt, *ibi. nu.* 167. Pro aliis, niſi omnimoda adhibita diligentia, admitti non poſſunt, *d. q.* 8. *n.* 168. Et quid pro miſerabilibus? *in proœm. n.* 35. Duobus eadem die confectis, miſerabilium prius celebratũ præſumitur, *ibi. n.* 84.

### *Inſtrumentum.*

AN, & quatenus probatio probata dicatur? *q.* 3. *n.* 184. Falſum producens, & falſi pœna, & cauſæ amiſſione plectitur, *q.* 8. *n.* 395. Ampliatur in pupillo, cuius tutor falſam ſcripturã producit, *ibid. nu.* 296. Et quid in domino, cuius procurator falſa ſcriptura vſus eſt? *ibi. n.* 397. Ab Eccleſiæ adminiſtratore productum, Eccleſiæ nõ nocet, *ibi. n.* 398. Niſi à toto capitulo productum ſit, *ibi. n.* 399. In ſui fauorem illud producens, impugnare nequit, id ipſum, *ibid. n.* 400. Eccleſia poteſt, *ibid. n.* 401. Alia verbo *Tena inſtrumenti*, verbo *Edere*, & verbo *Arma*.

### *Inſtrumenta.*

RVralia pro nullo regulariter debito capi poſſunt, executionive ſubiici, *q.* 13. *n.* 36. Et quid ſi alia debitoris bona non extent? *ibi. n.* 37. 38. & 39. A vectigali ſunt immunia, *ibi. n.* 40. Furto ſubtrahens, qualiter olim puniretur? *ibid. n.* 43. Quæ dicantur? quæque ruſticorum appellatione contineantur, vt pignoratio, vel executio in eis fieri nequeat? *ibid. n.* 45.

## Intellectus Legũ Ciuilis, Canonici, Regiiq; Iuris.

### *Ex Digeſto veteri.*

INtellectus *Legis* Debitor, 49. D. de iudic. *quæſt.* 3. *numero* 19. *Legis* Iulianus, 14. §. Si quis à pupillo, & §. Si quis colludente, D. de action. empt. *dict. quæſt.* 3. *numero* 152. & *quæſt.* 5. *numero* 48. *Legis* Si communem, 10. D. quemadmod. ſeruit. amitt. *quæſt.* 10. *numero* 22. 34. & 36. *Legis* Qui in carcerem, 22. D. de eo quod met. cauſ. *quæſt.* 11. *numero* 37. *remiſſiuè.* *Legis* Cum de in rem verſo, 6. D. de vſur. *quæſt.* 13. *numero* 67. *Legis* Habebat, 13. D. de inſtitor. action. *quæſt.* 14. *num.* 19. *Legis* 2. D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. *quæſt.* 16. *numero* 14.

### *Ex Digeſto nouo.*

L*Egis* Quod maior, D. ad municip. *in proœm. numero* 13. & *quæſt.* 10. *numero* 87. *Legis* Malum, 242. §. Viduam, D. de verbor. ſignific. *quæſt.* 6. *numero* 8. & *ſeqq.* *Legis* Labeo ait, 15 §. Prætor ait, primo, & §. ſeq. D. de in iur. *quæſt.* 16. *numero* 14. *Legis* 2. §. 1. D. de vacat. mun. *quæſt.* 3. *numero* 195. & *ſeq.* *Legis* 3. §. Quamuis, D. de muner. & honor. *quæſt.* 18. *num.* 32.

### *Ex Codice.*

L*Egis* Quoties, 15. C. de rei vindic. *q.* 8. *nu.* 448. & 449. *Legis* Si infantis, 18. C. de iure deliberand. *quæſt.* 3. *num.* 170. *Legis* fin. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. *quæſt.* 8. *numero* 8. *Legis* Si defunctus, 10. C. arbitr. tutel. *ibi num.* 194. & *ſeq.* *Legis*, 1. C. de donation. quæ ſub mod. *ibid. num.* 249. *Legis* Præſenti, 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. *ibi. num.* 319. *Legis* Si quis in hoc genus, 10. C. de Epiſc. & Cleric. *quæſt.* 9. *num.* 16. 60. & *ſeqq. vſque ad* 82. *Legis* Necui, 32. C. de locat. *quæſt.* 8. *numero* 330. & 331. & *quæſt.* 12. *num.* 43. *Legis* Quiſquis, 5. C. ad leg. Iul. Maieſt. *quæſt.* 9. *numero* 5. *Legis* vnicæ, C. ſi in communi eademque cauſ. in integr. reſtitut. poſtul. *quæſtion.* 10. *numero* 22. 34. & 36. *Legis* 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appell. *Et Legis* Præcipimus, §. Eodem obſer-

uando, C. de appellation. *dict. quæſt.* 10. *num.* 22. 34. *&* 36. *Legis* fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. *quæſt.* 10. *num.* 48. *Legis* Æde 3. C. de locat. *quæſt.* 12. *num.* 41. *Legis* Certi iuris, 5. C. de locat. *quæſt.* 5. *num.* 58. *&* 59. *quæſt.* 12. *num.* 42. *& quæſt.* 13. *num.* 59. *Legis* fin. C. eod. tit. *dict. quæſt.* 13. *num.* 12. Legis Cum à matribus, 8. C. qui pet. tut. *q.* 19. *num.* 24.

*Ex libro decimo Codicis.*

L*Egis* Quoties, 3. C. de exact. tribut. *dict. q.* 8. *num.* 325. *Legis* 2. C. quemadmod. ciuil. mun. *& Legis* Vniuerſos, 15. C. de Decurion.

*Ex libro duodecimo Codicis.*

L*Egis* Fortiſsimi, 6. *Legis* nulli, 7. C. de erogat. milit. annon. *q.* 8. *n.* 426. & 427.

*Ex Authenticis.*

A*Vthenticæ* Qua in Prouincia, C. vbi de crimin. agi oport. *q.* 3. *num.* 23. *Authenticæ* Sed nouo iure, C. de Epiſcop. & Cleric. *q.* 9. *num.* 60. *Authenticæ* De ſanctiſsimis Epiſcopis, §. Si quis contra, coll. 9. *ibi. num.* 82. *Authenticæ* Omnes peregrinos, C. commun. de ſucceſ. *q.* 15. *num.* 31. *Authenticæ* Cõtra cũ rogatus, C. ad S.C. Trebell. *q.* 8. *nu.* 294. Authenticæ Quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. *q.* 10. *n.* 48.

*Ex Decreto.*

C*Apitis* Si quis Romipetas, 24. *q.* 3. *quæſt.* 14. *nu.* 14. *Capitis* Sacerdos, 1. q. 2. *& Capitis* Quod autem, 23. q. 7. *q.* 9. *nu.* 29. *Capitis* Si quis ſuadente, 17. q. 4. *ibi. n.* 48. *ad fin. Paragraphi* Qui autem, *eiuſdem capituli, ibi. nu.* 53. *& ſeqq.*

*Ex Decretalibus.*

C*Apitis* Inter Monaſterium, 20. & *Capitis* Suborta, ſequenti, de ſent. & re iudic. *q.* 8. *num.* 165. *remiſſiuè. Capitis* Ex parte, de cenſib. *ibid. num.* 148. *Capitis* per tuas, 9. de arbitr. *q.* 10. *nu.* 37. *& ſeq. Capitis* Quod in dubiis, 3. De conſecr. Eccleſ. *ibi. num.* 39. *Capitis* Ad Apoſtolicam. 42. de ſimon. *q.* 8. *num.* 322. *Capitis* Eccleſia ſanctæ Mariæ 10. de conſtit. remiſſ. *ibi. n.* 4.

*Ex ſexto Decretal.*

C*Apitis* Fœlicis, de pœn. *quæſt.* 9. *numero* 51. *remiſſiuè.*

*Ex Partitis.*

L*Egis* 57. tit. 6. part. 1. *q.* 3. *num.* 19. *Legis* 1. tit. 16. part. 2. *q.* 9. *num.* 5. *Legis* 30. tit. 1. part. 6. *q.* 15. *nu.* 31. *Legis* 3. tit. 19. part. 2. *q.* 18. *n.* 20.

*Ex legibus Taurinis.*

L*Egis* 55. *quæſt.* 16. *numero* 48. *& ſequentibus.*

*Ex noua Regia Collectione.*

L*Egis* 4. tit. 1. lib. 3. *q.* 9. *num.* 24. *&* 25. *& num.* 28. *& ſeqq. Legis* 4. tit. 1. lib. 4. *ibi. nu.* 48. *& ſeqq. Legis* 22. tit. 11. lib. 5. *q.* 16. *num.* 47. *Legis* 2. tit. 3. lib. 5. *ibid. Legis* 1. tit. 1. lib. 6. *q.* 18. *n.* 20.

*Intereſſe.*

NOn habens, de eoque non docens, admitti in iudicio nõ debet, *quæſt.* 3. *numero* 99. *quæſt.* 8. *numero* 65. *& quæſt.* 16. *numero* 6. Pupillorum fauore admittitur, *dict. quæſt.* 3. *numero* 100. Et redemptionis, ac libertatis, *dict. quæſt.* 16. *numero* 104. *&* 105.

*Intru-*

*Intruſus.*

NEque ſibi, neque alii per intruſionem ius quærit, *quæſt.*8.*num.*263. Per intruſionem titulus, vel poſſeſsio quæſita perditur, *ibi.num.*264.

*Inuaſor.*

INuadens res alienas, vel proprias apud alios exiſtẽtes, quibus ſubiicia tur pœnis? *quæſt.*10.*num.*75.

*Inuentarium.*

INfrà quod tempus ab hærede conficì debeat? *quæſt.*3.*num.* 180. Tutoris cum Iudicis decreto faciendum, *ibi. numero* 182. Et quid in inuentario hæredis? *ibid. numero* 183. *remiſſiuè.* Eius copia integra cohæredi petenti danda eſt, *ibi. numero* 188. Niſi cum pupillo litiganti, *ibi.num.* 189. Conficere omnes, qui hæreditatem adeunt, debent, *quæſt.*8.*numero* 349. *&* *quæſt.* 17. *num.* 221.

*Inueſtitura.*

INtra annum & diem à vaſſallis petenda eſt, *quæſt.*17.*num.*109. A milite, intra annum, & menſem, *ibi. n.* 110.

*Inuidus.*

MIſer eſt, nec fori priuilegio gaudet, *quæſt.*2.*numero* 18.*&* *à numero* 8.*cum ſequentibus*, *&* *quæſt.* 20. *numero* 13.

*Ioannes Maria Nouarius.*

REprehenditur, *in procemio, num.* 12. *&* *ſequentibus*, *quæſt.*3.*num.* 45.*&* *quæſt.*18.*num.*16.

*Iracundus, Ira.*

IRacundus miſer eſt, *quæſt.* 2. *numero* 16, Ira furor breuis eſt, *ibidem.*

*Iudex.*

IN miſerabilium cauſis ex officio ſuo per inquiſitionem procedit, *in procemio, numero* 50. Et an hodie in cœteris quoque? *ibidem, &* *quæſtion.* 3. *numero* 112. In arbitrando quem miſerabilem, non in immenſum extendere arbitrium ſuum debet, prout ſe humana miſera conditio extendit; ſed ad legis metam, intraque eius terminos illud continere, *quæſtion.* 2. *numero* 8. In ſyndicatu, ad Principis Tribunal trahi nequit, *quæſtion.* 3. *numero* 76. Nemine petente, tutorem, & Aduocatum pupillo dare poteſt, *ibi. numero* 99. Et fœminis, *ibi. numero* 236. Non niſi petitum officium ſuum impartiri debet, *ibi. numero* 98. *&* *quæſt.* 8. *numero* 69. Sine accuſatore contra quemuis inquirere, aut procedere non poteſt, *dict. quæſt.* 3. *numero* 112. Pupilli fauore, poteſt, *ibi.num.* 113. An in rerum minorum, iurium, & actionũ alienatione, interponere decretum ſuum debeat, & requiratur? *ibi. numero* 154. Sine cauſæ cognitione ad rei pupilli venditionem interponere decretum ſuum non debet, & peccat interponens, *ibi. numero* 155. An vt pecunias pupillares in prædia, vel fœnus tutor conuertat, illud interponere debeat? *dict. quæſt.* 3. *numero* 177. Morbo inutilis effectus, officio remouetur, *ibi. numero* 272. Infirmitate durante, dum in officio exiſtit, ſalarium percipit, & ſeruire intelligitur, *ibi. numero* 273. Infirmus, an alium ſuo loco ſubroget? *ibi. numero* 277. Et an delegatus? verbo *delegatus*. Nemine petente procuratorem compellere poteſt, vt mandatum oſtendat, *quæſtion.* 8. *numero* 64. Eccleſiam defendere, in integrumque illi reſtitutionem dare ex officio poteſt, *ibi. numero* 68. Indebitè aliquem carcerari mandans in ſyndicatu tenetur, *quæſt.* 11. *numero* 72. Ex officio ſuo procedens, partem habet, quam delator habiturus erat, ſi Eccleſiæ vtilitas in eo vertatur, *quæſtion.* 8. *numero* 442.

Aliter non habet,ſed Camera, *ibi.numero* 443. Eccleſiaſticus, in mixti fori criminibus competens eſt,etiam inter laicos,*q.*9.*nu.* 70. Ditionem ſuam vitiis,ac malefactoribus purgare debet, *ibi.num.*72. Aduocati officium, an & quando exercere poſsit? *quæſt.* 10.*num.* 105. Negotiari prohibetur, *ibi. numero* 106. 108.& 111. Etiam palam, & bona fide,*ibi.num.* 109. Et tam perpetui, quàm temporales,maior, ac minor,*ibi. numero* 107. Viſitare carceratos debet, eoſque relaxare. Et quibus diebus? *quæſt.*11.*num.*38. Iniuſtèque carcerari aliquẽ præcipiens, qualiter puniatur? *ibi.nu.* 72. In tortura, vt ſenem arbitretur,quem tenere modum debeat? *quæſt.* 18.*num.*14. Originarius eſſe nõ debet, *quæſt.*15. *num.* 56. Iudices præcipuos habens, ad Curiam trahi non poteſt. Et qui habeat? *quæſt.*3.*num*.76. *remiſſiuè.* In ſuffragiis diſſentientibus Iudicibus,quorũ præualeat ſententia? Quiſque ſeruandus ordo? *quæſt.*16. *num.*73. 74.75.& 76. Iudicare in dubio pro miſerabilibus debet, *quæſt.* 11. *num.* 33.

Iudicandi munus perſonale eſt, *q.* 18.*numero* 38.

*Iudicium.*

IBi finiri debet,vbi cœptum eſt, *q.* 3. *num.* 10. Cum excommunicato agitatum,ſi de excommunicatione à parte non fuerit oppoſitum, tenet, *ibi. numero* 82.

*Iuramentum.*

PErhorreſcentiæ,ad fori priuilegium præciſè non requiritur, *q.* 3.*nu.*38. Quẽadmodũ quod ſine diſpẽdio ſalutis æternæ ſeruari non poteſt, obligatoriũ nõ eſt:ita nec quod ſine corporalis ſalutis detrimento, *ibi.nu.*268. Actionẽ ſine ceſsione transfert,*q.*8.*n.*259. Calumniæ,ab omnibus regulariter præſtãdum eſt,*q.*9.*n.*108. Malitiæ,calumniæ, & veritatis an,& in quo differant? *ibi. n.*109. *remiſ.* Peregrini dicentis res apud cauponem,nautam, vel ſtabula riũ depoſuiſſe,& ablatas conqueſti,an probet? *q.*15.*n.*38. Senis, de illicitè quæſitis,ſtatuto Mediolanenſi,probat? *q.* 18. *n.*96. Non firmat contractum furioſi, prodigi,aut pupilli? *quæſt.*19.*n.*19. Alia ſupple, verbo *Relaxatio.*

*Ius.*

CAnonicum in piis,& miſerabilium cauſis attenditur, *in procem.numero* 56. Patronatus, eſt ſpirituali anexum,*quæſt.*8.*num.*296. Facilius conſeruatur,quam adquiritur,*q.*10.*n.*36. Publicum, pactis priuatorum non tollitur, *ibi.numero* 99. Accreſcendi, vide verbo *Accreſcendi ius.*

## L.

*Labor.*

LAbori cum parcitur, rectà ſæpè via perditur,*in procem.num.*4. Laborem indefeſſum ſtudia requirunt, *quæſt.* 12.*num.*5. Dulcem reddit agricultura, *quæſt.* 13. *num.* 17. Nil ſine labore datum mortalibus,*ibi.num.*20. Alia verbo *Operari.*

*Laicus.*

NOnniſi coram Iudice Eccleſiaſtico Clericum poteſt conuenire, *q.* 3.*num.*78. Niſi in reconuentionis caſu,*ibi.num.*79. Eccleſiaſtica negocia tractare non debet *q.* 10.*n.*38. Vt delegatus,an & quando poſsit? *ibid.*

*Lectus.*

QVotidianus ſuperuiuenti coniugi debetur,*q.* 3.*n* 223. Inter hæredes ad partitionem trahitur, intra annum luctus matrimonium coniuge cõtrahente,*ibi.n.*224. Vt reſtitui debeat, quo tẽpore ſecundæ nuptiæ cõtrahendæ? De quibus bonis ſit facienda deductio? Qualiterque eius diuiſio fiat? *ibi. n.*225.

Lega-

*Legatum* ]

MIſerabilibus perſonis factum, non cõſequitur pupillus, vidua, vel aliter miſerabilis, ſi diues ſit, *in proœm. numero* 8. Neque illis tunc relictum, pium dicitur, etiam ſi pro dote, alimẽtis, vel anima etiam relinquatur, *ibid.* Miſeris factum, an diminutionem patiatur pro rata, patrimonii viribus non ſufficientibus? *ibid. n.* 26. Et quid ſi Eccleſiæ fiat? *q.* 8. *n.* 288. Doti, aut alimentis? *ibi. nu.* 289. Et cuilibet legato pio? *ibi. n.* 290. Et an reſpectu legitimæ diminutio facienda ſit? *ibid. n.* 291. Quidque regulariter? *ibi. n.* 287. An etiam non adita hæreditate, miſeris debeatur? *in proœm. n.* 34. Mobilium eiſdem factum, an adquiſita poſt teſtamentum conditũ (vt Eccleſiæ factum) cõprehendat? *ibid. n.* 37. Cauſæ piæ relictum propria auctoritate capi poteſt, *ibi. num.* 43. Pro incertis male ablatis, pauperibus relictũ, reuocari non poteſt. *in proœm. numero* 52. Et quid ſi miſerabilibus relinquatur, *male ablatorum* qualitate non adiecta? *ibid.* Piæ cauſæ, aut miſerabilibus relictum, eius rei alienatione poſtea facta, an debeatur? *dict. proœm. numero* 53. *&* *quæſtion.* 8. *numero* 221. Quid pro dote, aliisve regulariter factum? *quæſtion.* 16. *numero* 70. *&* 71. Piæ cauſæ Eccleſiæ, vel miſeris factum, ſi cancellatum reperiatur, nec de teſtatoris volũtate cancellatum conſtet, debetur, *in proœm. n.* 54. Deletum, vel cãcellatum repertum, an caſu, conſultovè factum putetur? *dict. quæſtion.* 8. *numero* 424. *&* *quæſt.* 16. *numero* 65. Quid in aliis? *dict. quæſt. num.* 64. *&* *dict. q.* 8. *n.* 425. Indebitum miſerabilibus ſolutũ, an repetatur? *in proœm. n.* 57. Rei alienæ ſciẽter, ſiue ignorãter miſeris, libertati, aut piæ cauſæ relictum, an valeat? *ibi. n.* 70. *&* *q.* 16. *n.* 113. *&* 114. Miſeris, aut piæ cauſæ factum, an ex eiſdem cõiecturis, quibus aliis factum, reuocatum cenſeatur? *in proœm. n.* 52. Minimum, aut mediocre ſaltem debetur, non melius, dubio exiſtente legato, *q* 8. *n.* 147. Eccleſiæ melius præſtatur, *ibi. num.* 148. Virginibus orphanis dandum, an patre ſolum carentibus dari poſsit? *q.* 4. *num.* 9. An rectè fiat, virgini quoad vidua erit? *q.* 6. *n.* 2. *&* 13. Alimentorum, vel piæ cauſæ, in non perfecto teſtamento relictum, ſi per triennium præſtari cõtingat, in futurum debetur, *q.* 8. *n.* 320. Pro Eccleſia conſtruenda, licet ædificio fiẽdo locus à teſtatore deſignatus nõ ſit; caducũ non redditur, *ibi. n.* 72. In aliis, loco certo ædificio fiendo non deſignato, deriſorium redditur, *ibi. n.* 73. Mobilium, quæ poſt teſtamẽtum patrimonio teſtantis accreuere, non comprehendit, *ibi. n.* 158. Niſi Eccleſiæ ſit factum, *ibi. n.* 159. Ab vno hærede nominatim relictum, ab aliis nequit poſtulari, *dict. q.* 8. *n.* 179. Eccleſiæ, vel alimentis ſic relictum, ab omnibus hæredibus exigi poteſt, *ibi. n.* 180. Ab hærede nominatim relictum, à fideicommiſſario non debetur, nec cenſetur repetitum, *ibi. n.* 383. Niſi Eccleſiæ relictum ſit, *ibi. num.* 384. Tot aureorum Eccleſiæ factum, annuum præſumitur, *dict. quæſt.* 8 *num.* 396. Aliis ſecus, & vnica præſtatione perimitur, *ibi. n.* 197. Alienatione voluntaria videtur ademptũ, *ibi. num.* 219. Eius ademptio coniecturis deducitur, & probatur, *ibi. num.* 220. Eccleſiæ factum, alienatione voluntaria non extinguitur, *ibi. numero* 221. Quod pro non ſcripto habetur, ſi Eccleſiæ, vel piæ cauſæ relictum ſit, debetur, *quæſt.* 8. *numero* 304. Si alteri fratrem apud hæredem, vel ſubſtitutum remanet, *ibi. numero* 305. Alicui factum de mille, ſi nubat; de centum, ſi Religionem ingrediatur; an Religionem intranti mille nihilominus debeantur, *ibi. numero* 405. Eccleſiæ, Libertati, vel pro Militia relictum anno tertio, vel quarto, in principio anni debetur, *dict. quæſt,* 8. *numero* 422. Aliis, non ita, *ibi. numero* 423. Libertatis, ſuſtinetur, nullo etiam exiſtente in teſtamento hærede, *q.* 16. *nu.* 66. In aliis, contra, antiquiore iure. Quidque

 de

de Regio?*ib .numero* 67. Deficit conditione deficiente, ſub qua relictum eſt; non tamen libertati factum, *ibi.numero* 212. Fieri valet mulieri, in quam etiam turpis ſuſpitio cadere poteſt, *quæſt.* 17. *num.* 141.

*egatus.*

DVm munere ſuo fungitur, ne propriis quidem occupationibus vacare poteſt, *quæſt.* 3. *numero* 146. Niſi in pupillorum fauorem, *ibi.num.* 147. Legatione durante, pro Eccleſia, etiã extra Curiam, non poteſt interim à creditoribus conueniri, *quæſt.* 8. *numero* 372. Et quid ſi ad Principem, vel à Principe legatus ſit? *ibi.num.* 373. Et quid ſi ab Vniuerſitate? *ibi. num.* 374. Principis, aut Papæ, pars corporis, Principis dicitur, *quæſt.* 9. *numero* 49. Priuato odio eum offendens, an læſæ Maieſtatis crimen incurrat? *ibi.num.* 59.

*Legio* quibus militibus conſtabat? *q.* 17. *num.* 8.

*Læſæ Maieſtatis.*

CRimen in Principis Tribunali diſcutitur, *q.* 9. *n.* 15. Huius criminis reus qualiter puniatur? *ibi.num.* 61.

*Leuare domum ſuam*, verb. *Domus.*

*Lex.*

TAxatiue loquens, an miſerabilium fauore extenſionem recipiat? *in proœm.numero* 38. Et Eccleſiæ? *quæſt.* 8. *numero* 182. l.vnic. C.quando Imper. inter pupill. & vid. An duos ſeparatos contineat caſus? diuerſimodeque in eis diſponat, an æqualiter? *quæſt.* 3 *numero* 1. A Diuina deſcendit, *ibi numero* 2. Et procedit, ſiue miſerabiles perſonæ in ea contentæ agant, ſiue conueniantur, *ibi.numero* 3. Et non ſolum in prima, ſed etiam in ſecunda, & vlteriori inſtantia, *ibi. numero* 4. Et an ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam coram Ordinario? *ibi. numero* 5. Et in cauſis iuriſpatronatus? *ibi.numero* 28. Et latius de ea per totam eam *quæſtionem* 3. Generaliter loquens, generaliter intelligenda, & *ibi.numero* 23. De pupillo taxatiue loquens, in adulto quoque curatorem, vel adminiſtratorem habente locum habet, & è contra, *quæſt.* 5. *num.* 7. Prohibitiue loquens formam incommutabilem inducit, etiam clauſula decretove irritante non adiecto, *quæſt.* 9. *numero* 45. Si voluiſſet expreſſiſſet, *quæſt.* 6. *numero* 11. Non verbis, ſed rebus impoſita eſt, *ibi.numero* 13. Mores prauos corrigit, non fouet, *quæſt.* 20. *numero* 14. Legis Diuinæ, vel humanæ transgreſſio ad ſacrilegii inſtar eſt, *quæſt.* 9. *num.* 60.

*Libellus.*

QValis qualis etiam incertus, parte quoque opponente admittitur in cauſis mercatorum, *q.* 14. *n.* 20. In aliis non vtique, *ibi.numero* 21. & 22.

*Liberalis.*

NEmo in neceſsitatibus exiſtit, *q.* 6. *num.* 34.

*Liberam* diſponendi facultatẽ de ſe qui non habet non multum à ſeruili conditione differt, *quæſt.* 5. *numero* 4.

*Libertus* qui in ſeruitutem reuocatur aduerſarium in prima cauſæ cognitione ad Principem trahere poteſt, *quæſt.* 16. *numero* 18.

*Libertas.*

QVid ſit? *quæſt.* 5. *numero* 4. Inæſtimabilis res eſt, & cunctis rebus longe pretioſior, *quæſt.* 16. *numero* 20. Omnibus rebus fauorabilior, *ibi. num.* 21. Piarum cauſarum priuilegiis gaudet, *quæſt.* 16. *num.* 42. Et minorum, *ibi. num.* 43.

An per fraudem impediatur? *ibi.numero* 58. & *ſeq.* A minore conceſſa cui (ætatis prætextu abſtinendi ius eſt) firma manet, *ibi. numero* 60. Semel data etiam ex falſa cauſa retractari nequit, *ibi. numero* 61. Hæreditate non adita non debetur, *ibi.numero* 67. Hæredita-

te adita (et ſi qui eam adiuit per reſtitutionem in integrum abſtinuerit) ſuſtinetur, *ibi. num.* 69.

Data ſeruo poſt modum alienato, an & quando debeatur? *ibi. numero* 71. Inducitur ex nominatione hæredis, vel tutoris de ſeruo facta, quo etiam poſt modum legato non perditur, *ibi. numero* 72. Adimi non poteſt per eum per quem vita poteſt, *quæſt.* 16. *numero* 7. Competit ſeruo ex filii nominatione à domino de ſeruo facta, *ibi. numero* 108. Directe relicta, quæ ideò ſubtili iure inutilis foret, ad fideicommiſſariā trahitur, *ibi. numero* 112. In inuitum cō fertur, *ibi. numero* 124. Paribus exiſtentibus ſuffragiis, pro libertate fauentia præualent, *dict. quæſt.* 16. *numero* 73. Alia, verb. *Seruus.*

*Libri.*

MErcatorum qua ſolemnitate conficiendi, vt mereantur fidē? *quæſt.* 14. *numero* 45. *remiſſiuè.* An & quā do in eorum fauorem probent? *ibi. num.* 43. *& ſeq.* Scholaſticorum illati in domum conductam non ſunt, vt alia bona pro penſione tacite hypothecati, *q.* 12. *num.* 42.

*Lis.*

A Cauſa, an & quatenus differat? *q.* 3. *num.* 23. Nulla inter patrem, & filium eſſe poteſt, *quæſt.* 17. *numero* 211. Pro Caſtrenſibus, aut quaſi poteſt, *ibi. numero* 212. Alia, verb. *Cauſa*, verb. *Vniuerſitas*, & verb. *Teſtes.*

*Locare.*

OPeras ſuas in perpetuum quis non poteſt, *quæſt.* 8. *num.* 188 In Eccleſiæ fauorem poteſt, *ibi. num.* 189. Domum ſuam quis non compellitur, *q.* 15. *num.* 37.

*Locus.*

CElebrati contractus eaſdem quas domicilii, & originis vices ſuſtinet, *quæſt.* 14. *num.* 3. Et potentius contractus, quam domicilii cui tribuit, *ibi. num.* 32.

*Longa* eſſe non debent, quæ perſpicua ſunt, *q.* 19. *in princip. &* *n.* 10. *in fine.*

*Loqui* prius, an poſterius vel ſeniores debeant, aut ſoleant? *quæſt.* 18. *numero* 19.

*Lucrum.*

CEſſans ratione debiti non ſoluti, negotiari non ſolitus petens ab vſurarum labe immunis eſt, *quæſt.* 14. *numero* 29. Aliter negotiari ſolitus ſi lucrum ob non factam ſolutionem perdidit, *ibi. num.* 30.

LVDOVIC. GOMEZ carpitur, *q.* 3. *num.* 291.

*Luxurioſus* miſerabilis eſt, *q.* 2. *n.* 15.

M.

*Magiſtratum.*

GErere in ea Ciuitate ex qua oriundus quis eſt, vel larem conſtituit abſque ſacrilegii reatu vltronea Principis indulgentia non interuenien te quis non poteſt, *q.* 15. *num.* 54. & 56

*Maior.*

VIgeſsimoquinto annis apud nos hodie habetur maſculus, qui decē & octo annis maior matrimoniū contraxit, *q.* 4. *n.* 15. Viginti annis venia impetrata maior 25. annis habetur, nec reſtitutione, nec fauore legis vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. vtitur, *ibi. numero* 14 Maior pars, aut minor in actibus Vniuerſitatis, aut Collegii quando conſideretur, vel ſufficiat? verb. *Decuriones*, & verb. *Vniuerſitas.*

*Malitia.*

NOn præſumitur in eo, qui ſuo iure vtitur, *quæſt.* 3. *numero* 40. Agens fori priuilegio ſe indignum reddit, *q.* 2. *num.* 36.

*Malus*, nullus fœlix, *quæſt.* 2. *numero* 12.

*Mandatarius*, verb. *Procurator.*

*Mandatum.*

AN miſerabilium fauore morte mādantis non expiret? *in proœm. numero* 58. Libertatis gratia non expirat, *quæſt.* 16. *num.* 97. Regulariter finitur, *ibi. numero.* 96. Requiritur vt quis pro alio in iudicio poſsit comparere, nec ſine eo admittitur, *quæſt.* 8. *num.* 63. An ſeruitute, vel captiuitate finiatur? *q.* 16. *numero* 24. Et an alia mandantis, vel mandatarii ſtatus mutatione? *ibi. numero* 26. *&* 29. Contra Titium, & quaslibet alias perſonas Vniuerſitatē, aut Collegium non comprehendit, *quæſt.* 10. *numero* 101.

*Manifeſtum.*

EVidens, & notorium, an pro eodem reputentur, *q.* 1. *num.* 14.

*Manumiſſionis.*

ETiam à minore fiendæ iuſta cauſa eſt, quod ſeruus dominum infirmū curarit, *quæſt.* 3. *numero* 286. Manumiſſo inter viuos, cui expreſſe peculiū ademptum nō eſt, conceſſum videtur, *ibi. numero* 102. Manumiſſus in Eccleſiā, an Eccleſiaſtica perſona, & miſerabilis dicatur, ac fori priuilegio gaudeat, *quæſt.* 9. *numero* 2. 34. *& ſequent.* Manumitti à ſene potius, quam à iuuene intereſt, *quæſt.* 18 *num.* 4.

MARCHESANI impugnatur iudicium, *q.* 10. *num.* 33.

*Mare.*

PEr mare, aut periculoſa loca iterfaciens infirmus, & in mortis articulo conſtitutus dicitur, & neque inter viuos, & neque inter mortuos numerari poteſt, *quæſt.* 14. *num.* 7.

*Maritus.*

AN in bonis vxoris retentionem habeat, *quæſt.* 3. *num.* 231. Alere vxorem debet, qui ſine dote eius ve promiſsione duxit, *ibi. num.* 216. Nec conſtituendæ, aut augendæ dotis ratione donare vxori poteſt, *quæſt.* 6. *num.* 29. *&* 30. Grandæuus minoris ætatis virgini, ſiue ante, ſiue poſt matrimonium dotem cōſtituere in remunerationem poteſt, *ibi. numero* 33. Et vxor ſunt duo in carne vna, *quæſt.* 7. *num.* 13. Alia ſupple, verb. *Coniux*, & verb. *Bona.*

*Maſculinum.*

COncipit fœmeninum, *quæſt.* 8. *numero* 379. Non tamen in præiudicialibus Eccleſiæ, *ibi. numero* 380. Maſculus 20. annis maior, ſupr. verb. *Maior.*

*Mater.*

NEgligens in petendo filiis tutores qualiter puniatur? *quæſt.* 3 *numero* 93. Septuagenaria, an excuſetur? *quæſt.* 18 *numero* 76. Pro debito pupillari, an ad carcerem trahi poſsit, *ibi. num.* 144. Militis qui eam præteriit, an querelam habeat, *q.* 17. *num.* 179.

*Matrimonium.*

QVi contraxit decem & octo annis maior pro maiore 25. annis habetur, *quæſt.* 4. *numero* 15. Orbitatem tollit, *ibi. numero* 16. Filios à parentum poteſtate eximit, *quæſt.* 3. *numero* 36. De matrimonio eiusque fauoribus qui ſpeciatim egerint? *q.* 7. *num.* 7.

*Medicus.*

MIlitis læſſus militis fauore reſtituitur, *quæſt.* 17. *numero* 157. Alterius qui ex cauſa probabili, & neceſſaria abſens eſt, non ita, *ibi. n.* 156.

*Mediocre*, verbo *Legatum.*

*Melior res*, verb. *Legatum.*

*Membra* militum arma dicuntur, *q.* 17. *num.* 35.

*Mercantiles* cauſæ, verb. *Cauſa.*

*Mercatores.*

AN miſeri ſint? Forique Principis priuilegio gaudeant? *quæſt.* 14. per totam. Relegatorum vices ſuſtinent, *ibi. numero* 2. Inexplebili cupiditate tenentur, *ibi numero* 3. Etiam diuites, an inter pauperes propter aduerſæ fortunæ proximitatem numerari poſſint, *ibi. numero* 5. & 12. Aleatoribus comparantur, *ibi. numero* 6. An, & quando infirmis, inque mortis articulo conſtitutis comparentur, *dict. quæſt.* 14. *numero* 7. Ex vna cauſa agentes, & aliam probantes inter ſe obtinent, *ibi. numero* 18. Inter eos qualiſqualis petitio in ſcriptis, ore tenus, aut incerta, parte quoque opponente admittitur, *ibi. numero* 20. Soluere ſibimet poſſunt, *ibi. numero* 28. Poſſunt petere lucrum ceſſans ſi ob ſolutionem deſtinato tempore non factam lucrum perdidere, *ibi. numero* 30. Aliò tendentes, an in contractus loco reſpondere non adſtringantur? *ibi. num.* 33. 34. & 35. Agere compellunt, *ibi. numero* 39. Merces habentes ſatisdare non compelluntur, immobilia licèt, non poſſideant, *d. quæſt.* 14. *num.* 41. Alia *Mercatorum libri.*

*Meretrix.*

PRope Eccleſiam in propria habitans domo expelli poteſt, *quæſt.* 8. *numero* 209. Propria in domo habitans, an de vicinia expelli poſsit, *ibi. numero* 210. & 211.

*Metus.*

ARduæ viæ metam perdere facit, *in procem. numero* 4.

*Militandi.*

MVnus perſonale eſt, & quæ ætas ab eo excuſet? *quæſt.* 18. *num.* 20.

*Militare.*

DIcitur humanum genus, *quæſt.* 17. *numero* 55. Militaria priuilegia qui retulerint, *ibi. num.* 201. & 202.

*Milites.*

AN miſerabiles ſint, & fori Principis vtantur priuilegio, *quæſt.* 17. *per totam præcipuè à num.* 33. Qua forma in iuramentis præſtandis vſi ſint? *quæſt.* 17. *numero* 4. Veri præſtare quinque debent, & quæ? *ibi. numero* 5. *remiſſiuè.* Stationarii, ſeu Præſidiales qui? *ibi. numero* 11. Nomine non exercitio militum priuilegiis non gaudent, *ibi. num.* 16. 23. & *ſeq.* In matricula non deſcripti pagani dicuntur, nec priuilegiis militaribus vtuntur, *dict. quæſt.* 17. *numero* 17. Noſtri temporis, an antiquorũ militum priuilegiis gaudeant? *ibi. numero* 32. Vnde ſic dicantur? Quaſque habere qualitates debeant, *ibi. numero* 35. Neque in bello, neque in pace ſine labore diem tranſigere debent, *ibi. numero* 36. Nihil tam decorum habent, quã vulneratam oſtendere faciem, *dict. quæſt.* 17. *numero* 38. Euntes ad præliũ ad perpetuam rei memoriam teſtes recipi poſſunt, *ibi. numero* 39. In eo exiſtentes à quibuſvis caſibus, & cenſuris reſeruatis, vt in mortis articulo conſtituti abſolui poſſunt, *ibi. numero* 40. Cæteris priuilegiatis, aut priuilegiis, aut commiſeratione inferiores non ſunt, *ibi. numero* 41. Sub capitis pœna ſerui eſſe vetantur, *dict. quæſt.* 17. *numero* 44. Et qui ſtatus controuerſiam patiuntur, infamia notati, aut eius tãtum ſuſpitione affecti, *ibi. numero* 45. Ruſtici quoque eſſe prohibentur, *ibi. numero* 46. Et capite cenſi, *ibi. numero* 47. Nonniſi Ciues Romani eligi ſolebant, *ibi. numero* 49. Qui pro Republica cecidere per gloriam viuere intelliguntur, *dict. quæſt.* 17. *numero* 50. An vt potentes, difficiliſque conuentionis ad Principem trahi debeant? *ibi. nume-*

*ro*

*ro* 59. Qui in expeditione eſſe dicantur etiam ſi non actu militent, vt militaribus priuilegiis vtantur? *ibi. num.* 60. *& ſeqq.* In expeditione exiſtentes, ſi reorum partes ſuſtineant, num tam in ciuili, quàm in criminali cauſa corā Magiſtro militum cuius ſunt Imperio ſubiecti conueniendi ſint? *dict. quæſt.* 17. *numero* 66. *& ſeq.* Super cauſa ciuili, vel etiam criminali, cuius cognitio coercitioque ad militum Magiſtrum pertinet à miſerabili perſona conuenti neque ad alium iudicē, neque ad Principis Tribunal euocari poſſunt, *ibi. numero* 68. Nec ipſi ad alium Iudicem, aut Tribunal poterunt cauſam deferre, *ibi. numero* 69. In iudicem non ſuum conſentire nequeunt, *ibid.* Ne caſtra deſerant Iudices præcipuos habent, *dict. quæſt.* 17. *numero* 71. Atrociora crimina committentes, extra militum numerum remanent, militari honore priuantur, & pro eis coram locorum ordinariis conueniri, vel etiam ad Principem in prima cauſæ cognitione deferri non poſſunt, *ibi. numero* 72. Et quid hodie in Regali placito ſtatutum? *ibi. numero* 76. Agentes conuenire in foro ſuo reū debent, *ibi. n.* 74. 75. *&* 77. Non niſi à iure expreſsis priuilegiis gaudent, *ibi. numero* 75. Citra expeditionem degentes, ſiue quia ſponte militiæ vale dixerint, ſiue quod emeritorium ſponte, aut inuiti locum teneant: an, & quando cauſas ſuas coram Magiſtro militum diſcutere debeant? *ibi. num.* 78. Cuius ætatis à militari exercitio excuſentur miſsionemque obtineant, *ibid.* Citra expeditionem propriiſque in laribus degentes, an in contributionibus, & collectis cum paganis concurrant, *dict. quæſt.* 17. *num.* 79. Et an armati, aut continui? *ibid.* Directò poſt tēpora pubertatis ſubſtituunt, *ibid. numero* 84. Directè codicillis hæreditatem valide relinqunt, *ibi. numero* 86. Semel hæredes poſſunt deſinere eſſe hæredes, *ibi. numero* 89. Pro parte teſtati, & pro parte inteſtati decedere poſſunt, *dict. quæſt.* 17. *numero* 93. *&* 177. Ad accreſcendi ius non veniunt inuiti, *ibi. num.* 91. Vltra drodrantem grauare hæredem poſſunt, *ibid. numero* 98. Intra annum, & menſem inueſtituram petere poſſunt, *ibi. num.* 110. Carcerari pro debito nequeunt, *ibi. numero* 112. 113. *&* 114. Non in plus, quam facere poſſunt conueniuntur, *ibi. numero* 114. *&* 172. Non adſtringuntur filios nominatim inſtituere, aut exhæredare, *ibi. numero* 123. Pupillariter, & exemplariter filiis ſubſtituunt etiam ſi ſibi prius teſtamentum non fecerint, *dict quæſt.* 17. *num.* 125. *&* 126. Filiis emancipatis ſubſtituunt, *ibi. num.* 132. Cum duobus teſtamentis mori poſſunt, *ibi. numero* 134. Capite damnati, an, & quando teſtamenti factionem iure quoque communi habeant? *ibi. num.* 136. In certi de ſtatu ſuo teſtari poſſunt, *ibi. numero* 138. Surdi quoque, & muti, *dict. quæſt.* 17. *numero* 140. An, & quando mulieribus in quas turpis ſuſpicio cadere poteſt, donare, aut relinquere valeant? *ibi. numero* 142. *& ſeqq.* Etiam deportatos inſtituunt, *ibi. numero* 146. Effecti poſt delictum in iudiciumque deductum, an fori præſcriptione vtantur, *dict. quæſt.* 17. *num.* 155. Poſt ſententiam exceptionem peremptoriam opponere poſſunt, *ibi. numero* 159. Tutellas ſuſcipere non cogūtur, neque ad eas admittuntur volentes, niſi ad filiorum commilitonum, *ibi. num.* 161. A perſonalibus muneribus exiſtunt immunes, *ibi. numero* 162. Et, an à realibus, & his quæ à mercimonio proueniunt? *ibi. num.* 163. An laquei morte puniantur? *ibi. numero* 165. *& ſeq.* Verè contumaces appellant, *dict. quæſt.* 17 *numero* 170. Bonis cedere non poſſunt, *ibi. numero* 173. Nec foro ſuo renunciare, *ibi. numero* 175. Filiis ſuis pupillariter ſubſtituendo facere poſſunt, vt pro parte teſtati, pro parte inteſtati decedant, *ibi. numero* 177. Vnum inſtituendo in vno, alium in alio patrimonio, hoc ipſo declarant priuilegio militari vti velle, *dict. quaſt.* 17. *numero* 181. Etiam lucri ſpe teſtari poſſunt, *ibi. num.* 188.

Scien-

Sciētes filios habere ſi alios inſtituant, filioſque prætericrint, tacite eos exhæredaſſe intelliguntur, *ibi. numero* 194. Filiam in teſtamento appellantes, legatum eidem relinquentes eam videntur exhæredare, *ibi.num.* 197. Poſſunt ſeruos hæredes inſtituere, deinde exhæredes facere, *ibi.numero* 199. Ad teſtimonium ferendum euocari, cogive nō poſſunt, *ibi. numero* 205. Sine ceſsione agere valent, *dict.quæſt.* 17. *numero* 207. Ex tempore, & ad tempus hæreditatem relinquere poſſunt, *ibi. num.* 218. Simplici voluntate teſtamentum prius ſolemniter confectum irritum faciunt, *ibi.numero* 220. Inuentarii confectione ommiſſa hæreditatem adeuntes, an hæreditariis creditoribus in ſolidum teneantur, *ibi. numero* 222. Inuentarium non conficientes, an Falcidia priuentur? *ibi.numero* 223. In ſportulis perſoluendis leuantur, *dict.quæſt.* 17. *numero* 225. Senes eſſe debent, *quæſt.* 18. *num.* 74. In debitum ſolutum repetentes in aduerſarium onus probandi transferunt, *in proœm.num.* 49.

*Militia.*

TRipartita eſt, Armata, Cœleſtis, & Legalis, *quæſt.* 17. *numero* 1. & de aliis eius diuiſionibus, *ibi. numero* 21. & *ſeqq.* Armata in multiplici eſt differentia, & de cuiuſque natura, *ibi. numero* 2. & *ſeqq.* Ad legitimam, & ordinariā, qui & qualiter reciperentur? & inſtruerentur? *ibi.numero* 3. Tumultuaria quæ? *ibi.numero* 6. Auxiliaria, & Legionaria, quæ? *dict. quæſt.* 17. *numero* 7. Et quæ Equeſtris, & Pedeſtris, & vnde dicta? *ibi.numero* 9. Peditum, in multiplici differentia, *ibid.* Cœleſtis (Clericorum nempè) ad terreſtris armatæque ſimilitudinem componitur, *ibi. numero* 12. Legalis, Togata, ſeu Palatina ab Aduocatis conſtituitur, *ibi.numero* 14. & 56. Militiam dignitatem eſſe multis placuit: honorem omnibus, *ibid. num.* 43. & 44.

*Minimum*, ſupr.verb. *Legatum*.

*Minor.*

ETiam poſt litem conteſtatam dilatorias exceptiones opponere poteſt, *in proœm. nu.* 20. & *quæſt.* 8. *n.* 177. In debitū ſolutum repetens onus probandi debitum eſſe in aduerſarium transfert, *in proœm. num.* 49. Aduerſus tacitum per conteſtationem, in iudicem inferiorem conſenſum, an reſtitutionem habeat? *quæſt.* 3. *numero* 6. Aduerſus Fiſcum reſtitutionē habet, *ibi. num.* 92. Adultus ad inueſtituram petendam reſtitutione opus habet, *ibi.numero* 107. Viginti quinque annis, quatuordecim vero maior, à muneribus perſonalibus, quæ conſiliū non requirunt, non excuſatur, *dict.quæſt.* 3. *numero* 196. Manumittere poteſt ſeruū, qui eum in infirmitate curauit, *ibi. numero* 286. An miſerabilis ſit perſona, & fori Principis priuilegio gaudeat? *q.* 5. *per tot.* & *q.* 8. *n.* 11. Fragilis, & infirmi iudicii eſt, inſidiis, & captionibus ſuppoſitus, *dict.quæſt.* 5. *numero* 1. Suarum rerum plenè dominus non eſt, alienæque voluntati ſubiectus, ſeruorum ſpecimē preſefert, *ibi.numero* 2. Patremquoque habens, an & quando Principis fori priuilegio vtatur? *ibi. num.* 13. *vſque ad* 18. In omni regulariter caſu in quo damnum, læſionemve, ſiue ex facto, ſiue omiſsione ſentit, reſtitutionis remedio iuuatur, *dict.quæſt.* 5. *numero* 18. Nec prò magna ſolum, ſed modica etiā læſione, reſtitutionis auxilium vēdicat, *ibi.numero* 19. Pluris quam oporteat prædium emens, pecuniam cum vſuris recuperat, *ibi.numero* 20. Iuriſperitus, an reſtitui poſsit? *ibi. numero* 21. Fiſco comparatur, eiuſque vtitur priuilegiis, vbi contrarium deciſum non reperitur, aut diſparitas euidens non apparet, *dict.quæſt.* 5. *numero* 22. Priuato ſuccedens, pro tempore præterito, priuati; pro futuro proprio iure vtitur, *ibid.* Succedens ei aduerſus quem præſcriptio cœpta erat, an ordinariis præſcriptionis terminis adſtringatur? *quæſt.* 8. *numero* 54. Prodigis, & furioſis priuilegia

uilegia conceſſa habent, *dict. quæſt.* 5. *numero* 6. & 23. Vniuerſitatis, & Eccleſiæ etiam comparatur, *ibi. num.* 24. & *quæſt.* 8. *numero* 1. 33. & *ſeqq. vſque ad* 39. Et in quæſtionibus differant? *ibi. numero* 8. & *ſeqq.* Habet tacitam hypothecam in bonis curatoris malè adminiſtrantis, *dict. quæſt.* 5. *numero* 25. & *quæſt.* 8. *numero* 36. An ſtatuto pœnali, aut contra ius commune delictum puniente comprehendatur, *dict. quæſt.* 5. *numero* 28. An pœnis etiam iure communi impoſitis, & quatenus liberentur? *ibi. numero* 29. & *ſeq.* Et quid ſi delinquere ſit ſolitus? *ibi. numero* 31. A dolo præſumpto, præſumptaque temeritate, & ab expenſarum ſolutione ob mutationē libelli excuſatur, *ibi. numero* 32. Et à delictis in omittendo, ipſ iure, abſque aliqua reſtitutione, *dict. q.* 5. *numero* 33. & 64. Indefenſus, an condemnari poſsit, ſiue tutor, aut curator fuerit citatus, vel initio comparuerit, vt defenderet, & poſtmodum abfuerit, ſiue in principio non adfuerit, tametſi in fine ſic? *ibi. numero* 36. & *duobus ſeqq.* Contumax, aut malicioſe latitans, an ſententiam, primum, & ſecundum decretum patiatur, *dict. quæſt.* 5. *numero* 41. Et an in abſentia condemnatus poſsit poſt annum ad ſe purgandū, defendendum, bonaque recuperandū, in integrum reſtitutionem petere? *ibid remiſſiuè.* Citari abſque curatore non poteſt, ex talique citatione, neque contumacia incurritur, neque ſequi cōdemnatio poteſt, *ibi. numero* 42. An cōtumacia notari? foriudicari? interpellatione in mora conſtitui poſsit? ad intereſsisve pœnam ſi edere iuſſus non edat, teneatur? *dict. quæſt.* 5. *numero* 43. Vere contumax appellat, *quæſt.* 17. *numero* 170. Aduerſus ſententiam contumaciæ ritè latam, reſtitutionis auxilium ad minus habet, *dict. quæſt.* 5. *numero* 44. A iuris ignorantia excuſatur, *ibi. numero* 50. Et à muneribus perſonalibus, quamuis annus 25. ſit inceptus, *ibi. numero* 51. Niſi aliorum inopia exiſtat, *ibi. numero* 52. Publicatis, atteſtationibus, ſuper iiſdem articulis teſtes alios producere poteſt, ad idque reſtitui, *ibid. numero* 54. Et intra quos dies hodie reſtitutionem hanc poſtulet? *d. quæſt.* 5. *numero* 55. Carcerari pro debito nequit, *ibi. numero* 60. An bonis cedere teneatur, ac non cedendo, pro eo capi poſsit? *ibidem remiſſiuè.* Excommunicatus, an ab agendo repellatur? *numero* 61. Hæres necem non vindicans defuncti excuſatur, *ibi. numero* 64. Teſtificari volens, an admittatur? & an renuens compellatur? *ibi. numero* 68. & *ſeqq. vſque ad* 72. *excluſiuè.* Impubes iurare non poteſt, & an periurium committat? *dict. quæſt.* 5. *numero* 69. Sine curatore delictū in iudicio confeſſus ſibi non præiudicat, *ibi. numero* 73. Et quid in ciuilibus? *ibid.* An reſtitutionis auxilium ad ſucceſsionem, vel fideiuſſorē transferat? *ibi. num.* 75. & *ſeq.* Aduerſus ommiſſam hæreditatis extranei aditionem, ius petendi reſtitutionem in extraneum etiam hæredem tranſmittit, *ibid. numero* 76. Aduerſus contractum iuratum, nec per reſtitutionem admittitur, abſolutioneque ad agendum, vel excipiendum eget, *quæſt.* 8. *numero* 137. Non reſtituitur aduerſus libertatē à ſe conceſſam, *quæſt.* 16. *numero* 44. Neque aduerſus promiſsionem, aut donationem ad captiuorum redemptionem à ſe factam, *ibi. numero* 45. Vt coniunctum captiuum redimat tutoris etiam auctoritate non interueniente, bona ſua alienare poteſt, *ibi. numero* 46. & *ſeq.* Conſtruere, & dotare Eccleſiam ſine decreto poteſt, *quæſt.* 8. *numero* 295. & *ſeqq.* Dotationem, vel donationē propter nuptias etiā abſq; decreto conſtituit, *ibi. numero* 298. Donare, etiam cum decreto, regulariter non poteſt, *ibi. numero* 301. In ſpiritualibus, vel ab ſpiritualibus dependentibus pro maiore reputatur, *ibi. numero* 297. An aduerſus ſolutionem furioſo, vel prodigo factam, reſtituatur? *q.* 19. *n.* 17. *remiſ.* Minor pars, verb. *Pars.* De minoribus eorumque materia, & fauoribus qui egerint? *q.* 5. *n.* 17.

*Mi-*

*Minutia.*

VIrgo ob mundiorem cultum in ſuſpitionem venit, viuaque defoſſa ob iſtud, *q.3.num.47.in fin.*

*Miſer*, verb. *Nomen.*

*Miſerabiles.*

PErſonæ, quæ à Doctoribus nominẽtur? & an omnes fori priuilegio gaudeant? *in procem. numero* 40. In multiplici ſunt differentia, *ibi.num.*5. Actu, an ab habitu miſeris differant? *quæſt.*3. *numero* 29. *& num. ſeqq.* A lege vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. nominatæ, non ad omnia miſerabiles reputantur, aut omnium miſerabilium priuilegiis fruuntur, *in procem. numero* 6. Si diuites ſint, non gratis ab Aduocatis, aut Procuratoribus iuuãdi ſunt; neque à ſportularum ſolutione excuſantur, *ibi.* Neque earum perſonarum tunc cauſæ ſummariæ dicuntur, neque vt ſummariæ tractantur, *ibi. numero* 7. Neque legatum miſerabilibus factum conſequuntur, neque illis tunc relictũ pium dicitur, etiam ſi pro dote, alimentis, aut etiam pro anima relinquatur, *ibi. numero* 8. An poſsint priuilegio ſibi pietatis intuitu conceſſo renunciare? *dict. procem. numero* 17. *& quæſt.* 3. *numero* 27. An poſt litẽ conteſtatã, exceptiones dilatorias oponere poſſint? *in procem. numero* 20. An falſi pœna excuſentur? *ibi. numero* 22. An ex iure ſibi ceſso Principis fori priuilegio vti poſsint, etſi cedens non poſſet? *ibi. numero* 23. *& quæſt.* 3. *numero* 16. 17. 18. *&* 19. An inſtrumẽta de nouo reperta, poſt cõcluſionem in cauſa (earum etiã negligentia data) producere queant? *in procem. numero* 35. An tempore locationis finito, à domo locata expelli poſsint. Si quantum alius offerat, ſoluant? *ibi. numero* 41. An legatum eis relictum propria valeant auctoritate capere? *ibi. numero* 43. Meliora eligere poſſunt, *ibi. numero* 59. A domo locata (domini etiam neceſsitate ſuperueniente, an expelli nequeant? *ibi. numero* 73. Vndè, & qui dicantur? *quæſt.* 2. *numero* 1. *& ſeqq.* Vbi plene per omnium conditionem diſcurritur. Qui dicãtur, iudicis arbitro relinquitur, *ibi. numero* 7. Sunt à more capti, *quæſt.* 12. *numero* 2. *& quæſt.* 20. *per tot.* Ne parum ſimus, metuendum, *ibi. numero* 37. Eo fœliciores, quod infœlicitatis timore vacant, *dict. quæſt.* 12. *numero* 38. Poſt tacitum in ordinarium iudicem conſenſum, per litis conteſtationẽ, an aduerſariorum ad Principis Tribunal in prima cognitione trahere valeant? *quæſt.* 3. *num.* 5. *& ſeq.* Malitioſè agentes, fori hoc priuilegio non vtuntur, *ibi. dict. numero* 5. *& numero* 39. *quæſt.* 12. *numero* 25. *& q.* 17. *numero* 70. An ordinarium iudicem eligere, Principis deinde forum, iterumque ad ordinarium iudicem redire valeant? *dict. quæſt.* 3. *numero* 7. Ita iuuãdi, vt aliis iniuria non fiat, *ibi. numero* 8. Poſt concluſionem in cauſa, an variare poſsint? *ibi. numero* 9. Non miſerabilibus ſuccedentes, cum quibus lis cœpta erat, fori hoc priuilegio non gaudent: ſecus ſi lis incœpta non erat, *dict. quæſt.* 3. *numero* 20. *&* 21. An tan in ciuilibus, quam in criminalibus eo priuilegio vtantur? *ibi. numero* 23. Etiam ſi propria culpa, ad caſum non ordinata, in miſerum ſtatum deuenerint? *ibidem.* Alia in id, verb. *Priuilegium.* Non ſolũ extra Prouinciam ac litigandum trahi non poſſunt, ſed ne extra Ciuitatem, *dict. quæſt.* 3. *numero* 24. Principis forũ declinare poſſunt, non ſolum quando extra domicilium trahuntur, ſed etiam ſi in domicilio eorundem coram Principe, *ibidem.* Caſu exiſtente, conueniantur, *ibi. numero* 25. Priuilegio huic, an renunciare poſsint? *ibi. numero* 27. *&* 64. Comparere debent ad iudicem vocatæ; priuilegium ſuum allegaturæ, *ibid. verſ. In quolibet.* Et an fori electionem non comparendo perdant? *ibidem.* Diuites, an fori hoc priuilegio vtantur? *dict. quæſt.* 3. *numero* 29. *& duobus ſeqq.* Vt tertii pro ſuo intereſſe compatentes, fori priuilegio non vtuntur, *ibi.*

*numero* 42. *& quæſt*. 10. *numero* 35. In cõtractus loco conuenti, an fori priuilegio ſe munire poſsint? *dict. quæſt*. 3. *numero* 44. *& ſeq*. In competentis iudicis forum eligere nequit, *ibi. num*. 60.

*Miſerabilis.*

VOx, etiã inanimatis competit, *q*. 1. *numero* 5. Eſt, qui pendet ex craſtino, *quæſt*. 13. *numero* 11. Ab æquè miſerabili extrahi à foro ſuo nequit, *quæſt*. 3. *numero* 57. Effectus lite coram Principe (quam aduerſarius traxerat) pendente; an ad domicilii ſui iudicem cauſam remitti, iure poſtulet? *ibi. num*. 58. Fori priuilegio non gaudet ſi in eo loco, in quo iuriſdictio eius nomine exercetur, litigare velit, *dict. quæſt*. 3. *numero* 59. An in cauſa executiua fori priuilegio vtatur? *ibi. numero* 67. In cauſa Fiſci, vel Regalium redituum, fori hoc priuilegio non gaudet, *ibi. numero* 71. A tutore, vel adminiſtratore rationes poſtulans, an & quando fori priuilegio vtatur? *ibid. numero* 72. *& duobus ſeqq*. Eſt, alterius regimini, vel arbitrio ſuppoſitus, *quæſt*. 5. *numero* 5. *& quæſt*. 19. *numero* 5. An dicatur, qui à voluntario actu prouenientem miſeriam patitur? Principiſque fori priuilegio gaudeat? *quæſt*. 15. *numero* 26. *& quæſt*. 17. *numero* 58.

*Miſerabilior.*

ADuerſus minus miſerabilem, an fori priuilegio vtatur? *quæſt*. 3. *numero* 56.

*Miſeria.*

QVid ſit? *quæſt*. 1. *numero* 10. Fortes viros probat, vt ignis aurum, *q*. 2. *numero* 36.

*Mobilium.*

LEgatum, verb. *Legatum*, & verb. *Bona*.

*Monachi.*

SEu Religioſi clauſtrales, Superiorum licentia, an teſtamenti executores eſſe poſsint ſi in miſerabilium ſaltem fauorem ſit conditum? *in procem. numero* 81. Et qui etiam ſuperioris licentia eſſe prohibeantur? *ibi. numero* 82.

*Monaſterium.*

HAbetur loco filii, & facit deficere conditionem *ſi ſine liberis deceſſerit*, & ſubſtituto, in defectu liberorũ, excluſo, admittitur, *quæſt*. 8. *num*. 139. 140. *&* 347. Ingreſſus, qui ante aditam patris hæreditatem deceſsit, eam monaſterio tranſmittit, *ibi. numero* 346. Pro vulnere Religioſo inflicto, adire an Principem valeat eiuſve ſuperior? *quæſt*. 9. *numero* 94.

*Monitoria.*

REuelationis (etſi res de qua agitur, non exprimatur) an miſerabilibus concedantur? *in procem. num*. 45.

*Monetæ.*

FAlſæ crimen immane, quaque pœna plectatur, quæque ab ea perſonæ eximantur? *q*. 3. *num*. 197.

*Mora.*

SIne interpellatione non committitur, *quæſt*. 3. *numero* 192. *& quæſt*. 8. *numero* 113. *& numero* 229. Minorum fauore, re ipſa, abſque interpellatione contrahitur, *quæſt*. 5. *numero* 25. Et fauore Eccleſiæ, *dict. quæſt*. 8. *num*. 111. *& num*. 228.

*Moratoria* dilatio, verb. *Dilatio*.

*Mores.*

PRauos corripiunt leges, nõ fouent, *q.20.n.*6. An priuilegium tollant? *q.* 19.*n.*7.

*Mori.*

QVis non poteſt cùm duobus teſtamẽtis, *q.* 17.*n.* 133. Miles poteſt, *ibi.n.*134.

*Mors.*

ESt vltimum terribilium, vltra quod nil habent iratæ leges, nec ſæuiſsimi domini, *q.*15.*num.*29.

*Morti.*

PRoximus, mortuus reputatur, *q.*18. *num.*8.

*Mortis.*

NVncii, quot, & qui ſint? *q.*18.*n.* 3. In articulo eſſe videntur, per mare, vel periculoſa loca iterfacientes, *q.*14.*n.*7. Et an abſolui à caſibus reſeruatis poſſunt? *ibi.* Articulus, an à periculo differat? *ibi.* Et in bello exiſtentes, *q.*17.*n.*39.*&* 40. Genus, morte ipſa deterius, *q.*18.*num.*9.

*Mortuus.*

IN carceribus, mala cuſtodis cura (niſi aliud idem ipſe oſtendit) deceſſiſſe præſumitur, *q.*11.*num.*66.

*Mulier.*

ETiam poſt litem conteſtatam dilatorias exceptiones opponere poteſt, *in procem.num.*20. Quælibet vi oppreſſa fori Principis priuilegiũ habet, *q.*6.*n.*15.*&* 16. Quinquaginta annos habens, ſenex dicitur, *ibi.n.*17. Defloraτa, præſumitur decepra, *ibi.num.* 27. Cõſtituendæ, vel augendæ dotis ratione, marito donare matrimonio conſtãte poteſt. *quæſt.*6.*num.*32. Vxorata inhoneſte viuens, an & quando de vicinia, propriaque etiam domo expelli poſsit? *q.*8.*n.*210. Pro delicto, vel debito ex delicto deſcendenti in carcerem mitti valet, etſi non pro ciuili, *q.*11.*n.* 19.*&* 20.*&* *q.*18.*n.*61. Pro debito ciuili, an & quando in carcerẽ mitti poſſit? *d.q.*18.*n.* 49. Pro marito redimendo (mariti conſenſu, iudicisve auctoritate non interueniente) contrahere poteſt, *q.*16.*n.*48. Ad pios actus, ſine mariti, iudicisve licentia contrahere valet, *ibi.n.*49. Neceſſariam alienationẽ poteſt ſine mariti, iudicisve licencia celebrare, *ibi.n.*53. Contrahete poteſt ſi mariti præſumptus interueniat conſenſus, *ibi.n.*55.

Marito in longinquo abſente contrahere poteſt, *ibi.num.* 46. Pro libertate, vel pia cauſa fideiubendo Velleiano non iubatur, *d.q.*16.*n.*57. Nõ quẽ admodum vir pro debitis addicitur creditoribus, *ibi.n.*80. Niſi ex ſui redemptione debitum procedat, *ibi.n.*81.

*Mulieri.*

IN quã turpis ſuſpitio cadere poteſt, an libere relinquatur? *q.*17.*nu.* 141. *&* *ſeqq.* Alia ſupple verb. *Fæmina*, & verb. *Vxor.*

*Multitudine.*

DElinquentium pœna minuitur, *q.* 10.*n.*88.

*Munerum.*

VAcationem, immunitatemque habens, quibus muneribus excuſetur? *q.*3.*n.*201. A tutella non liberatur, *ibid.* Perſonalium excuſationem prætendere non debet, qui nominatim exẽptus non eſt, deque immunitate docet, *quæſt.*3.*num.*196.

*Munus.*

FRumenti comparãdi perſonale eſt, *quæſt.*18 *num.*19. Et militandi, *ibid. num.* 20. Et iudicandi, *ibi.num.*22. Curæ, vel tutellæ, verb. *Cura*, verb. *Tutella*, & verb. *Ætas.*

*Mutui.*

OBligatio efficax eſt, *quæſt.* 8. *num.* 122.*&* *q.*10.*num.*54.

*Mutus.*

TEſtari prohibetur, *quæſt.* 17. *numero* 139.

# N.

*Natura.*

NIl ſine magno labore datum mortalibus, *quæſt.* 13. *num.* 20.

*Nauigantes.*

NEque inter viuos, neque inter mortuos reponendos Biantes dixit, quippe qui à morte non amplius quatuor digitis, quatuorve diſtent, *q.* 14. *n.* 7.

*Naturalia.*

IMmutabilia permanent, neque accidentaliter euenientibus mutantur, *q.* 3. *num.* 29. verſ. *Ex quibus.*

*Naufragorum.*

RES portum appellantium, ſubtrahẽtes, qualiter leges puniãt, *q.* 15. *nu.* 39. Cauſæ (vt miſerabilium) ſummariè tractantur, *ibi. num.* 40.

*Nautæ*, vide verb. *Stabularii.*

*Negatiua*, verb. *Dictio.*

*Nepos.*

PAtre etiam viuente in aui erat poteſtate, patreque mortuo illius occupabat locum, ideò neque orbus parente videbatur, *q.* 3. *n.* 34. Hodie, an in aui poteſtatem recidat? *ibi. n.* 36.

*Nobiles.*

SImpliciter (vulgo hijos dalgo) à qualificatis nobilibus, excellentioribus, & illuſtrioribus differunt, *quæſt.* 9. *n.* 87. In cauſa criminali, an ſubſidiciuſſoribus relaxari debeant? *quæſt.* 11. *num.* 54. Pro ciuili debito in carcerẽ detrudi nequeunt, *quæſt.* 17. *nu* 27. & *quæſt.* 16. *num.* 77 Pro debito ex delicto, vel quaſi deſcendenti poſſunt, *dict. q.* 11. *num.* 23. Huic priuilegio ne carcerentur renunciare non poſſunt, *dict. quæſt.* 16. *num.* 78. Ad pretium redemptionis obligari, in vincula detrudi, & detineri quoad ſoluant, poſſunt, *ibi. nu.* 79. Abſque militiæ onere, militũ non gaudent priuilegiis, *quæſt.* 17. *num.* 28. In militũ locum ſuccedere, *ibi. num.* 113. Alia verb. *Equites.*

*Nobilitas.*

VEtuſtate, vt ſanguine, & meritis adquiritur, *quæſt.* 18. *num.* 43. Vera, à Militia proceſsit, *q.* 17. *num.* 51.

*Nomina.*

MIſer, Miſerabilis, & Miſerandus, an eandem habeant ſignificationem, promiſcuumve vſum? *quæſt.* 1. *num.* 2. & *ſeqq.* Nomen ſæpè vnum pro alio ſumitur, *ibi. num.* 11. & 12.

*Nominis.*

DIuerſitas diuerſitatẽ rei in eſſe deſignat, *quæſt.* 15. *num.* 31.

*Notorium, Euidens, & Manifeſtum.*

AN pro eodem ſumantur? *quæſt.* 1. *n.* 14. A ſolemnitatibus & alias requiſitis excuſat, *quæſt.* 8. *num.* 58. An ab allegatione probationeque excuſet? *quæſt.* 10. *num.* 12. & 18.

*Nullitas.*

ACtus potius quam donatio præſumitur, *quæſt.* 8. *num.* 248.

*Nullum.*

QVod eſt, nullũ producit effectum, *quæſt.* 8. *num.* 247.

*Numeratio.*

CAſuum, alios excludit, *quæſt.* 9. *numero* 66.

*Numerus.*

QVinque liberorum in columnium, à munere cōparandi frumenti excuſationem præſtat, *q.* 18.*n.*19.

*Ad Nundinas.*

VEnientes, earum tempore durante pro debitis alio tempore contractis, conueniri nequeunt, *q.* 14. *n.* 36. Niſi pro cōtractibus in iiſdem ipſis Nundinis celebratis, *ibi.n.*37.

*Nupta*, verb. *Vxor.*

*Nuptiæ* orbitatem tollunt, *q.* 4. *nu.* 16.

O.

*Oblatio.*

SIne conſignatione, & depoſitione ab vſurarum pupillarium curſu non liberat, *q.*3 *n.*194. In aliis impedire ſolet, *ibid.*

*Obligatio.*

NOn inducitur ex longo tempore in facultatiuis, *in proœm.num.*31. Et an miſerabilium fauore inducatur? *ibi.num.*30. Soluendi vbicumque fuerit obligatus inuētus, quam teneat vim? & an exequi valeat vbi fuerit inuentus ſic obligatus? *q.*3.*n.*63. Alia in id ſupple verb. *Clauſula vbicumque*, & verb. *Vbicumque locorum.* Mutui, quam arcta ſit & efficax? *q.*8.*n.*122. *&* *q.*10. *num.*54. *remiſ.*

*Obligatus* ad factum, verb. *Factum.*

*Obligatus* ad cuſtodiam, verb. *Cuſtos, & Cuſtodia.*

*Occultans.*

DEbitorem Eccleſiæ, ne capiatur, an de ſuo ſoluere Eccleſiæ debeat? *quæſt.* 8. *numero* 323. *&* 325. Et quid ſi alterius debitorem celet? *ibi.n.* 324.

*Occupatus* miſer eſt, *q.*2.*n.*20.

*Ocioſus* miſer eſt, *q.*2.*n.*19.

*Odia.*

REſtringenda ſunt, *q.*8.*num.*381. In Eccleſiæ, Vniuerſitatis, Militumve fauorem non reſtringuntur, *ibi.nu.* 382.

*Offendens.*

MIniſtrum Principis, verb. *Senator*, & verb. *Epiſcopus.*

*Officiales.*

ECcleſiæ, an Eccleſiaſticæ perſonæ, miſerabileſque dicantur, & fori priuilegio gaudeant? *q.*9.*num.*2.34.*&* *ſeqq.* In ſyndicatu, ad Principem trahi nequeunt, *q.*3.*n.*67.

*Ad Officium.*

HOnorabilem promotus, ad vile ſubeūdū an cogi poſſit? & quid Eccleſiæ, aut miſerabiliū fauore, *in proœ. n.*51.

*Officium.*

QVis in ea Ciuitate, aut Prouincia ex qua orſundus eſt, in quave larē conſtituit (ſacrilegii reatu immunis, vltronea Principis indulgentia, nō interueniente) gerere non poteſt, *q.*15. *n.*54.*&* 55. Pubicum conſumptioni obnoxium, quod qui ad captiuitatem deuenit obtinebat, an extinguatur? *q.*16. *n.*122. Vile an ſubire cogatur, qui ad honorabile maius ve promotus fuit? *in proœm.n.*51.

*Oleum.*

NOn cōſecratum, an in maiori etiā quantitate conſecrato poſſit immiſceri? *q.*10.*n.*9. Et an totū tunc conſecratum maneat? *ibi.n.*39.

*Operas.*

SVas in perpetuum locare, ad promiſſaſque adſtringi quis nō poteſt, *q.*8. *n.*188. In Eccleſiæ fauorem poteſt, *ibi.n.*189.

*Operari.*

FEſtis diebus in quibus, & quando liceat? *q.*13.*n.*53.

*Opinio.*

QVæ miſeris fauet, in dubio, opinionumque conflictu, tenenda, *in procem num.* 47. Communis quando amplectenda, vel reiicienda? *ibi. nu.* 1. *& num.* 86. Antiquorum præferenda, *quæſt.* 18. *num.* 82.

*Oppoſitio.*

PArtis, an & quatenus neceſſaria ſit? *q.* 3. *num.* 81. *& ſeqq.*

*Opus.*

PErfectionis regulariter quis non cõpellitur exequi, *q.* 15. *num.* 37. *remiſ.*

*Orba.*

NOn dicitur nupta, etiam parentibus carens, *q.* 4. *nu.* 16. Alia in fin. verb. *Orphanus.*

*Orationibus.*

QVis vt os non aperiatur, an in foro altem fori, ne delictum confiteatur, abſque pœna reus vti poſsit? *q.* 11. *n.* 71.

*Ordinariè.*

ET plene regulariter, non ſummariè, & executiuè procedendum, *q.* 8. *n.* 364.

*Ordinibus.*

SAcris inſigniri pauper nõ debet, nec aliter, quam ad beneficii, vel cõgrui ſaltem patrimonii titulum, *q.* 9. *n.* 32.

*Ordinum.*

MIlitarium equites, verb. *Equites.*

*Ordo.*

LIteræ attendi debet. *q.* 15. *n.* 8. Executionis, verb. *Executio.*

*Origo.*

REi ſemper attẽditur, *quæſt.* 11. *num.* 18.

*Orphanus.*

QVis dicatur? & an, & in quo à pupillo differat? *q.* 4. *n.* 1. 2. 3. 5. 7. *&* 8. Pro pupillo, & ecõtra, frequenter vſurpatur, *ibi. n.* 4. Impubes, vel etiam pubes patre carens, an legis vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. priuilegio gaudeat? *ibi. n.* 5. *& ſeq.* Et an vtroque parente, vel altero carere ſufficiat? *ibi. n.* 8. 9. 10. *&* 11. Qui in aui poteſtatẽ recidit, an orbus dicatur, forique priuilegio gaudeat, *d. q.* 4. *n.* 12. Diues an eo vtatur? *ibi. n.* 13. Et an maior viginti annis, vel decem & octo ſi fœmina ſit, ætatis venia impetrata? *ibi. n.* 14. An hodie decem & octo annis maior, qui matrimoniũ contraxit? *ibid. num.* 15. *&* 16. Suo nomine agens, non alieno, fori vtitur priuilegio, *ibid. n.* 17.

P.

*Pactum.*

FVturę ſucceſsionis iura improbant, *q.* 8. *n.* 181. *& q.* 17. *n.* 101. Eccleſiæ, & militum fauore ſuſtinent? *d. q.* 8. *n.* 182. *& q.* 17. *n.* 102. Nudum actionẽ Eccleſiæ fauore producit, *d. q.* 8. *num.* 315. Regulariter contra de iure ciuili, *ibid. num.* 316. Quid de iure canonico? *ibid.* Et quid de iure Regio? *ibi. n.* 317. Inter mercatores vim ſtipulationis habet, *quæſt.* 14. *n.* 24. De æquitate actionem producit, *ibid.*

*Paria ſunt.*

ALiquid fieri tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferri, *quæſt.* 6. *numero* 32.

*Pars minor.*

MAiore pietate, & ratione nixa, maior reputatur, *in proœ. n.* 14. Delatori applicanda, vbi vertitur Eccle-

cleſiæ fauor, iudici ex officio agenti applicatur, *q.8.n.*442. In aliis, pars delatori applicanda, iudice ex officio agente, Regiæ Cameræ applicatur, *ibi. nu.* 443. Minor, aut maior Vniuerſitatis, vel Collegii, quando ſufficiat, aut deſideretur? verb. *Decuriones*, & verb. *Vniuerſitas.*

*Pater.*

PRo filio tutore deſignato, vel fideiubere, vel cum filio tutellam ſubire cogitur, *q.3.n.*115. Pro reipublicæ munere filio impoſito, neque fideiubere, neque munus pro eo ſubire cogitur, *ibi. n.* 116. Olim plenum in bonis filii dominum habebat; hodie illud in aduentitiis habet, in profectitiis vſufructum, *q.5.n.*15. Actionem habet pro iniuria filio facta, *ibi.n.*16. An iniuriam filio factam remittere poſsit? *ibid.* Propter neceſsitatem vendere filium poteſt, *q.9.n.*107. An pro libertate filii impenſa repetat? aut in legitimam valeat imputare? *q.16.n.*86. & 88. Filio pupillariter ſubſtituere non poteſt, ni ſibi prius teſtamentum faciat, *q.17.n.*124. Miles poteſt, *ibi.n.*125. Pupillariter filio ſubſtituendo, facere non poteſt, vt pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedat, *ibi.n.*176. Miles facit, *ibi.num.* 177. An & quando filio donare poſsit? *ibi.n.*213. & 214.

*Patria.*

POteſtas per Clericatũ, aut Presbyterium non ſoluitur, *q.9.n.* 118. Ab ea ſemel liberatus in eam non recidit, *q.3.n.*36.

*Patrimoniorum.*

DIſtinctio non cadit in paganis, *q.17 n.*180.

*Pauper.*

MIſer eſt, *q.2.n.*23. & *q.12.n.*9. Fiat neceſſe eſt addiſcere volens, *ibid.* Ad ſacros Ordines nõniſi ad beneficii, vel congrui ſaltem patrimonii titulum admitti non debet, *q.9.n.* 32. Non dicitur beneficiatus, quod abſolutum dominium in beneficii fructibus nõ habeat, *ibi.n.*33. Carceratus, vide ver. *Carceratus*, ſcholaſtici pauperes, ver. *Scholaſtici* eligẽdi forũ ius habent, *q.15.n.*11. In carcerem pro debito cõiectus fori priuilegio ſe munire poteſt, *q.11. n.* 28. Peregrinis æquiparatur, *ibi.n.*12. Et Fiſco, *in proœm.n.*74. *remiſ.*

*Paupertas.*

VT naturalis in homine qualitas, præſumitur, *q.9.n.30.* In Clerico, beneficiato præcipuè, non præſumitur, *ibi.n.*31.

*Peccatum.*

MIſeros facit, & quemadmodũ ſine peccato nullus; ſic miſeri omnes, *q.2.n.*10. & *ſeq.*

*Peculium.*

EXpreſſe non ademptũ manumiſſo inter viuos conceſſum videtur, *q.3. n.*102. Fallit in manumiſſo à pupillo tutore auctore, *ibi.n.* 103.

*Pedagiorum.*

IMpoſitio exoſa, iureque damnata, *q.16.n.* 98. Pro redemptione dominorum, licita, *ibi.n.*99. *cum tribus ſeqq.* De pecudibus, vel armentis pro redẽptione dandis non debetur pedagium, *ibi.n.*119.

*Pœna.*

IMmunitatem nõ tribuit, *q.11.n.*16. Grauitatem delicti monſtrat, *q.9.n.* 11. Capitalis, aut ſanguinis, pro atrociſsimis etiam criminibus à Canonico iure incognita, *ibi.n.*54. Et mortis pœnæ à Canone facta mentione de ſpirituali intelligẽdum, *ibi.n.*55. Naturalis mortis iuri Canonico à Gratiano inſerta, Canonici iuris diſpoſitionem non inducit, *ibi.n.*56. Sacrilegii, quæ? *d.q.9. n.9. & ſeqq.* Non ſemper eadem, *ibi. n.* 60. Læſæ Maieſtatis criminis, quæ ſit? *ibi.n.*61. Culpæ reſpondere debet, *ibi. n.*64. Creſcere debet, creſcente delicto, *ibi.n.*92. Carceris, morti æquiparatur, eiuſque ſubrogatur loco, *q.11.n.* 7. Falſi, verb. *Falſum.*

*Pœnitentes.*

PVblicè, an fori Eccleſiaſtici, vel Principis electionem habeant? *q.*9. *n.*37.*&* 38.Eccleſiæ, vel piæ cauſæ fauore, an in contractibus innominatis ſit pœnitentiæ locus? *q.*8.*n.* 357.Et quid regulariter?*ibi.n.*356.

Penſio,verb.*Dominus*, & verb.*Fructus.*

*Percuſſor.*

CLerici, an in læſæ Maieſtatis crimen incidat,*q.*9 *n.*12. 48. *& ſeqq.* Clerici,non vt Clerici, ſed vt inimici, an excõmunicationem incurrat ipſo iure,*d.n.*48.Epiſcopi grauius quã ſimplicis Clerici punitur,*ibi.n.*91.Cardinalis, ſæuioribus,quam Epiſcopi punitur percuſſor,*ibid.n.*93.

*Peregrinatio* oblectandi animi cauſa ſit ſæpè,*q.*15.*n.*2.

*Peregrini.*

AN miſerabiles ſint perſonæ forique Principis gaudeât priuilegio, *q.*15.*per tot.* Omnes in terra dicimur, *ibi. n. ibid.* Pauperibus æquiparantur, *ibi.n.* 12.An de foro Eccleſiaſtico ſint?*ibi.n.* 15. Exulibus deportatis, ſeu relegatis comparantur,*ibi.nu.* 17. *& ſeqq. vſque ad* 24.Et deportatis deterioris conditionis, *ibid.num.* 20. *&* 22. Romæ pro Ciuibus ſe gerentes, fiebant peregrinitatis rei,*d.q.*15.*n.*21. Diuino, & humano iure cõmendantur, *ibi. num.* 27. Teſtari poſsũt,contraria abrogata cõſuetudine,*ibi numero* 28. An ſine ordinaria teſtamentorum ſolemnitate teſtari valeant, coramque duobus teſtibus,tam deuotionis,quàm alia ratione peregrini? *ibi. num.*31. Et quid hodie, tabellionis, & teſtamenti copia exiſtente?*ibi. n.*33.Pro repreſaliis(in cauſa ſaltem ciuili) capi non poſſunt, *d. q.* 15.*n.*34.Ad officia publica vocantur, ad ſummum ue Imperii apicem aſcitos cõprobatur, *ibi.n.* 54. Magis apud exteros,quam ciues ſæpè dilecti,ſeque ſtrenuiores frequenter oſtendunt, *ibi. n.*56.An peregrini iuramento dicentis res apud cauponem, vel ſtabularium depoſitas,ſtetur,*d.q.*15.*n.*38.

*Peregrinus.*

PER excommunicatorum terram tranſiens,ab excommunicatis emere neceſſaria poteſt, vel ſi pecunias, quibus ea emat non habeat, ab illis eadem eleemoſynæ loco accipere,*dict.q.* 15.*n.*46.Qui caſu cum excommunicato in caupona,vel alibi reperitur,abſq; excommunicationis metu eadem menſa propriis ſumptibus commedere poteſt,*ibi n.*47.Cui vnum, & eundem lectum in hoſpitio præfiniri cum excommunicato caſu accidit, citra peccatum cum eo dormit,*ibi.n.*50.Equum ſuum in alieno agro ad refectionem pabulare poteſt,*ibi.n.*51. Vuas in alterius vinea commedere, non etiam exportare valet,*d.q.*15.*n.*52.An ſtatuto loci, vel territorii à quo abeſt obligetur? *ibi.n.* 53. Exiens de loco vbi feſtum, ieiuniumve ſeruatur, perueniens ad alium in quo ea non vrget obſeruatio;an ab obſeruatione liber exiſtat?*ibid.remiſ.*

*Periculum mortis.*

AN à mortis articulo differat?*quæſt.* 14.*numero* 7.

*Permutatio.*

BEneficii iurispatronatus, Patroni conſenſu non requiſito, & obtento, an inualida ſit? *quæſt.* 8.*num.* 445. 446.*&* 447.

*Perſona.*

DIgnior eſt re,*q.*9.*num.* 5. Eccleſiaſtica pro iniuria ſibi illata an laicũ coram Eccleſiæ iudice conueniat? *ibi.n.*67.*& ſeq.* An coram Principe?*ibi. n.*3.*& ſeqq.* Alia in id, verb. *Clerici*, Et Miſerabilis, verb. *Miſerabilis.*

*Petitio.*

QValisqualis, in certa, in ſcriptis, vel voce tenus, parte quoque opponente, inter mercatores admittitur, non inter alios, *quæſt.* 14. *numero* 20.21.*&* 22.

*Perſonæ.*

QVæ præcipuum fauorem meruit, ſuccurritur non cauſæ, *q.* 3. *n.* 41. *&* 44. verſ. *Infirmam igitur.*

*Piger* miſer eſt, *q.* 2. *num.* 19.

*Pignoris.*

REmiſsio, an, & quando eius alienatione per debitorẽ celebrata, à creditore facta cenſeatur? *quæſt.* 16. *numero* 93. *&* 94.

*Plene*, verb. *Ordinarius*, *&* *Executor*.

*Plagas.*

VItandi, & inferendi quis primus præcepta dederit? *quæſt.* 17. *numero* 3. *ad fin.*

*Plus.*

IVris nemo ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet, *quæſt.* 10. *numero* 35.

*Pollicitatio*, vide verb. *Pactum*.

*Portio.*

CAnonica Epiſcopalis de Eccleſiæ dote deducenda non eſt, *quæſt.* 8. *numero* 437.

*Poſſeſſio.*

TRansfertur ex contractu inutili interueniente traditione, *quæſtion.* 8. *numero* 115. Niſi in re Eccleſiæ, vel pupilli, *ibi. num.* 116. Rei illius qui ſe ſuaque Eccleſiæ deuouit, an abſque aprehenſione in eam transeat? *ibi. num.* 131. Per conſtitutum transfertur in eum cuius gratia conſtitutum celebratum eſt, *dict. quæſtion.* 8. *num.* 238. Fallit in re Eccleſiæ, contractuque ab eius Prælato celebrato conſtituto appoſito, *ibid. numero* 239. *&* *duobus ſeqq.* Rerum Eccleſiæ, apud Chriſtum, ſeu vniuerſalem Eccleſiã exiſtit, nec Prælati morte vacat, *ibi. numero* 241. Perditur per intruſionem, *ibi. numero* 265. Biennalis, ad præſcriptionem agri deſerti inducendam ſufficit, dominiũque præſtat nouo domino, qui illum ad culturam reduxit, *quæſt.* 13. *num.* 10.

*Poſſidentis.*

IN dubio, pari ve cauſa melior conditio eſt, & onus probandi in aduerſarium transfert, *quæſt.* 8. *numero* 358. Limitatur Eccleſiæ fauore, *ibi. numero* 359.

*Poſthumia.*

IN ſuſpitionem incontinentiæ ob mũdiorem cultum venit, eaque ſolum ratione damnanda eſt, *quæſt.* 3. *num.* 47. *in fin.*

*Poſtulare* prohibitus, verb. *Prohibitus.*

*Potentia.*

ACtui proxima, & pro actu habetur, & notabilius, magis ſolet attendi, *quæſt.* 2. *num.* 2.

*Precium.*

REddi debet ab eo, qui anullare, aut reſcindere venditionem vult, *quæſt.* 8. *numero* 351. Quid in Eccleſiæ *ibi. num.* 352. Et an Æconomi, vel Adminiſtratores alienantes cogãtur illud reſtituere, *ibi. num.* 353.

*Prælatio.*

INter chirographarios creditores, non ex tempore, ſed ex cauſa datur, *quæſt.* 10. *numero* 71. Limitatur in Republica, *num. ſeq.*

*Prælatus.*

ECcleſiæ parens reputatur, *quæſt.* 8.*numero* 10. Et maritus, *ibid. numero* 13. Eccleſiæ tenetur ſtare locationi de rebus eius per triennium facta, ſi Eccleſiæ vtilis ſit, *ibi. numero* 121. Solus an hæreditatẽ, vel legatũ Eccleſiæ relictum repudiare poſsit? *ibi. n.* 143. Eccleſiæ iniuriam, factã an ſolus remittat? *ibi. numero* 144. In Eccleſiæ præiudicialibus, eiuſdem Eccleſiæ nomine contrafactum ſuum venire poteſt, *dict. quæſt.* 8. *numero* 260. Et quid ſi Prælati iuramentum de non contraueniendo interueniat, *ibid.* Qui penſiones ab emphyteuta Eccleſiæ recipit, qui ob non ſolutũ canonẽ ab emphiteuſi ceciderat Eccleſiæ non præiudicat, *ibi. num.* 412. Quietationẽ procuratori Eccleſiæ cõcedens, an Eccleſiæ noceat? *ibi. n.* 429. Nequit in concernentibus Eccleſiam in arbitratorem de iure, & de facto promittere, *d. q* 8. *n.* 440.

*Prælegata.*

AN veniant in fideicommiſsi reſtitutione quando hoſpitale, vbi miſerabiles perſonæ ſubſtitutæ ſunt? *in procem. numero* 60 *& quæſt.* 8. *num.* 385. Et quid in aliis, *ibi. num.* 386.

*Præmium.*

PRo pœna dandum non eſt, *quæſt.* 11. *numero* 23. Ad laborum menſuram militibus præſtandum, *quæſt.* 17. *numero* 37.

*Præſcriptio.*

IN facultatibus non currit, *in procem. num.* 31. Miſerabium fauore, an inducatur, *ibi. n.* 30. *in proœ. n.* 60. Currit contra viduas, diuturno morbo fatigatos, vel ſenes diuites, *q.* 3. *n.* 30. Nõ contra pauperes, *ibi. n. ſeq.* Nec longiſsima quilẽ, quæ contra quoslibet priuilegiatos procedit, contra pupillos currit, *ibi. n.* 104. Et an non pariter contra minores currat? *q.* 5. *n.* 5. Et an aduerſus eos per decẽ annorũ tranſcurſũ iuris exequẽdi inducatur? *ibi. in fin.* Contra Vniuerſitatem, vt contra pupillos non currit, *q.* 10. *n.* 49. Cœpta in bonis, quæ poſtmodum dotalia effecta ſunt, vel ad minorẽ peruenerunt, an ordinariis præſcriptionis metis terminetur? *q.* 8. *n.* 54. Quadragenaria cõtra Eccleſiam procedit, quæ ex capite ignorantiæ reſtituitur, *ibid. n.* 104. Biennalis contra agri deſertorem procedit, *q.* 13. *n.* 10. Longi temporis militibus in expeditione occupatis non obeſt, *q.* 17. *n.* 302. Cæteris nocet, *ibi. n.* 204. An currat in bonis à prodigo cum iuramento alienatis? *q.* 19. *n.* 22. & 23. Si bona fides à principio nõ adeſt, nullo tempore perficitur, *ibi. d. n.* 22. Contra minores, & prodigos non currit, *ibi. n.* 27.

*Præſentans* ſe in carcere, verb. *Reus.*

*Præſes.*

PRouinciæ ſummam poſt Principem in ea poteſtate habet, *q.* 9. *n.* 17. Et an eandem quam Princeps habeat? *ibid. n.* 18. *& ſeq.* Idẽ eſt quod Rector Prouinciæ, vnuſque pro alio indiſtinctẽ ſumitur, *ibi. n.* 19.

*Præſides.*

PRouinciarum Magiſtratuum Romæ vice, & officio fungebantur, *q.* 9. *nu.* 22. Vitiis purgare Prouincias ſuas, delinquenteſque punire debent, *ibi. n.* 72. An & in quibus excelliorem poteſtatem, quã hodierni Prætores haberent? *q.* 9. *n.* 74. Eorum poteſtas à Iuſtiniano Imperatore adaucta, *ibi. n.* 75. Hodierni Audientiarum, vel Senatuũ, an in locum quæſtoris ſacri Palatii ſucceſſerint? *ibid.*

*Præſumendum.*

IN dubio pro carceratis, *quæſt.* 11. *nu.* 33.

*Præteritio.*

MAtris, querelæ ſubiicit teſtamentum, quia loco exhæredationis habetur, *q.* 17. *n.* 178. Fallit in milite, *ibi. n.* 179. Patris, efficit vt teſtamentum ſit ipſo iure nullum, *ibi. n.* 193.

*Prætores.*

HOdierni, Præſidum, vel Rectorum Prouinciarum locumtenent, *q.* 9. *n.* 73. Et in quibus maiorẽ habeãt poteſtatem? *ibi. n.* 74.

*Princeps.*

Est fons iuſtitiæ, lex animata, & ius ipſum, *q.* 3. *n.* 23. Sæcularis, verb. *Sæcularis*. Regalia, domaniaque poteſt Eccleſiæ donare, *q.*8.*n.* 90. Aliis in Coronæ præiudicium nequit, *ibi.n.*91. Poteſt priuilegium ſimplex ſubdito conceſſum, ad libitum, & ſine cauſa reuocare, *q.*8.*n.*153. Niſi Eccleſiæ huiuſmodi priuilegium conceſsiſſet, *ibi.n.*154.

*Priuilegiati.*

Verb. *Exempti*. Priuilegiatus indebite ſoluens, repetensque, transfert onus probandi debitum in recipiẽtem reum, *in procœm.n.*49. Non priuilegiato ſuccedens, ſuo vtitur priuilegio, *q.*3.*n.*21. Ad ſiudicem citatus, corã eo comparere omnino debet, priuilegium ſuum allegaturus, *ibi.n.*43. Neque ad id fori vti præſcriptione poteſt. Et an non comparens, fori electionẽ perdat? *ibi.*verb. *Inquolibet*. Cũ non priuilegiato cõcurrens, facit eum ſuo priuilegio gaudere, *q.*10.*n.*7. Ampliatur *ibi.tribus num. ſeqq.* An & quando contra priuilegiatum ſuo vtatur priuilegio? *q.*3. *n.*56. Iuris communis regulis vtens, de viis, extraordinariisque vtenti pariter priuilegiato præfertur, *ibi.n.*57. Priuilegiatorũ minor numerus, an ad ſe nõ priuilegiatorum maiorem numerũ trahat, illisque ſuum communicet priuilegium? *q.*10.*n.*37. *& duobus. ſeqq.*

*Priuilegia.*

Ex tempore metiuntur, *q.*3.*n.*124. Non ex tempore ſed ex cauſa æſtimantur? *q.*8. *n.*178. Inter perſonales, vel chirographarios creditores, nõ ex tempore, ſed ex cauſa iudicantur, *q.*10. *num.*71. Limitatur *numero ſeq.* Pupillis cõceſſa, aliis quoque perſonis, quæ per adminiſtratores reguntur, conceſſa videntur, *q.* 5. *num.*7. Alia verb. *Conſuetudo*, verb. *Militum priuilegia*, & verb. *Eccleſia*. Denegantur his, qui munus quod profitentur non implent, *q.* 17.*n.*35.

*Priuilegium.*

Fori Principis, etiã miſerationis cauſa ceſſante, quæ principio aderat, durat, *quæſt.* 3.*n.*10. Habent miſeri, quibus poſt litem cœptam, vel conteſtatam, miſera ſuperuenit conditio, quæ antea non extabat, *ibi.n.* 11. Et non ſolum miſerabiles ipſi, ſed etiam eorum conſortes? *ibi.n.*13.14. & 15. An competat non miſerabili, qui miſerabili ſuccesſit? *ibi.n.* 20. & 21. Et an ceſsionario, ceſsionis virtute à miſerabili factę, cui aliàs nõ competebat? *ibid.n.*22. Et an tam in ciuilibus, quã criminalibus cauſis miſeris competat? *ibi.n.*23. & *q.* 11.*n.*17. & 18. In cauſa executiua an detur? *q.*3.*n.* 67. Perſonale cũ perſona extinguitur, *d.q.*3.*nu.*22. & *q.*5.*n.*74. Fori miſerabilibus etiã qui ſua culpa, ad caſum non ordinata deueniũt, cõpetit, *d.q.*3.*n.*23. Non tollitur, aut denegatur quibusuis reſcriptis, prægnantibus etiam, & generalibus verbis conceptis, clauſulisve quorumlibet priuilegiorum derogatoriis, niſi miſerabiliũ ſpecifica mentio fiat, etiã ſi in reſcripto dicatur: *Non obſtantibus priuilegiis, quorum ſpecialis mentio facienda foret*; *q.* 3.*n.*26. An pupillis ſpuriis cõcedatur? *d.q.*3.*n.*37. Cõpetit miſerabilibus abſque iuramento perhorreſcentiæ, *ibi.n.* 38. Non datur miſeris illud euidenter malitioſe deſiderantibus, *ibi.n.*39. & *q.* 17.*n.*70. Neque eiſdem alieno nomine agẽtibus, *ibid.d.q.*3.*n.*41. Nec proprio nomine, ſi nõ vt principales, ſed vt tertii cauſæ adſint, vtpote ab emptore laudati, *ibi.n.*42. Neque in iudicii præparatoriis locum habet, *d.q.*3.*n.*43. Inter pariter priuilegiatos, an locũ habeat? *ibi.n.* 52. & *ſeqq. vſque ad* 58. In cauſis Fiſcalibus Regalium redituum, non conceditur, *ibi.n.* 71. Neque in cauſis feudalibus, *ibi.n.*75. Neque in cauſis officialiũ, qui ſyndicatur, *ibi.n.* 76. Neq; in recõuentionis cauſa, *ibi.n.*77. Neq; cõpetit, niſi de eo opponatur, *d.q.*3.*n.* 81. Alicui, ſuisque deſcendentibus maſculis, & fœminis datum, viduis, & virginibus, non etiam maritatis competit, *ibi. num.* 205. Exorbitans, contra ordinarias iuris regulas, ex lata, aut impro-

propria ſignificatione inducendum nō eſt, *quæſt.6.numero* 8. A lege, vel ſtatuto viduæ conceſſum nuptæ inutilem maritum habenti conceſſum videtur, *quæſt.7.numero* 10. Eccleſiæ, reale perpetuumque cenſetur, *quæſt.8.num.*134 Perſonæ priuatæ, vel ab ipſa Eccleſia conceſſum, perſonale cenſetur in dubio, *ibi.numero* 135. Quanto tempore præſcribatur, vel amittatur à ſæcularibus? *ibi.numero* 149. Et quanto ab Eccleſia, *ibi.numero* 150. Per generalem legem Eccleſiæ datum, an generali quoque lege tolli poſſit? *dict.quæſt.8.numero* 155.*remiſſiuè.* Rei Eccleſiaſticæ conceſſum, perſonæ Eccleſiaſticæ competit, *quæſt.9.numero* 5. Reatu, dolo, vel fraude perditur, *quæſt.* 11. *numero* 23. Priuilegio non tollitur, aut minuitur, *quæſt.* 12. *numero* 20. Ceſſat priuilegii cauſa ceſſante, *q.* 12 *num.* 26. Delicto excluditur, *quæſt.* 11. *numero* 17. Fori, an non niſi fortunæ iniuria miſeris competat, *quæſt.* 3.*numero* 23. verſ. *Nec pariter*, *quæſt.* 15. *numero* 3. & 26 & *quæſt.* 17 *numero* 58. & *quæſt.* 20. *numero* 6. Non cuilibet fortunæ iniuria miſero, ſed ſimili, qua pupillus, vidua, vel diuturno morbo fatigatus laborat, cōpetit, *dict. quæſt.* 15.*numero* 4. & *quæſt.* 20.*numero* 6. Pupillis, & eis ſimilibus competit, *quæſt.* 19.*numer* 4. & 5. Pendente iudicio ſuperueniens iuriſdictione quem non eximit, *dict. quæſt.* 17. *numero* 153. Quid in milite? *ibi. numero* 155. Curatori captiui bonis dato conceſſum, etiam captiuo reuerſo durat, *quæſt.*16.*numero* 36.

*Probatio.*

ADmittitur aduerſus contenta in inſtrumento, *quæſt.*3.*nu.* 184. Probans vnam cauſam, & alia agens, verb. *Agens.*

*Proclamata.*

PVblica cōmunem notam inducunt, *quæſt.*3.*numero* 279.

*Procurator.*

SVb conditione, in diem, & vſque ad diem dari poteſt, *quæſt.*3.*num.* 111. Vnus ſine alio (quando plures in ſolidum dati ſunt) agere non poteſt, *ibi.numero* 126. Fiſci, minorisve Eccleſiæ rē diſtrahendi facultatem habens, vel ad uendendum generaliter conſtitutus, fidem de precio habere non poteſt, *q.* 5.*numero* 22. & *quæſt.*8.*numero* 118. & 119. Aliorum poteſt, *ibi.num.* 117. Cōpelli poteſt à iudice, nemine petente, vt mandatum oſtendat, *quæſt.*8.*numero* 64. Sine mandato nullus regulariter interuenire poteſt, *ibi.numero* 63. Non admittitur ad deffendendum in cauſa criminali, & in qua ſanguinis pœna cōſtituta eſt, *quæſt.*9.*numero* 113. & *quæſt.* 10.*numero* 89. Contra Fiſcum, & quaſlibet alias perſonas ad agendum conſtitutus, contra Vniuerſitatem, vel Collegium, illius mandati virtute agere non poteſt, niſi de Vniuerſitate, aut Collegio expreſſa mentio fiat, *infrà dict.quæſt.*10.*numero* 112. Captiui, ante captiuitatem conſtitutus, an agere, aut conuenire captiui nomine de calumniaque iurare poſſit? *quæſt.* 16. *numero* 22. & *ſeqq.* Ad omnes res conſtitui poteſt, *ibi.numero* 35. Qui falſis inſtrumentis, vel teſtibus vſus eſt, an faciat dominum in falſi pœnam incidere, *quæſt.*8 *numero* 397.*remiſſiuè.* Eccleſiæ penſiones ab emphyteuta accipiens, qui ob non ſolutum caponem ab ea eciderat, Eccleſiæ non præiudicat, *ibi.numero* 412.

*Prodigalitas.*

A Luxuria, nec minimum quidem diſtat, *quæſt.*20.*numero* 2. Et auaritia æquè ad rei familiaris perditionē deducunt, *quæſt.*19.*numero* 8. An à delicto, eiusque pœna excuſet, *ibi.numero* 25. & *ſeq.*

*Prodi*

*Prodigus.*

AN miſerabilis ſit, & Principis fori priuilegio vtatur, *quæſt.* 19. *per tot.* Furioſo comparatur *ibi. num.* 1. Et pupillo, *ibi. numero* 3. & 27. Vt fori Priuilegio gaudeat, an bonorum interdictionem factam eſſe, tutoremque datum requiratur? *ibi. num.* 5. & 6. An non ſolum ex generali clauſula, *Si quâ mihi, &c.* Sed etiam ex minorum edicto reſtitui debeat? *dict. quæſt.* 19. *num.* 11. In debitum ciuiliter, & naturaliter debitum, ſolutum repetit, *ibid. numero* 12. Ipſoque iure abſque reſtitutione, *ibid. num.* 14. Neque naturaliter obligatur, *ibid. num.* 16. Adquirere poteſt, obligari in ſui præiudicium non poteſt, *ibi. num.* 24.

*Probibita.*

ALienari poſſunt ad Eccleſias transferri, *quæſt.* 8. *n.* 278. Vt perpetuo in familia maneant, poſt quartum gradum in Eccleſiam transferri poſſunt, *ibi. numero* 280. Et an ſpeciale id in Eccleſia *ibi. num.* 281.

*Probibitio.*

ALienationis in quemcumque, an filium comprehendat? *dict. quæſt.* 8. *numero* 279. Ne quis carceratos alloquatur, aut inſtruat, alios carceratos non comprehendit, *quæſt.* 11. *num.* 70.

*Probibitus.*

POſtulare, non prohibetur pro pupillis, *quæſt.* 3. *numero* 145. Nec pro viduis, *ibi. num.* 232.

*Promiſſio.*

SPontanea ab infirmo medico facta, non tenet, *q.* 3. *num.* 283.

*Promittens* deffendere Eccleſias, verb. *Eccleſia.*

*Promotus.*

AD officium honorabi. inde, Eccleſiæ, aut miſe uore, an ad id ſubeundu ſit? *in proœm. num.* 51.

*Pronomen* Alius, verb. *Alius.*

*Propter.*

VNum quodque tale, & illud magi. *q.* 3. *num.* 29. verſ. *Quis ergo.*

*Prorex.*

DElegatus habetur, *quæſt.* 9. *num.* 81. Alia ſupple, verb. *Vicarius*, *ſeu Vices Regis tenens.*

*Prouincia.*

LOngiſsimo ſpacio protenditur, *q.* 9. *num.* 20. Tota hodie Caſtellana ditio in duas Prouincias diuiditur, *ibi. num.* 21.

*Proxima.*

PRæſentia reputantur, *quæſt.* 14. *numero* 6.

*Puberes.*

QVi ſe hæreditati immiſcuere, abſtinere non poſſunt, *q.* 3. *n.* 130. Alia verb. *Minores*, publicę vtilitatis ratione factum pium dicitur, *quæſt.* 10. *num.* 52. Alia verb. *Vtilitas publica.*

*Publice.*

Perque proclama factum, in communem notitiam venire præſumitur, neque eius ignorantiæ allegatio admittitur, *quæſt.* 3. *nu.* 279.

*Puellæ.*

SE à tali defloratam dicenti, an credatur? verb. *Virgo.*

*Pueri.*

PRo debitis non mittuntur in carcerem, *quæſt.*18.*numero* 64. Puerilis ætas legibus fauetur, *quæſt.* 3. *num.* 90. Alia verb. *Minor.*

*Pulcher.*

ETiam miſer eſt, *quæſtion.* 2. *numero* 32.

*Pupillus.*

NOn ad omnia, nec ſemper miſerabilis reputatur, *in procem. num.* 6. Si diues ſit, non gratis ab Aduocatis, aut procuratoribus neceſſario iuuandus eſt, neque ab ſportularum ſolutione excuſatur, *ibid.* Neque legatum miſerabilibus factum conſequitur, neque illi tunc relictum pium dicitur, etiam ſi pro dote, alimentis ve relinquatur, *ibi. numero* 8. Indebite ſolutum repetens, onus probandi debitum eſſe in aduerſariũ transfert, *in procem. numero* 49. Qui in aui poteſtatem recidit, an fori priuilegio gaudeat? *quæſt.* 3. *numero* 33. *& ſeqq.* Et quid hodie? *num.* 36. Non dicitur patrem habens, *ibi. numero* 35. *& quæſt.* 4. *numero* 5. Priuilegio fori non gaudet, ſi in eo foro, in quo eius nomine iuriſdictio exercetur, litigare velit, *dict. quæſt.* 3. *numero* 59. A tutore rationes poſtulans, an & quando hoc fori priuilegio vtatur? *ibi. num.* 72. *& duobus ſeqq.* Diuinæ, & humanæ legibus charus, *dict. quæſt.* 3. *num.* 90. Maius in bonis ſuis priuilegium, quam mulier in dote, quamque Fiſcus habet, *ibi. numero* 91. Aduerſus Fiſcum, abſque reſtitutione tutus eſt, *ibi. & num.* 92. Pro pupillo tertius cuius non intereſt, in iudicio admittitur, *ibid. numero* 100. Præſcriptione etiam longiſsima non læditur, *dict. quæſt.* 3. *numero* 104. Facit recedere à defuncti voluntate, *ibid. num.* 109. In re pupillari pecunia empta, triplici priuilegio gaudet, *ibi. num.* 123. *& duobus ſeqq.* Quamuis diſcernere, vt furioſus, nequeat; fauorabilior aliis, qui iudicio carent, exiſtit, *ibid. numero* 129. Etiam ſi ſe hæreditati immiſcuerit, abſtinere poterit, *dict. quæſt.* 3. *numero* 130. Agere ſine ceſsione poteſt, *ibi. numero* 137. Tutore auctore, omnia, vt maior agere valet, hæreditatem adire, & ex ea obligari, *ibi. numero* 148. Si tamen hæreditas damnata eſt, quam tutore auctore adiuit, etiam abſque reſtitutione tutus eſt, *ibi. numero* 149. In vtilibus tutoris auctoritate opus nõ habet, poteſtque ſine ea conditionem ſuam meliorem efficere; obligat ſecũ contrahentes, nec obligatur ipſe, *ibid. n.* 150. *& q.* 19. *n.* 24. Contumaciam, eiusque pœnam vitat, *d. q.* 3. *numero* 159. Et ingratitudinem, *ibi. numero* 160. Exhæredari nequit, *ibi. numero* 161. An cadat in commiſſum, ob ſolutionem non factam? *ibi. num.* 162. Non patitur ſecundum decretum, *ibid. numero* 163. *& quæſt.* 10. *numero* 33. Carcerari, etiam pro delicto non poteſt, *dict. quæſt.* 3. *numero* 164. Neque torqueri, *ibi numero* 165. An omnino in delictis excuſetur? *ibi. numero* 168. *remiſſiuè.* Etiam non aditam hæreditatem transmittit, *ibid. numero* 170. A muneribus perſonalibus excuſatus exiſtit, *ibi. numero* 195. Tutorem habens, an legis noſtræ vnicæ, forique priuilegio vtatur? *quæſt.* 5. *numero* 12. *& quæſt.* 8. *numero* 15. Naturaliter debitum, ciuiliter indebitum, an & quando repetat? *dict. quæſt.* 3. *numero* 200. Et an ipſo iure, ſineque reſtitutionis ope? *ibid. & quæſt.* 19. *numero* 12. *&* 13. Abſque tutoris auctoritate naturaliter obligatur *dict. quæſt.* 19. *numero* 15. An & in quo ab orphano differat? *quæſt.* 4. *num.* 1. 2. 3. 5. 7. *&* 8. Frequenter pro orphano ſumitur, *ibi. numero* 4. In teſtem adduci non poteſt, *ibi. numero* 68. An iurare, aut periurium committere valeat? *ibi. numero* 69. Quamlibet etiam paruam potentiam perhorreſcit, *quæſt.* 8. *num.* 15. *& quæſt.* 10. *numero* 29. Quod facit ignorat, *dict. quæſt.* 10. *numero* 36. Fori Eccleſiaſtici electionem habet, *quæſt* 15. *numero* 14. Ex mutuo, quod ſine tu

tori

toris auctoritate accepit, locupletior factus, tenetur, *quæſt.* 19.*num.*20. Prodigo comparatur, *ibi.num.*3. Contractum iurans, an firmiter, obligetur? *ibi.num.*21. Alia verb. *Fauor pupilli.*

## Q.

*Qualitas.*

QVæ difficiliorem Principē ad reſcripti conceſsionem reddere poteſt, omnino ad eius valorem exprimenda in ſupplicatione eſt, *in proœ. nu.* 10. Iuncta verb. *Intelligitur ſecundū tempus verbi, quæſt.* 3. *num.* 50. Sine ſubiecto ſtare nequit, *quæſt.* 10. *numero* 18.

*Qualitatis.*

A lege requiſitæ probari exiſtentia debet, vt habeat diſpoſitio locum, *quæſt.*9.*num.* 85.

*Querella*, vide verb. *Tempus*, & verb. *Falſi querella.*

*Quietatio.*

FActa à Prælato, procuratori, vel adminiſtratori Eccleſiæ in illius præiudicium non valet, *q.*8.*n.*429.

## R.

*Ratio.*

DIuerſa, diuerſum ius poſtulat, *in procem.num.*3. Vbi eſt eadem, idem debet eſſe ius, *quæſt.* 3. *num.* 54. *quæſt.*7.*num.*6. & *quæſt.* 15. *num.*9. Idque non extenſiue, ſed comprehenſiuè, *dict.quæſt.*7.*num.*7. & *dict.quæſt.* 15. *num.*10. Etiam in lege pœnali, expreſſa diſpoſitionis ratione exiſtente, *dict. quæſt.*7.*num.*8. Et in correctoriis, exorbitantibusque à iure, *ibi.num.*9. Legis vbi deficit, deficit legis diſpoſitio, *q.*6. *num.*7.

*Ratificatio.*

POſt ſententiam cum procuratore illegitimo non validat eam; nec ante ſententiā falſi procuratoris pro validatione geſtorum in Principis conſiſtorio admittitur, *quæſt.* 8.*num.*328.

*Receßiſſe.*

NOn dicitur, qui animum reuertendi habet, *quæſt.*17.*num.*63.

*Receptans.*

DEbitorem Eccleſiæ ne capiatur, an de ſuo ſoluere Eccleſiæ debeat? *q.* 8.*num.*323. & 325. Et quid in aliis debitores recipientibus? *ibi.n.*324.

*Reconueniri.*

CLericus coram ſæculari poteſt, *q.* 3.*num.*79. Actor debet coram iudice conuentionis, non diuerſo, niſi pars non opponat, *quæſt.*3.*num.*83.

*Rector.*

ECcleſiæ eius bonis ditatus præſumitur, & aduerſus eum conceditur repetitio, *quæſt.*8.*num.*193. Alia verb. *Prælatus.* Prouinciæ, ſummam in ea poſt Principem habet poteſtatem, *q.* 9.*num.*17. Et an eandem, quam Princeps habeat? *ibid.num.*18. & 19. Idem eſt, quod *Præſes Prouinciæ*, vnusquo pro alio indiſtincte ſumitur, *dict.num.* 19. Ciuitatis, vide verb. *Iudex.*

*In Referente.*

NOn plus eſt quam relato, nec referenti creditur, ſi de relato non conſtet, *quæſt.*9.*num.*58.

*Regula.*

CAtoniana in cuius ius regulariter teſtamento locum habet, *quæſt.*17 *nume-*

*numero* 149. In teſtamento militis non deſideratur, *ibi.num.* 150.

*Relatiuum.*

ALius, Alia, aliud, cuius ſit naturæ? *in proœm.num.* 2.

*Relaxationem.*

IVramenti inique obtinens, in periurium recidit, *q.* 8. *num.* 137.

*Relaxandus.*

PRoximè pro relaxato habetur, *q.* 11 *num.* 28.

*Relaxatus.*

SVb fideiuſſoribus de ſe præſentando, non niſi noua cauſa, indiciaque ſuperueniant, ad carcerem reduci poteſt, *quæſt.* 11. *numero* 56. In cauſa ciuili, de iure Regio poſt 60. dies, ad carcerem reduci nequit, *ibi. numero* 57. A iudicii obſeruatione abſolutus videtur, *ibi.num.* 58.

*Relegati.*

MIſeri ſunt, & priuilegio Principis fori gaudent, *quæſt.* 15. *num.* 17.

*Religionis.*

INgreſſus legitimitatem inducit, omnemque maculam abſtergit, *quæſt.* 9. *num.* 116.

*Religioſi.*

EX Minorum Ordine poterũt electionem facere, præcipiẽte teſtatore, *Vt executores teſtamenti ſui pecuniam diſtribuant inter pauperes per fratres Minores eligendos, in proœm.num.* 83. Superiores, Prælatorum nomine continentur, verique Prælati dicuntur, *q.* 8. *num.* 17. Alia verb. *Monachi.*

*Remedium.*

REſtitutionis minorum dicitur miſerabile, *q.* 5. *n.* 1.

*Remiſſio.*

NOn præſumitur, *quæſt.* 8. *num.* 185. Et quando præſumatur? *ibi. numero* 186. Pignoris, an & quando per eius diſtractionem inducatur, vel non? *ibi. num.* 203. *cum duobus ſeqq.* Iniuriæ ab infirmo facta, an impediat à valenteque reuocari poſsit? *quæſt.* 3. *num.* 288.

*Renunciatio.*

GEneralis, aut etiam ſpecialis, an legata miſerabilibus facta comprehendat? *in proœm. num.* 15. *& ſeq.* Facilius admittitur fauoris ab homine, quã à lege trahentis originem, *ibi. numero* 18. Ad alia, quam adnominatim expreſſa non extenditur, *quæſt.* 3. *numero* 65. Non præſumitur, *quæſt.* 8. *numero* 185. Et quando ſecus? *ibid. numero* 186. An priuilegiis potius, quam iuris communis, vel econtra, aut vtriuſque facta intelligatur? *quæſt.* 3. *numero* 65. *&* 66.

*Renunciare.*

AN poſsit miſerabilis priuilegio ipſi pietatis intuitu conceſſo? *in proœm. numero* 17. *& quæſt.* 3. *numero* 27.

*Renuncians.*

FOro ſuo, an foro communi, vel priuilegiato, vtriqueve ſimul renunciaſſe ſit viſus? *quæſt.* 3. *numero* 65. & 66. His quæ in publicum fauorem principaliter conceſſa ſunt, renunciari non poteſt, ſecundario licet renuncian tem tangant, *quæſt.* 13. *num.* 53.

*Renunciare.*

FAuori, aut iuri ſuo poteſt quilibet, *quæſt.* 10. *numero* 98. *& quæſt.* 17. *numero* 174. Publico non vtrique, *dict. quæſt.* 10. *numero* 99. Miles, aut Clericus non poteſt, *dict. quæſt.* 17. *numero* 175.

*Renunciari.*

AN poſsit priuilegio ne ob dignitatem, ætatem, vel ſexum carceratio fiat? *q.* 18. *num.* 63.

*Repetens.*

INdebitè ſolutum, indebitum probare debet, niſi perſona ſit priuilegiata, vt minor ruſticus, &c. *in proœm. nu.* 49.

*Repetere.*

AN poſsit pro carcerato expẽdens? *quæſt.* 11. *numero* 35. Aut pro captis ab hoſtibus, in veſtitu, aut victu? *quæſt.* 16. *numero* 84. Et quid pro aliis? *ibi. numero* 85. Naturaliter debitum ſoluens, licet indebitum ciuiliter, non repetit *quæſt.* 3 *num.* 200 *&* *quæſt.* 19. *numero* 15. Pupillus repetit, *dict. quæſt.* 3. *numero* 201. *& dict. quæſt.* 19. *numero* 11. Per errorem ſoluens, repetit quilibet, *quæſt.* 8. *num.* 360. *& dict. quæſt.* 19. *numero* 16. Et quid ſi pupillo, furioſo, aut prodigo ſoluerit? *ibid. num.* 17. *&* 18. Quidque ſi Eccleſiæ? *dict. q.* 8. *num.* 361. *& ſeq.*

*Reprobatio.*

TEſtium, an in miſerabilium cauſis locum habeat? *in proœm. num.* 76. Et in iudicio ſummario? *ibid.*

*Re.*

IN ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *quæſt.* 8. *numero* 329 *& quæſt.* 10. *numero* 66. Fauore publico limitatur, *ibid.*

*Rei* propriæ conductio inutilis eſt, *ibi. num.* 246.

*Rem.*

COmmunem cum alio habens, non poteſt eam vendere, vel pignorare, *quæſt.* 8. *num.* 432.

*Rem.*

PRopriam ab Eccleſia ſcienter tamquã Eccleſiæ in emphyteuſim recipiens, eam donare videtur, *q.* 8. *num.* 244. Non ita pariter in aliis, *ibi. num.* 245. *& tribus ſeqq.*

*Res.*

PVpillaribus pecuniis, alterius licet nomine empta, an pupilli fiat? *quæſt.* 3. *num.* 125. *& quæſt.* 5. *num.* 25. Quid in re pecuniis Eccleſiæ empta? *quæſt.* 8. *numero* 230. Vel prodigi? *quæſt.* 19. *num.* 27. Vel militis? *quæſt.* 17. *num.* 168. An autem hypothecata cum prælatione pupillo exiſtat? *dict. quæſt.* 3. *num.* 123. *&* 124. Aut Eccleſiæ? *dict. quæſt.* 8. *numero* 231. Pecuniis meis empta, non eſt mea, *dict. quæſt.* 3. *numero* 125. *quæſt.* 8. *numero* 232. *& quæſt.* 17. *num.* 167. Dotali pecunia empta, an fiat? *quæſt.* 8. *numero* 233. Alia, verb. *Dotalis res.* A prodigo iuramento diſtracta, an præſcriptibilis? *quæſt.* 19. *numero* 22. *&* 23. Tantum valet, quanti vendi poteſt, *q.* 8. *num.* 307. Vbi de intellectu, *remiſ.*

*Res.*

INlectę in prædia cõducta de voluntate dominorum pignoris iure dominis obligata cenſentur, in domos vero, etiam abſque domini ſcientia, *quæſt.* 5. *numero* 58. *& quæſt.* 13. *numero* 59. Limitatur in rebus minorum communiori Doctorum placito, *dict. quæſt.* 5. *eadem num.* 59. Exercendi ruris gratia in villam illatæ, nec vectigali publico ſunt obnoxiæ, *dict quæſt.* 13. *numero* 40. Eccleſiæ vel minoris, non niſi cum cauſa, & ſolemnitatibus alienari poſſunt, *quæſt.* 8. *numero* 55. Alia in id verb. *Alienatio.*

*Res.*

ALienas, vel proprias authoritate propria inuadens, quibus plectatur pœnis? *dict. quæſt.* 8. *numero* 270. *& quæſt.* 10. *numero* 75. Proprias an ſemper

per

per alienis quis debeat anteferri? verb. *Charitas.*

*Reſcriptum.*

COntra miſerabilem impetratũ in genere, miſeriæ qualitate in ſupplicatione non expreſſa, ſubreptitiũ, & inualidum redditur, *in proœm. nu.* 9.

*Reſidere.*

IBi quis videtur, vbi animus reſidere debet, *q.* 17. *num.* 63.

*Reſpondendum.*

NOn eſt, obſcurè interrogati, *quæſt.* 17. *num.* 107. Militi ſic, *ibi. numero* 108.

*Reipublicæ.*

Nõ minus intereſt à quibus deffendatur, quam à quibus aiator habere, *quæſt.* 13. *num.* 31. Alia verb. *Vniuerſitas.*

*Reſtitutio.*

MInoribus competens, an eorum fideiuſſoribus concedatur, *quæſt.* 3. *num.* 134. Fœminis datur aduerſus propriam confeſsionem, cum aliter de delicto non conſtat, *ibi. num.* 240. Cæteris communis contraria regula obſtat, *ibi. numero* 241. Aduerſus 30. annorum præſcriptionem, etiam ignorantiæ titulo (ſecundum probabiliorem ſententiam) regulariter denegatur, *quæſt.* 8. *numero* 108. Non ſolum pro magna, ſed pro modica etiam læſione minoribus conceditur, *quæſt.* 5. *numero* 19. Ad producendos teſtes ſuper eiſdem articulis, publicatis atteſtationibus, intra quos dies hodie peti à minore debeat? *ibi. numero* 55. Minoribus competens, ad eorum ſucceſſores tranſit, & an ad eorum fideiuſſores extendatur? *ibi. numero* 75. *& ſeq.* In foro eius aduerſus quem poſtulatur, petenda eſt. *quæſt.* 8. *numero* 34. Limitatur in Eccleſia, vel Clerico reſtitutioné petente, *ibi. numero* 35. Vniuerſitati conceditur, *quæſt.* 10. *numero* 39. Et an aduerſus eius contractus iuratos? *ibi. numero* 40. Carcerato præſtatur, *quæſt.* 11. *numer.* 46. Minori, an pro ſolutione furioſo, vel prodigo facta competat? *quæſt.* 19. *numero* 19. *&* 20. Alia verb. *Minor.*

*Reſtituere.*

HÆreditatem iuſſus, ſi vt futurũ ſucceſſorem fraudet, hæreditariũ ſeruum liberum eſſe iuſsit, ad quid teneatur? *quæſt.* 16. *num.* 59.

*Retentio.*

FAcilius conceditur, quã actio, *quæſt.* 10. *numero* 36. Mulieri pro dote in bonis mariti conceditur: marito in bonis vxoris denegatur, *quæſt.* 3. *num.* 231.

*Retractus.*

COnceditur pro ſeruo Mauro vendito, ad captiui Chriſtiani redemptionem, *q.* 16. *num.* 121.

*Rei.*

FAuor præualet, iudicum ordinariorum ſuffragiis paribus exiſtentibus, *quæſt.* 16. *num.* 74. Et quid ſi Delegatorum ſuffragia ſint? *ibi. num.* 75.

*Reus.*

AN abſoluendus ſit, reo miſerabili non probante? *in proœm. numero* 49. Ab æque miſerabili, aut priuilegiato à foro ſuo extrahi non debet, *quæſt.* 3. *numero* 57. Læſæ Maieſtatis, vide verb. Læſæ Maieſtatis crimen. Qui ad carcerem voluntarie venit, delicti præſumptionem excludit, eiusque potius excluſiua introducitur, *quæſtion.* 11. *num.* 55.

*Rogitus.*

TEſtium, an in teſtamẽto in quo pia cauſa, & miſerabiles perſonæ inſtitutæ ſunt, requiratur? *in procem.n.* 68. In aliis requiritur, *q.* 17.*num.* 120. Quid in teſtamento militis? & regulariter hodie? *ibi.n.* 121.

*Ruſtici.*

ECcleſiæ, an Eccleſiaſticæ perſonæ, miſerabileſque dicantur, & fori priuilegio gaudeant? *q.* 9.*num.* 2. 34.*& ſeqq.* Eorum cauſæ, an ad forum Eccleſiaſticũ pertineant? *ibi.n.* 36. An à muneribus immunitatem habeant? *q.*8.*n.* 80.*remiſ.*

*Ruſticus.*

A tutella excuſatur, *q.*13.*n.* 32. Si re, & opere ruſticus ſit, *ibi.num.* 33. Ob inertiam, vel ſimplicitatẽ à tutella remotus, integra exiſtimatione abit, *ibi.n.* 34. Qui ſimplicitate, vel inertia pupillares pecunias fœnori non dedit, quaſi vſuris fœnebris pecuniæ non plectitur, *ibi.n.*35. A præſumpta vſurarum fraude excuſatur, *d. q.*13.*n.*61. Et in aliis regulariter caſibus in quibus contrarium à iure expreſſè nõ eſt cautum, *ibid.n.*62. Excuſatur ſi non deferat, *ibi. n.*63. Si album deleuit, *ibi.* Si nõ edixit, *ibi.* A vera contumatia, & multa, *ibi.& infr.n.*71. A pœna legis ſi quis in tantam, C. vnde vi, *ibi.* Quando contra leges pœnales poſitiuas, in his quæ non ſunt de genere prohibitorum contraxit, *ibi.* Ab onere probandi indebite ſolutum ſi non opponat declinatoriã ante conſenſum incidentem, *ibi.* Quandocumque erroneam Aduocati cõfeſsionem reuocat, *ibi.* Excuſatur ob non vindicatam teſtatoris necem ante eius tabulas apertas, *ibi.* Etiam quod ſi mater ruſtica filio tutorem ante quã ad ſecunda vota conuolet, non petat, *ibi.* Item ſi iudicis præcepto non obtemperet? *ibi.* vel ſi iuri ſuo renunciet, cuius non fuit certior factus, *ibi.* A cõſtitutione legis ſi quis maior, C. de trãſact. excuſatur, *ibi.* Etiamſi intra præfinita tempora bonorum poſſeſsionem non petierit? *ibi. & infr.n.* Iuuatur ſi rei ſuæ valorẽ ignorans minori etiã precio vendidit. Donec contra eum ſcientia probetur, *ibi.*verſ. *Decimum nonũ.* An excuſetur, ſi variauit in teſtamento, vel in ſcripturis producendis ſibi contrarius extit? *ibi.* verſ.*Vigeſſimum.*

*Ruſticitas.*

IPſo iure excuſatur in caſibus à iure expreſsis: in non expreſsis, reſtitutionis ope, æquitate, iudicisque officio, *d. q.*13.*n.* 64. Et tam in ciuilibus, quã criminalibus, ad pœnam ſaltem ordinariã vitandam, *ibi. n.* 65. Et à ſubreptionis, & obreptionis vitio, *ibid.n.*66.

*Ruſticitatis.*

SVbueniendum vbicumque æquitas mouerit iudicantem, *ibi.num.*82. An cum militiæ honere cõueniat? *q.* 17. *n.*46. A ſolutione penſionis, vel tributi in futurum, diutinæ, & vniformis præſtationis virtute, an Ruſticus excuſetur? *d.q.*13.*n.*67. Abſque ſolemnitatibus in aliorum teſtamentis requiſitis teſtatur, *ibi.n.*69. Ad bonorum poſſeſſionem petendam dies Ruſtico non cedit, *ibi.n.*68. A contumacia excuſatur, *ibi.n.*70. Neque ob eam appellatione, & iure priuatur, *ibi.n.*71.*& q.*17 *num.* 170. An à periurio, vbi de damno vitando agitur, ſimplicitatis prætextu excuſetur? *d.q.*13.*n.*73. Ab infamia liberatur, vt non amoueatur à tutella, licet ſine iudicis decreto adminiſtrauerit, quamuis potuerit cõſulere peritiores, *ibi.n.*74. Dilatoria, vel declinatoria exceptione ante litem conteſtatam non oppoſita ius ſuum non perdit, *ibi.n* 75. Si ſagax non ſit, Aduocato præſente poſitionibus reſpondere poterit, *d. q.* 13.*n.*76. Ampliatur *n.*77. Quandocũque erroneam Aduocati confeſsionem reuocare poteſt, *ibid.n.*79. Inuentario non facto hæreditatem adiens, an vltra hæreditatis viris teneatur? *ibid.n.* 82. Alia ſupple, verb. *Agricola.*

## S.

*Sacerdotes.*

APud Ægyptios Miniſtri, Conſiliariique Principis erant, penes quos ſumma poſt Principem poteſtas erat, in magnaque apud Ethnicos etiam reuerentia ſemper habiti ſunt, *q.9.n.14.*

*Sacrilegium.*

IN Eccleſiæ Miniſtros patratum, an cæteris grauius? *q.9.n.* 8. Capitali pœna, grauiſsimoque mortis genere punitur, *ibi.n.9.* De ſacrilegii pœnis, *ibid.n.10.remiſ.* Sacrilegii crimen, an læſæ Maieſtatis crimini reſpondeat? *ibi.n.* 12.48. *& ſeqq.* Non ſemper eadem ſacrilegii pœna, *ibi.n.60.* Eius criminis cognitio, mixti fori eſt, *ibi.n.69.*

*Sacrilegium.*

IN Clericum commiſſum, an & quãdo contra Dei Religionem, vel contra naturã obſeruantiæ eſſe dicatur? *d.q.9.n.*48. Iniuria illata Clerico, an rei natura iure poſitiuo ſecluſo ſacrilegiũ ſit? *ibid.* An propter materiæ leuitatem culpam ſolum venialem cõtineat? *ibid.n.*63. Non per verbalem iniuriam Clerico factam contrahitur, *ibi.n.*68. Tanto damnabilius eſt, quanto ſanctior perſona in quam committitur, *ibi.n.90.*

*Sanguinis* pœna, verb. *Pœna.*

*Satiſdare.*

TEnetur immobilia non poſsidens, *q.14.n.40.* In mercatore merces habente, limitatur, *ibi.n.*41.

*Scholaſtici.*

A domo locata, etiam domini ſuperueniente neceſsitate, expelli non poſſunt, *in proœm. n.* 73. *& q.* 12.*n.* 41. Neque ſi tantum offerãt, quantum alius præſtet, *q.*8.*n.*331. *& q.*12.*n.*43. In paternis pœnatibus exiſtentes, ſcholas ſuo tempore petituri abeſſe ab illis non videntur, *d.q.*12.*n.* 6. An fori electionẽ, vt aduerſarios in prima cauſæ cognitione trahere poſsint, neque ipſi trahantur, habeant? *ibi. per totã quæſtionem.* A miſerabilibus, an & quando ad Principẽ deferri queant? *ibi.n.*12. Coram aliis, quam coram ipſorum iudicibus conueniri non poſſunt. Et quibus teneantur pœnis, qui eos corã aliis iudicibus conueniunt? *ibid.* Et an tam in ciuili, quam criminali cauſa corã ſuis iudicibus cõueniendi ſint? *d.q.*12.*n.*13 *& ſeq.* Qui hodie fori priuilegium, iudicesque conſeruatores habeant? *ibi.n.* 14. *&* 15. Apud alios iudices, quã ſibi deſignatos reſpondentes, neque opponentes de priuilegio, an illud in ea cauſa perdant? *ibi.n.*16. Quidque facere debent vt illo vtãtur? *d.q.*12.*n.*19. An pauperes de diuitibus fiant? *ibi.n.7. &* 11. Diſpoſitione authẽticæ habita, C. ne fil. pro patr. contraria cõſuetudine, non vtuntur, *ibi.n.*29. Omiſſo medio, an ad Principem appellare poſsint, *ibi.n.*21. Pauperibus, Eccleſiæ, Clericis, doti, & publico fauori comparantur, eorumque priuilegiis gaudent, *d.q.*12.*n.*31.32.33. *&* 34. Doctorum priuilegiis vtuntur, *ibi.n.*35. Et militum, *ibi.n.*36. Peregrini dicuntur, eorumque habent priuilegia, *ibi.n.*37. Multo licet tempore in ſtudii loco permaneant domicilium, vt peregrini non cõtrahunt, *ibi.n.*38. De alibi geſtis in ſtudii loco conueniri regulariter nequeunt, *eâd. q.*12.*n.*39. Illius Ciuitates, vel loci priuilegiis fruuntur, non grauantur incommodis, etſi ſtatuto, vel conſuetudine pro ciuilibus reputentur, *ibid.n.* 40. Si pauperes ſint, pro Bachalaureatus, Licenciaturæ, vel Doctoratus gradu ſtipendium, ſalarium, aut intereſſe, in Salmantina, Complutenſi, aut Valliſoletana Academia non præſtant; *ibi. n.* 44. Libros in executione iudicati retinẽt, *q.17.n.*190. *&* 192. Alia verb. *Libri.* Et remiſsiue priuilegia plura; & qui de eis egerint, *vide d.q.*12.*n.*30.

*Scientiæ* pulchritudo quam potens, verb. *Amor.*

*Scribentes.*

AN communibus opinionibus omnino inſeruire debeant? *in proœm. n.*86.

*Scriptu-*

*Scriptura.*

QVA vnusque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit probationem non inducit, *q.* 14.*n.*42. *& q.*18.*n.* 42. Antiqua ſuſpitionis vitio carens, probat, *ibid.* Priuata ad ſui firmitatem Conſulis, dieique appoſitionem non requirit, *q.* 8.*n.* 198. Ad probationem non requirit, *ibi. numero* 199. Et quid Eccleſiæ fauore? *ibi.num.* 200.

*Sæcula.*

AVrea, argẽtea, & ferrea, quæ? *q.* 13. *n.*5. *& ſeqq. duobus.*

*Senatorem.*

OFfendẽs, an Læſæ Maieſtatis reus iudicetur? *q.*9.*n.*13. *&* 50.

*Senatores.*

HOdierni, an in Rectorum Prouinciarum locum ſucceſſerint? *q.*9.*n.* 16.71. *& ſeqq.* Pars corporis Principis eſſe dicuntur, *ibi.n.*49.

*Senatoria.*

DIgnitate qui Regiis Conuentibus præpoſiti, donati ſint? *d. q.* 9.*n.*78. Senatoria poteſtas toti Senatui, nõ Senatoribus ſingulis conceſſa eſt, *ibi. n.*80.

*Senatus.*

REgiæque Audientiæ quibus præcipuè cauſis fuerint deſignatæ? *q.* 9. *n.*19. In populo Romano cur conſtitutus? *q.* 10.*n.*26. Principis induit perſonam, *d.q.*9.*n.*76. A ſenectute appellatus, *q.*18.*n.*28. *& remiſ.n.*73.

*Senectus.*

MOrbus eſt diuturnus, & inſanabilis, ad mortẽ ducens, & vitæ occaſus, *q.*18.*n.* 2. *& ſeqq. vſq. ad n.*7. Deſcribitur, *n.* 5.10. *&* 11. Deterior eſt morte, *ibi.n.*9. Prope infinitis grauatur incõmodis, *ibi.n.* 10. Infantili ætati cõparatur, *ibi.n.*11. Vt minor ætas veniam obtinet, *d.q.*18.*n.*12. Ab operarũ præſtatione libertum eximit, *ibi.n.*17. Et quæ ad id ſenectus dicatur? *ibid.* Omni æuo, & apud omnes per æque gentes magno in pretio habita eſt, à legibus commendatur, & veneratione digna exiſtit, *ibi.n.*26. Senatui nomen dedit, *ibi.n.*28. Nobilitati comparatur, *ibid.n.* 43. A regulis iuris recedere facit, *ibi.n.*77. Variis cognominibus decoratur, *ibi.n.*31.

*Senes.*

QVinquaginta quinque annorum à muneribus perſonalibus excuſantur, *q.*3.*n.*198. *& q.*18.*n.*18. A tutellæ, vel cure oneræ, nonniſi ſeptuagenarii excuſantur, *d.q.*3.*n.*199. *& q.*5. *n.*25.*remiſ. & q.* 18.*d.n.*18. An miſerabiles ſint perſonæ, fori priuilegio aliiſque miſerabilium vtantur, *d. q.*18. *per tot.* Qui dicantur, vt fruantur illis? *ibi. n.*16. *& ſeqq.* A mortis vicinitate, quaſi *ſemi neces* nuncupati, *ibi.n.*3. Tanquam morti proximi, ad perpetuã rei memoriam ante litem cõteſtatam examinari teſtes poſsũt, *ibi.n.*4. Infirmorum priuilegia habent, *ibi.n.*53. Non modo infirmi, ſed in mortis articulo conſtituti videntur, *ibid.n.*54. Et mortui reputãtur, *ibi.n.*8. Saltem in fauorabilibus, *ibi.n.*7. Nec magis quam mortui creditoribus addicuntur, *ibid.n.* 8. Vmbra hominis ſunt, & inane hominum nomẽ habent, *d.n.*7. Sagaces, an & quando minorum priuilegiis non vtantur? *d q.*18.*n.*14. Diuinis officiis nõ intereſſentes, an & quando quotidianas diſtributiones lucrentur? *ibi.n.* 57. Excuſantur à petenda perſonaliter à ſummo Pontifice abſolutione, cum eidem abſolutio reſeruatur, *ibi.n.*58. Pro debito ciuili, an in carcerem detrudi poſsint? *ibi.n.*59. *& ſeqq. vſq; ad* 66. Vbi multipliciter affirmatiua, ampliatur. Fauori huic renunciare nequeunt, *d.q.*18.*n.* 63. Mulieribus cõparantur, *ibi.n.* 60. Torqueri nõ poſſunt, *ibid.n.*66. *& ſeqq. vſque ad* 72. *excluſiue.* In tortura cõfeſsi, an ſibi præiudicent? *ibid. n.*67. Poſteriores torquẽdi, ſi cum iunioribus ad torturam concurrant, *ibi. n.*69. Leuiori cuſtodia ſi capti fuerint, ſeruari debent, *d.q.*18.*n.* 70.

70. Vacãt à fugæ ſuſpitione, *ibid.* An & qui à ieiunii obligatione liberẽtur? *ibi. n.* 72. *& ſeqq. vſq; ad n.* 15. ſeptuagenariæ tutores filiis non petentes, an eorũ priuentur ſucceſsione? *ibi. n.* 75. In electionibus, optionibus, & in honoribus præferuntur, *ibi. n.* 27. *&* 34. In ſedibus, *ibi. n.* 35. In ſubſcribendo, *ibi. n.* 36. In loquendo reſpondendo, voceque reddenda. *ibi. n.* 37. Et Regi etiam quandoque ea in re præferuntur, *ibid.* Et quid diuerſorum Conuentuum ſtylus ſeruet? *ibid.* In conſilio quoq; præſtando præferuntur, *d. q.* 18. *n.* 38. Eorum dicta pro legibus habentur, *ibi. n.* 40. In teſtimonio etiam ferendo, *ibi. n.* 44. In accuſando, pluribus ad accuſationem concurrentibus, *ibi. n.* 50. In eleemoſynarum largitione, quæ potius ſenibus erogandæ, *ibi. n.* 52. An inter perſonas egregias numerentur, legisque ad perſonas 15. D. de iure iurando, diſpoſitione cõprehendãtur? *d. q.* 18. *n.* 43. Vt nobiles pro debito ciuili creditoribus addici nequeunt, *ibid.* Teſtimonium ferre nõ coguntur, *ibid. n.* 43. Maioris conſtantiæ, interioris deuotionis, feruoris, temperantiæ, & fidei præſumuntur, *ibi. n.* 35. *& tribus ſeqq.* Statuti diſpoſitione non comprehẽdũtur, *n.* 78. A cõmunibusq; iuris regulis eximuntur, *d. q.* 18. *n.* 77.

*Seniores.*

QVaſi *Señores* dicti, *ibi. n.* 32. Eorum iuramento de illicite quæſitis an ſtetur? *ibi. n.* 49.

*Sententia.*

COntra Eccleſiam lata, inſtrumentorũ de nouo repertorũ prætextu retractari poteſt, *in proœm. n.* 36. Et an idem in miſerabilibus? *ibid.* Pro miſerabilibus, aut Fiſco vna lata, contra eos altera, an eis fauorabilis prævaleat? *ibi. n.* 46. In vtilitatem tutorum, vel adminiſtratorum rerum miſerabilium lata, an executioni mandetur, ſi tutores, vel adminiſtratores rationes non rediderunt? *ibi. n.* 79. Nulla, ſuſtinetur, ſi pars non opponat, *q.* 3. *n.* 87. Ex falſa cauſa, falſisve allegationibus, aut probationibus lata, ſua natura tenet, *ibi. n.* 121. Cõtra Fiſcum, pupillum, vel minorẽ, nulla eſt ipſo iure, *ibi. n.* 122. *& q.* 5. *n.* 22. Pro pupillo, minoreve prolata licèt ipſe ſine tutore, aut curatore in iudicio extiterit, tenet *d. q.* 3. *n.* 156. Contra minores lata, eis nõ præiudicat, *d. q.* 5. *n.* 34. Maioribus præiudicat, *n.* 35. Cõtra minores indefenſos lata, ipſo iure nulla eſt, etiam ſi curatores habeant, qui minores indefenſos condẽnari paſsi ſint, ſiue non habeant, *ibi. n.* 36. *& duob. ſeqq.* Vel contra rempublicam indefenſam, *q.* 10. *n.* 41. Vel prodigum indefenſum, *q.* 19. *n.* 27. *remiſ.* Non poteſt cõtra minores indefenſos proferri, licèt tutoribus, aut curatoribus citatio ſit facta, ſi comparere recuſarunt, *d. q.* 5. *n.* 37. Et quid ſi tutor, aut curator defenſurus minorem adfuit, ſed abfuit poſtmodũ? quidve econuerſo, ſi in principio nõ cõparuit, in fine vero ſic? *ibi. n.* 38. *remiſ.* Contra minores citatos lata, tenet, *ibi. n.* 40. In fauorem minoris indefenſi, vel abſentis lata ſuſtinetur, *ibi. n.* 45. Turpem, miſerumve nõ facit, ſed cauſa, *q.* 19. *n.* 8. Cum procuratore illegitimo in fauorem Eccleſiæ, vel minoris lata, valida eſt, *q.* 8. *n.* 366. Regulariter ſecus, *ibid. n.* 336. Pro Eccleſia, etiã libello non cõformis ſuſtinetur, *ibid. n.* 337. Contra carceratum abſentem lata, de cujus impedimento notitiam iudex habebat, an nulla ſit? *q.* 11. *n.* 44. *&* 45. Cõntra priuilegiatos non cõparentes, deque priuilegio docentes lata tenet, *q.* 12. *n.* 17. In certa, firmitatẽ non habet, *q.* 14. *n.* 23. Quæ præualeat, diuerſis ſuffragiis exiſtentibus? *q.* 16. *n.* 73. 74. 75. *&* 76. Contra Eccleſiam abſente aduocato, vel procuratore lata, nulla eſt, *q.* 8. *n.* 160. Vel contra Fiſcum, *ibi. n.* 161. Quid in aliis? *ibi. n.* 162. Nouorum inſtrumentorum poſtea repertorũ prætextu inſtaurari nequit, *ibi. n.* 163. Quid in Eccleſiæ Fiſci, Reipublicæ, & minorum cauſis? *ibi. n.* 164. *&* 165. Et quid in prodigi cauſa? *q.* 19. *n.* 25.

*Sermo.*

DIffuſus deſidiam velat, *in proœm. num.* 4.

*Seruiens.*

ET cui ſeruitur miſeri ſunt? *q.2.n.*35
Seruire Deo, regnare eſt, *q.*8.*n.*189.

*Seruientes.*

ECcleſiæ, vel Clericis, an & quibus muneribus exempti ſint? *ibi. n.80.* An Eccleſiaſticæ perſonæ, & miſerabiles dicãtur? forique priuilegio gaudeant? *q.* 9.*n.*2.34.*& ſeqq.*

*Seruitus.*

VLtima miſeriarum clades, *q.*16.*n.* 1.2.*&* 7. Ab humana conditione diſſentit, *ibi.n.* 2. Morti comparatur, *ibi.n.*5. Et morte deterior eſt, *ibi.n.* 6. In ſeruitutem ex poſſeſsione libertatis, qui reuocatur, aduerſarium in prima cauſæ cognitione ad Principẽ trahere poteſt, *ibi.n.*18. Seruitutis videtur ſpecies, non poſſe ad libitum diſponere, *q.*5.*n.*4.

*Seruus.*

TVtor dari non poteſt, *q.*3.*n.*171. A domino dari poteſt, libertatiſque etiam mentione non facta, conceſſa intelligitur, vt in pupilli fauorem tutoris datio teneat, *ibi.n.*172.*&* 174. Alieno ſeruo tutore ſcripto cuius nota erat teſtatori conditio, fideicõmiſſaria libertas data, pupilli fauore videtur, *ibid. n.* 173. *& ſeq.* Qui dominũ enim in infirmitate curauit, manumitti etiã à minore poteſt, *d.q.*3.*n.*286. Eccleſiæ, in dignitate conſtitutus dicitur, *q.*8.*n.*190. Vniuerſitatis, ſingulorum de illa non dicitur, *q.*10.*n.*19. Pro mortuo, pro nullo vel quoad ius ciuile habetur, *q.* 16.*n.* 8. Inter miſeros primum locum tenet; quippè qui ad laborem viuus, ad fauorẽ mortuus exiſtat, *ibi.n.* 9. Legis vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. forique priuilegio capax non eſt, *ibi.n.* 10. Limitatur *n.*15.*& ſeqq.* Cum in alterius poteſtate ſit, ſuum nihil habere poteſt, *ibi.n.*11. Iniurias fecit, *d.q.*16. *n.*13. An pro iniuriis actionẽ habeat? *ibid.& n.*12.*&* 14. Ad libertatem proclamare, pro eaque in iudicio contendere poteſt, *d.q.*16.*n* 16. Et in eo caſu dominum, aduerſariũque ſuum ad Principem in primo cauſæ congreſſu trahere, *ibi.n.*17. Non eſt Chriſtianus à Turcis, vel Sarracenis captus, *ibi.nu.* 33. A prædonibus captus, liber remanet, *ibi.n.* 34. Pignori obligatus à debitore, creditore ſciente, & tacente, manumiſſus, liber efficitur, *d.q.*16.*n.* 93. Filius à domino nominatus, libertatẽ conſequitur *ibi.n.* 108. Captis pœna à glorioſo militiæ honere arcetur, *q.*17. *n.*44.

Eximios viros, & Poteſtatis, & Philoſophiæ Principes ſeruos fuiſſe, Diiſque charos ex Machrobio traditur, *q.* 16.*n.*123. Alia verb. *Libertas*, verb. *Captiui*, & verb. *Hæreditas.*

*Seruus* pœna, verb. *Deportati.*

SIGISMVNDVS SCACCIA impugnatur, *q.*10.*n.*33.

*Significatio.*

INueſtiganda in primis eſt, & definitioni anteponenda, vbi nomen de quo agitur aduerſa fungitur ſignificatione, *q.*1.*n.*1.

*Similitudo.*

OMnimoda eſſe debet, vt à ſimili argumentum valeat, ſpecialeque ab æquiparatis deducatur, probandaque ab eo, qui in ſimilitudine fundamentum habet, *q.*10.*n.*31.*& q.*20.*n.* 11.

*Simplicitas.*

FAuorem meretur, bonam fidem arguitur, dolumque excludit, *q.*13.*n.* 70. *&* 72. Subueniendum illi eſt, vbicumque æquitas mouerit iudicantem, *ibi.n.*82.

*Simulatio.*

NOn præſumitur, debetque ab allegante probari, *in proœm. n.* 24.

*Singuli.*

AN pro eius debito capi poſsint? *ibi.n.*20. De Vniuerſitate, an teſtes in eius cauſa eſſe poſsint? *q.*10.*nu.* 34. & 35. Alia verb. *Vniuerſitas.*

*Solicitus* miſer eſt, *q.*2.*n.*20.

*Solemnitates.*

IN pupillorum bonorum alienationẽ requiſitæ, an in alienationis ipſis vtilibus requirantur? *q.*3.*n.*152.*& ſeq. & q.*5.*n.*47. Vbi in bonorũ Eccleſiæ aliena-

nationibus? & q.8.n.56. & 57. Quæ in pupillorum bonorũ alienationibus requirantur? d.q.3.n.153. Quæ in rerũ Eccleſiæ? d. q. 8. n.55. remiſ. Quæ in Vniuerſitatis bonorum alienatione? q. 10.n.46. In minorum bonorum mobilium, iurium, aut actionum alienatione decretũ iudicis an requiratur, verb. Decretum. Quæ in teſtamentis, de iure ciuili deſiderentur? q.8.n. 338. & q.17. n. 116. Quæ de iure canonico ſufficiant? d. q.8.n.339. & q.9.n.126. Quæ de iure Regio? vel ad Eccleſiæ piæve cauſæ vtilitatem? ibi.n.340. Quæ in ruſticorum teſtamentis, q.13.n.69. remiſ. Iuris gentium in actibus piis ſeruare ſatis eſt, q.16.n.49. Militibus in teſtamẽtis remiſſæ ſunt, q.17.n.117. Et quæ in eis deſiderentur? ibi. remiſ. & n.182. & 183. An remiſſæ ſint Paganis, qui iure militari teſtati ſunt, milites vero deceſſere? ibi.n.118. & 119.

*Soluens.*

NAturaliter tantum debitum, non repetit, q.19.n.17. Per errorem in debitum repetit, ibi.n.18. & q.8. n.360. Pupillo furioſo, vel prodigo per errorem, an repetat? d. q.19.n.19. & ſeq. Et an Eccleſiæ? d.q.8.n.361. & ſeq.

*Solutio.*

AN emphyteuſis potius ratione, quã cenſus Eccleſiæ fauore videatur facta? q.8.n.100. Canonis, rem alienam, cenſus, propriam eſſe demonſtrat, ibid.n.102. Minuta, an & quando à creditore admittenda? q.16.n.91. & verb. Creditor. Ab Eccleſia facta, etſi quantitas nõ fuerit expreſſa, ſi per relationem certificari poteſt, probatur, Eccleſiamque liberat, d.q.8.n.200.

*Specialia.*

DVo circa idem concurrere non poſſunt, q. 8.n.341. Eccleſiæ fauore poſſunt, ibi.n.342.

*Species.*

APud iuriſtas qualiter accipiatur? q. 2.n.4.

*Spe.*

QVi ſuſtinetur, & qui ſpe cadit, q.2. n.33. & 34.

*Spolia.*

INter milites qualiter diuidenda? q. 17.n.63.

*Spoliatus.*

PRopriaque re per vim priuatus ad Principis tribunal in prima inſtãtia ſpoliatorem trahere poteſt, q.8.n. 19. Qui liber ante omnia exceptione poſthabita, reſtituẽdus eſt, q.8.n.268. Et quid ſi Eccleſia ſpoliauit? ibi.n.269.

*Stabularii.*

ET caupones hoſpites recipere iuſta excuſatione non exiſtente compellũtur, q.15.n.36. Aduerſus eos, pro rebus quas apud eos depoſuiſſe, ablatasque peregrinus conqueritur, illius creditur iuramento, ibi.n.38.

*Statutum.*

DE vidua loquens, in nupta inutilem maritum habẽte intelligẽdum eſt, q.7.n.3. & 6. Quemadmodum vno actu conditur, vnica etiam contrãuentione tollitur, q.8.n.151. Et quid in ſtatuto Eccleſiæ fauorabili, ibi.n.152. Vltra ſtatuentium terminos, in generaleque argumentum trahi nequit. Proprii territorii an obliget peregrinos, ab eoque abſentes, q.15.n.53. De infirmis loquens, in ſenibus procedit, q.18.nu. 55. Pœnale, vel contra ius commune delictum puniens, an minores comprehendat? q.5.n.28. Solemnitates certas in contractibus requirens, an in minorum contractibus locum habeat? ibi.n. 46.

*Sterilitas.*

EX leui ſæpè, parumque laborioſa cultura euenit, q.13.n.7.

*Stipulatio.*

MInorum gratia fingitur vbi deſideratur, q.3.n.158. In fideiuſsione requiritur, ibid.

*Stipulari.*

ALteri nemo poteſt, q.8.n.377. Eccleſiæ quilibet poteſt, ibi.n.378. Et miſerabilibus, in proœm. n. 33. Fiſco, pupillo, vel minori, q.5.n.22. Vniuerſitati, aut publico fauori, q. 10.num.53. Quid regulariter hodie? d.q.8.n.378.

*Studia.*

INdeſeſum laborem requirunt, *q.* 12. *n.* 3. Aſsidua, quæ mala afferant? *ibi. n.* 4. Temperata, animum oblectant; multoſque ex infirmitate ad firmam valetudinem reuocarunt, *ibi.n.*10.

*Subditus.*

DOminorum iuſsibus, de quorum iuſtitia anceps iudicium eſt, obedire debet, *q* 8. *n.* 311. Domino Eccleſiam perſequenti obedire non debet, *ibi.n.*312.

*Subſtitutio.*

TAcita pupillaris matrem non excludit, *q.*8.*n.* 141. Niſi Eccleſia, vel pia cauſa ſubſtituta ſit, *ibi. n.* 142. Cõpendioſa facta verbis directis, poſt tempora pubertatis euaneſcit, *q.*17 *n.* 81. Militis fauore obliquatur, *ibi.n.*82. Directo poſt tempora pubertatis fieri non poteſt, *ibi. n.* 83. A milite poteſt, *ibid.n.*84. Pupillaris pars, & ſequela eſt paterni teſtamenti, *ibi.num.* 176. Filio emancipato fieri nequit, *d. q.* 17. *num.* 131.

*Succeſſor.*

SIngularis præceſſoris locationi ſtare non tenetur, *q.*8.*n.*120. Niſi ſit Eccleſiæ Prælatus, vtili exiſtente locatione Eccleſiæ, *ibi.n.*121.

*Sumptus.*

INfirmitatis, funerarii cenſentur, & cuiuis alii creditori præferuntur, *q.* 3.*n.*181. Et quid hodie? *ibid. remiſ.* Funeris, verb. *Funus.*

*Superbus.*

MIſer eſt, & nonniſi miſer, aut ſtultus ſuperuit, *q.*2.*n.*13. Miſerabilium priuilegiis non gaudet, *ead. q. in fin.* & *d n.*8.*q.*20.*n.*6.& *q.*20.*n.*13.

*Supplicatio.*

DEnegatur à prouiſione, aut decreto per Regios Conſiliarios facto, *q.*11.*n* 41. A Senatu ad ipſum, quemadmodum ab inferioribus Magiſtratibus appellatio proponitur, *q.* 9.*n.* 77. Supplicare à Præfectis prætorio Gallæciæ, an & quando liceat? *q.*9.*n.*79. A prorrege ad ſenatum non proponitur, ſed appellatio, *ibi.n.*81. Alia verb. *Qualitas.*

*Surdus.*

ET mutus non teſtatur, *quæſt.*17.*numero* 139.

*Suſpendio.*

VItam, qui finiant? *quæſt.*17.*numero* 164.*remiſſiuè.*

# T.

*Tabelliones.*

AN mercaturã exercere prohibeantur? *q.*10.*n.*110. Vniuerſitatum propria, aut Regalia iura conducere? *ibi. n.* 111. Agricolarum inſtrumenta conficientes, quibus pro locorum dominis agricolæ, vt principales, aut fideiuſſores intercedunt, puniuntur, *q.* 13.*n.*9.

*Tabulæ.*

PVpillares ad ſui valorem hæreditatis aditionem requirunt, *q.*17.*num.* 129. Niſi ſint militis, *ibi.n.* 130.

*Taciturnitas.*

IN præiudicialibus conſenſum nõ inducit, *q.* 3. *n.* 157. *q.* 8. *n.* 201 & *q.* 16.*n.*94 & 95. Fauore pupillorum inducit, *d.q.*3.*n.*158. Eccleſiæ, *d.q.*8.*n.* 202. Fiſci, *ibi.n.*203. Et libertatis, *ibid.*

*Tallearum.*

IMpoſitio exoſa, iureque damnata, *q.* 16 *n.*98. Pro redemptione, libertateque dominorum licita, *ibi. n.* 99. cum tribus ſeqq.

*Taxatiua*, verb. *Dictio.*

*Tempus.*

NOn eſt modus inducendæ obligationis, in alimentorum etiam, vel piæ cauſæ fauorẽ, *in proœm. n.*32. & *q* 8.*n.*321. Limita Eccleſiæ fauore *n.* 320.322. Intellige, vt *in proœm. d. n.* 32. Currit contra viduã, diuturno morbo fatigatam, & ſenẽ diuites, *q.*3.*n.*30. Non contra pauperes, *ibi. n. ſeq.* Non cur-

currit minoribus ad querelam inoffi-cioſi teſtamenti mouendam, *q. 5. num.* 57. Exiſtentiæ in carcere, poſt exilii, ſimilis ve condemnationis ſententiam, in exilii tempus computatur, *q.* 11. *n.* 11. Et quid de tempore ante ſententiã in carcere exiſtentiæ? *ibid. remiſ. & n.* 14. Ruſtico non cedit, ad bonorum poſ ſeſsionem petendam, *q.* 13. *n.* 68. Non currit impedito agere, *quæſt.* 16. *n.* 40. Incœptum in fauorabilibus pro completo habetur, *q.* 18. *n.* 74.

*Tenor.*

INſtrumenti deperditi in Fiſci, & miſerabilium cauſis teſtibus quoq; non peritis probatur, *in prœm. n.* 74. Et Eccleſiæ, *q.* 8. *n.* 175. In aliorum ſecus, *ibi. n.* 174.

*Termini.*

ANtiqui, ſacri appellátur, *quæſt.* 13. *num.* 5.

*Terra.*

AEui initio ſponte ſua fructus etiam non arata ferebat, *q.* 13. *n.* 4. Media procedente ætate, cultura iuuari cœpit, *ibi. n.* 6. Vltima, neque laboribus multiſque delinita fomentis agricolarum ſpei reſpondet, *ibi. numero* 6. & 7.

*Teſtamentum.*

PRimum ſolemne, an per ſecundum minus ſolemne, in quo miſerabiles perſonæ ſunt inſtitutæ, tollatur? *in prœm. n.* 15. Prius ſolemne, poſteriore non niſi perfecto rumpitur, aut fit irritum, *q.* 17. *n.* 219. Militis, poſteriore ſimplici volũtate fit irritũ, *ibi. n.* 220. Imperfectum, non voluntatis, ſed ſolemnitatis ratione, an vt piæ cauſæ, miſerabilium fauore ſuſtineatur? *prœm. n.* 63. In quo pia cauſa, vel miſerabiles perſonæ inſtitutæ ſunt, an ſolis præſumptionibus, aut teſtatoris nutu firmum ſit? *ibid. n.* 67. Et an ſine teſtiũ rogitu, *ibid. n.* 68. An coram parocho, & duobus teſtibus, miſerabilium, vel piæ cauſæ fauore ſubſiſtat? *ibi. n.* 69. Magnatum olim, an apud virgines veſtales aperiretur? *q.* 6. *n.* 22. Quas de iure ciuili ſolemnitates deſideret? *q.* 8. *n.* 338. Et de iure canonico? *ibi. n.* 339. & *q.* 9. *n.* 126. Ad Eccleſiæ, vel piæ cauſæ vtilitatem factum, duobus teſtibus ſuſtinetur, etſi vicini non ſint, legibus adhuc Regiis ſtantibus, *ibi. n.* 141. Et etiã per Parochũ, alioſque duos de familia teſtes, ſi ab aliis ortum habuit, probatur, *ibid.* Quandoque in Eccleſiæ fauorem reuocari non poteſt, *d. q.* 8. *n.* 303. Ruſticorum, non eaſdem quas aliorũ ſolemnitates, teſtiũque numerum deſiderat, *q.* 13. *n.* 69. Coram tribus teſtibus confectum vbi tabellionis, pluriumque copia non datur, hodie valet, *q.* 15. *n.* 32. Si peregrini ſit, duobus teſtibus hoc in caſu tenet, *ibi. n.* 33. Cancellatum, aut deletum, nullius eſt momenti, *q.* 16. *n.* 64. Omne regulariter querela reſcindi poteſt, ſi in eo filius exhæredatus ſit, *q.* 17. *n.* 103. Militis, quærelæ non ſubiacet, *ibi. n.* 104. Legibus non conforme, abuſiuè dicitur teſtamentum, *q.* 17. *n.* 116. Speluctri fieri non debet, *ibi. n.* 187. Inter milites, etiam ſpeluctri factum tenet, *ibi. n.* 188. Militis, an filii agnatione rumpatur? *ibi. n.* 197. Filii famil. militis, capitis diminutione, vel emancipatione non infirmatur, *ibi. n.* 200. Pagani, ſecus, *ibi. n.* 201. Teſtamentis duobus mori quis non poteſt, *d. q.* 17. *n.* 133.

*Teſtari.*

PRohibentes peregrinos, quibus afficiantur pœnis? *q.* 15. *n.* 28. Et qua ſolemnitate ipſi teſtari poſsint? *ibi. n.* 31. Non poteſt incertus de ſtatu ſuo, *q.* 17 *n.* 137.

*Teſtator.*

FIliam in teſtamento appellans, & eidem legatum relinquens, an eam exhæredare videatur? *quæſt.* 17. *nu.* 196. Non poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant, *ibi. nu.* 116. Quandoque in Eccleſiæ fauorem teſtamentum reuocare non poteſt, *q.* 8. *n.* 303.

*Teſtatus.*

PRo parte, & pro parte inteſtatus decedere paganus non poteſt, *q.* 17. *n.* 92. Miles poteſt, *ibi. n.* 93.

*Teſtes.*

PVblicatis atteſtationibus ſuper negotio principali, admitti non poſſunt, *q.*5.*n* 53. Niſi à minoribus producatur, *ibi.n.*54. Lite non conteſtata, recipi nequeunt, *q.*8.*n.*389. *q.* 10.*n.*94. & *q.* 16.*n.*89. Niſi de ſtatu Eccleſiæ agitur, *d. q.* 8.*n.* 390. In libertatis cauſa, *ibid. n.* 391. & *q.*16. *n.*90. Et pro iuribus Eccleſiæ malè occupatis, *dict. quæſtion.* 8. *numero* 392. Et publici fauoris ratione, cumque ille offenditur, *q.*10.*n.* 95. Eſſe poſſunt pro Vniuerſitate ſinguli de ea, in cauſa, quæ eos in communi tangit *ibi.n.* 119. Qualiter in nobilium probationibus interrogandi? *q* 8.*n.*16. In teſtamentis rogati eſſe debent, *q.*17.*n.*120. Quid in teſtamento militis? & regulariter hodie? *ibi.nu.* 121. Non iurati fidem non faciunt, *q.* 5.*n.*70.

*Teſti.*

VNico cum aliis adminiculis inter mercatores fides integra adhibetur, *q.*14.*n.*26. Teſtium reprobatio, verb. *Reprobatio.*

*Teſtimonium.*

FErre quilibet expreſſe non priuilegiatus tenetur, *q.* 5.*n.* 65. *q.* 17.*n.* 206. & *q.*18 *n.*91. Præſtareque recuſans, de corruptione, ac falſitate ſuſpectum ſe redit, & de corruptione, ac falſitate, quærendi cõtra ſe anſam præbet, *d.q.*5.*n.*66. Ad damna & intereſſe partis tenetur, iudicisque arbitrio punitur, *ibi.n.*67. Seniorum præfertur iuniorum, *q.*18.*n.*85. Clericorum laicorum teſtamento præfertur, tantumque Clericorum quatuor, quam ſex laicorum valet, *q.*8.*n.*97. Et vicem tabellionum cum duobus teſtibus, in tabellionũ deffectu ſupplet, *ibid.* Viduæ, verb. *Vidua.*

*Theſaurus.*

IN Eccleſiæ loco inuentus, illi remanet, nec Rectori quæritur, *q.* 8. *num.* 438. & *ſeq.* Neque vſufructuario, ſi in loco vſufructuario inueniatur, *ibi.n.* 438.

*Timens.*

ET qui timetur, miſerabiles ſunt, *q.* 2.*n.* 29. & 30.

*Titulus.*

ETiam inualidus, miſerabilium, & piæ cauſæ, cũ tẽporis diuturnitate obligationem inducit, *in proœm. num.*32.

*Tortura.*

SI ſeni inferendã iudex arbitretur, quo inſligenda modo? *q.*18.*n.*68. Inchoanda eſt à iuuene, ſi cum ſene torquendo concurrat, *ibi.n.*69.

*Tranſactio.*

CVm Eccleſia facta inualida eſt, niſi res de qua agitur apud ipſam remaneat, etſi aduerſarius poſſideat, *quæſt.* 8. *num.*441. Per quam res abdicatur alienatio eſt, cenſeturque prohibita, his quibus alienandi facultas interdicitur, *ibi.*

*Trebellianica.*

DE legatis Eccleſiæ, vel piæ cauſæ factis non detrahitur, *quæſt.*8.*num.* 293. An debeatur ex teſtamento militis? *quæſt.*17.*num.*95.97. & 98. In reliquis detrahitur à reſtituere rogato, *ibi.num.*94.

*Turpiter.*

VIuere, quæ dicatur? *quæſt.* 3. *num.* 47. & *ſeq.* & 210.

*Turpitudinem.*

SVam allegans non auditur, *quæſt.* 8. *num.*444. Eccleſiæ fauore, auditur, *ibid.*

Tutel-

*Tutellam.*

SVſcipere (vt publicum munus) cogitur quilibet, *q.17.num.* 160. Pupilli captiuitate expirat tutellæ, *q.16.n.*25

*Tutellæ.*

MVnere non liberatur, qui à muneribus ciuilibus, & publicis immunitatem obtineat, *q.3.n.*201. Munus perſonale eſt, *q.18.n.*33.

*Tutor.*

QVi aliquid ab ſponſo, eiusve patre accepit, vt pupillam illi nuptui traderet, an illud miſerabilibus reſtituendo liberetur? *in proœm num.*84. Pupillo ſub conditione dari nequit. Idque eius reſpicit fauorem, *quæſt.* 3. *nu.* 110. Pupillo, à quolibet peti poteſt, matre, conſanguineis, educatore, vel amicis petere negligentibus, *ibi.num.*96. Suſpectus, ſine accuſatore repelli poteſt, *ibi. num.* 113. Excuſationem à tutella prætendens, per ſe, non per alios eam proponere debet, *ibi.num.* 120. Cum aliis etiam inſolidum datus, ſolus pupilli fauore agere poteſt, *dict. quæſt.*3. *num.*128. Pupilli vtilitatem, propriæ anteponere debet, *ibi. num.* 176. Qui pupillarem pecuniam in prædiorũ emptionem non vertit, fœnusve non collocat, etſi ſuam repoſitam ſeruet: ipſius periculo cedit. Debetque in antiquarum vſurarum locum, pupillarem pecuniam in prædiorum emptionem conuertere, vel ad honeſtum lucrum, ex regionis more mercatori tradere, aut in redditus annui compoſitionem, ſi facultas adſit, expendere, *ibi. numero* 177. Qui inuentarium non fecit, dicitur in dolo præſumpto, *ibi.num.* 178. Mox cum fuerit ordinatus, illud conficere debet: & ante illius confectionem nihil, niſi quod dilationem non patiatur adminiſtrare, *dict. quæſt.*3.*num.* 179. Aliter ſuſpectus habetur, & in fur ſuſpitionem rerum pupillarium incidit, in carceribusque dicere cauſam debet. Et an contra eum iuris, & de iure præſumptio hæc vrgeat? *ibi.n.*180. Iudice auctore, eoq; præſente, inuentarium conficere debet, *ibi.n.*182. Aduerſus ea, quæ in inuentario deſcripta ſunt, non admittitur ad probandum, *d.q.*3.*n.*185. Datus, ab ipſa tutoris datione non appellat, etſi à ſententia executionem nõ admittente appellet, *ibi. n.*190. Si intra legitimum tempus excuſationem tutellæ non opponat; poſtmodum non admittitur, *ibi.n.*191. Ob infirmitatem, à tutella remouendus nõ eſt, ſed coadiutore iuuandus, *ibi.n.* 271. Pupilli rem diſtrahens, de pretio fidem habere non poteſt, *q.5.n.*22. Dominus, vel quaſi rerum pupilli eſt, *ibi. n.* 3. In præiudicialibus pupillo, contra factum ſuum venire poteſt, *q.* 8. *n.* 261. Bona pupilli, nec publicè hodie emere poteſt, quamuis olim poſſet, *ibi. n.* 192. Pupillo datur, vt eius regatur arbitrio, actibusque ab eo gerendis auctoritatẽ præſtet, *q.10.num.*27.

# V.

*Vacationem.*

MVnerum habens, à tutella non liberatur, *q.3.n.*201. A quibus liberetur, vel non? *ibid.*

*Variare.*

AN liceat miſerabili poſt concluſum in cauſa? *q.3.n.*9.

*Vaſſalli.*

ECcleſiæ, an à muneribus immunitatem habeant? *q.8.n.*80. *remiſ.* Alia verb. *Inueſtitura.*

*Vbertas.*

COmmeſtibilium, & Reipublicæ affluentia ex humanitate in agricolas vectigalibusq; moderatis magna ex parte pendet, *q.13.n.*30.

Vecti.

*Vectigalia.*

REgia apud Ægyptios qualiter diſtribuebantur? q. 9. n. 14. Moderata vbertatem, Reipublicæque affluentiam inducunt, q. 13. n. 30.

*Vbique.*

LOcorum ſe conueniri poſſe pactus, an fori electionem perdat? q. 3. num. 61. & ſeqq. vſque ad 67. incluſiue. Qualiter obligatus exiſtat? ibi num. 62. Pœnitere, & reſilire poteſt, ibid. num. 64.

*Vendere.*

REm ſuam nemo compellitur, quæſt. 8. n. 206. Pro Eccleſia conſtruenda, ædificanda, vel reparanda quis cogitur, ibi. n. 107. Ampliatur num. 208. & num. 214. Et pro vtilitate publica, quæſt. 10. num. 66. Rem communẽ pro ea parte, quæ aliena eſt, priuato non licet, ibi. n. 67. Fiſco licet, minima etiam parte ad eum pertinente, ibi. num. 68. Et quid in Vniuerſitate? ibi. n. 69.

*Venditor.*

DE euictione rei venditæ emptori non tenetur, ſi emptor litem motã eidem non denunciauit, q. 5. num. 77. & q. 8. num. 114. Qui ſuper re minori vendita ſcit litem motam, ſi eidem non aſsiſtat, ſeque defendat, abſque aliqua denunciatione de euictione tenetur, d. q. 5. nu. 78. Idem ſi Eccleſiæ vendidit, d. q. 8. num. 112.

*Verba.*

ENunciatiua, an miſerabilium fauore diſponãt, & probent? in procem. n. 21. Libertatis fauore probant, q. 16. num. 117. Et militis, q. 17. num. 106. In aliis ſecus, d. q. 16. n. 118. & q. 17. num. 105. Generalia, implicita, & adulatoria, nec probant, nec obligant, d. q. 16. num. 116. Niſi libertatis, aut piæ cauſæ fauore, ibi. n. 115. Obliqua nunquã trahuntur ad directa: contra vero ſic, q. 17. num. 99. A militibus prolata diriguntur, ibi. n. 100. Verbum Alius, vide verb. Alius.

*Veſtitus.*

ET victus captiuis præſtitus repeti nequit, q. 16. n. 84.

*Veterani.*

QVæ priuata habeant? q. 17. nu. 78. remiſ.

Viis fraudibus præcludenda, q. 15. num. 5.

*Viator.*

POteſt equum ſuum in alieno agro ad refectionem pabulare, q. 15. nu. 51. Et in aliena vinea comedere, ſed non exportare, contrario etiam ſtatuto exiſtente, ibi. num. 52. Alia verb. Peregrinus.

*Vicarius.*

ECcleſiæ parrochiali deſignatus dũ illi de proprio Rectore prouidetur, non Rector, ſed procurator exiſtit, legitimam adminiſtrationem habens, quæſt. 8. num. 15. Papæ, vel Principis, eius corporis pars eſſe dicitur, quæſt. 9. num. 49. Priuato odio illum offendens, an in læſæ Maieſtatis crimen incidat? ibi. num. 50.

*Vices Regis.*

TEnentes hodie, an in Præſiduum Prouinciarum locum ſucceſſerint? dict. quæſt. 9. num. 16. An eandem quam Princeps poteſtatem habeant? ibi. nu. 18. Ab eorum ſententiis ad Senatum appellatio interponitur, ibi. numero 81. Legati reputantur, ibid.

Vicinus Eccleſiæ, vide verb. Domus.

*Victus.*

VIctori in expenſis condemnari regulariter debet, quæſt. 8. num. 92. Eccleſiæ fauore id reſtringitur, ibi. num. 93. Et Fiſci, ibi. num. 94. Et veſtitus captiuo præſtitus, non repetitur, quæſt. 16. num. 84.

*Vidua.*

NOn ſemper, ad omniave miſerabilis reputatur, in proœ. n. 6. Si diues ſit, ab Aduocatis, ſeu procuratoribus gratis neceſſario iuuanda non eſt, neque de exportulatum ſolutione excuſatur

cuſatur

cuſatur,*ibid.* Neque legatum in miſera
bilibus factum conſequitur,*ibi.n.*8. Di
ues, paupere alio miſerabilior eſt, *q.* 3.
*n.*29.verſ.*Ex quibus.* Dotem exigens,
an fori Principis priuilegio vtatur? *ibi.*
*n.*44.*& ſeq.* Caſte, & honeſte non vi-
uens,an huius fauoris ſe indignam red-
dat? *ibi.n.* 46. *&* 49. Vidualibus priui-
legiis priuatur,*d.q.*3.*n.*206. *&* 209 Et
quæ honeſte, aut turpiter viuere dica-
tur,*ibi.n.*47 48. *&* 210. Luxurioſe vi-
uens,ſi non vt vidua, an vt miſerabilis
luxurioſæ vitę ratione hoc fori priuile-
gio gaudeat?*ibi.n.*49. Ad meliorem fru
gem ſe recipiens, honeſteque viuens,
an fori priuatur? *d.q.*3.*n.* 50. Quæ ma-
ritũ occidit,eiusve morti cauſam præ-
buit,fauore hoc priuatur,*ibi.n.*51. Fori
priuilegio nõ gaudet,in eo foro in quo
iuriſdictio eius nomine exercetur, *ibi.*
*n.*59. An in his ſaltem,quæ pietas,im-
becillæque naturæ ratio ſpecialiter in-
duxit,pupillis inferior exiſtat?*ibi.num.*
202. Electionem habet, vel ad Eccle-
ſiaſticũ,vel ad Principis tribunal in pri
ma cauſæ cognitione aduerſarios tra-
hendi,*ibid.in fin.* *&* *q.*15.*n.*14. Mariti
forum,nobilitatem, & priuilegium re-
tinet, dicitur de illius familia, & in
eodem matrimonio præſumitur dura-
re, viua, & vera mariti mortui imago
inque mariti obſequio eſſe, *q.* 3.*n.*207.
Inhoneſte viuens, ad ſecunda ve tran-
ſiens vota,defuncti mariti forum, cla-
ritatem, & priuilegium amittit, *ibi.nu.*
208. Priuilegiis viduis conceſsis non
gaudet,*ibi.n.*209.*&* *q.*6.*n.*11.*remiſ.* In
honeſte viuens, quibus plectatur pœ-
nis,*d.q.*3.*n.*211.*remiſ.* Habet de dote
actionem profundo dotali, qui ſibi
reſtitutus non eſt, interimque dota-
lis,inalienabilis, & inperſcriptibilis di-
citur,*ibi.num.*213.*& ſeq.* An de mariti
bonis alenda ſit,pauper, aut diues? *nu.*
215.*& ſeqq. vſque ad* 230. In præteriti
matrimonii dedecus mendicare nõ de-
bet, *ibi.n.*217. Pauper in bonis præde-
functi diuitis mariti quartam conſequi
tur,*ibi.n.*219. Veſtes lugubras ſecun-
dũ loci conſuetudinem a mariti hære-
dibus conſequitur,*ibi.n.*220. An intra
luctus annum nubens,eas reſtituere cõ
pellatur? *d q.*3.*n.*221. *& ſeq.* Lectum
quotidianum mortui coniugis conſe-
quitur,*ibi.nu.*223. Alia in id verb. *Le-*
*ctus.* An vſuras,intereſſe, vel damnum
poſt annum luctus,abſque aliqua inter
pellatione pro dotis reſtitutione à ma-
riti hæredibus conſequatur?*ibi.n.*227.
Retentionem habet pro dote in bonis
mariti, *ibi.n.*231. Quæ & vnde dicta?
*q.*6.*n.*1.*&* 10. Propriè,quæ dicatur? *q.*
7.*n.*1. Omnium bonorum vſufructua-
ria relicta, Eccleſia hærede inſtituta,
an in integrum vſumfructũ,vel alimen
ta tantum percipiat? *q.*8.*n.*433.*& ſeq.*

*Vidualis.*

STatus nõ multum à virginali diſtat,
*q.*3.*n.*203. Eius priuilegia, *ibi.n.* 205.
*remiſ.*

*Viduæ.*

SAcerdotum filiæ, ſicut virgines,de
ſanctis oblationibus veſci poterunt
nuptæ prohibebantur,*q.*3.*n.*204. Pri
uilegio alicui pro ſe,ſuisque deſcenden
tibus,tam maſculis,quam fœminis da-
to gaudent;nõ maritatæ,*ibi.n.*205. De
bonis Eccleſiæ, ſi aliunde nõ habeant,
alendæ ſunt,*ibi.n.*228. Diuites non alẽ
dæ,ſed protegẽdæ,*d q.*3.*n.*229. A ſig-
natura etiã ſuper rebus profanis cõmiſ
ſiones obtinent, *ibi.n.*230. Et quid cir-
ca rem feudalem? *ibid.* Etiam prohibi-
tos poſtulare,Patronos habere poſsũt,
*ibi.n.*231. An & quatenus à falſæ mo-
nete crimine,pœnaque liberẽtur? *ibi.n.*
232. Cæteras fœminas pietate, & cha
ritate antecellunt,neq; vt cæteræ fœ-
minæ ſunt auaræ,*d.q.*3.*n.*235. Quamli
bet paruam potentiam perhorreſcunt,
*q.*8.*n.*15. Alia ſupple verb.*Vxor.*

*Violator.*

VIrginis ſeductæ ad quid matrimo-
nio etiã ſequuto teneatur? *q.*6.*n.*34

*Violentiam.*

VImque paſſus miſer eſt, forique pri
uilegium habet,*q.*6.*n.*16. *&* *q.*13.
*n.*21. An & qualiter,ſiue Clericus,
ſiue laicus pro ea repulſanda Regium
adeat Tribunal? *q.*8.*n.*19.

*Viri.*

NOmen ad maritum refertur, *q.6.n.* 10.

*Virgines.*

SAcerdotum filiæ, de ſanctis oblationibus veſci poterant; nuptæ non poterant, *q.* 3.*n.* 204. Priuilegio alicui pro ſe, ſuiſque deſcẽdentibus, tã maſculis, quam fœminis dato gaudent: nõ maritatæ, *ibi.n.*205. Ex ipſius nominis vi Principis foro gaudent, etiã diuites, teneræ ætatis, ſtupratæ, & patrẽ quoq; habentes, ex multorum opinione, *q.*6. *n.*1.*& ſeqq. vſque ad* 6. Contrarium ſequentibus deffenditur. Virgines olim Deorum reſponſa præſtabant, *ibi.n.*20. Veſtales an prophetiæ donum à Deo habuerint? *ibid.* An Magnatum teſtamenta aperirent? *ibi.n.*22. Alias fœminas loco, & inceſſu præcellunt, *ibi.nu.* 21. Et in teſtimonio, *ibi.d.n.*22. Aut ſine dote, vel minore ſaltem, quam aliæ fœminæ nubunt, *d. q.*6.*n.*36.

*Virginitas.*

HVmanam conditionem ſuper greſſa, Angelorũ gloriam ſuperat, pluresque eius laudes referuntur, *q.*6. *n.*18. Præſumitur, niſi defloratio probetur, *ibi.n.*24. Et ſimplici ſtupratæ aſſertioni pro ea contra ſtupratorem creditur, *ibi.n.*23. Nec modo ſi à muliere ipſa virginitas allegetur, ſed etiam aſſertio, *ibi.n.*25. Omne pretium ſuperat, theſaurus inæſtimabilis, & pro dote virginitas ipſa eſt, *d.q.*6.*n.*35.

*Virgo.*

AN viduæ appellatione cõtineatur? *d.q.*6.*n.*6. *& ſeqq.* Et an mulieris appellatione, *ibi.n.*9.*& ſeqq.* Veſtalis olim ſi in aliquẽ, qui ad mortem duceretur, incideret, ei immunitatẽ præſtabat, *ibi.n.* 19. Virginem violans ad quid teneatur? *ibi.n.*34.

*Virtus.*

LAboribus, & miſeriis perficitur, *q.* 2.*n.*36. Sola beatos facit, *ibi.n.*11. *&* 12.

*Viſitare.*

CArceratos iudices debent, eos relaxare, & quibus diebus? *q.* 11. *nu.* 38. Viſitari poteſt etiam is cui populus pro carcere datus eſt, *ibi.n.*39.

*Vita.*

MOrtalium miſera, mille dolorum cauſis ſubiecta, ſeruiciumque, *q.* 14.*n.*10. Peregrinatio eſt, *q.*15.*n.*1. Infœlicibus ſupplicium, *q.* 16.*n.* 6.*&* 7. Militia eſt, *q.*17.*n.* 33. *&* 35. Quibus terminetur annis Philoſophorum ſententia? *q.*18.*n.*10. Longiſsima octoginta annorum, reliquum labor, & dolor, *ibi.n.*40.

*Vitia.*

ANimi cum corpore ſeneſcunt, *q.*18 *n.*94.

*Viuere.*

INtelliguntur, per gloriam, qui pro Republica ceciderunt, *q.*17.*n.*50.

*Vniuerſitatis.*

NOmen generale eſt, cuilibet multitudini irrationabili, atque inanimatæ aptum, *q.*10.*n.*1. Simpliciter Prolatum, de ea quam humana, rationaliſque ſocietas iunxit, intelligendum eſt, *ibi.n.*2. Hominum, quotuplex ſit? *ibi.n.*3. Definitur, *ibi.n.*4.*& ſeq.* An miſerabilis perſona ſit, forique Principis electionem habeat? *ibi.n.* 6. *per tot.* Pupilla appellatur, *d.q.*10.*n.*11. 39. *& ſeqq.* Et an ſemper pupillis comparetur? *ibi.n.*23.*& ſeqq.* Vbi exempta ſpecifice non reperitur, iure communi vti debet, *ibi.n.*14. Corpus animatum, verumque non habet, *ibi.n.*17. Quod debet, non ſinguli de illa debent, neque econtra, *d.q.*10.*n.*20. Inter potentiores numeratur, *ibi.n.*29.*&* 32. Patitur ſecundum decretum, *ibi. n.* 25. Adminiſtratorem habet non quod perſe conuenire, aut conueniri nequeat, ſed quia difficulter poteſt, *ibi. num.* 26.*& ſeq.* Per ſe, aut per ſyndicũ à ſe conſtitutũ, cui ad id auctoritatẽ ipſa præſtitit contrahere, & publica negotia expedire valet, *ibi.n.* 28. Tribus conſtat, & vno ſuſti-

ſuſtinetur, *ead. q.* 10. *n.* 25. Reſtitutionē vt pupilla habet, *ibi. n.* 40. Et an aduerſus contractus iuratos? *ibid.* Iuris ignorātia excuſatur, *ibi. n.* 45. Eccleſiæ æqui paratur, & illius priuilegiis (diſsimilitu dinis ratione non exiſtente) vtitur, *ibi. n.* 47. & 51. Nō tenetur ex mutuo, niſi in eius vtilitatem ſit verſum, *ead. q.* 10. *n.* 55. Nōnumeratæ pecuniæ exceptionem perpetuò habet, *ibi. n.* 56. Inopia laborans, debitores ſuos ante tempus exigere poteſt, *ibi. n.* 59. Et an gabellā tunc, etiam hodie vltra ſummā à lege Regia taxatam imponere poſsit? *ibi. n.* 60. *remiſ.* Vſuras pecuniarum creditarū ſine ſtipulatione, nudoque pacto iure ciuili conſequitur, *ibi. n.* 64. Ampliatur *n.* 79. & 80. Creditorem ſuum (qui pro debiti ſatisfactione prædii maiorem partem eidē alienarat) cogere poteſt, vt ſibi reliquā partem diſtrahat, *d. q.* 10 *n.* 69. Creditrix, omnibus chirographariis creditoribus præfertur, *ibi. n.* 72. Poteſt res non ſoluentium collectas (ſi de debito non ambigitur propria au-ctoritate capere, & ſubhaſta ponere, *ibi. n.* 76. Pro ſibi tributis debitis habet in bonis debitorum hypothecā, *ibi. n.* 77. Pro ſatisfactione bonorū apud eius adminiſtratorem, ditatum, nec bonam rationem reddentem, repertorū, vindicationem habet, *ibi. n.* 79 Neque delinquere, neque puniri poteſt, cum inanimatum ſit corpus, voluntate, & animo carens, *d. q.* 10. *n.* 82. Limitatur, & intelligitur, *ibi. n.* 85. 86. & 87. Dolum committere, aut de dolo actione teneri non poteſt, *ib. n.* 83. Neq. excōmunicari, *ibi. n.* 84. Delinquens, mitius punitur, *ibi. n.* 88. In criminali cauſa, aduerſus ordinarias iuris regulas, per procuratorem cōparere, ſeque defendere poteſt, *ibi. n.* 89. Periurium, an incurrat, ob nō ſeruatum præſtitum iuramentum, defunctis ſaltem, qui iurarunt? *ead. q.* 10. *n.* 90. Suo facto ſingulos de vniuerſitate grauat, *ibi. n.* 93. Clauſula illa. *Et quosvis alios* in reſcriptis apponi ſolita non cōprehenditu , *ibi. num.* 100. & 101. Sine traditione adquirit dominium, & ſecundo emptori cui res prius tradita eſt, præfertur, *ibid. n.* 6. Vniuerſitatis, quæ pars ad actus gerendos deſideretur? *ibi. n.* 102. 103. & 104. Laicorum, & Eccleſiaſticorū, ſupple verb. *Collegiū.*

*Vnus.*

SOlus de Eccleſia omnibus reſiſtere poteſt, actūque eorum in Eccleſiæ præiudicium factum retractare, *q.* 8. *n.* 152.

*Voluntas.*

TEſtatoris pro lege ſeruari debet, *q.* 3. *n.* 108. & *q.* 8. *n.* 404. Pupilli gratia à defuncti voluntate receditur, *d. q.* 3 *n.* 109. Deambulatoria eſt vſque ad vltimum vitæ exitum, *in proœm. n.* 52. & *q.* 8. *n.* 302. Limitatur *n. ſeq.* Septē teſtibus, ſicut teſtamētū probari debet, *q.* 17. *n.* 182. Militis, duobus teſtibus, ſicuti eius actum probatur, *n.* 183. Militis probatur ex eo, quod contraria non oſtendatur, *ibi n.* 184.

*Vrbes.*

SVnt humanarum cladium concepta miſeranda, *q.* 1. *n.* 4.

*Vſucapio.*

COntra pupillos non procedit, *q.* 3. *n.* 105. An cōtra Romanam Eccleſiam triennio præſiciatur? *ibi. n.* 106.

*Vſufructuarius.*

NOn retinet theſaurū in vſufructuario loco repertum, *q.* 8. *n.* 438.

*Vſuræ.*

NEc pietatis prætextu admitti debent, *quæſt.* 3. *n.* 177. Pupillares, cōtra tutores qui pupillorum pecuniā otioſam ſeruarunt, an currant? *ibi.* An abſque interpellatione currunt, *ibi. n.* 193. Nudo pacto citraque ſtipulationis vinculum non debebantur, *q.* 10. *n.* 63. Vniuerſitati, an debeātur? *ibi. n.* 64. 79. & 80.

*Vſus.*

COmmunis loquendi attendi, & verborum proprietati præferri debet, *q.* 6. *n.* 12. & *q.* 7. *n.* 5.

*Vtilitas.*

PVblica priuatæ antefertur, *q.* 10. *n.* 91. De publicæ vtilitatis priuilegiis, *ibid. remiſ.*

Vxor,

*Vxor.*

ETiam diues matrimonio durante à marito ali debet, *quæſt*.3.*nu*.214. Et an marito mortuo de illius bonis? *ibi.num*.215. *& ſeqq. vſque ad num*. 230. Inutilem maritum habens, an Principis fori priuilegio gaudeat? *quæſt*.7. *per tot*. An propriè etiam vidua dicatur? *ibi. num*. 1.3.4. *&* 5. Continetur ſtatuto de vidua loquente, *ibi. num*. 10. Viginti quinque annis minor patre carens, mariti præſidio fulta, miſerabilis non dicitur, nec fori priuilegiati vtilitatem ſentit, *quæſt*.8.*num*.11. Infirmi, aut miſeri mariti miſera dicitur, *dict. quæſt*.7.*num*.13. Omnium bonorũ vſufructuaria relicta, Eccleſia hærede inſtituta, an integrum vſumfructum, vel alimenta tantùm percipiat? *quæſt*. 8. *num*.433. *& ſeq*. Læſi, ſi probabili cauſa abfuiſſet, ex generali clauſula, *Si qua mihi, &c*. Reſtitutionem non habet, *quæſt*.17.*num*.156. Militis habet, *ibi.n*. 157. Quæ cum poſt maritum non redimit, tanquam inſociale matrimonii fœdus turpitèr committens, indignã ſe mariti hæreditate reddit, *q*.16.*n*.52. Conſtante matrimonio marito militiæ contemplatione donare poteſt, *q*. 17.*nu*.216. Alia verb. *Mulier*, & verb. *Coniux*.